q̄nq; ānis: ⁊ genuit sale. Uixitq; Ar
phaxat postq̄ genuit sale trecētis tri
bus ānis: ⁊ genuit filios et filias. Sa
le q̄q; vixit triginta ānis: ⁊ genuit he
ber. Uixitq; sale postq̄ genuit heber
q̄drigētis trib' ānis: ⁊ genuit filios
⁊ filias. Uixit aūt heber. xxxiiij. ānis
⁊ gēuit phalech. Et vixit heber post
q̄ genuit Phalech q̄dringētis trigī
ta ānis: ⁊ gēuit filios ⁊ filias. vixitq;
Phalech triginta ān': ⁊ gēuit + Reu
Uixitq; Phalech postq̄ gēuit Reu
ducētis nouē ānis: ⁊ genuit filios et
filias. Uixit aūt Reu triginta duob'
ānis ⁊ genuit saruch. Uixit aūt reu
postq̄ genuit sarug ducētis septem
ānis: ⁊ gēuit filios ⁊ filias. Uixit aūt
sarug triginta ānis: ⁊ genuit nachor.
Uixitq; sarug postq̄ genuit nachor
ducētis ānis: ⁊ genuit filios ⁊ filias.
Uixit aūt nachor vigīti nouē annis
⁊ genuit thare. Uixitq; nachor post
q̄ genuit thare cētū decē et nouē an
nis: ⁊ genuit filios et filias. Uixitq;
thare septuaginta ānis: ⁊ genuit abrā
et Nachor ⁊ Arā. He sūt aūt gñatio
nes thare. Thare genuit Abrā Na

A
Dis. vi. c.
nō est. v.
lus vero.
Al's + vs
q; ad.
B
Bel' fili'
nēbroth
rex assyri
orum.
Chres fi
lius nem
broth pri
mus re x
arete.
C
35. q. 1. c.
cū igitur
§. hac.
itaq; i in
pn. 30: oa
stes ma
gice inuē
tor.
Assyrioꝝ
Scythaꝝ
egyptio
rū amazo
num.
D
sichimoꝝ
Bractani
orum.
Al' + ra
gau.
Boemoꝝ
hyspano
rū regna
oriuntur.
Nin' pa
tris belli
statuam
adorari
iubet et
idolatriā

auget. chor ꝛ Arã. Porro Arã genuit loth. Mortuusq̧ est Aran ante thare pa-trẽ suũ in terra natiuitatis sue i hur chaldeoꝝ. Duxerũt aũt abrã et Na-chor vxores. Nomẽ vxoris Abrã sa-rai: ꝛ nomen vxoris Nachor melcha filia Aran patris melche ꝛ p̃ris ies-che. Erat aũt Sarai sterilis: nec ha-bebat liberos. Tulit itaq̧ thare abrã filiũ suũ: ꝛ loth filiũ arã filiũ filij sui ꝛ Sarai nurũ suã vxorem Abrã filij sui: ꝛ eduxit eos de hur chaldeorum vt irẽt i terrã chanaã. Uenerũtq̧ vs-q̧ arã ꝛ habitauerũt ibi. Et facti sũt dies thare ducẽtorum quinq̧ anno-rum: ꝛ mortuus est in Aran.

¶ C. S. De p̃cepto dñi vt abrã de ter-ra sua egrediat: bonorũq̧ ꝓmissiõe abre obediẽtia: dñi appariciõe: abrã grãꝝ actiõe: atq̧ vsq̧ i egyptũ ꝑegri natiõe: vxoꝝ sublatiõe: regis flagel-latiõe ꝛ ↄiug̃ abre restitutiõe. Ca. xij.

A Dixit aũt dñs ad Abrã. Egrede-re de terra tua ꝛ de cognatione tua ꝛ de domo patris tui et veni in terram quam monstrauero tibi. Fa-ciãq̧ te in gentem magnam: ꝛ bñdi-cã tibi: ꝛ magnificabo nomẽ tuũ: eris q̧ bñdict⁹. Bñdicã bñdicẽtib⁹ tibi: et maledicã maledicẽtib⁹ tibi: atq̧ i te bñdicent vniuerse cognatiões terre. Egressus est itaq̧ abrã: sicut p̃cepe-rat ei dñs: ꝛ iuit cũ eo Loth. Septua-ginta quinq̧ annorũ erat abrã cum

B egrederet̃ de arã. Tulitq̧ sarai vxo-rẽ suã: ꝛ loth filiũ fratris sui vniuer-samq̧ substãtiam quã possederãt: et aias q̃s fecerãt i aran: ꝛ egressi sunt vt irẽt in terrã chanaan. Cũq̧ venis-sent in eã: ptrãsiuit abrã terraꝫ vsq̧ ad locũ sichem: ꝛ vsq̧ ad ↄuallẽ illu-strẽ. Chananeus aũt tũc erat in ter-ra. Apparuit aũt dñs abrã ꝛ dixit ei. Semini tuo dabo terrã hãc. Qui edi-ficauit ibi altare dño q̃ apparuerat ei: ꝛ inuocauit ibi nomẽ ei⁹. Et inde trãs-grediẽs ad mõtẽ qui erat cõtra oriẽ-tem bethel: tetendit ibi tabernaculũ suum ab occidẽte habẽs bethel: ꝛ ab

C oriẽte hai. Edificauit quoq̧ ibi altra-re dño: et inuocauit nomẽ ei⁹. Perre-xitq̧ Abrã vadẽs et vltra ꝓgrediẽs ad meridiẽ. Facta est aũt fames in terra. Descẽdit igit̃ abrã in egyptũ: vt peregrinaret̃ ibi. Preualuerat ei fames in terra. Cũq̧ ꝓpe esset vt in-grederet̃ egyptũ: dixit Sarai vxori sue. Noui q̧ pulchra sis mulier: et q̧ cũ viderint te Egyptij dicturi sunt: vxor illi⁹ est: ꝛ interficiẽt me: ꝛ te re-seruabunt. Dic ergo obsecro te q̧ so-ror mea sis: vt bñ sit mihi ꝑpter te: vt viuat aia mea ob gratiã tui. Cum

D itaq̧ ingressus esset Abrã egyptum: viderunt egyptij mulierẽ q̧ esset pul-chra nimis. Et nũciauerũt p̃ncipes Pharaoni: ꝛ laudauerũt eã apud il-lũ. Et sublata est mulier i domũ pha-raonis: Abrã vero bene vsi sunt ꝑpter illã. Fuerũtq̧ ei oues et boues ꝛ asi-ni ꝛ serui et famule ꝛ asine ꝛ cameli. Flagellauit aũt dñs pharaonẽ pla-gis maximis ꝛ domũ ei⁹ propter Sa-rai vxorem Abrã. Uocauitq̧ pharao Abrã et dixit ei. Quidnã est hoc q̃d fecisti mihi? Quare nõ indicasti mi-hi q̧ vxor tua esset? Quã ob causam dixisti esse sororẽ tuã: vt tollerẽ eam mihi in vxorẽ? Nũc igit̃ ecce coniux tua: accipe eam et vade. Precepitq̧ pharao sup Abrã viris et deduxerunt eũ et vxorem ei⁹ et oĩa que habebat.

¶ C. S. De abre et loth ascẽsu de egy-pto: diuitiarum vtriusq̧ rixam et di-uisionem efficientium explicatione: ipsorũq̧ separatione: ac separatiõis per diuinam promissionem abre fa-ctã approbatione. Capitulum. xiij.

A Scendit ergo abrã de egypto ipse ꝛ vxor ei⁹ ꝛ oĩa q̃ hẽbat ꝛ loth cũ eo ad australẽ plagã. Erat aũt diues valde in possessione auri ꝛ argẽti. Reuersusq̧ ẽ p iter q̃ venerat a meridie in Bethel vsq̧ ad locũ vbi prius fixerat tabernaculum inter bethel ꝛ hai: in loco altaris q̃d fecerat pri⁹: ꝛ inuocauit ibi nomẽ dñi. Sed et Loth q̃ erat cũ abrã fuerunt greges ouiũ et armẽta ꝛ tabernacu-la: nec poterat eos capere t̃ra: vt ha-bitarẽt simul. Erat q̃ppe substantia

B eorũ multa: ꝛ neq̧bãt habitare ↄmu-niter. Unde et facta est rixa inter pa- Esra. 36.a storeis gregũ abrã et loth. Eo aũt tẽ-pore chanane⁹ et pherezeus habita-bãt in terra illa. Dixit ergo abrã ad Loth: ne q̃so sit iurgiũ iter me ꝛ te: ꝛ inter pastores meos et pastores tu-os: fratres eñi sum⁹. Ecce vniuersa t̃ra corã te est. Recede a me obsecro. Si ad sinistrã ieris ego dextrã tene-bo: si tu dextrã elegeris: ego ad sini-

C strã pergã. Eleuatis itaq̧ loth ocu-lis vidit omnem circa regionem ior-danis que vniuersa irrigabatur an-teq̃ subuerteret dñs Sodomã et Go-

morrã sicut paradisus domini: et sicut egyptus venientibus in Segor. Elegitq; sibi Loth regionẽ circa iordanẽ: et recessit ab oriente. Diuisiq; sunt alterutrũ a fratre suo. Abrã habitauit in terra chanaã. Loth vero moratus est in oppidis que erant circa iordanẽ et habitauit in sodomis.
D Homines autem sodomite pessimi
.f.27.b. erant: et peccatores corã dño nimis. Dixitq; dñs ad Abrã postq; diuisus est ab eo Loth. Leua oculos tuos i directũ et vide a loco in quo nunc es ad aquilonem et meridiem ad orientẽ et
Ro. 4.g. occidẽtẽ. Omnẽ terrã quã conspicis tibi dabo et semini tuo vsq; in sempiternũ: faciãq; semen tuum sicut pul-
Al's + uerẽ terre. Si quis hominũ + potest
possit. numerare puluerẽ terre: semẽ quoq;
Al's + nõ tuũ numerare poterit. Surge + er-
est ergo. go et perambula terrã in logitudine et latitudine sua: q2 tibi daturus sum eam. Mouens igitur tabernaculum suum abrã venit et habitauit iuxta conuallẽ mambre que est in hebron. Edificauitq; ibi altare domino.

C.S. De belli quatuor regũ cõtra quinq; descriptione: loth captione: et eiusdẽ p abrã liberatiõe. abre quoq; bñdictione et liberalitate. Cap.xiiij.

A Factum est autẽ in illo tẽpore vt Amraphel rex Sennaar: et Arioch rex Ponti: et chodorlaomor rex elamitarũ: et thadal rex
Al's + bara. gẽtiũ: inirẽt bellũ cõtra + basa regẽ sodomorũ/ et cõtra bersa regẽ gomorre/ et cõtra sẽnaar regẽ adame/ et cõtra semeber regẽ seboyin: cõtraq; regẽ bale: ipsa est segor. Oẽs hi cõuenerũt in vallẽ siluestrẽ q̃ nũc est mare salis. Duodecim eñi annis seruierũt chodorlaomor: et tertiodecimo anno recesserũt ab eo. Igit q̃rtodecimo anno venit chodorlaomor et reges qui erãt cũ eo et pcusserũt raphaim i astaroth et carnaym: et zuzim cum eis: et
Al's + sane. emim i + sabe cariathaim et chorreos in mõtib⁹ seyr: vsq; ad cãpestria pharan que est in solitudine. Reuersiq; sunt et venerũt vsq; ad fontem masphat: ipsa est cades: et percusserunt omnem regionem amalechitarum et
B ammorreorũ qui habitabant in asasonthamar. Et egressi sunt rex sodomorum et rex gomorre: rexq; adame et rex seboym necnon et rex bale que est segor: et direxerũt aciẽ cõtra eos in valle siluestri: scilicet aduers⁹ chodorlaomor regẽ elamitarum: et thadal regem gentium: et amraphel regem sennaar: et Arioch regem ponti quatuor reges aduersus q̃nq;. Uallis autem siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaq; rex sodomorũ et rex gomorre terga verterũt: ceciderũtq; ibi: et qui remanserant fugerunt ad montem. Tulerunt autẽ omnẽ substantiam sodomorũ et gomorreorum et vniuersa que ad cibũ pertinet: et abierunt. Necnon et loth et substantiam eius: et filium fratris abram qui habitabat i sodomis. Et
ecce vn⁹ qui euaserat nũciauit abrã C
hebreo qui habitabat in conualle mã- Melchise
bre amorrei fratris eschol et fratris dech sm
aner. Hi enim pepigerant fedus cũ aliq̃s fem
abram. Quod cũ audiuisset abram: p̃m⁹ nul⁹
captiuũ videlicet Loth fratrẽ suum noe et pri
numerauit expeditos vernaculos m⁹ dei sa-
suos trecẽtos decẽ et octo: et psecut⁹ cerdos: et
est eos vsq; dan. Et diuisis socijs ir- p̃m⁹ q̃ tem
ruit sup eos nocte. Percussitq; eos pla deo
et psecutus est vsq; choba et phenicẽ cõdidit et
que est ad leuam damasci reduxitq; rex hierlz
omnẽ substantiam: et loth fratrẽ suũ fuit.
cũ substantia illius: mulieres quoq; 16.q.7.c.
et populũ. Egressus est autẽ rex so- decimas
domorũ in occursum eius: postq̃ re- 23.q.5.
uersus est a cede chodorlaomor et re- dicat.
gũ qui cũ eo erant in valle saue q̃ est D
vallis regis. At vero melchisedech Heb.7.
rex salẽ pferẽs panẽ et vinum (erat De cõse.
enim sacerdos dei altissimi) bñdixit dist.2.c.i
ei et ait. Bñdictus abrã deo excelso q̃ calice. et
creauit celum et terrã: et bñdict⁹ deus c. accipit.
excelsus q̃ ptegẽte hostes i manib⁹ 21.dist.
tuis traditi sũt. Et dedit ei decimas deniq;.
ex oibus. Dixit autẽ rex sodomorum De cõse.
ad abram. Da mihi animas: cetera c.si.
tolle tibi. Qui respõdit ei. Leuo manum meã ad dominum deum excelsum possessorem celi et terre: q̃ a filo subtegminis vsq; ad corrigiam caligae nõ accipiam ex omnibus que tua sunt: ne dicas ego ditaui Abram: exceptis his que comederunt iuuenes et partibus virorum qui venerunt mecum aner eschol et mambre. Isti accipient partes suas.

C.S. De Abrã timẽtis cõsolatiõe: plis petitiõe: petitiõis exauditione: et exauditiõis cõfirmatiõe. Cap.xv.

Hijs itaq; transactis factus
est sermo domini ad abram 23.q.5.
per visionem dicens. Noli dicat.
timere abrã: ego protector

tuus sum: et merces tua magna ni-
mis. Dixitq; abrã. Dñe deus q̄d da-
bis mihi? Ego vadã absq; liberis: et
filius procuratoris domus mee iste da-
mascus Eliezer. Addiditq; abram.
Mihi autem nõ dedisti semẽ: ⁊ ecce
vernaculus meus heres meus erit. Statimq;
sermo dñi factus est ad eũ dicens. Nõ
erit hic heres tuus: sed q̄ egredietur de
vtero tuo ipm habebis heredẽ. Edu-
B xitq; eũ foras: ⁊ ait illi. Suspice ce-
lũ et nũera stellas si potes. Et dixit
Al's + nõ ei. Sic erit semẽ tuũ. Credidit + abrã
hz abram deo ⁊ reputatũ est illi ad iustitiam.
Ro. 4. a. Dixitq; ad eũ. Ego dñs q̄ eduxi te de
Gal. 3. a. hur chaldeorũ vt darẽ tibi terrã istã
Jaco. 2. d. et possideres eã. At ille ait. Dñe deus
vñ scire possum q̄ possessurus sim eã?
Et rñdens dñs. Sume (inquit) mihi
vaccã triennẽ et caprã trimã / ⁊ arietẽ
annorũ triũ: turturem quoq; ⁊ colũ-
bã. Qui tollens vniuersa hec / diuisit
Al's + nõ + ea p mediũ: ⁊ vtrasq; partes con-
hz ea. tra se altrinsecus posuit. Aues autem
nõ diuisit. Descenderũtq; volucres
C sup cadauera: ⁊ abigebat eas abrã.
Act. 7. a. Cũq; sol occũberet: sopor irruit sup
23. q. 5. c. abrã: ⁊ horror magnus ⁊ tenebrosus
vltim. v. inuasit eũ. Dictũq; est ad eũ. Scito
scientes. pnoscẽs q̄ pegrinũ futurũ sit semen
tuũ in terra nõ sua: ⁊ subiicient eos
seruituti / ⁊ affligent quadrigẽtis an
nis. Uerũtamen gentẽ cui seruituri sunt
ego iudicabo: ⁊ post hoc egredient cũ
D magna substãtia. Tu autem ibis ad
pres tuos i pace sepultus in senectute
bona. Generatione autẽ q̄rta reuertent
huc. Necdũ enim cõplete sunt iniq̄ta-
tes amorreorũ vsq; ad pñs tps. Cũ er
go occubuisset sol: facta est caligo te
nebrosa: ⁊ apparuit clibanus fumãs ⁊
lãpas ignis trãsiens inter diuisiones
32. q. 5. c. illas. In illo die pepigit dñs fedus
vlti. v. cũ abrã dicẽs. Semini tuo dabo ter-
scientes. ram hãc: a fluuio egypti vsq; ad flu-
uiũ magnũ eufratẽ. Cineos et cene-
seos / cethmõeos ⁊ etheos ⁊ pherese-
os: raphaim q̄z ⁊ ammorreos: eueos
chananeos et gergeseos ⁊ iebuseos.
¶ C. S. De sarai petitiõe vt abrã ad
ancillã ingrediat: abre ꝯsensu: agar
cõceptu / elatiõe / afflictiõe / fuga / re-
uersione / pmissione / cõceptu prolis
noie / conditione ac partu. Cap. xvi.
A Igitur sarai vxor abrã non ge-
32. q. 4. nuerat sibi liberos: sed habẽs
dixit sara ancillã egyptiã noie agar / di-
⁊ ea. q. §. xit marito suo. Ecce cõclusit me dñs
ne parerem. Ingredere ad ãcillam 1. q̄s igno
meã: si forte saltẽ ex illa suscipiã + fi ret.
lios. Cũq; ille acq̄esceret + deprecan Al's + li-
ti: tulit agar egyptiã ãcillã suã post beros.
ãnos decẽ q̄z habitare ceperãt + i ter Al's + ac
ra chanaã: ⁊ dedit eã viro suo vxorẽ. q̄euisset.
Qui ingressus est ad eã. At illa con- Al's + ce-
cepisse se vidẽs / despexit dñam suã. perat.
Dixitq; sarai ad abrã. Inique agis
cõtra me. Ego dedi ancillã meã in si-
nũ tuũ: + q̄ videns q̄ ꝯceperit / despe- B
ctui me habet. Iudicet dñs inter me Al's + in
et te. Cui rñdens abrã. Ecce (ait) an- sinu tuo.
cilla tua in manu tua est: vtere ea vt
libet. Affligente igitur eã sarai: fugã Al's + nõ
iniit. Cũq; inuenisset eã angelus dñi iu- hz aque.
xta fontẽ + aq̄ i solitudine q̄ est in via C
sur in deserto dixit ad illã Agar an- 23. q. 4.
cilla sarai: vnde venis et quo vadis? qñ. ⁊ c. si
Que rñdit. A facie sarai dñe mee e- ecclesia.
go fugio. Dixitq; ei angelus dñi. Re- 32. q. 4.
uertere ad dñam tuã ⁊ humiliare sub recurrat.
manu illius. Et rursum. Multipli- Jud. 13. b
cans (inq̄t) multiplicabo semen tuũ: Luce. 1. c.
et non numerabitur pre multitudine.
Ac deinceps: ecce (ait) ꝯcepisti ⁊ pa-
ries filiũ vocabisq; nomẽ eius hismael D
eo q̄ audierit dñs afflictionem tuã.
Hic erit ferus homo. Manus eius cõ-
tra oẽs: ⁊ manus oim cõtra eũ: ⁊ e re-
gione vniuersorũ fratrũ suorũ figet
tabernacula. Uocauit autẽ agar no-
men dñi q̄ loq̄batur ad eã: tu deus q̄ vi-
disti me. Dixit enim. Profecto hic vi-
di posteriora vidẽtis me. Propter-
ea appellauit puteũ illũ: puteum vi-
uẽtis ⁊ vidẽtis me. Ipse est inter ca-
des ⁊ barad. Peperitq; agar abre fi-
liũ: qui vocauit nomen eius hismael.
Octoginta et sex annorũ erat abram
quando peperit ei agar hismaelem.
¶ C. S. De abre monitione: federis
sponsione: nois mutatione: sponsio-
nis iteratione: pacti preceptione et
expressione: nois sarai alteratione:
filii pmissione: abre gratiarũ actio-
ne: pceptiq; executione. Cap. xvii.
Postq̄ vo nonaginta ⁊ nouem A
annorũ esse ceperat: apparuit
ei deus. Dixitq; ad eum. Ego
deus oipotẽs. Ambula corã me: ⁊ esto
pfectus. Ponãq; fedus meũ inter me
et te: et multiplicabo te vehementer
nimis. Cecidit abram pronus in fa-
ciem. Dixitq; ei deus. Ego sum: ⁊ po
nam + pactũ meũ tecũ: erisq; pater Al's + nõ
multarũ gentiũ. Nec vltra vocabi- est ponã.
tur nomen tuũ abram: sed appella- Infra co.

beris Abraā: qr patrē multarū genti-
um costituit te. Faciamqȝ te crescere
vehementissime: et ponā te in gētib⁹
Eccli. regesqȝ ex te egredient. Et statuā pa
44.c. ctū meū inter me et te: et inter semen
Rom. 4. tuū post te in gñationibus suis fede
c. re sempiterno: vt sim deus tuus et se
B minis tui post te. Daboqȝ tibi et se-
32.q.4.c. mini tuo post te terrā peregrinatio-
recurrat. nis tue oēm terrā chanaā in posses-
.§. is ita- sionē eternā: eroqȝ deus eorū. Dixit
qȝ. iterū de⁹ ad Abraā. Et tu ergo custo-
35.dis.c. dies pactū meū: et semē tuū post te
ab exor- in generationib⁹ suis. Hoc est pactū
dio. meū qd obseruabitis inter me et vos
Lu.2.c. et semen tuū post te. Circumcidet ex
vobis oē masculinū: et circūcidetis
Act.7.a. carnē preputii vestri: vt sit in signū
Ro.4.b. federis inter me et vos. Infans octo
dierū circūcidet in vobis. Omne ma-
sculinū in gñationib⁹ vestris: tā ver
naculus qȝ empticius circumcidet: et
qcūqȝ nō fuerit de stirpe vr̃a. Eritqȝ
pactū meum in carne vestra in fedus
eternū. Masculus cuius preputii ca
ro circūcisa nō fuerit: delebit aīa illa
de populo suo: quia pactum meū irri
C tū fecit. Dixit quoqȝ deus ad Abraā. Sa
rai vxorē tuā non vocabis sarai: sed
sarā. Et benedicā ei: et ex illa dabo ti
bi filiū: cui benedicturus sum: eritqȝ
in nationes: et reges pp̃lorū orient
ex eo. Cecidit abraā in faciē suā: et ri-
sit in corde suo dicens. Putas ne cē
tenario nascet filius: et sara nonage
naria pariet? Dixitqȝ ad deū. Utinā
hismael viuat corā te. Et ait dñs ad
J.18.b.et abraā. Sara vxor tua pariet tibi fili
21.a. um/vocabisqȝ nomen eius Isaac. Et
constituam pactum meum illi in fe-
dus sempiternū: et semini ei⁹ post eū.
Sup hismael quoqȝ exaudiui te: ecce
benedicā ei et augebo et multiplica-
bo eū valde. Duodecim duces gene-
rabit: et faciā illū in gentem magnā.
Pactū vo meū statuā ad isaac quē
pariet tibi sara tpe isto in anno alte-
D ro. Cūqȝ finitus esset sermo loquen-
tis cū eo ascendit de⁹ ab abraā. Tulit
autem abraā hismaelē filium suū et
omnes vernaculos dom⁹ sue: vniuer
sosqȝ quos emerat: et cunctos mares
ex oībus viris domus sue. Et circūci
dit carnem preputii eorum statim in
ipsa die/sicut preceperat ei de⁹. Abraā
nonaginta et nouem erat annorum
quando circūcidit carnē preputii sui
et hismael filius suus tredecim an-
nos ipleuerat tpe circūcisionis sue.
Eadem die circūcisus est abraam et
hismael filius eius: et oēs viri dom⁹
illius/tam vernaculi qȝ emptitii: et
alienigene pariter circūcisi sunt.
C. C. S. De angelor. ppe abraā appa
ritiōe/tēporis ɔcept⁹ et part⁹ pmissi
filii prefixione: ridentis sare increpa
tione: subuersionis sodome reuela-
tione: et abrae pro eius habitatorib⁹
intercessione. Cap. xviii.
Apparuit autē ei dñs in cōual A
le Mambre sedēti in ostio ta- Ac.16.c.
bernaculi sui in ipso feruore
diei. Cūqȝ eleuasset oculos: apparue-
runt ei tres viri stantes prope eum.
Quos cū vidisset/cucurrit in occur-
sum eorū de ostio tabernaculi sui: et
adorauit in terra et dixit. Dñe si inue
ni gratiam in oculis tuis/ne trans-
eas seruū tuū: sed afferam paululū
aque et lauent pedes vestri et requie
scite sub arbore: ponāqȝ buccellā pa-
nis et confortetur cor vestrū/postea
trāsibitis: idcirco enī declinastis ad
seruum vestrū. Qui dixerunt. Fac vt 1. Reg.
locut⁹ es. Festinauit abraā in taber- 28.d.
naculū ad sarā/dixitqȝ ei. Accelera
tria sata simile cōmisce/et fac subci-
nericios panes. Ipse vo ad armētū
cucurrit et tulit inde vitulū tenerri-
mū et optimū: deditqȝ puero/q festi-
nauit et coxit illū. Tulit quoqȝ buty-
rum et lac et vitulū quē coxerat: et po-
suit corā eis. Ipse vo stabat iuxta
eos sub arbore. Cūqȝ comedissent/ B
dixerūt ad eū. Ubi est sara vxor tua. 4. Reg.
Ille rñdit. Ecce in tabernaculo est. 4.c.
Cui dixit. Reuertens veniā ad te tem J.21.a.
pore isto vita comite/et habebit filiū
sara vxor tua. Quo audito/sara risit Ro.6.b.
post ostium tabernaculi. Erant au- Luc.1.b.
tem ambo senes prouecteqȝ etatis: et
desierāt sare fieri muliebria. Que ri-
sit occulte dicens. Postqȝ consenui et
dñs meus vetul⁹ est/voluptati ope-
ram dabo? Dixit autē dñs ad abraā.
Quare risit sara dicēs/num vere pa- 1.pe.3.a.
ritura sum anus? Nūquid deo qcqȝ
est difficile? Iuxta cōdictū reuertar
ad te hoc eodē tpe vita comite: et ha
bebit sara filiū. Negauit sara dicēs.
Nō risi/timore perterrita. Dñs autē:
non est (inqt) ita: sed risisti. Cū ergo
surrexissent inde viri: direxerūt ocu-
los ɔtra sodomā: et abraā simul gra-
diebantur deducēs eos. Dixitqȝ dñs.
Nū celare potero abraā q gesturus C

sum/cū futurus sit in gentē magnā
ac robustissimā: et bñdicēde sint in il
Eccli. lo oēs natiōes terre? Scio enī q̄ p̄ce-
44.c. pturus sit filiis suis et domui sue post
se: vt custodiāt viā dñi: et faciāt iudi
ciū et iustitiā vt adducat dñs ꝓpter
abraā oia q̄ locutus est ad eū. Dixit
Jone.1.a. itaq̄ dñs. Clamor sodomorum et go-
2.q.1.ca. morreorū multiplicatus est/et pctm̄ eo
deus. rū aggrauatū est nimis. Descendā
De accu. et videbo verū clamorē qui venit ad
c.qualiter. me ope cōpleuerint: an non est ita vt
sciā. Cōuerterūtq̄ se inde et abierūt
sodomā. Abraā vero adhuc stabat co
rā dño: et appropinquās ait. Nunqd
pdes iustū cū impio? Si fuerint quin
quaginta iusti in ciuitate / peribunt
simul et nō parces loco illi ꝓpter q̄n
quaginta iustos si fuerint in eo? Ab-
sit a te vt rem hanc facias/et occidas
iustū cum impio: fiatq̄ iustus sicut im
pius. Non est hoc tuum/qui iudicas
omnē terrā: nequaq̄ facies iudiciū
hoc. Dixitq̄ dñs ad eū. Si inuenero
M sodomis q̄nquaginta iustos in me-
dio ciuitatis/dimittam oi loco ꝓpter
eos. Rñdēs abraā ait. Qz semel cepi/
loquar ad dñm meum: cum sim pul-
uis et cinis. Quid si minus quinqua
ginta iustis q̄nq̄ fuerint/ delebis ꝓ-
pter quadragintaquinq̄ vniuersam
vrbē? Et ait. Non delebo si inuenero
ibi quadragitaq̄nq̄. Rursumq̄ locu-
tus est ad eum. Sin autē quadragin-
ta ibi inuenti fuerint/q̄d facies? Ait.
Non pcutiā ꝓpter quadraginta. Ne
queso (inq̄t) indigneris dñe si loquar.
Quid si ibi inuenti fuerint triginta?
Rñdit. Nō faciā si inuenero ibi trigin
ta. Qz semel (ait) cepi/loquar ad do-
minū meū. Quid si ibi inuēti fuerint
viginti? Ait. Non interficiā ꝓpter vi
ginti. Obsecro (inq̄t) ne irascaris dñe si
loq̄r adhuc semel. Quid si inuēti fue-
rit ibi decē? Dixit. Nō delebo ꝓpter de
cē. Abiit dñs postq̄ cessauit loqui ad
abraā/et ille reuersus est i locū suū.
¶ C. S. De āgelorū ad sodomā aduē-
tu: eorūq̄ p loth inuitatiōe: ipsiusq̄ li-
beratiōe: ciuitatis subuersione: vxoris
loth punitiōe: subuersionis ab abraā
pceptiōe: saluatiōis loth ratione: in-
cestu loth occasione: ꝓpetratiōe: et fi-
liorum conceptione atq̄ partu. Cap. xix.
A Ueneruntq̄ duo angeli sodomā
vespere/sedente loth in foribus
ciuitatis. Qui cū vidisset eos/
surrexit: et iuit obuiā eis: adorauitq̄

pronus in terrā et dixit. Obsecro do
mini declinate in domum pueri ve-
stri et manete ibi: lauate pedes vr̄os
et mane ꝓficiscemini in viā vestrā.
Qui dixerūt. Minime: sed in platea
manebimus. Compulit illos oppido
vt diuerterent ad eū. Ingressisq̄ do
mū illius/fecit cōuiuiū et coxit azy-
ma et comederūt. Prius autē q̄ irent
cubitū viri ciuitatis vallauerunt do-
mum illius/a puero vsq̄ ad senē: ois
ppl's simul. Uocaueruntq̄ loth: et di-
xerunt ei. Ubi sunt viri q̄ introierunt
ad te nocte? Educ illos huc vt cogno- B
scamus eos. Egressus ad eos loth post
tergum accludens ostium/ait. Noli- 32.q.7.c.
te queso fratres mei / nolite malum offere-
hoc facere: habeo duas filias que nō- bat.
dum cognouerunt virum: educā eas
ad vos et abutimini eis sicut vobis
placuerit: dummodo viris istis nihil
mali faciatis: qz ingressi sunt sub vm-
bra culminis mei. At illi dixerunt.
Recede illuc. Et rursus. Ingressus
es (inquiūt) vt aduena: nunqd vt iu-
dices? Te ergo ipsum magis q̄ hos
affligemus. Uimq̄ faciebāt loth vehe- 1.pe.2.b.
mentissime. Iāq̄ prope erat vt effrin C
gerent fores: et ecce miserunt manū
viri/et introduxerūt ad se loth: clau-
seruntq̄ ostiū: et eos q̄ foris erant per
cusserunt cecitate a minimo vsq̄ ad Sap.19.
maximū: ita vt ostium inuenire non c.
possent. Dixerunt autē ad loth. Ha- 4.Reg.
bes hic quēpiā tuorū generum aut fi- 6.d.
lios aut filias. Oēs q̄ tui sunt educ de
vrbe hac: delebimus enī locū istū eo
q̄ increuerit clamor eorū corā dño q̄
misit nos vt pdamus illos. Egressus
itaq̄ loth/locutus est ad generos suos
qui accepturi erant filias eius et dixit.
Surgite et egredimini de loco isto:
quia delebit dñs ciuitatē hanc. Et vi- D
sus est eis quasi ludens loqui. Cūq̄
esset mane: cogebant eū angeli dicē
tes. Surge tolle vxorē tuam et duas
filias quas habes: ne et tu pariter pe
reas in scelere ciuitatis. Dissimulan Sap.10.
te illo apprehenderunt manum eius a.
et manū vxoris ac duarū filiarū eius:
eo q̄ parceret dñs illi: eduxeruntq̄
eū et posuerūt extra ciuitatē: ibiq̄ lo-
cuti sunt ad eū/dicentes. Salua ani-
mā tuā: noli respicere post tergū: nec
stes in oi circa regione: sed in monte
saluum te fac: ne et tu simul pereas.
Dixitq̄ loth ad eos. Queso dñe mi:
qz inuenit seruus tuus gratiā corā te:

et magnificasti gloriā et miām tuā
quā fecisti mecū vt saluares animā
meā: nec possum in monte saluari: ne
E forte apphēdat me malū et moriar.
est ciuitas hic iuxta ad quā possum
fugere: parua: et saluabor in ea. Nū
qd non modica est: et viuet aīa mea?
Dixitq₃ ad eū. Ecce etiā in hoc susce-
pi preces tuas vt non subuertā vrbē
Sap.10. pro qua locut⁹ es. Festina et saluare
a. ibi: quia non potero facere quicq₃ do-
nec ingrediaris illuc. Idcirco voca-
tum est nomē vrbis illi⁹ Segor. Sol
egressus est sup terrā: et loth ingres-
Esa.13.d. sus est segor. Igit dn̄s pluit super so-
Hieremi. domā et gomorrā sulphur et ignem
50.f. a dn̄o de celo: et subuertit ciuitates
Ezechie. has et oēm circa regionē vniuersos
16.f. habitatores vrbium et cūcta terre vi
Osee.11 rentia. Respiciensq₃ vxor ei⁹ post se:
c. versa est in statuā salis. Abraā autē
Amos cōsurgens mane vbi steterat pri⁹ cū
4.d. domino: intuit⁹ est sodomā et gomor
Lu.17.f. ram et vniuersam terrā regionis il-
Jude.1.c. lius. Viditq₃ ascendentē fauillā de
Lu. 17.g terra quasi fornacis fumum. Cū enī
f subuerteret domin⁹ ciuitates regio-
Eze.16.f. nis illi⁹: recordat⁹ est abrae: et libera
Sap.10. uit loth de subuersione vrbiū: in qb⁹
a. habitauerat. Ascenditq₃ loth de se-
gor: et mansit in monte: due quoq₃ fi-
lie ei⁹ cū eo: (timuerat enī manere i
segor) et māsit in speluca ipse et due
40.dis.c. filie ei⁹ cum eo. Dixitq₃ maior ad mi
quelibet. norē. Pater noster senex est: et null⁹
B virorū remāsit in terra qui possit in-
gredi ad nos iuxta morem vniuerse
terre. Veni: inebriemus eū vino. dor-
miamusq₃ cū eo: vt seruare possim⁹
ex patre nr̄o semē. Dederūt itaq₃ pa-
tri suo bibere vinū nocte illa. Et in-
gressa est maior: dormiuitq₃ cū pr̄e.
At ille non sensit nec qn̄ accubuit fi-
lia: nec qn̄ surrexit. Altera quoq₃ die
dixit maior ad minorē. Ecce dormi-
ui heri cū patre meo: demus ei bibe-
re vinū etiā hac nocte et dormies cū
eo vt saluem⁹ semē de patre nostro.
Dederunt et illa nocte patri suo bibe
re vinū. Ingressaq₃ minor filia dor-
miuit cū eo: et nec tūc quidem sensit
qn̄ cōcubuerit vel qn̄ illa surrexit. Cō
ceperūt ergo due filie loth de patre
suo. Pepertiq₃ maior filium: et voca-
uit nomē ei⁹ Moab. Ipse est pr̄ moa-
bitarū vsq₃ in presentē diem. Minor
quoq₃ peperit filiū et vocauit nomē
ei⁹ Ammon: id est fili⁹ ppl̄i mei: ipse
est pater Ammonitarū vsque hodie. A
M.S. De abrae pegrinatiōe ✝ C.xx. ✝ vxoris
Profect⁹ inde abraam i terrā ei⁹ p abi-
australē: habitauit inter ca- melech
des et sur: et peregrinat⁹ est i ablatiōe:
geraris. Dixitq₃ de sara vxore sua: so et dei cōmi
ror mea ē. Misit ergo abimelech rex natione:
gerare et tulit eam. Venit autē deus abimelec
ad abimelech p somniū nocte: et ait excusatio
illi. En morieris propter mulierem ne: vxoris
quā tulisti: habet enī virum. Abime- abrae re-
lech vo non tetigerat eā: et ait. Dn̄e: stitutiōe:
nūgentē ignorantē et iustā interfi- et ipsi⁹ p
cies? Nōne ipse dixit mihi: soror mea abimelec
est: et ipsa ait: frater meus est? In oratione.
simplicitate cordis mei et mundicia
manuum mearum feci hoc. Dixitq₃ B
ad eū de⁹. Et ego scio q simplici cor-
de feceris: et ideo custodiui te ne pec
cares in me: et nō dimisi vt tangeres
eā. Nūc ergo redde viro suo vxorē et
orabit pro te qr ppheta est: et viues: si
autē nolueris reddere: scito q morte
morieris tu et oīa q̄ tua sunt. Statimq₃
de nocte cōsurgēs abimelech: vocauit
oēs seruos suos et locut⁹ est vniuer-
sa vba hec i aurib⁹ eorū. Timueruntq₃ C
oēs viri valde. Vocauit autē abime-
lech etiā abraā et dixit ei. Quid feci-
sti nobis? qd peccauimus in te: qr in-
duxisti sup me et sup regnū meū pec
catū grāde: q̄ nō debuisti facere feci-
sti nobis. Rursumq₃ expostulās: ait.
Quid vidisti vt hoc faceres? Rn̄dit
abraā. Cogitaui mecū dicens. Forsi-
tā nō est timor dei i loco isto: et interfi
ciēt me ppt vxorē meā. al's autē ve S.12.c.
soror mea ē: filia pr̄is mei et nō filia
mr̄is mee: et duxi eā i vxorē. Postq̄
autē eduxit me de⁹ de domo pr̄is mei
dixi ad eā. Hāc miam facies mecū. I
oī loco ad quē ingrediemur dices q
frater tu⁹ sim. Tulit igit abimelech D
oues et boues et seruos et ācillas: et de
dit abraā. Reddiditq₃ illi sarā vxorē
suā et ait. Terra corā vobis est: vbicū-
q₃ tibi placuerit habita. Sare autem
dixit. Ecce mille argenteos dedi frī
tuo: hoc erit tibi in velamē oculorū ad
oēs q̄ tecū sunt: et q̄cūq₃ pexeris: me-
mēto te dephēsā. Orāte autē abraā:
sanauit de⁹ abimelech et vxorē: ancil
lasq₃ ei⁹: et pepererūt. Cōcluserat enī
deus omnem vuluam domus abime
lech propter saram vxorem abrae.
¶ C.S. De filii abrae gn̄atiōe / noīa-
tione: circūcisione et ablactatiōe: an-
cille et filij ei⁹ abiectione: abimelech

federis cū abraā petitione: abrae re-
sponsione: et abimelech increpatione:
atqꝫ federis percussione. Cap. xxi.

A
G.17.c. Visitauit autē de⁹ sarā sicut ꝓmi
et.18.b. serat: ⁊ impleuit q̄ locutus est.
Gal. 4.c. Concepitqꝫ et peperit filium in sene-
Heb.11.c. ctute sua: tempore quo predixerat ei
Mat.1.a. deus. Uocauitqꝫ abraā nomē filii sui
quē genuit ei sara / Isaac: et circūci-
dit eum octauo die sicut preceperat
ei deus cum centum esset annorum.
Hac quippe etate patris natus est
isaac. Dixitqꝫ sara. Risum fecit mi-
hi deus: quicūqꝫ audierit corridebit
mihi. Rursumqꝫ ait. Quis auditurus
crederet abraā ꝙ sara lactaret filiū
quē peperit ei iam seni? Creuit igitur
1. Re. 2.c. puer et ablactatus est. Fecitqꝫ abraā
Ro.9.b. grande cōuiuiū in die ablactationis
Gal. 4.d. eius. Cūqꝫ vidisset sara filiū agar egy-
ptie ludentem cum isaac filio suo di-
B xit ad abraā. Eiice ancillam hanc et
Gal. 4.d. filiū ei⁹: nō enī erit heres fili⁹ ancille
45. dist. cū filio meo isaac. Dure accepit hoc
c. q̄cūlib- abraā ꝓ filio suo. Cui dixit deus. Nō
bet. tibi videat asperū sup puero et super
32.q.2.c. ancilla tua: oīa que dixerit tibi sara
non ois. audi vocē ei⁹: q2 in isaac vocabit ti-
et.q. 4.c. bi semen. Sed et filiū ancille faciā in
recurrat. gētē magnā: quia semē tuū est. Sur-
⁊ c. dicat. rexit itaqꝫ abraā mane: et tollēs pa-
nem et vtrē aque / imposuit scapule
eius: tradiditqꝫ puerū ⁊ dimisit eā.
Que cū abiisset: errabat in solitudi-
ne Bersabee. Cumqꝫ consumpta esset
aqua in vtre / abiecit puerum subter
vnā arborē q̄ ibi erat et abiit: seditqꝫ
e regione ꝓcul quātū potest arc⁹ ia-
cere. Dixit enī. Nō videbo morientē
16 puerū. Et sedēs contra / leuauit vocē
suā ⁊ fleuit. Exaudiuit autē de⁹ vocē
C pueri. Uocauitqꝫ angel⁹ dñi agar de
celo dicens. Quid agis agar? Noli ti-
mere: exaudiuit enim de⁹ vocē pueri
de loco in quo est / surge tolle puerum
et tene manum illius: q2 in gentē ma-
gnā faciā eū. Aperuitqꝫ oculos eius
deus. Que videns puteū aque / abiit
et impleuit vtrē: deditqꝫ puero bibere
et fuit cū eo. Qui creuit et moratus
.S.26.a. est in solitudine: factusqꝫ est iuuenis
sagittarius. Habitauitqꝫ in deserto
Pharā / et accepit illi mater sua vxo-
rem de terra egypti. Eodē tpe dixit
abimelech et phicol pīceps exercit⁹
ei⁹ ad abraā. De⁹ tecū est in vniuer-
sis q̄ agis. Jura ergo ꝑ deum ne no-
ceas mihi et posteris meis / stirpiqꝫ

mee: sed iuxta misericordiā quā feci G.20.d.
tibi / facies mihi et terre in qua versa-
tus es aduena. Dixitqꝫ abraā. Ego
iurabo. Et increpauit abimelech pro-
pter puteū aque quē vi abstulerant
serui ei⁹. Rñditqꝫ abimelech. Nesci- D
ui q̄s fecerit hanc rem: sed ⁊ tu nō in-
dicasti mihi: et ego nō audiui preter
hodie. Tulit itaqꝫ abraā oues et bo-
ues / et dedit abimelech. Percusserūt
qꝫ ambo fedus. Et statuit abraā se-
ptē agnas gregis seorsum. Cui dixit
abimelech. Quid sibi volunt septem
agne iste quas stare fecisti seorsum?
At ille. Septē (inqt) agnas accipies
de manu mea: vt sint mihi in testimo-
niū qm̄ ego fodi puteū istū. Idcirco
vocatus est locus ille Bersabee: quia
ibi vterqꝫ iurauit: et inierūt fedus ꝓ
puteo iuramenti. Surrexit autē abi-
melech et phicol princeps exercitus
eius: reuersiqꝫ sunt in terrā Palesti-
noꝝ. Abraā vo plantauit nemus in
bersabee / et inuocauit ibi nomen do-
mini dei eterni: et fuit colonus terre
palestinorum diebus multis.

¶ C. S. De abrae ad isaac immolan-
dum tētatione: et festina eius ad hoc
preparatione: immolationis inchoa-
tione: et consummationis ꝓhibitione:
arietis ꝓ isaac oblatiōe: ꝓmissionis
abrae cōfirmatione: et ꝓlificationis
fratris ei⁹ nunciatione. Cap. xxii. A

Que postq̄ gesta sunt / tenta- Judith
uit de⁹ abraā et dixit ad eū. 8.c.
Abraā abraā? At ille respon- Heb.11.
dit. Adsum. Ait illi. Tolle filiū tuum d.
vnigenitū quē diligis isaac: et vade
in terrā visionis: atqꝫ ibi offeres eū
in holocaustū sup vnum montiū quē
monstrauero tibi. Igitur abraam de
nocte consurgens: strauit asinū suū:
ducens secū duos iuuenes et isaac fi-
liū suū. Cūqꝫ concidisset ligna in ho- 22.q.2.c.
locaustū: abiit ad locum quē precepe- si quelt-
rat ei deus. Die autē tertio: eleuatis bet. §. quā-
oculis: vidit locū procul: dixitqꝫ ad doqꝫ.
pueros suos. Expectate hic cum asi-
no: ego et puer illuc vsqꝫ properātes:
postq̄ adorauerimus: reuertemur
ad vos. Tulit quoqꝫ ligna holocau- B
sti et imposuit sup isaac filium suū:
ipse vo portabat in manib⁹ ignem et
gladiū. Cūqꝫ duo pergerent simul di-
xit isaac patri suo. Pater mi? At ille
respōdit. Quid vis fili? Ecce (inquit)
ignis et ligna: vbi est victima holo-
causti? Dixit autem abraam. Deus

prouidebit sibi victimam holocausti
fili mi. Pergebāt ergo pariter et ve=
nerūt ad locū quē ostēderat ei deus
in quo edificauit altare ꝛ desuper li
Jaco.2.d. gna cōposuit. Cūqꝫ colligasset isaac
filium suū / posuit eū in altare super
struem lignoꝝ / extēditqꝫ manum et
arripuit gladiū vt immolaret filiū
C suū. Et ecce angelus dn̄i de celo cla=
mauit dicēs. Abraam abraam. Qui
respōdit. Adsum. Dixitqꝫ ei. Nō ex=
tendas manū tuā super puerū: neqꝫ
facies illi quicq̄. nunc cognoui ꝙ ti=
meas dominū: et nō pepercisti vni=
genito filio tuo propter me. Leuauit
abraā oculos suos: viditqꝫ post ter=
gū arietē inter vepres herentem cor=
nibus: quem assumens / obtulit holo
caustū ꝓ filio. Appellauitqꝫ nomen
loci illius Dn̄s videt. Unde vsqꝫ ho
die dicit in monte dn̄s videbit. Uo=
cauit aūt angelus dn̄i abraam scd̄o
Ps.104.a. de celo dicens. Per memetipsum iu
Luc.1.g. raui dicit dn̄s: qꝛ fecisti hanc rem: et
Ecclesia. nō pepercisti filio tuo vnigenito / be=
44.d. nedicā tibi ꝛ multiplicabo semē tuū
Heb.6.c. sicut stellas celi: et velut arenā que
D est in litore maris. Possidebit semē
1.macha= tuū portas inimicorū suorū: et bene
beoꝝ.2.f. dicētur in semine tuo oēs gētes ter=
Luce.1.c. re: qꝛ obedisti voci mee. Reuersꝰ est
Gala.3.b. Abraam ad pueros suos / abierūtqꝫ
Ecclesia. bersabee simul: ꝛ habitauit ibi. His
44.d. itaqꝫ gestis / nūciatum est Abraā ꝙ
Melcha quoqꝫ genuisset filios Na=
chor fratri suo. Hus primogenitū:
et Buz fratrē eiꝰ: et Chamuel patrē
Syroꝝ: ꝛ Caseth: et Azau. Pheldas
quoqꝫ ꝛ Jedlaph ac Bathuel: de quo
nata est Rebecca. Octo istos genuit
Melcha / nachor fratri Abraā. Cōcu
bina vero illiꝰ noīe Roma / peperit
thabee et gaon et thaas ꝛ Maacha.
¶ C.S. De sare obitu: et abrae plan=
ctu: lociqꝫ sepulture postulatione: a=
gri in quo erat duplex spelunca em=
ptione: ꝛ sare sepelitione. Cap. xxiii.
A Vixit autem sara centūuiginti=
septem annis: ꝛ mortua est in
ciuitate Arbee: que est Hebron in
terra Chanaan. Uenitqꝫ abraam vt
plangeret et fleret eam. Cumqꝫ surre=
xisset ab officio funeris / locutus est
ad filios Heth / dicens. Aduena sum
et peregrinus apud vos / date mihi
ius sepulchri vobiscum: vt sepeliam
mortuum meum. Respōderunt filii
heth / dicentes. Audi nos dn̄e. Prin=
ceps dei es apud vos / in electis se=
pulchris nostris sepeli mortuū tuū
nullusqꝫ te ꝓhibere poterit quin in
monumēto eius sepelias mortuum
tuum. Surrexit Abraā et adorauit B
populum terre / filios videlꝫ heth: di=
xitqꝫ ad eos. Si placet aie vestre vt
sepeliam mortuū meū: audite me et
intercedite apud Ephron filiū Seor
vt det mihi speluncam duplicē quam
habet in extrema parte agri sui: pe=
cunia digna tradat eā mihi coram
vobis in possessionē sepulchri. Ha=
bitabat aūt Ephron in medio filio=
rum Heth. Responditqꝫ ephron ad
abraā cunctis audiētibus qui ingre=
diebantur portā ciuitatis illius, di=
cēs. Nequaq̄ ita fiet dn̄e mi: sed tu
magis ausculta quod loquor. Agrū C
trado tibi et speluncā que in eo est /
presentibꝰ filiis ppl'i mei / sepeli mor=
tuum tuū. Adorauit Abraam coram
dn̄o ꝛ populo terre: et locutus est ad
Ephron circumstāte plebe eiꝰ. Que=
so vt audias me. Dabo pecuniā pro
agro suscipe eam / et sic sepeliā mor=
tuum meum in eo. Rn̄ditqꝫ ephron.
Dn̄e mi audi me. Terra quā postu= 13.q.2.c.
las quadringētos siclos argenti va postq̄.
let: istud est preciū inter me ꝛ te: sed
quantū est hoc: sepeli mortuū tuū. D
Quod cū audisset abraā / appendit pe=
cuniam quā Ephron postulauerat
audiētibus filiis Heth / quadringen=
tos siclos argenti probate monete
publice. Cōfirmatusqꝫ est ager quon=
dam Ephronis in quo erat spelunca
duplex respiciens Mambre tā ipse
q̄ spelūca: ꝛ oēs arbores eius in cū=
ctis terminis eius p circuitū abrae
in possessionē vidētibus filiis Heth:
et cūctis q̄ intrabāt portā ciuitatis il=
lius. Atqꝫ ita sepeliuit abraam sarā 13.q.2.c.
vxorē suā in spelunca agri duplici: q̄ hebron.
respiciebat Mābre: hec est ebron in
terra chanaā. Et confirmatꝰ est ager
et antrū qđ erat in eo abrae in pos=
sessionem monumenti a filiis Heth.
¶ C.S. De abrahe seruū mittēte de
accipiēda filio suo vxore cōmissiōe /
serui ad exequēdum profectione / si=
gni a dn̄o petiti impletione: consens=
sus parentū requisitione: puelle ab=
ductione: ipsiusqꝫ ab Isaac in vxo=
rem acceptione. Capitulum. xxiiii.
E Rat autē abraā senex dierūqꝫ A
multoꝝ / et dn̄s in cūctis bene Infra.47.
dixerat ei. Dixitqꝫ ad seruum g.

seniorẽ domus sue/qui preerat om-
nibus que habebat. Pone manum
tuã subter femur meum/vt adiurem
te per dñm deum celi et terre: vt non
accipias vxorem filio meo de filiab⁹
Chananeorũ/inter quos habito: sed
ad terrã et cognationẽ meã profici-
scaris/⁊ inde accipias vxorem filio
meo Isaac. Respondit seruus. Si no-
luerit mulier venire mecũ in terram
hanc/nũquid reducere debeo filium
tuum ad locũ de quo tu egressus es?
Dixitq̃ Abraam. Caue nequãdo re-
ducas filiũ meũ illuc. Dñs deus ce-
li et terre qui tulit me de domo prĩs
mei/⁊ de terra natiuitatis mee: qui
locut⁹ est mihi: ⁊ iurauit dicens. Se-
mini tuo dabo terram hanc: ipse mit-
tet angelũ suũ corã te/⁊ accipies
inde vxorẽ filio meo. Sin autem mu-
lier noluerit sequi te/nõ teneberis iu-
ramento: filium meũ tãtum ne redu-
cas illuc. Posuit ergo seruus manũ
sub femore Abraam dñi sui: et iura-
uit illi sup sermone hoc. Tulitq̃ de-
cẽ camelos de grege dñi sui et abiit
ex oĩbus bonis eius portans secũ.
Profectusq̃ perrexit in Mesopota-
B miam ad vrbẽ Nachor. Cũq̃ came-
los fecisset accũbere extra oppidum
iuxta puteũ aque vespere/eo tempo-
re q̃ solent mulieres egredi ad hau-
riẽdam aquam/dixit. Dñe deus dñi
mei Abraam: occurre obsecro mihi
hodie: ⁊ fac miam cum domino meo
Judith. 9.a. Abraam. Ecce ego sto prope fontem
aque: ⁊ filie habitatorum huius ciui-
tatis egredientur ad hauriẽdã aquã.
Igitur puella cui ego dixero. Incli-
na hydriam tuã vt bibã: ⁊ illa respõ-
derit. Bibe: quin et camelis tuis da-
bo potũ: ipsa est quã preparasti ser-
uo tuo Isaac: ⁊ per hoc intelligam q̃
feceris miam cũ dño meo. Necdum
intra se verba cõpleuerat: ⁊ ecce Re-
becca egrediebatur filia Bathuel filij
Melche vxoris Nachor frĩs Abra-
am/habẽs hydriam in scapula sua:
puella decora nimis virgoq̃ pulcher-
rima/et incognita viro. Descẽderat
autẽ ad fontẽ/et impleuerat hydri-
am suã ac reuertebatur. Occurritq̃
C ei seruus/et ait. Pauxillũ aque mi-
hi ad sorbendũ prebe de hydria tua.
Que rñdit. Bibe dñe mi. Celeriterq̃
deposuit hydriã super vlnam suã: et
dedit ei potũ. Cũq̃ ille bibisset/adie-
cit. Quin et camelis tuis hauriam
aquã donec cuncti bibãt. Effundẽsq̃
hydriã in canalibus/recurrit ad pu-
teũ vt hauriret aquã: ⁊ haustã oĩbus
camelis dedit. Ille aũt contẽplaba-
tur eã tacitus/scire volẽs vtrũ pro-
sperum iter suũ fecisset deus/an nõ.
Postq̃ autẽ biberũt cameli: protulit
vir inaures aureas/appendentes si-
clos duos/et armillas totidẽ pondo
siclorũ decẽ. Dixitq̃ ad eã. Cuius es
filia? indica mihi. est ĩ domo patris
tui locus ad manẽdum? Que rñdit.
Filia sum Bathuelis filij Nachor/
quẽ peperit ei Melcha. Et addidit
dicens. Palearum quoq̃ et feni plu-
rimũ est apud nos/et loc⁹ spaciosus
ad manẽdũ. Inclinauit se hõ et ado-
rauit dñm dicẽs. Bñdictus dñs de⁹
domini mei Abraam/q̃ non abstulit
miam ⁊ veritatẽ suã a dño meo: ⁊ re-
cto itinere me perduxit in domũ fra-
tris dñi mei. Cucurrit itaq̃ puella/ D
et nũciauit in domũ matris sue oĩa
que audierat. Habebat aũt Rebecca
fratrẽ noie Laban/q̃ festinus egres-
sus est ad hoĩem vbi erat fons. Cũq̃
vidisset inaures et armillas in ma-
nibus sororis sue/et audisset cuncta
verba referẽtis. Hec locut⁹ est mihi
homo: venit ad virũ q̃ stabat iuxta
camelos/et prope fontẽ aque: dixitq̃
ad eum. Ingredere bñdicte dñi: cur
foris stas? Preparaui domũ et locũ
camelis tuis. Et introduxit eũ in ho-
spitiũ/ac destrauit camelos: deditq̃
paleas/⁊ fenum/⁊ aquam ad lauan-
dos pedes camelorũ/et virorũ q̃ ve-
nerãt cũ eo. Et apposit⁹ est in cõspe-
ctu ei⁹ panis. Qui ait. Nõ comedã/
donec loquar sermones meos. Re-
spõdit ei. Loq̃re. At ille. Seruus (in-
quit) Abraam sũ. Et dñs benedixit
dño meo valde: magnificatusq̃ est/
et dedit ei oues et boues/argentũ et
aurũ/seruos et ancillas/camelos et
asinos. Et peperit Sara vxor domi- S.21.a.
ni mei filiũ dño meo ĩ senectute sua:
deditq̃ illi oĩa q̃ habuerat. Et adiu-
rauit me dñs meus/dicẽs. Nõ acci-
pies vxorẽ filio meo de filiab⁹ Cha-
naneorũ/in quorũ terra habito: sed ad
domũ patris mei perges: et de cogna-
tione mea accipies vxorẽ filio meo.
Ego vero rñdi dño meo. Quid si no- E
luerit venire mecũ mulier? Dñs ait
in cuius conspectu ambulo/mittet an-
gelũ suum tecũ/⁊ diriget viã tuam:
accipiesq̃ vxorẽ filio meo de cogna-

tione mea: et de domo p̄ris mei. Innocēs eris a maledictiōe mea cū veneris ad ꝓximos meos, et nō dederint tibi. Veni ḡ hodie ad fontem aq̄ et dixi. Dñe de⁹ dñi mei Abraā, si direxisti viā meā in qua nūc ambulo: ecce sto iuxta fontē aq̄, ⁊ virgo q̄ egredietur ad hauriendā aquā, audierit a me. Da mihi pauxillum aq̄ ad bibendū de hydria tua: et dixerit mihi. Et tu bibe, et camelis tuis hauriā: ipsa est mulier quā preparauit dñs filio dñi mei. Dūqꝫ hec tacit⁹ mecū voluerem, apparuit Rebecca veniens cū hydria quā portabat in scapula: descēditqꝫ ad fontē et hausit aquā. Et aio ad eā. Da mihi paululum bibē. Que festinās deposuit hydriam de humero et dixit mihi. Et tu bibe: et camelis tuis tribuā potū. Bibi: ⁊ adaquauit camelos. Interrogauiqꝫ eā, et dixi.

F Cuius es filia? Que rñdit. Filia Bathuelis sum filij Nachor, quē peperit ei Melcha. Suspendi itaqꝫ inaures ad ornandā faciē ei⁹: et armillas posui in manib⁹ eius: ꝓnusqꝫ adoraui dñm bñdicēs dño deo dñi mei Abraam, qui ꝑduxit me recto itinere: vt sumerē filiā fratris dñi mei filio ei⁹. Quā ob rē si facitis miam et veritatem cū dño meo, indicate mihi. Sin autē aliud placet: et hoc dicite mihi vt vadā ad dexterā siue ad sinistrā. Rñderūt Laban et Bathuel. A dño egress⁹ est sermo: non possum⁹ extra placitū ei⁹ quicq̄ aliud loq̄ tecū. En Rebecca corā te est: tolle eā, et proficiscere: ⁊ sit vxor filij dñi tui, sicut locut⁹ est dñs. Quod cū audisset puer

32. q. 2. c. honoratur. Abraam, ꝓcidēs adorauit in terra dñm. Prolatisqꝫ vasis argenteis, et aureis: ac vestib⁹: dedit ea Rebecce ꝓ munere. Fratrib⁹ quoqꝫ ei⁹ et matri dona obtulit. Initoqꝫ conuiuio vescentes pariter ⁊ bibentes: manserunt ibi. Surgēs aūt mane: locutus est puer. Dimitte me: vt vadā ad dñm meū. Rñderūt frater eius ⁊ mr̄. Maneat puella saltem decē dies apud nos: et postea ꝓficiscet. Nolite ait me retinere: qr dñs direxit viā meā: dimittite me: vt pergā ad dñm meum. Et dixerūt. Vocem⁹ puellā: ⁊ q̄ram⁹ ipsi⁹ voluntatem. Cūqꝫ vocata venisset: sciscitati sunt. Vis ire cū hoie isto?

G Que ait. Vadā. Dimiserunt ḡ eā: et nutricē illi⁹: seruūqꝫ Abraā: et comites ei⁹: imprecātes ꝓspera sorori sue: atqꝫ dicentes. Soror nr̄a es: crescas in mille milia. ⁊ possideat semē tuū portas inimicoꝝ suoꝝ. Igit̄ Rebecca et puelle illi⁹ ascensis camelis secute sunt virū: q̄ festinus reuertebat ad dñm suū. Eo autē tpe deambulabat Isaac ꝑ viā q̄ ducit ad puteū: cuius nomē ē viuētis ⁊ vidētis. Habitabat enī in t̄ra australi: ⁊ egressus fuerat ad meditādū i agro: inclinata iā die. Cūqꝫ eleuasset oculos: vidit camelos venientes ꝓcul. Rebecca quoqꝫ cōspecto 30. q. 5. c. nec illud. Isaac descendit de camelo: et ait ad puerū. Quis ē ille hō: q̄ venit ꝑ agrū in occursū nobis? Dixitqꝫ ei. Ipse est dñs me⁹. At illa tollēs cito pallium suū operuit se. Seru⁹ aūt cūcta q̄ gesserat: narrauit dño suo Isaac. Qui 32. q. 4. introduxit eā in tabernaculū Sare §. 1. mr̄is sue: ⁊ accepit eā vxorē: ⁊ in tantum dilexit eā: vt dolorē qui ex morte matris eius acciderat tēperaret.

¶ C.S. De Abrae cū alia vxore filiorū ꝓcreatione: de obitu ipi⁹ et sepultura: gñationis quoqꝫ Hismaelis recapitulatione: ꝓlis Isaac multiplicatione: natorū cōuersatione: atqꝫ primogenitoꝝ translatione. Cap. xxv.

A Abraā vero aliā duxit vxorem noie Cethurā: q̄ peperit ei Zarā et Iecsan: ⁊ Madā: ⁊ Madian: ⁊ Iesboc: et Sue. Iecsā quoqꝫ genuit Saba et Dadā. Filij Dadā fuerunt assurim: ⁊ latusim: et laomim. At vero ex 1. Pa. 1. c. madiā ort⁹ est epha: ⁊ epher: ⁊ enoch et abida: et eldaa: oēs hi filij Cethure. Deditqꝫ Abraā cuncta q̄ possederat isaac: filijs aūt cōcubinaꝝ largit⁹ est munera: et separauit eos ab isaac filio suo dū adhuc ipe viueret ad plagā orientalē. Fuerūt autem dies vite 24. dist. abrae cētū septuagintaquinqꝫ āni: ⁊ de c. porro. ficiēs mortu⁹ est i senectute bona ꝓuecteqꝫ etatis ⁊ plen⁹ dierū: ꝯgregat⁹ B qꝫ est ad ppl'm suū. Et sepelierūt eū isaac ⁊ hismael filij sui i spelūca du 13. q. 2. c. plici q̄ sita est i agro ephrō filij seor hebron. ethei e regiōe mābre quā emerat a fi & .23. c. lijs heth. Ibi seplt⁹ ē ipe ⁊ sara vxor de sepult. eius. Et post obitū illi⁹ bñdixit deus ca. 1. isaac filio ei⁹: q̄ habitabat iuxta puteū noie viuētis ⁊ vidētis. He sunt gñationes hismael filij abrae quē peperit ei agar egyptia famula sare: et hec noia filioꝝ eius i vocabulis et gñationib⁹ suis. Primogenit⁹ hismae 1. Par. 1. lis. Nabaioth. deide Cedar: et Adbeel: et Mabsam: Masma quoqꝫ et




Duma/et Massa/Adad/ ⁊ Thema/
et Jetur/et Naphis/et cedma. Isti
sunt filii Ismael/ ⁊ hec noīa per ca
stella ⁊ oppida eoꝝ duodecim prin=
cipes tribuū suarū. Et facti sunt an=
ni vite Ismaelis centūtriginta se=
ptem: deficiensq̧ mortuus est/et ap=
positus ad populū suum. Habitauit
autē ab Euila vsq̧ Sur/ que respicit
Egyptum introeuntibus Assyrios.
corā cūctis fratribus suis obiit. He
quoq̧ sunt generationes Isaac filii
C Abraam. Abraam genuit Isaac: qui
cum quadraginta esset annoꝝ du=
xit vxorē Rebeccā filiam Bathuelis
Syri de Mesopotamia sororem La=
ban. Deprecatusq̧ est Isaac dn̄m ꝓ
7.q.1.c.in vxore sua/eo q̧ esset sterilis. Qui ex
aptibus. audiuit eū/et dedit conceptum Re=
becce: sed collidebātur in vtero eius
paruuli. Que ait. Si sic mihi futurū
erat/q̄d necesse fuit concipere? Per=
rexitq̧ Rebecca vt consuleret dn̄m.
Qui respōdēs ait. Due gentes sunt
in vtero tuo: et duo populi ex ventre
tuo diuident: populusq̧ pplm̄ supe=
Ro.9.c. rabit: et maior seruiet minori. Iam
tēpus pariendi aduenerat: ⁊ ecce ge
mini in vtero eius reperti sunt. Qui
primus egressus est/rufus erat: ⁊ to
tus in morem pellis hispidus: voca=
Osee.12.a. tumq̧ est nomen eius Esau. Proti=
nus alter egrediens: plantā fratris
tenebat manu: et idcirco appellauit
D eū Jacob. Sexagenarius erat Isa=
Mal.1.a. ac cū nati sunt ei paruuli. Quibus
adultis factus est Esau vir gnarus
venādi/et homo agricola. Jacob au
tē vir simplex habitabat in taberna=
culis. Isaac amabat Esau: eo q̧ de
venationibus illi⁹ vesceretur: ⁊ Re
becca diligebat Jacob. Coxit autem
Jacob pulmētum/ad quē cū venis=
set Esau de agro lassus/ait. Da mi=
hi de coctione hac rufa: quia oppido
Abd.1.a. lassus sum. Quā ob causam vocatū
22.q.2.c. est nomen eius Edom. Cui dixit Ja=
querit.§. cob. Uende mihi primogenita tua.
erat §. Ille rn̄dit. En morior/quid mihi ꝓ
derunt primogenita? Ait Jacob. Iu
ra ergo mihi. Jurauit ei Esau: ⁊ ven
didit primogenita: et sic accepto pa
heb.12.d. ne et lentis edulio comedit/ ⁊ bibit/
et abiit/ paruipendens quod primo
genita vendidisset.

¶ C.S. De peregrinatione Isaac in
Geraris: de iurgio ꝓ puteis: et de fe
dere cum Abimelech. Cap.xxvi.

Orta autē fame super terrā A
post eā sterilitatē q̄ accide=
rat in diebus Abraam abiit
Isaac ad Abimelech regē palestino
rū in Gerara. Apparuitq̧ ei dn̄s/et
ait. Ne descēdas in egyptū: sed quie
sce in terra quam dixero tibi: ⁊ pere=
grinare in ea: eroq̧ tecū et benedicā
tibi. Tibi enī et semini tuo dabo vni S.15.b.
uersas regiones has: complēs iura= Rom.
mētum qd̄ spopondi Abraam patri 4.b.
tuo. Et multiplicabo semē tuū sicut
stellas celi: daboq̧ posteris tuis vni
uersas regiones has: et bn̄dicent in
semine tuo omnes gētes terre: eo q̧
obedierit Abraam voci mee: ⁊ custo
dierit ꝓcepta et mādata mea: ⁊ cere
monias legesq̧ seruauerit. Mansit
itaq̧ Isaac in Geraris. Qui cū inter= B
rogaret a viris loci illius sup vxore
sua/rn̄dit. Soror mea est. Timuerat
enim cōfiteri qd̄ sibi esset sociata cō=
iugio/reputans ne forte interficerēt
eū ꝓpter illi⁹ pulchritudinē. Cumq̧
pertransissent dies p̄lurimi/ ⁊ ibidē
moraret/ prospiciēs Abimelech rex
Palestinoꝝ per fenestrā/vidit eum
iocantē cū Rebecca vxore sua: et ac
cersito eo ait. Perspicuum est quod
vxor tua sit: cur mētitus es eā soro=
rem tuā esse? Rn̄dit. Timui ne mo=
rerer ꝓpter eā. Dixitq̧ Abimelech. C
Quare imposuisti nobis? Potuit coi=
re quispiā de pplo cum vxore tua/et
induxeras sup nos grande peccatū.
Precepitq̧ oī pplo dicens. Qui teti
gerit hoīs huius vxorē/morte morietur.
Seuit autē Isaac in terra illa: ⁊ in=
uenit in ipso anno centuplum: bn̄di
xitq̧ ei dn̄s/ ⁊ locupletat⁹ est homo:
⁊ ibat proficiens atq̧ succrescēs: do
nec magnus vehementer effect⁹ est:
habuitq̧ possessiones ouiū/ ⁊ armē=
torum/et familie plurimum. Ob hoc
inuidentes ei Palestini/oēs puteos
quos foderant serui prīs illi⁹ Abra=
am/illo tēpore obstruxerūt/implen=
tes humo/ in tantum vt ipse Abime
lech diceret ad Isaac. Recede a no=
bis quoniā potentior nobis fact⁹ es
valde. Et ille discedēs vt veniret ad D
torrentem Gerare/ habitaretq̧ ibi:
rursum fodit alios puteos/quos fo=
derant serui patris sui Abraam: et
B domino consecratur. Sanctus erit crescente cesarie capitis eius. Omni tempore consecrationis sue super mortuum non ingredietur: nec super patris quidem et matris et fratris sororisq funere contaminabitur: quia consecratio dei sui super caput eius est. Omnibus diebus separationis sue sanctus erit domino. Si autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo/ polluetur caput consecrationis eius: quod radet illico in eadem die purgationis sue. et rursum in septima. In octava autem die offeret duos turtures vel duos pullos columbe sacerdoti in introitu federis testimonii: facietq sacerdos unum pro peccato/ et alterum in holocaustum: et deprecabitur pro eo: quia peccavit super mortuo: sanctificabitq caput eius in die illo: et consecrabit domino dies separationis illius: offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamen ut dies priores irriti fiant

C quoniam polluta est sanctificatio eius. Ista est lex consecrationis. Cum dies quos ex voto devotus decreverat complebuntur: adducet eum ad ostium tabernaculi federis/ et offeret oblationem eius domino/ agnum anniculum immaculatum in holocaustum/ et ovem anniculam immaculatam pro peccato: et arietem immaculatum hostiam pacificam/ canistrum quoq panum azymorum qui conspersi sint oleo/ et lagana absq fermento uncta oleo/ ac libamina singulorum que offeret sacerdos coram domino: et faciet tam pro peccato quam in holocaustum. Arietem vero immolabit hostiam pacificam domino/ offerens simul canistrum azymorum/ et libamenta que ex more debentur. Tunc radetur nazareus ad ostium tabernaculi federis cesarie consecrationis sue: tolletq capillos eius: et ponet super ignem/ qui est suppositus sacrificio pacificorum: et armum coctum

D arietis/ tortamq absq fermento unam de canistro/ et laganum azymum unum: et tradet in manus nazarei postquam rasum fuerit caput eius. Susceptaq rursum ab eo elevabit in conspectu domini: et sanctificata sacerdotis erunt: sicut pectusculum quod separari iussum est et femur. post hec potest bibere nazareus vinum. Ista est lex nazarei cum voluerit oblationem suam domino tempore consecrationis sue/ exceptis his que invenerit manus eius: iuxta quod mente devoverat/ ita faciet ad perfectionem sanctificationis sue. Locutusq est dominus ad Moysen dicens. Loquere Aaron et filiis eius. Sic benedicetis filiis Israel: et dicetis eis. Benedicat tibi dominus et custodiat te. Ostendat dominus faciem suam tibi et misereatur tui. Convertat dominus vultum suum ad te et det tibi pacem. Invocabuntq nomen meum super filios Israel: et ego benedicam eis.

1. q. 1. dictum est a domino. Eccl. 36. c.

¶ C.S. De numero plaustrorum et boum: et quibus data sunt: et de oblatione principum: et de dedicatione tabernaculi: dominus loquitur de propitiatorio Moysi. Cap. vii.

A Exo. 40. b. Factum est autem in die qua complevit Moyses tabernaculum: et erexit illud. Unxitq et sanctificavit cum omnibus vasis suis: altare similiter et omnia vasa eius. Obtulerunt principes Israel et capita familiarum que erant per singulas tribus prefecti eorum qui numerati fuerant/ munera coram domino sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Unum plaustrum obtulere duo duces: et unum bovem singuli: obtuleruntq ea in conspectu tabernaculi. Ait autem dominus ad Moysen. Suscipe ab eis ut serviant in ministerio tabernaculi: et trades ea levitis iuxta ordinem ministerii sui. Itaq cum suscepisset Moyses plaustra et boves/ tradidit ea levitis. Duo plaustra et quatuor boves dedit filiis Gerson: iuxta id quod habebant necessarium. Quatuor alia plaustra et octo boves dedit filiis Merari secundum officia et cultum suum sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis. Filiis autem Caath non dedit plaustra et boves: quia in sanctuario serviunt/ et onera propriis portant

humeris. Igitur obtulerunt duces in
dedicationem altaris / die qua vnctũ
est / oblationem suam ante altare. Di
xitq; dñs ad Moysen. Singuli duces
B per singulos dies offerant munera
in dedicationem altaris. Primo die
obtulit oblationẽ suã Naasson filius
Aminadab de tribu Juda: fueruntq;
in ea acetabulum argenteum pondo
centum triginta sicloꝝ / phiala argen
tea habens septuaginta siclos iuxta
pondus sanctuarij / vtrumq; plenum
simila conspersa oleo in sacrificium:
mortariolũ ex decẽ siclis aureis ple-
num incẽso: bouẽ de armento ⁊ arie-
tem ⁊ agnũ anniculũ in holocaustũ:
hircũq; ꝓ peccato: ⁊ in sacrificio pa-
cificorũ boues duos: arietes quinq; /
hircos quinq; / agnos anniculos quin-
q;. hec est oblatio Naasson filij Ami-
nadab. Secundo die obtulit Natha-
nael filius Suar dux de tribu Issa-
char acetabulũ argenteum appẽdẽs
centum triginta siclos / phialã argen
teã habentẽ septuaginta siclos iuxta
pondus sanctuarij / vtrunq; plenum
simila conspersa oleo in sacrificium:
mortariolũ aureum habẽs decem si-
clos plenũ incenso: bouẽ de armento
et arietẽ ⁊ agnũ anniculum in holo-
caustũ: hircũq; ꝓ peccato: ⁊ in sacri-
ficio pacificorum boues duos / arie-
tes quinq; / hircos quinq; / agnos anni
culos quinq;. hec fuit oblatio Natha
nael filij Suar. Tertio die princeps
filioꝝ Zabulon Heliab filius Helon /
obtulit acetabulũ argenteũ appẽdẽs
centum triginta siclos / phialam ar-
genteam habentẽ septuaginta siclos
ad pondus sanctuarij / vtrũq; plenũ
simila conspersa oleo in sacrificium:
mortariolũ aureũ appendẽs decem
siclos plenum incenso: bouem de ar-
mento: ⁊ arietẽ ⁊ agnum anniculum
in holocaustũ: hircumq; ꝓ peccato:
⁊ in sacrificio pacificoꝝ boues duos /
arietes quinq; / hircos quinq; / agnos
anniculos quinq;. hec est oblatio He
C liab filij Helon. Die quarto princeps
filioꝝ Rubẽ Elisur filiꝰ Sedeur obtu
lit acetabulũ argenteũ appẽdens cẽ
tum triginta siclos / phialam argen-
team habentem septuaginta siclos
ad pondus sanctuarij: vtrũq; plenũ
simila conspersa oleo in sacrificium:
mortariolũ aureum appendẽs decẽ
siclos plenum incenso / bouem de ar-
mento ⁊ arietem et agnum anicu-
lum in holocaustum: hircumq; pro
peccato: ⁊ in hostias pacificorum bo
ues duos / arietes quinq; / hircos quin-
q; / agnos anniculos quinq;. hec fuit
oblatio Elisur filij Sedeur. Die quin
to princeps filioꝝ Simeõ Salamihel
filius Surisaddai / obtulit acetabulũ
argenteum: appendens centũ trigin
ta siclos / phialam argenteam habẽ-
tem septuaginta siclos ad pondus
sanctuarij: vtrũq; plenum simila cõ-
spersa oleo in sacrificiũ: mortariolũ
aureum appendens decem siclos ple
num incenso / bouem de armento et
arietẽ et agnum anniculum in holo-
caustũ / hircũq; pro peccato: et in ho-
stias pacificorum boues duos / arie-
tes quinq; / hircos quinq; / agnos an-
niculos quinq;. hec fuit oblatio Sa-
lamihel filij Surisaddai. Die sexto
princeps filioꝝ Gad Heliasaph filius
Duel obtulit acetabulũ argenteũ ap
pendens centũ triginta siclos: phia-
lam argenteã habẽtem septuaginta
siclos ad pondus sanctuarij: vtrũq;
plenũ simila cõspersa oleo in sacrifi-
cium: mortariolũ aureũ appendens
decẽ siclos plenum incẽso / bouem de
armẽto / ⁊ arietem ⁊ agnum annicu-
lum in holocaustũ / hircumq; ꝓ pec-
cato: ⁊ in hostias pacificorum boues
duos / arietes quinq; / hircos quinq; /
agnos anniculos quinq;. hec fuit ob-
latio Heliasaph filij Duel. Die septi-
D mo princeps filioꝝ Ephraim Helisa-
ma filius Ammiud obtulit acetabu-
lum argenteũ appendens centũ tri-
ginta siclos / phialam argenteam ha
bentem septuaginta siclos ad pon-
dus sanctuarij: vtrũq; plenũ simila
cõspersa oleo in sacrificiũ: mortario-
lum aureum appẽdens decem siclos
plenum incenso / bouem de armento /
et arietẽ ⁊ agnum anniculũ in holo-
caustum / hircumq; pro peccato: et in
hostias pacificorũ boues duos / arie-
tes quinq; / hircos quinq; / agnos an-
niculos quinq;. hec fuit oblatio He-
lisama filij Ammiud. Die octauo prin
ceps filioꝝ Manasse Gamaliel filius
Phadassur obtulit acetabulum argẽ
teũ appendẽs centũ triginta siclos:
phialã argenteam habẽtem septua-
ginta siclos ad pondus sanctuarij:
vtrũq; plenum simila conspersa oleo
in sacrificiũ: mortariolũ aureum ap-
pendẽs decẽ siclos plenũ incenso: bo
uem de armẽto ⁊ arietẽ ⁊ agnũ anni-

culũ in holocaustũ: hircũq̧ ꝓ peccõ: ⁊
in hostias pacificorum boues duos:
arietes quinq̧/hircos quinq̧: agnos
E anniculos q̄nq̧. hec fuit oblatio Ga-
maliel filij Phadassur. Die nono p̄n
ceps filiorꝫ Beniamin Abidan filius
Gedeonis obtulit acetabulum argen
teum appẽdens cẽtũ triginta siclos:
phialã argenteã habentẽ septuagin-
ta siclos ad pond° sanctuarij: vtrũq̧
plenũ simila cõspersa oleo in sacrifi-
ciũ: mortariolũ aureũ appẽdens de-
cem siclos plenũ incenso: bouẽ de ar
mento ⁊ arietẽ ⁊ agnũ anniculum in
holocaustũ: hircũq̧ ꝓ peccõ: ⁊ in ho-
stias pacificorũ boues duos/arietes
quinq̧ hircos quinq̧/agnos annicu
los q̄nq̧. hec fuit oblatio Abidã filij
Gedeonis. Die decimo p̄nceps filio-
rũ Dan Ahiezer fili° Amisaddai ob-
tulit acetabulũ argenteũ appendẽs
centũ triginta siclos/phialam argẽ-
teã habẽtẽ septuaginta siclos ad põ-
dus sanctuarij: vtrunq̧ plenũ simila
cõspersa oleo in sacrificiũ: mortario-
lum aureum appendẽs decem siclos
plenũ incẽso: bouẽ de armẽto et arie-
tẽ ⁊ agnũ anniculũ in holocaustũ hir
cunq̧ ꝓ peccõ. ⁊ in hostias pacificorũ
boues duos/arietes q̄nq̧/hircos q̄n-
F q̧: agnos anniculos quinq̧. hec fuit
oblatio Ahiezer filij Amisaddai. Die
vndecimo p̄nceps filiorꝫ Aser Phe-
giel fili° Ochrã obtulit acetabulũ ar-
gẽteũ appẽdẽs cẽtũ triginta siclos/
phialã argẽteã habẽtẽ septuagita si-
clos ad põd° sanctuarij: vtrunq̧ ple
nũ simila ↄspersa oleo in sacrificium
mortariolũ aureũ appẽdens decẽ si-
clos plenũ incenso: bouẽ de armẽto ⁊
arietẽ ⁊ agnũ anniculum in holocau
stum: hircũq̧ ꝓ peccõ: ⁊ in hostias pa
cificorũ boues duos/arietes quinq̧:
hircos q̄nq̧: agnos anniculos q̄nq̧.
hec fuit oblatio Phegiel filij Ochrã.
Die duodecimo princeps filiorꝫ Ne-
ptalim Ahira fili° Henan obtulit ace
tabulũ argẽteum appẽdẽs cẽtum tri
ginta siclos: phialã argẽteã habentẽ
septuaginta siclos ad pondus san-
ctuarij: vtrũq̧ plenũ simila oleo con-
spersa in sacrificium. mortariolum
aureum appendẽs decem siclos ple-
num incenso: bouem de armento et
arietẽ et agnum anniculum in holo-
caustũ: hircũq̧ ꝓ peccõ: et in hostias
pacificorũ boues duos/arietes q̄nq̧/
hircos q̄nq̧/agnos anniculos q̄nq̧.
hec fuit oblatio Ahira filij Henan. G
Hec in dedicatione altaris oblata
sunt a principib° Israel in die qua cõ
secratum est: acetabula argẽtea duo-
decim: phiale argentee duodecim:
mortariola aurea duodecim: ita vt
centum triginta siclos argenti habe
ret vnũ acetabulũ: et septuaginta si-
clos argenti haberet vna phiala: id
est in cõmune vasorꝫ oim ex argento
sicli duo milia quadringẽti pondere
sanctuarij: mortariola aurea duode-
cim plena incenso: denos siclos ap-
pendentia pondere sanctuarij/id est
simul auri sicli centumviginti: boues
de armẽto in holocaustũ duodecim/
arietes duodeci/agni anniculi duo-
decim ⁊ libamenta eorꝫ: hirci duode-
cim ꝓ peccõ: hostie pacificorũ boues
vigintiquatuor/arietes sexaginta/
hirci sexaginta/agni anniculi sexa-
ginta. Hec oblata sunt in dedicatio-
ne altaris quãdo vnctũ est. Cũq̧ in-
grederet Moyses tabernaculũ fede-
ris: vt cõsuleret oraculũ/audiebat vo
cẽ loquentis ad se de ꝓpiciatorio: qđ
erat sup arcã testimonij inter duos
cherubin: vnde ⁊ loquebat ei.

¶ C. S. De candelabro: ⁊ oblatione/
et purificatione/⁊ etate leuitarum.

Capitulum. viij.

Locutusq̧ est dñs ad Moysen di- A
cens. Loquere Aaron et dices
ad eum. Cum posueris septem lucer-
nas: candelabrum in australi parte
erigatur. Hoc igitur precipe vt lu-
cerne contra boream e regione respi
ciant ad mensam panum propositio
nis: contra eam partem quam can-
delabrum respicit/lucere debebunt.
Fecitq̧ Aaron: et imposuit lucer-
nas super candelabrum vt preceperat
rat domin° Moysi. Hec autem erat
factura candelabri ex auro ductili:
tam medius stipes q̄ cuncta que ex
vtroq̧ calamorum latere nasceban-
tur: iuxta exemplum quod ostendit
dominus Moysi: ita operatus est
candelabrum. Et locutus est domi-
nus ad Moysen/dicens. Tolle Leui B
tas ex medio filiorꝫ Israel: ⁊ purifica
bis eos iuxta hunc ritum. Aspergan
tur aqua lustrationis: et radant oẽs
pilos carnis sue. Cũq̧ lauerint vesti-
mẽta sua ⁊ mundati fuerint: tollent
bouem de armentis et libamentum
eius similam oleo conspersam: bouẽ
autẽ alterum de armẽto tu accipies

pro peccato: et applicabis Leuitas
corã tabernaculo federis: conuocata
omni multitudine filiorum Israel. Cũq;
Leuite fuerint coram dño: ponẽt filii
Israel manus suas sup eos: et offeret
Aaron Leuitas munus in ɔspectu dñi
a filiis Israel: vt seruiant in ministe-
rio eius. Leuite quoq; ponẽt manus
suas sup capita boũ: e quibus vnum fa
cies ꝓ peccõ: et alterũ in holocaustum
C dñi: vt depreceris pro eis. Statuesq;
Leuitas in cõspectu Aaron et filiorũ
eius: et consecrabis oblatos dño: ac se-
parabis de medio filiorum Isrl' vt sint
mei: et postea ingrediant tabernacu-
lũ federis vt seruiãt mihi. Sicq; pu-
rificabis et cõsecrabis eos in oblatio-
nem dñi: qm̃ dono donati sunt mihi
S.3.c. a filiis Israel. Pro pmogenitis que
Exo.13.a. aperiũt omnẽ vuluã in Israel: accepi
Luc.2.d. eos. Mea sunt enĩ oĩa pmogenita fi-
liorum Israel: tã ex hoĩb' quã ex iumen
tis. Ex die q̃ pcussi omne primogenitũ
in terra Egypti: sanctificaui eos mi-
hi: et tuli Leuitas ꝓ cunctis primoge
nitis filiorum Israel: tradidiq; eos do-
no Aaron et filiis eius de medio popu-
li: vt seruiant mihi ꝓ Israel in taber
naculo federis: et orent pro eis ne sit
in populo plaga: si ausi fuerint acce-
D dere ad sanctuariũ. Fecerũtq; Moy
ses et Aaron et oĩs multitudo filiorũ
Israel sup Leuitis q̃ preceperat dñs
Moysi: purificatiq; sunt et lauerunt
vestimẽta sua. Eleuauitq; eos Aarõ
in cõspectu dñi: et orauit ꝓ eis vt pu-
rificati ingrederent ad officia sua in
tabernaculũ federis corã Aaron et fi
liis eius. Sicut preceperat dñs Moysi
77. dis. c. de Leuitis: ita factũ est. Locutusq; est
in veteri dñs ad Moysen dicens. Hec est lex
lege. Leuitarũ. A viginti quinq; annis et su-
pra ingredient: vt ministrẽt in taber
naculo federis. Cũq; quinquagesimũ
annũ etatis impleuerit: seruire cessa
bũt: eruntq; ministri fratrum suorũ
in tabernaculo federis: vt custodiãt
que sibi fuerint cõmẽdata: opera au-
tem ipsa non faciãt. Sic dispones Le-
uitas in custodiis suis.

¶ C. S. De phase primo mũdorum post
ea immũdorum: alienigenarum: de
ducatu nubis. Cap. ix.

A Ocutus est dñs ad Moysen
in deserto Sinai anno secun-
do: postq̃ egressi sunt de ter-
ra Egypti mense primo dicens. Fa
ciãt filii Israel phase in tempore suo
quartadecima die mensis huius ad ve-
sperã iuxta oẽs ceremonias et iustifi-
cationes eius. Precepitq; Moyses fi-
liis Israel vt facerẽt phase. Qui fece-
rũt tẽpore suo: qrtadecima die mẽsis
ad vesperã in mõte Sinai. Iuxta oĩa
q̃ mãdauerat dñs Moysi: fecerũt filii
Israel. Ecce autẽ quidã immũdi sup
aĩa hoĩs: qui nõ poterãt facere phase
in die illo: accedentes ad Moysen et B
Aaron: dixerũt eis. Immũdi sumus
sup anima hominis: qre fraudamur
vt nõ valeamus oblationem offerre
dño in tẽpore suo inter filios Israel?
Quibus respondit Moyses. State: et
cõsulã quid precipiat dñs de vobis.
Locutusq; est dñs ad Moysen dicẽs.
Loquere filiis Israel. Homo q̃ fuerit
immundus sup aĩa: siue in via procul
in gente vestra: faciat phase dño in
mense secũdo quartadecima die mẽ-
sis ad vesperã: cũ azymis et lactucis
agrestibus comedẽt illud. Nõ relin- Exo.12.g.
quent ex eo quippiã vsq; mane: et os Joã.19.f.
eius nõ cõfringẽt: omnẽ ritũ phase ob-
seruabũt. Si quis autẽ mundus est,
et in itinere nõ fuit: et tamen nõ fecit
phase: exterminabit aĩa illa de popu
lis suis: qr sacrificium dño nõ obtulit C
tẽpore suo. Peccatũ suũ ipse porta-
bit. Peregrinus quoq; et aduena si
fuerint apud vos: facient phase dño
iuxta ceremonias et iustificationes
suas. Preceptũ idẽ erit apd vos tam Exo.40.
aduene: quã indigene. Igit die qua b.
erectũ est tabernaculũ: operuit illud
nubes. A vespere autem super tento
riũ erat q̃si species ignis vsq; mane.
Sic fiebat iugiter: per diẽ operiebat
illud nubes: et p noctẽ quasi species
ignis. Cũq; ablata fuisset nubes que
tabernaculũ ꝓtegebat: tũc ꝓficisce-
bant filii Isrl': et i loco vbi stetisset nu
bes: ibi castrametabant. Ad iperiũ D
dñi ꝓficiscebant: et ad imperiũ illius 1. Cor. 10.
figebãt tabernaculum. Cunctis die-
bus quibus stabat nubes sup taber-
naculũ: manebant in eodem loco: et
si euenisset vt multo tẽpore maneret
super illud: erãt filii Israel i excubiis
dñi: et non proficiscebantur quotquot
dieb' fuisset nubes super tabernacu-
lum. Ad imperiũ dñi erigebant ten-
toria: et ad imperiũ illius deponebant.
Si fuisset nubes a vespere vsq; ad
mane: et statim diluculo tabernacu
lum reliquisset: ꝓficiscebant. et si post
diem et noctem recessisset: dissipabãt

tentoria: Si vero biduo aut vno mē
se vel longiori tempore fuisset super
tabernaculuz: manebāt filii israel in
eodē loco: z nō proficiscebantur: sta
tim autem vt recessisset: mouebāt ca
stra. Per verbuz dñi figebant tento
ria: z per verbū illi⁹ proficiscebātur:
erātqz in excubiis domini iuxta im=
perium eius per manum Moysi.
¶ C.S. De tubis argēteis z officiis
earum: de ordine mouēdi castra: de
obab cognato moysi quomodo nole
bat sequi filios israel. Capitulum. x.
A Locutusqz est dñs ad moysen di
cens. Fac tibi duas tubas ar=
genteas ductiles: quibus conuocare
possis multitudinem quando mouē
da sunt castra. Cūqz increpueris tu
bis: congregabitur ad te oīs turba
ad ostiū tabernaculi federis. Si se=
mel clangueris: venient ad te princi=
pes: z capita multitudinis israel. Sin
autē prolixior atqz cōcisus clangor
increpuerit: mouebunt castra primi
qui sunt ad orientalē plagā. In secū=
do autem sonitu et pari vlulatu tu=
be / leuabūt tentoria qui habitāt ad
meridiē. z iuxta hūc modum reliqui
facient vlulantib⁹ tubis in profectio=
nē. Quādo autē cōgregand⁹ est po=
pulus: simplex tubarū clangor erit
z nō cōcise vlulabūt. Filii autē aarō
sacerdotis clangēt tubis: eritqz hoc
legitimū sempiternū in gñationib⁹
vestris. Si exieritis ad bellū de ter=
ra vestra contra hostes qui dimicāt
aduersum vos: clangetis vlulantib⁹
tubis: z erit recordatio vestri coram
B dño deo vestro: vt eruamini de ma=
nibus inimicorū vestrorū. Si quan
do habebitis epulū: z dies festos: et
calendas: canetis tubis super holo=
caustis: et pacificis victimis: vt sint
vobis i recordationē dei vestri. ego
dñs deus vester. Anno secūdo: men
se secundo: vicesima die mēsis eleua
ta est nubes de tabernaculo federis.
Profectiqz sunt filii israel per tur=
mas suas de deserto Sinai: et recu=
buit nubes in solitudine Pharan.
Moueruntqz castra primi iuxta im=
periū dñi per manū Moysi. Filii iu=
da per turmas suas: quorū princeps
erat Naason fili⁹ Aminadab. In tri
bu filiorū Issachar fuit princeps na=
thanael filius Suar. In tribu zabu=
lon erat princeps Heliab filius He
lon. Depositūqz est tabernaculū: qd
portātes egressi sūt filii gersō z me=
rari. Profectiqz sunt z filii ruben / p C
turmas z ordinē suum: quorū prin=
ceps erat Helisur filius Sedeur. In
tribu autē filiorū Simeon: princeps
fuit Salamihel filius Surisaddai.
Porro in tribu Gad erat princeps
Heliasaph filius Duel. Profectiqz
sunt z caathite portātes sanctuariū.
Tamdiu tabernaculū portabat / do=
nec venirēt ad erectionis locū. Mo
uerūt castra z filii ephraim per tur=
mas suas: in quorum exercitu prin
ceps erat Helisama filius amiud.
In tribu autē filiorū manasse prin=
ceps fuit gamaliel fili⁹ Phadassur.
z in tribu beniamin erat dux abidā
filius gedeonis. Nouissimi castrorū
oim pfecti sunt filii dā per turmas
suas in quorū exercitu princeps fu=
it Ahiezer filius Amisaddai. In tri=
bu autē filiorum Aser erat princeps
phegiel filius ochran. Et in tribu fi=
liorū Neptalim princeps fuit Ahi=
ra filius Henan. Hec sunt castra: et
profectiones filiorū israel p turmas
suas quādo egrediebantur. Dixitqz
moyses obab filio raguel madiani=
te cognato suo. Proficiscimur ad lo D
cū quē dñs daturus est nobis: veni Hic obab
nobiscū vt benefaciam⁹ tibi: qr dñs est iethro.
bona promisit israeli. Cui ille respō=
dit. Nō vadam tecū: sed reuertar in
terrā meā in qua natus sum. Et ille:
Noli (inquit) nos relinquere. tu eni
nosti in quib⁹ locis per desertum ca=
stra ponere debeamus: z eris ductor
noster. Cūqz nobiscū veneris, quic=
quid optimū fuerit ex opib⁹ qd no=
bis traditur⁹ est dñs: dabimus tibi.
Profecti sunt ergo de mōte dñi viā
triū dierū: arcaqz federis dñi pcede
bat eos p dies tres prouidēs castro
rū locum. Nubes quoqz dñi sup eos
erat per diē cū incederēt. Cumqz ele=
uaretur arca: dicebat moyses. Surs
ge dñe: z dissipentur inimici tui: z fu ps. 67.a.
giāt qui oderūt te a facie tua. Cū au=
tē deponeret aiebat. Reuertere do=
mine ad multitudinē exercit⁹ israel.
¶ C.S. De pena murmuris: de car=
niū cōcupiscētia: de turbatiōe spūs
moysi / loqt de⁹ moysi et pmittit car
nes de coturnicib⁹: de punitiōe ppli
pter cōcupiscētiā carniū. Cpm. xi.
Interea ortum est murmur po= 1
puli: quasi dolentium p labore:
cōtra dñm. Qd cū audisset: irat⁹ est. 2 A

Et accẽsus in eos ignis domini: de-
uorauit extremam castrorum par-
tẽ. Cūq; clamasset populus ad moy-
3 sen: orauit moyses ad dñm: z absor-
ptus est ignis. Uocauitq; nomẽ lo-
ci illius incẽsio: eo q᷑ succẽsus fuis-
4 set cõtra eos ignis dñi. Uulgus q̃p-
pe ꝓmiscuū: q᷑ ascẽderat cū eis: fla
grauit desyderio carnium sedens et
1.co.10.a. flens: iunctis sibi pariter filijs Is-
B raeli: z ait. Quis dabit nobis ad ve-
scẽdū carnes? Recordamur piscium
quos comedebamus in egypto gra-
tis: in mentẽ nobis veniūt cucume-
res: z pepones / porriq; z cepe / et al
exo.16.c. lia. Aīa nostra arida est: nihil aliud
sap.16.c. respiciūt oculi nostri nisi man. Erat
ps.77.c. aūt mā quasi semẽ coriādri coloris
Joā.6.d. bdellij. Circuibatq; ppl's et colligẽs
illud: frāgebat mola: siue terebat in
mortario. coquens in olla: z faciens
ex eo tortulas saporꝫ q̃si panis olea
ti. Cūq; descẽderet nocte sup castra
10 ros / descẽdebat pariter z mā. Audi-
uit ergo moyses flẽtẽ populū p fa-
C milias: singulos p ostia tentorij sui.
11 Iratusq; est furor dñi valde: sed et
moysi intoleranda res visa est: z ait
ad dñz. Cur afflixisti seruū tuū? q̃re
nō inuenio gratiā corā te? et cur impo-
suisti pōdus vniuersi populi huius
12 sup me? Nūquid ego ɔcepi oẽm hāc
multitudinez: vel genui eā: vt dicas
mihi: Porta eos i sinu tuo sicut por-
tare solet nutrix infantulū: z defer i
13 terrā pro q̃ iurasti patrib⁹ eoꝝ? Unī
mihi carnes vt dē tante multitudi-
ni? Flẽt corā me: dicẽtes. Da nobis
14 carnes vt comedam⁹. Non possum
solus sustinere oẽm hūc populū: q2
grauis est mihi. Sin alit̃ tibi videt̃:
obsecro vt interficias me: z inueniā
gratiā i oculis tuis: ne tātis afficiar
D malis. Et dixit dñs ad moysen. Con
grega mihi septuaginta viros de se-
nib⁹ israel: quos tu nosti q̃ senes po
puli sint ac magistri: z duces eos ad
ostium tabernaculi federis: faciesq;
ibi stare tecū: vt descẽdā z loquar ti-
bi: z auferā de spū tuo: tradāq; eis:
vt sustineāt tecū onus populi: z non
tu sol⁹ graueris. Populo q̃q; dices.
Le.20.b. Sāctificamini: cras comedetis car-
Job.3.b. nes. ego eī audiui vos dicere. Quis
1.re.16.b. dabit nobis escas carniū? bñ nobis
erat in egypto. Ut det nobis dñs car
nes: z comedatꝭ: nō vno die nec duo
2 bus: vel quinq; aut decẽ: nec viginti
quidẽ: sed vsq; ad mẽsem dierū: do-
nec exeat p nares vestras: z vtat̃ in
nauseam: eo q᷑ repuleritis dñm q̃ in
medio vr̃i est: z fleueritis corā eo di-
cẽtes. Quare egressi sum⁹ ex egypto E
vt periremꝰ in solitudie? Et ait moy
ses. Sexcẽta milia peditū huius po-
puli sunt: z tu dicis: Dabo eis cibum
carniū mẽse itegro? Nunq̃d ouiū et Joā.6.b.
boū multitudo cedet: vt possit suffi-
cere ad cibū: vel oẽs pisces maris in
vnū ɔgregabunt: vt eos satiẽt? Cui
rñdit dñs. Nūq̃d man⁹ dñi inualida
est? Iā nunc videbis vtrū meus ser- esa.59.a.
mo opere cōpleat̃. Uenit igit̃ Moy-
ses: z narrauit populo verba dñi: cō-
gregās septuaginta viros de senibus
isrl': q̃s stare fecit circa tabernaculū.
Descẽditq; dñs p nube: et locut⁹ est
ad eum: auferens de spū: qui erat in
moyse / z dās septuaginta viris. Cūq; 9
requieuisset i eis spūs: ꝓphetauerūt:
nec vltra cessauerūt. Remāserāt au
tẽ in castris duo viri: quoꝝ vn⁹ vo-
cabat̃ heldad: et alter medad: super
q̃s requieuit spūs. Nā et ipsi descripti
fuerāt z nō exierāt ad tabernaculū.
Cūq; ꝓpheta rẽt in castris: cucurrit
puer: z nūciauit moysi: dicens. Hel-
dad z medad ꝓphetant in castris.
Statim iosue fili⁹ nū: minister moy-
si: z elect⁹ e plurib⁹: ait. Dñe mi moy
ses ꝓhibe eos. At ille. Quid (inquit)
emularis pro me? q̃s tribuat / vt oēs
ppl's ꝓpheret: z det eis dñs spiritū
suū? Reuersusq; est moyses: et ma- G
iores natu israel in castra. Uentus ps.77.c.
aūt egrediēs a dño arreptas trans
mare coturnices detulit: z demisit i
castra itinere quantū vno die cōfici
potest: ex oī parte castrorū per cir-
cuitū: volabātq; in aere duob⁹ cubi-
tis altitudie sup terrā. Surgẽs ẽ po
pul⁹ toto die illo: z nocte: ac die alte-
ro ɔgregauit coturnicū multitudi-
nẽ. q̃ parū: decẽ choros: z siccauerūt
eas p gyrū castrorū. Adhuc carnes ps.77.c.
erāt in dẽtib⁹ eorū: nec defecerat hu
iuscemodi cibus: z ecce furor dñi cō
citat⁹ in ppl'm: pcussit eū plaga ma
gna nimis. Uocatusq; est ille locus /
Sepulchra ɔcupiscẽtie: ibi em̄ sepe-
lierūt populū q̃ desiderauerat car-
nes. Egressi aūt de sepulchris ɔcupi
scẽtie: venerūt i aseroth: z mãserũt ibi.
¶ C.S. Aarō z maria murmurauẽ-
rūt ɔtra moysẽ: maria lepra pcutit̃:
z septẽ dieb⁹ separat̃ a pplo. Cp.xij.

A 2.q.7.c. plerūq. Locutaq; est Maria et Aaron cōtra Moysen propter vxorem eius ethiopissam: et dixerunt. Num per solum moysen locutus est dñs? nōne et nobis similiter est locutus? Quod cū audisset dñs iratus est. Erat 32.q.2. ca. hoc ipsum. enim Moyses vir mitissimus super oēs homines qui morabantur in terra. Statim locut⁹ est dñs ad eum: et Deu.4.c. ad Aarō/ et Mariam. Egredimini
B vos tantum tres ad tabernaculū federis. Cumq; fuissent egressi. descendit dñs in colūna nubis: τ stetit ī introitu tabernaculi vocans Aaron τ Mariā. Qui cū issent: dixit ad eos. Audite sermones meos. Si qs fuerit inter vos propheta dñi: in visione Heb.3.a. apparebo ei: vl' p somniū loquar ad illū. At nō talis seruus me⁹ moyses: qui in oī domo mea fidelissim⁹ est. ore enim ad os loquor ei palā/ et nō per enigmata et figuras dñm videt. Quare ergo nō timuistis detrahere
C seruo meo moysi? Iratusq; contra eos: abiit. Nubes quoq; recessit q̄ erat sup tabernaculū. Et ecce maria apparuit cādēs lepra quasi nix. Cūq; respexisset eā aaron: τ vidisset perfusam lepra: ait ad moysē. Obsecro dñe mi: ne iponas nobis hoc peccatū: qd stulte cōmisim⁹: ne fiat hec q̄si mortua: et vt abortiuū qd proicit de vulua mr̄is sue. ecce iā mediū carnis ei⁹ deuoratū est a lepra. Clamauitq; moyses ad dñm: dicēs. De⁹ ob-
D secro sana eā. Cui respondit dñs. Si pater eius spuisset in faciē illi⁹: nōne debuerat saltē septē diebus rubore suffundi? Separet septem dieb⁹ extra castra: et postea reuocabitur. Exclusa est itaq; maria extra castra septē dieb⁹: τ popul⁹ non est mot⁹ de loco illo donec reuocata est maria.

¶ C.S. De missione exploratorū ad terrā chanaā qualis sit et reportant in vecte vuā τ fruct⁹: reuertunt post q̄dragīta dies: dicētes terrā bonā. murmurat ppls ꝯtra moysē. Cap. xiii.

A Profectusq; est popul⁹ de aseroth fixis tētoriis in deserto pharā. Ibiq; locutus est dñs ad moysen: dicens. Mitte viros qui cōsiderent terrā chanaan: quā daturus sum filiis isrl': singulos de singulis tribub⁹ ex pncipib⁹. Fecit Moyses qd dñs imperauerat/ de deserto pharan mittēs pncipes viros: quorū ista sunt nomia. De tribu ruben: semmua filiū zecur. De tribu symeō saphat filiū huri. De tribu iuda caleb filiū iephone. De tribu issachar: igal filium Ioseph. De tribu ephraī Osee filiū Nun. De tribu beniamī/ Phalti filium Raphu. De tribu zabulon: Geddihel filiū zodi. De tribu Ioseph: sceptri manasse: gaddi filiū Susi. De tribu Dan: amihel filium Gemalli. De tribu Aser: Sathur: filium Michael. De tribu Neptalim: Naabi filiū napsi. De tribu gad: guhel/ filiū machi. hec sunt noīa viroꝝ quos misit moyses ad cōsiderandā terrā: vocauitq; osee filiū nū/ iosue. B
Misit ḡ eos moyses ad cōsiderādaz terrā chanaan: τ dixit ad eos. Ascēdite ad meridianā plagā. Cumq; veneritis ad montes: cōsiderate terrā qualis sit: et populū qui inhabitator est eius: vtrū fortis sit an infirmus: pauci numero an plures: ipsa terra bona an mala: vrbes quales murate an absq; muris: hum⁹ pinguis an sterilis: nemorosa an absq; arboribus. Cōfortamini τ afferte nobis de fructib⁹ terre. Erat aūt tēpus qñ iā pcoque vue vesci possunt. Cūq; ascendissent explorauerūt terram a deserto sin: vsq; roob intrātib⁹ emath. Ascē- C
derūtq; ad meridiē τ venerūt in hebron: vbi erāt achiman τ sisai/ τ tolmai filii enach. nā hebron septē annis ante thanim vrbē egypti condita est. Pergētesq; vsq; ad torrētem Deu.1.d. botri: absciderunt palmitē cum vua sua quē portauerūt ī vecte duo viri. De malis q̄q; granatis τ de ficis loci illi⁹ tulerūt: q̄ appellat⁹ est nehel eschol: id est torrens botri: eo qd botrū portassent inde filii isrl'. Reuersiq; exploratores terre post q̄dragīta dies oī regiōe circuita: venerūt ad moysē τ ad aarō τ ad oēm cetū filiorū isrl' in desertū pharā/ qd est in cades. Locutiq; eis et oī multitudini Iudith. 8.b. ostēderūt fruct⁹ terre τ narrauerūt D
dicētes. Venim⁹ in terrā ad quā misistis nos/ q̄ reuera fluit lacte τ melle: vt ex his fructib⁹ cognosci pōt: sȝ cultores fortissimos habet: et vrbes grādes atq; muratas. Stirpē enach vidim⁹ ibi. Amalech hitat ī meridie et ethęus τ iebuse⁹ τ amorre⁹ ī mōtanis. Chanane⁹ vero morat' iuxta mare et circa fluēta iordanis. Inter hec caleb ꝯpescēs murmur ppl'i qui oriebatur ꝯtra moysen: ait. Ascēdamus

mus ⁊ possideamus terrã: qm̄ poteri-
mus obtinere eã. Alij vero q̄ fuerãt
cũ eo / dicebãt. Nequaq̃ ad hunc po-
pulũ valemus ascendere: qr fortior
nobis est. Detraxeruntq̃ terre / quã
inspexerant apud filios israel dicen
tes. Terra quam lustrauimus deuo
rat habitatores suos: populus quẽ
aspeximus procere stature est: ibi vi
Baruch. 3.c. dimus monstra quedã filioꝝ enach
de genere gyganteo quibus compa-
rati quasi locuste videbamur.

¶ C. Summa. Flet populus ⁊ mur-
murat: caleb: et iosue terrã laudant:
dñs irascitur moyses eum placat: in
deserto moriuntur exploratores: et
populus ab amalech cedit. Cp. xiiij.

A Igitur vociferãs oĩs turba fle
uit nocte illa: et murmurati
sunt contra moysen et aaron
cuncti filij israel dicẽtes. Utinã mor
tui essem⁹ in egypto et nõ in hac va
sta solitudine. Utinã pereamꝰ et nõ
inducat nos dñs in terrã istã ne ca-
damus gladio: ⁊ vxores ac liberi no
stri ducantur captiui. Nõne melius
est reuerti in egyptũ? Dixeruntq̃ al
ter ad alterũ. Cõstituam⁹ nobꝭ ducẽ
et reuertamur in egyptũ. Quo audi
to moyses et aaron ceciderũt proni
in terrã corã oĩ multitudine filiorũ
Eccli͂a. 46.b. israel. At vero iosue fili⁹ nun ⁊ caleb
filius iephone / qui et ipsi lustraue-
runt terrã / sciderũt vestimenta sua:
1. Mach. 2.f. et ad oẽm multitudinẽ filioꝝ israel
locuti sunt. Terra quã circuiuimus
B valde bona est: si ꝓpitius fuerit do-
minus / inducet nos in eam ⁊ tradet
humũ lacte ⁊ melle manantem. No
lite rebelles esse contra dñm: neq̃ ti
meatis populũ terre huius: qr sicut
panem ita eos possumus deuorare.
recessit ab eis oĩe presidiũ: dñs no-
biscum est: nolite metuere. Cũq̃ cla
maret oĩs multitudo ⁊ lapidibus
eos vellet opprimere: apparuit glo-
ria dñi sup tectum federis cũctis vi
dentib⁹ filijs israel. Et dixit dñs ad
moysen. Usq̃quo detrahet mihi po-
pulus iste? Quousq̃ nõ credent mi-
hi in oĩbus signis q̄ feci coram eis?
Feriã igit eos pestilentia atq̃ cõsu-
mam: te autẽ faciã principem super
gentem magnam ⁊ fortiorem q̄ hec
C est. Et ait moyses ad dñm. Ut audiãt
Exo. 32.c. egyptij / de quorum medio eduxisti
populũ istũ: ⁊ habitatores terre hu-
ius qui audierunt q̄ tu dñe in popu

lo isto sis: ⁊ facie videaris ad faciẽ /
et nubes tua ꝓtegat illos: et in colũ Exo. 13.d.
na nubis precedas eos per diẽ: ⁊ in
colũna ignis p noctẽ: qđ si occideris
tantã multitudinẽ quasi vnũ homi-
nẽ: et dicãt. Nõ poterat introducere
populũ in terrã pro qua iurauerat:
idcirco occidit eos in solitudie. Ma
gnificet ergo fortitudo dñi sicut iu- Ps. 102.b.
rasti: dicẽs. Dñs patiẽs ⁊ multe mi
sericordie: auferẽs iniquitatẽ et sce-
lera: nullũq̃ innoxiũ derelinquẽs:
qui visitas pctã patrum in filios in D
terciã ⁊ quartã generationẽ. Dimit
te obsecro pctm̄ populi tui huiꝰ secũ
dũ magnitudinẽ mĩe tue: sicut ꝓpi-
cius fuisti egredientibus de egypto Deu. 1.f.
vsq̃ ad locũ istũ. Dixitq̃ dñs. Dimi
si iuxta verbũ tuũ. Uiuo ego: ⁊ imple-
bitur gl'ia dñi vniuersa terra. Atta-
men oẽs hoĩes qui viderũt maiesta
tem meã et signa que feci in egypto
et in solitudine: ⁊ tẽptauerũt me iam
per decem vices: nec obedierũt voci
mee: nõ videbũt terrã pro qua iura-
ui patrib⁹ eorũ: nec quisq̃ ex illis q̄ Ios. 14.b.
detraxit mihi: intuebit eam. Seruũ
meũ Caleb qui plen⁹ alio spũ secut⁹
est me: inducã in terrã hanc quã cir
cuiuit ⁊ semẽ eius possidebit eã: qm̄
Amalechites ⁊ chananeus habitãt E
in vallib⁹. Cras mouete castra ⁊ re-
uertimini in solitudinẽ per viã ma-
ris rubri. Locutusq̃ est dñs ad moy Ps. 105.c.
sen ⁊ aaron dicens. Usq̃quo multi-
tudo hec pessima murmurat contra 76. di. c.
me? Querelas filiorũ israel audiui. ieiuniũ.
Dic ergo eis. Uiuo ego ait dñs: sicut
locuti estis audiẽte me: sic faciã vo-
bis. In solitudine hac iacebũt cada Deu. 1.f.
uera vestra. Oẽs qui numerati estis
a viginti annis ⁊ supra: ⁊ murmura
stis cõtra me: nõ intrabitis terrã su Iosue. 3.
per quã leuaui manũ meã / vt habi- c. ⁊ d.
tare vos facerẽ: preter caleb filiũ ie-
phone et iosue filiũ nun. Paruulos
autẽ vros de quib⁹ dixistis qđ ꝓre-
de hostib⁹ forent: introducã vt vide F
ant terrã q̄ vobis displicuit. Uestra
cadauera iacebũt in solitudine. Fi
lij vestri erunt vagi in deserto an-
nis quadraginta: et portabũt forni-
cationẽ vestram: donec cõsumãtur
cadauera patrũ in deserto: iuxta nu
merũ quadraginta dierũ quib⁹ con-
siderastis terrã. annus pro die im-
putabit. Et quadraginta annis re- Ps. 94.d.
cipietis iniquitates vestras: et scie-

tis vltionē meã: quoniã sicut locutus
sum/ita faciaz omni multitudini huic
pessime q̃ consurrexit aduersum me
in solitudine hac deficiet et morieť.
Igitur oēs viri quos miserat moy=
ses ad contēplandã terraz/et qui re=
uersi murmurare fecerant contra eũ
oēm multitudinē/ detrahentes terre
q̄ esset mala: mortui sunt atque per=
B cussi in cōspectu dñi. Josue aũt filius
1. co.10.b. num/et caleb filius iephone vixerunt
Heb.3.d. ex oibus qui perrexerãt ad conside=
Jud.1.b. randam terrã. Locutusq; est moyses
vniuersa verba hec ad oēs filios is=
rael: et luxit ppl's nimis. Et ecce ma=
ne primo surgentes: ascenderũt ver=
ticem montis atq; dixerunt. Parati
sumus ascendere ad locuz de quo do=
minus locutus est: q2 peccauimus.
Quibus moyses. Cur inqt transgre=
dimini verbũ dñi: quod vobis non ce
Deu.1.g. det in prosperum? Nolite ascēdere:
nō enim est dñs vobiscũ: ne corrua=
tis corã inimicis vestris. Amalechi=
tes et chananeus ante vos sunt/quoz
gladio corruetis: eo q̄ nolueritis ac
quiescere dño: nec erit dñs vobiscuz.
At illi cōtenebrati ascēderũt in verti
cem mōtis. Arca autē testamenti dñi
et moyses non recesserũt de castris.
Descenditq; amalechites et chana=
neus q̃ habitabant in monte: et per=
cutiens eos atq; concidens: persecu=
tus est eos vsque horma.

¶C.S. De libamentis offerendis: et
p̄mitijs separãd': de peccãte p igno=
rãtiã: vel sīa tã indigena/q̃ aduena
de peccãte p supbiã: de colligente li=
gna i sabbato: de fimbrijs hyacinthi=
nis ponēd' i angulis palliox. Cap.xv.

A Locutus est dñs ad moysen/di=
cens. Loquere ad filios israel/
et dices ad eos. Cum ingressi fueri=
tis terram habitationis vestre/quaz
ego dabo vobis/et feceritis oblatio=
nem domino in holocaustũ aut victi=
mã pacificã vota soluētes/vel spon=
te offerētes munera: aut in solēnita=
tibus vr̃is adolētes odorem suauita=
tis dño: de bobus/siue de ouibus of=
feret q̃cunq; immolauerit victimam
sacrificiũ simile decimaz partē ephi
conspersam oleo/q̄ mensuraz habe=
bit quartã partē hin: et vinum ad li=
ba fundēda eiusdez mēsure dabit in
B holocaustum siue in victimam. Per
agnos singulos et arietes erit sacrifi
cium simile duarũ decimarũ que con
spersa sit oleo tertie partis hin: et vi=
num ad libamētũ tertie partis eius=
dem mensure offeret in odorē suaui=
tatis dño. Quãdo vero de bobus fece
ris holocaustum aut hostiam/vt im=
pleas votum/vel pacificas victimas:
dabis per singulos boues simile tres
decimas consperse oleo quod habeat
mediuz mensure hin: et vinũ ad liba
fundenda eiusdem mensure in obla=
tionē suauissimi odoris domino. Sic
facies per singulos boues et arietes
et agnos et hedos. Tam indigene/q̃
peregrini eodem ritu offerent sacri=
ficia. Unum preceptum erit atq; iu=
dicium/tam vobis/q̃ aduenis terre.
Locutus est dñs ad moysen dicens.
Loquere filijs israel: et dices ad eos.
Cum veneritis in terraz/quam dabo
vobis: et comederitis de panibus re=
gionis illius: separabitis primitias
dño de cibis vestris. Sicut de areis C
primitias separabitis: ita et de pul=
mentis dabitis primitiua dño. Q̄d si
per ignorantiã preterieritis quecq; ho
rum que locut' est dominus ad moy=
sen: et mandauit per euz ad vos: a die
qua cepit iubere et vltra: oblitaq; fue
rit facere multitudo: offeret vitulum
de armento holocaustũ in odorē sua=
uissimum dño et sacrificiũ ei' ac liba
vt ceremonie postulant: hircũq; pro
peccato: et rogabit sacerdos p omni
multitudine filiorũ israel: et dimitte=
tur eis/quoniã non sponte peccaue=
runt: nihilominus offerentes incen=
sum dño pro se et pro peccato atq; er=
rore suo: et dimittetur vniuerse plebi
filiorum israel: et aduenis qui pere=
grinãtur inter eos: quoniã culpa est
omnis populi per ignorãtiam. Quod
si anima vna nesciens peccauerit: of
feret capram anniculam pro pecca=
to suo: et deprecabiť p ea sacerdos/
q̄ inscia peccauerit corã domino/im
petrabitq; ei veniã/et dimittetur illi.
Tam indigenis/q̃ aduenis vna lex
erit omniũ qui peccauerint ignoran=
tes. Anima vero que per superbiam D
aliquid cōmiserit/siue ciuis sit ille/si
ue peregrinus: quoniam aduers' do=
minũ rebellis fuit/peribit de populo
suo. Uerbũ enim domini contempsit/
et preceptum illius fecit irritũ: idcir= 23.q.5.
co delebitur/et portabit iniquitatem ca.q̄d si
suam. Factũ est autem/cũ essent filij fi.de pen.
israel in solitudine: et inuenissent ho= dist.3.c.
minem colligentem ligna in die sab= queras.

bati/obtulerunt eũ moysi et aaron et
vniuerse multitudini. Qui recluse=
runt euz in carcerẽ:nesciẽtes qd sup
eo facere deberent. Dixitq dominus
ad moysẽ. Morte moriat hõ iste:ob=
ruat eum lapidibus omnis turba ex=
tra castra. Cumq eduxissent eum fo=
ras/obruerũt eũ lapidib⁹/et mortu⁹
est sicut p̃ceperat dñs. Dixit quoque
deu. 22.b. dñs ad moysen. Loq̃re filiis israel et
dices ad eos vt faciant sibi fimbrias
p angulos q̃tuor palliorũ: ponẽtes in
eis vittas hyacinthinas: qs cũ vide=
rint/recordent oim mandatorũ dñi:
ne sequant cogitationes suas et ocu=
los per res varias fornicãtes: sz ma=
gis memores preceptorũ dñi faciãt
ea:sintq sancti deo suo. Ego domin⁹
deus vester/qui eduxi vos de terra
egypti/vt essem deus vester.

¶ C.S. De pena schismatis: de ambi
tione dathan ꝛ abiron: de thuribulis
allatis: ignis deuorat core: dathan ꝛ
abiron cum aliis offerentibus incen
sum: precepit dominus thuribula tol
li/et dispergat ignis. Murmurat ite=
rum popul⁹: quare occiduntur qua=
tuordeci milia et septingẽti. Cap. xvi.

A
Eclesia. 45.c.
Jud. 1.d.
1. co. 10.b.

Ecce autem core filius isaar/filii
caath/filii leui: et dathan atque
abiron filii eliab. Hon quoque filius
pheleth de filiis ruben/surrexerunt
contra moysen:aliiq filiorum israel
ducẽti quinquaginta viri proceres syn
agoge:et qui tẽpore concilii per noĩa
vocabant. Cũq stetissent aduersum
moysen et aaron dixerunt. Sufficiat
vobis/q: ois multitudo sctõrũ est: et
in ipsis est dñs: cur eleuamini super
populũ dñi? Quod cũ audisset moy=
ses/cecidit pronus in faciem: locutusq
ad core ꝛ ad oẽz multitudinẽ. Ma=
ne (inq̃t) notũ faciet dñs q̃ ad se per=
tineãt: ꝛ sctõs applicabit sibi: ꝛ quos
elegerit appropinquabunt ei. Hoc igit
facite. Tollat vnusquisq thuribuluz
suũ/tu core et omne conciliuz tuũ: et
hausto cras igne ponite desuper thy
miama corã dño: et quẽcũq elegerit
ipse erit sctũs: multuz erigimini filii
B leui. Dixitq rursum ad core. Audite
filii leui. Num parũ vobis est q̃ se=
parauit vos de⁹ israel ab oi pp̃lo: et
iunxit sibi vt seruiretis ei in cultu ta=
bernaculi: et staretis corã frequentia
populi/et ministraretis ei? idcirco
ad se fecit accedere te/et oẽs fratres
tuos filios leui: vt vobis etiaz sacer=

dotiũ vendicetis: ꝛ ois globus tuus
stet contra dominũ: quis est ei aarõ/
vt murmuretis cõtra eum? Misit er=
go moyses vt vocaret dathan et abi=
ron filios eliab. Qui responderunt.
Non venimus: nũquid parũ est tibi
q̃ eduxisti nos de terra egypti/que
lacte et melle manabat vt occideres
in deserto/nisi et dñatus fueris nr̃i?
Reuera induxisti nos in terraz que
fluit riuis lactis ꝛ mellis: et dedisti
nobis possessiones agrorũ ꝛ vinea= C
rũ et oculos nr̃os vis eruere? Non ve
nimus. Iratusque moyses valde: ait
ad dominum. Ne respicias sacrificia
eorũ: tu scis q̃ nec asellũ quidẽ vnq̃
acceperi ab eis/nec afflixerim quẽ=
piam eorũ. Dixitq ad core. Tu ꝛ om=
nis cõgregatio tua state seorsum co=
ram dño/et aaron die crastino sepa=
ratim. Tollite singuli thuribula ve=
stra: et ponite sup ea incẽsum offeren
tes dño ducenta quinquaginta thuri=
bula/aaron quoque teneat thuribu=
lum suũ. Quod cum fecissent/stanti=
bus moyse ꝛ aaron/et coaceruassent
aduersum eos oẽm multitudinez ad
ostium tabernaculi/apparuit cũctis
gloria domini. Locutusq domin⁹ ad
moysen et aarõ/ait. Separamini de
medio congregationis huius/vt eos
repẽte disperdã. Qui ceciderunt pro
ni in faciẽ/atq dixerunt. Fortissime 7.q.1.ca. deniq.
deus spirituũ vniuerse carnis: num D
vno peccante/contra oẽs ira tua de=
seuiet? Et ait dñs ad moysen. Preci=
pe vniuerso populo vt separet a ta=
bernaculis core et dathan et abiron.
Surrexitq Moyses/et abiit ad da=
than et abiron: et sequentibus euz se=
nioribus israel: dixit ad turbam. Re=
cedite a tabernaculis hoim impiorũ
et nolite tangere q̃ ad eos pertinẽt/
ne inuoluamini i peccatis eorũ. Cũq
recessissent a tentoriis eorum per cir
cuitum/dathan et abiron egressi sta=
bant in introitu papilionum suorum
cum vxoribus et liberis/oiq frequẽ=
tia. Et ait moyses. In hoc scietis q̃ 1.q.1.ca. si quando
dñs miserit me vt facerem vniuersa
que cernitis/et nõ ex pprio ea corde
protulerim. Si consueta hoim morte
interierint/et visitauerit eos plaga
qua et ceteri visitari solent: non misit
me dñs. Sin aũt nouam rem fecerit E
dñs/vt aperiens terra os suũ deglu=
tiat eos et oia que ad illos pertinẽt:
descenderintq viuentes in infernũ:

scietis q͞d blasphemauerit dominum.
Po.105.b. Confestim igit͞ vt cessauit loq͞ / disru-
pta est terra sub pedib͞ eorū: et ape-
deu.11.a. riens os suum deuorauit illos cum ta-
bernaculis suis et vniuersa substan-
tia eorū. Descēderūtq͞ viui in infer-
nū operti humo: et perierunt de me-
dio multitudinis. At vero ois israel
qui stabat per gyrū fugit a clamore
pereuntiū/ dicēs: ne forte et nos ter-
J.16.a. ra deglutiat. Sed et ignis egressus a
dn̄o interfecit ducentos q̄nquaginta
viros q̄ offerebant incēsum. Locutus
q͞ est dn̄s ad moysen dicens. Preci-
pe eleazaro filio aaron sacerdoti vt
tollat thuribula q̄ iacent in incendio
et ignē huc illucq͞ dispergat: q̄m san-
ctificata sunt in mortib͞ peccatorum:
p̄ducatq͞ ea in laminas ⁊ affigat al-
tari: eo q͞ oblatū sit in eis incensum
dn̄o: et sctificata sint / vt cernant ea p̄
F signo et monimento filii israel. Tulit
ergo eleazar sacerdos thuribula enea in
quibus obtulerant hi quos incendiū
deuorauit: et produxit ea in laminas
affigens altari: vt haberent postea fi-
lii israel quibus cōmonerentur: ne q͞s
accedat alienigena: et qui non est de
semine aaron ad offerendum incen-
sum dn̄o / ne patiatur sicut passus est
core / et ois congregatio eius loquen-
te dn̄o ad moysen. Murmurauit au-
tem ois multitudo filiorū isrl͞ sequen-
ti die cōtra moysen et aaron dicens.
Vos interfecistis populū dn̄i. Cumq͞
oriret seditio / ⁊ tumultus incresceret
G moyses et aaron fugerunt ad taber-
naculū federis. Quod postq̄ ingres-
si sunt: operuit nubes: et apparuit
gloria dn̄i. Dixitq͞ dn̄s ad moysen.
Recedite de medio hui͞ multitudi-
nis / etiā nunc delebo eos. Cūq͞ iace-
rent in terra: dixit moyses ad aaron.
Tolle thuribulum / et hausto igne de
altari mitte incensum desup: pergēs
Sa.18.d. cito ad populum vt roges p̄ eis. Iam
enī ingressa est ira a dn̄o: et plaga de-
seuit. Quod cum fecisset aaron ⁊ cucur-
risset ad mediā multitudinem quam
iam vastabat incendiū: obtulit thy-
miama: et stans inter mortuos ac vi-
uētes / pro p̄plo deprecat͞ est: et pla-
ga cessauit. Fuerunt autē q̄ percussi
sunt quatuordecim milia hoim et se-
ptingenti absq͞ his q̄ perierant in se-
ditione core. Reuersusque est aaron
ad moysen ad ostium tabernaculi fe-
deris postq̄ quieuit interitus.

¶ C.S. De v͞ga aaron q̄ floruit inter
alias virgas filio͞r isrl͞: filii israel se
cōsumptos moysi dicunt. Cap. xvii.

Et locut͞ est dn̄s ad moysen / di-
cens. Loquere ad filios israel A
et accipe ab eis virgas singu-
las per cognationes suas a cunctis
principibus tribuū virgas duodecim
et vniuscuiusq͞ nomē superscribes vir-
ge sue. Nomen aūt aaron erit in tri-
bu leui: et vna virga cunctas eorū fa-
milias continebit: ponesq͞ eas in ta-
bernaculo federis coram testimonio
vbi loquar ad te. Quem ex his elege-
ro germinabit v͞ga eius: et cohibebo
a me querimonias filiorū israel: q̄b͞ B
contra vos murmurant. Locutusq͞
est moyses ad filios isrl͞: et dederunt
ei oēs principes virgas per singulas
tribus. Fueruntq͞ virge duodecim
absq͞ virga aarō. Quas cū posuisset
moyses corā domino in tabernaculo
testimonii: sequenti die regressus in- C
uenit germinasse virgā aaron in do-
mo leui: et turgentibus gēmis erupe-
rāt flores q̄ foliis dilatatis in amy-
gdalas deformati sunt. Protulit er-
go moyses oēs virgas de conspectu
dn̄i ad cunctos filios israel: viderūt-
q͞ et receperunt singuli virgas suas.
Dixitq͞ dn̄s ad moysen. Refer vir-
gam aaron in tabernaculum testimo- D
nii: vt seruet ibi in signum rebellium
filiorū israel: et quiescāt querele eorū
a me / ne moriant͞. Fecitq͞ moyses si-
cut preceperat dn̄s. Dixerūt autem fi-
lii israel ad moysen. Ecce consumpti
sum͞: oēs perimus: q̄cūq͞ accedit ad
tabernaculum dn̄i morit͞. Nū vsq͞ ad 1.reg.2.
internecionē cuncti delendi sumus?

¶ C.S. De onere et dignitate aaron
et excubiis leuitarū: p̄mitie sacerdo-
tib͞: decie leuit͞ assignant: et reddūt
leuite decimā decie aaron. Cap. xviii.

Dixitq͞ dominus ad aaron. Tu A
et filii tui: et domus patris tui
tecum / portabitis iniquitatem san-
ctuarii: et tu et filii tui simul susti-
nebitis peccata sacerdotii vestri.
Sed et fratres tuos de tribu leui /
et sceptro patris tui sume tecum:
presto q͞ sint / et ministrent tibi. Tu
autem et filii tui ministrabitis in ta-
bernaculo testimonii. Excubabunt-
q͞ leuite ad precepta tua: et ad cūcta
opa tabernaculi: ita dūtaxat vt ad
vasa sanctuarii ⁊ altare nō accedant
ne ⁊ illi moriantur: et vos pereant

simul. Sint autẽ tecum: et excubẽt in
custodijs tabernaculi: ⁊ in omnibus
ceremonijs eius. Alienigena non mi-
scebitur vobis. Excubate in custodia
sanctuarij: et in ministerio altaris:
ne oriatur indignatio super filios is-
rael. Ego dedi vobis fratres vestros
leuitas de medio filiorũ israel: et tra-
didi donum domino: vt seruiant in
ministerijs tabernaculi eius. Tu au-
tem et filij tui custodite sacerdotium
vestrũ: et omnia que ad cultum alta-
ris pertinent/et q̃ intra velum sunt: p
B sacerdotes administrabũtur. Si quis
externus accesserit/occidetur. Locu-
tusq; est dñs ad aaron. Ecce dedi ti-
bi custodiã primitiarũ mearum. Om-
nia q̃ sanctificant a filijs israel: tra-
didi tibi et filijs tuis ꝓ officio sacer-
dotali legitima sempiterna. Hec er-
go accipies de his q̃ sanctificãtur: et
oblata sunt dño. Ois oblatio et sacrifi-
cium: et quicqd pro pctõ atq; delicto
redditur mihi: et cedit in scã scõrũ: tu-
um erit: et filiorũ tuorũ. In sanctua-
rio comedes illud. Mares tñ edent
ex eo: q2 consecratũ est dño. Primiti-
as autẽ quas vouerint et obtulerint
filij israel: tibi dedi: et filijs tuis: ac
filiabus tuis iure perpetuo. qui mun-
dus est i domo tua/vescet eis. Omnẽ
medullã olei et vini ac frumẽti/quic-
quid offerunt primitiarum dño: tibi
dedi. Uniuersa frugum initia/que gi-
gnit humꝰ: et dño deportãtur: cedent
in vsus tuos: qui mundus est in do-
mo tua/vescetur eis. Omne qđ ex vo-
to reddiderint filij israel: tuum erit.
Quicqd primũ erũpet e vulua cun-
C cte carnis/quam offerunt dño siue ex
hoibus: siue de pecoribꝰ fuerit: tui iu-
ris erit: ita dũtaxat/vt ꝓ hoie primo-
exo.13.b. genito preciũ accipias: et oẽ aial qđ
Le.27.e. imundũ est redimi facias: cuiꝰ redẽ-
Ex.4.5. ptio erit post vnũ mẽse: siclis argen-
b. ti qnq; põdere sanctuarij. Siclus vi-
s.3.g. ginti obolos hʒ. Primogenita autem
bouis et ouis et capre non facies re-
dimi: q2 scĩficata sunt dño: sanguinẽ
tñ eorum fundes sup altare: et adi-
pes adolebis in suauissimum odorem
dño: carnes vero in vsum tuũ cedent
sicut pectusculũ cõsecratũ: et armus
dexter tua erunt. Oẽs primitias san-
ctuarij qs offerũt filij israel dño: tibi
dedi et filijs: ac filiabꝰ tuis iure ppe-
tuo. Pactũ salis est sempiternũ corã
domino tibi ac filijs tuis. Dixitq; do-
minus ad aaron. In terra eorũ nihil deu.18.a.
possidebitis: nec habebitis partem
inter eos. Ego pars et hereditas tua
in medio filiorũ israel. Filijs autem le-
ui dedi oẽs decimas israel in posses-
sionem pro ministerio: quo seruiunt
mihi in tabernaculo federis: vt non
accedant vltra filij israel ad taberna-
culũ: nec cõmittant pctm mortiferũ:
solis filijs leui mihi in tabernaculo
seruiẽtibꝰ/et portãtibus pctã populi.
Legitimum sempiternum erit in ge- D
nerationibus vr̃is. Nihil aliud pos- deu.18.a.
sidebũt/decimarũ oblatione conten-
ti: quas in vsus eorũ et necessaria se-
paraui. Locutusque est dñs ad moy-
sen dicens. Precipe leuitis: atq; de-
nuncia. Cũ acceperitis a filijs israel
decimas quas dedi vobis: primitias
earũ offerte dño: id est decimã partem
decime: vt reputetur vobis in obla-
tionẽ primitiuorũ: tam de areis q̃ de
torcularibꝰ: et vniuersis/quorum accipi-
tis primitias offerte dño: et date ea
aaron sacerdoti. Oia q̃ offeretis ex
decimis: et i donaria dñi separabitis:
optima ⁊ electa erunt cũcta. Dicesq;
vestrũ qd feceratis/id est vitulũ: ar
ripiens igne cõbussi: ꝛ in frusta cõ
minuens/omninoq; in puluerẽ redi
gens/proieci in torrentẽ qui de mon
te descendit. In incendio quoq; ꝛ in D
temptatione ꝛ in sepulchris ꝯcupiscẽ Nu. 11. a.
tie prouocastis dñm: ꝛ quando mis̃it 16. a. 21. a
vos de cades barne dicens. Ascẽdi
te et possidete terrã quã dedi vobis:
ꝛ contempsistis imperium dñi dei ve
stri ꝛ non credidistis ei: neq; vocem
eius audire voluistis: sed semper fui
stis rebelles a die qua nosse vos ce
pi. Et iacui coram dño quadraginta
dieb⁹ ac noctib⁹ quibus eum suppli
citer deprecabar ne deleret vos: vt
fuerat cõminatus ꝛ orans dixi. Dñe
de⁹ ne disperdas populũ tuum: ꝛ he
reditatem tuã quã redemisti in ma
gnitudine tua/quos eduxisti de Egy
pto in manu forti. Recordare seruo
rũ tuor Abraã/Isaac/et Jacob. Ne
aspicias duriciã populi huius: ꝛ im

pietatē atq; pctīi:ne forte dicāt ha=
bitatores terre:de q̄ eduxisti nos. Nō
poterat dñs introducere eos in terrā
quā pollicit⁹ est eis:ꝛ oderat illos:id=
circo eduxit/vt interficeret eos in so
litudine:q̄ sunt popul⁹ tu⁹ ꝛ heredi=
tas tua:q̄s eduxisti i fortitudine tua
magna/ꝛ in brachio tuo extēto.
¶C.S. De scdis tabulis recapitula=
tio:de morte Aarō:de ministerio tri=
bus Leui: de timēdo amādoq; dñm:
q; circūcidāt ꝑputia cordiū:peregri=
nos amēt:ꝑ nomē dei iurēt. Ca.x.
A In tēpore illo dixit dñs ad me.
Exo.34.a. Dola tibi duas tabulas lapi=
deas sicut priores fuerunt: et
ascēde ad me in montē:faciesq; arcā
ligneā:ꝛ scribā in tabulis verba que
fuerunt in his quas ante cōfregisti/
ponesq; eas in arca. Feci igit arcam
de lignis Sethim. Cumq; dolassem
duas tabulas lapideas instar prioꝝ:
ascendi in montē habens eas in ma
nibus. Scripsitq; in tabulis iuxta id
qd̄ prius scripserat: verba decē:q̄ lo=
cutus est dñs ad vos in monte de me
dio ignis:quādo pplꝰs cōgregat⁹ est:
ꝛ dedit eas mihi. Reuersusq; de mon
te:descēdi:et posui tabulas in arcam
quā fecerā:que hucusq; ibi sunt:sicut
B mihi ꝑcepit dñs. Filii autē israel mo
uerūt castra ex Beroth filioꝝ Iachā
in mosera:vbi Aaron mortu⁹ ꝛ sepul
tus est:pro quo sacerdotio funct⁹ est
Nu.20.d. Eleazar filius eius. Inde venerūt in
Gadgad: de quo loco ꝓfecti castra=
metati sunt in Jethabatha:in terra
aquarū atq; torrētiū. Eo tēpore sepa
raui tribū Leui:vt portaret arcā fe=
deris dñi:ꝛ staret corā eo in ministe=
rio:ac benediceret in noīe illius vsq;
in presentē diē. Quā obrē non habuit
Leui partē:neq; possessionē cū fratri
bus suis:qz ipse dñs possessio ei⁹ est:
C sicut ꝓmisit ei dñs de⁹ tuus. Ego autē
steti in monte:sicut pri⁹ quadragin=
ta dieb⁹ ac noctibus:exaudiuitq; me
dñs etiā hac vice:ꝛ te perdere noluit.
Ex.9.d. Dixitq; mihi. Uade/ꝛ precede popu
lum:vt ingrediatur/ꝛ possideat ter=
ram quā iuraui patrib⁹ eoꝝ:vt trade
rem eis. Et nunc Israel q̄d dñs deus
tu⁹ petit a te/nisi vt timeas dominū
deū tuū:ꝛ ambules in viis ei⁹:et dili=
gas eū:ac seruias dño deo tuo in to=
to corde tuo:ꝛ in tota aīa tua: custo=
diasq; mandata dñi:et ceremonias
eius quas ego hodie precipio tibi:vt

bene sit tibi? En dñi dei tui celum est/
ꝛ celū celi:terra et oīa que in ea sunt:
et tū patrib⁹ tuis cōglutinat⁹ est dñs
et amauit eos:elegitq; semen eorum
post eos:id est vos de cunctis gētib⁹.
sicut hodie cōprobat. Circūcidite igi= D
tur preputiū cordis vestri:ꝛ ceruicē Act.10.a
vestrā ne induretis amplius: qz dñs
de⁹ vester ipse est de⁹ deoꝝ/ꝛ dñs do=
minantiū:ꝛ de⁹ magn⁹ ꝛ potēs ꝛ terri=
bilis/q̄ personā nō accipit/nec mu=
nera. Facit iudiciū pupillo ꝛ vidue: 2.pa.19.c
amat peregrinum:ꝛ dat ei victū atq; Job.34.
vestitum. ꝛ vos ergo amate peregri= b.
nos:qz ꝛ ipsi fuistis aduene in terra Sap.6.b.
Egypti. Dñm deū tuū timebis: et ei Ecc.35.b
soli seruies:ipsi adherebis/iurabisq; Ro.2.b.
in noīe illi⁹. Ipse est laus tua/ꝛ deus galo.2.b.
tuus:q̄ fecit tibi hec magnalia ꝛ ter= mat.4.b
ribilia que viderunt oculi tui. In se= Luc.4.b.
ptuaginta aīab⁹ descēderunt patres ge.46.c.
tui in Egyptū:ꝛ ecce nūc multiplica Exo.1.a.
uit te dñs de⁹ tu⁹ sicut astra celi.
¶C.S. De signis fact̄ ꝯtra Pharao
nē ꝛ Egyptū:de Dathā ꝛ Abyron:q;
terra ꝓmissa nō est sicut Egyptus:de
scribēda lege in cordib⁹:ꝛ ꝓ signo in
manib⁹:ꝛ inter oculos collocet:de be
nedictione si custodiāt mādata: ma=
ledictione si negligāt. Ca.xi.
A Ma itaq; dñm deū tuum:et ob= A
seruа precepta eius et ceremo=
nias:iudicia atq; mādata omni tem
pore. Cognoscite hodie que ignorant
filii vestri:q̄ non viderunt disciplinā
dñi dei vestri:magnalia eius ꝛ robu=
stam manum/extētumq; brachiū:si=
gna ꝛ opera q̄ fecit in medio Egypti
Pharaoni regi/ꝛ vniuerse terre ei⁹:
oīq; exercitui Egyptioꝝ:et equis ac
curríb⁹:quōmodo operuerint eos aque
maris rubri:cū vos persequerent̄:et
deleuerit eos dñs vsq; i presentē diē:
vobisq; q̄ fecerit in solitudine:donec
veniret̄ ad hunc locū. ꝛ Dathā atq; Nu.16.
Abiron filiis Eliab:q̄ fuit filius Ru=
ben:quos aperto ore suo terra absor=
buit cum domibus ꝛ tabernaculis:et
vniuersa substātia eorum quā habe=
bāt in medio israelis. Oculi vestri vi= B
derunt oīa opera dñi magna q̄ fecit:
vt custodiatis vniuersa mādata illi⁹:
que ego hodie precipio vobis:ꝛ pos=
sitis introire:et possidere terram ad
quā ingredimini:multoq; in ea viua=
tis tēpore:quā sub iuramento polli=
citus est dñs patribus vestris:ꝛ semi
ni eoꝝ lacte ꝛ melle manantē. Terra

tem ad quã ingredieris possidendã: nõ est sicut terra egypti de qua existi: vbi iacto semine in hortorũ morẽ aque ducunt irrigue: sed mõtuosa est: et cãpestris de celo expectans pluuias: quã dñs de⁹ tu⁹ semper inuisit: et oculi illi⁹ in ea sunt a principio anni vsq ad finem eius Si ergo obedieritis mãdat⁹ meis: q̃ ego hodie precipio vobis: vt diligatis dñm deũ vestrũ: et seruiatis ei in toto corde vestro: et ĩ tota anima vestra: dabit pluuiã terre vrẽ temporaneã et serotinã: vt colligatis frumẽtũ: et vinũ/ et oleũ: fenũq ex agris ad pascẽda iumẽta: et vt ipsi comedatis ac saturemini. Cauete ne forte decipiatur cor vestrũ: et recedatis a dño: seruiatisq diis alienis: et adoretis eos: iratusq dñs claudat celũ: et pluuie non descẽdãt: nec terra det germẽ suum: pereatisq velociter de terra optima quã dñs daturus est vobis.

C

S.6.b. Ponite hec verba mea in cordib⁹ et in animis vestris: et suspendite ea ꝓ signo in manib⁹: et inter oclos vestros collocate. Docete filios vros: vt illa meditentur. Qñ sederis in domo tua: et ambulaueris in via: et accubueris atq surrexeris: scribes ea super postes: et ianuas dom⁹ tue: vt multiplicent dies tui: et filioꝝ tuoꝝ in terra quã iurauit dñs patrib⁹ tuis: vt daret eis quãdiu celũ imineret terre. Si eñi custodieritis mãdata q̃ ego precipio vobis: et feceritis ea: vt diligatis dñm deũ vestrũ: et ambulet⁹ in oibus viis ei⁹ adherentes ei: disperdet dñs o͞es gẽtes istas añ faciẽ vestrã: et possidebitis eas q̃ maiores: et

Iosue. I.a. fortiores vobis sunt. Ois loc⁹ quem calcauerit pes vester: vester erit. A deserto: et a libano: et flumine magno eufrate vsq ad mare occidẽtale erũt termini vri. Nulli⁹ stabit cõtra vos. Terrorẽ vestrũ et formidinẽ dabit dñs deus vester super omnẽ terram quã calcaturi estis: sicut locutus est

D vobis. En ꝓpono in conspectu vestro hodie benedictionẽ et maledictionẽ: bñdictionẽ/ si obedierit⁹ mãdatis dñi dei vestri q̃ ego hodie ꝓcipio vobis: maledictionẽ/ si non obedieritis mandatis dñi dei vestri: et recesseritis de via quã ego nũc ostẽdo vobis: et ãbulaueritis post deos alienos/ quos ignoratis. Cum vero introduxerit te dñs deus tu⁹ in terrã: ad quã ꝑgis habitãdã pones benedictionẽ sup montẽ garizim: maledictionẽ super montẽ Hebal: qui sunt trãs iordanẽ post viã q̃ vergit ad solis occubitũ in terra chananei qui habitat in cãpestrib⁹ con ra galgalã: q̃ est + iuxta vallẽ tẽdẽtẽ et intrã tẽ procul. Uos eñi trãsibitis iordanẽ vt possideatis terrã quã dñs de⁹ vester datur⁹ est vobis: vt habeatis et possideatis illã. videte ergo vt impleatis ceremonias atq iudicia q̃ ego hodie ponã in conspectu vestro. + Hebr. iuxta vallẽ more.

¶ C.S. De destruenda idolatria: de decimis et primitijs: de mãducãdo ĩ loco quem dominus elegerit: de sanguine non comedẽdo. Capitulũ. xij.

A Hec sunt ꝑcepta atq iudicia q̃ facere debetis in terra quã dominus deus patrũ tuoꝝ daturus ẽ tibi: vt possideas eam cunctis diebus quibus sup humum gradieris. Subuertite oia loca in quib⁹ coluerũt gẽtes quas possessuri estis: deos suos super mõtes excelsos: et colles: et subter oẽ lignũ frondosum. Dissipate aras earũ: et ɔfringite statuas: lucos igne ɔburite: et idola cõminuite: disperdite noia eoꝝ de locis S.7.a. illis. Nõ facietis ita dño deo vestro sed ad locũ quẽ elegerit dñs de⁹ vester de cũctis tribub⁹ vestris: vt ponat nomẽ suũ ibi: et habitet in eo/ venietis: et offeretis ĩ loco illo holocausta et victimas vestras: decimas et primitias manuũ vestrarũ: et vota atq donaria ꝑmogenita boũ et ouiũ et comedetis ibi in conspectu dñi dei vestri: ac letabimini in cũctis ad q̃ miseritis manũ vos et dom⁹ vestre ĩ quib⁹ bñdixerit vobis dñs deus vr. Nõ facietis ibi q̃ nos hic facim⁹ hodie: singuli qd sibi rectũ videt. Neq eñi vsq in ꝑsens tẽpus venistis ad requiẽ/ et possessionẽ: quã dñs deus

B vester datur⁹ est vobis. Transibitis iordanẽ: et habitabitis in terra quã dñs deus vester datur⁹ est vobis: vt requiescatis a cunctis hostib⁹ ꝑ circuitu: et absq vllo timore habitetis in loco quem elegerit dñs deus vr: vt sit nomẽ eius in eo. Illuc oia que ꝑcipio: conferetis holocausta: et hostias: ac decimas/ et primitias manuũ vestrarũ et quicqd precipuum est in munerib⁹ q̃ vouistis dño. Ibi epulabimini coram dño deo vestro: vos et filij ac filie vestre/ famuli et fa

mule atq leuites q in vrbibus vr is
cõmorant. neq enim habet alia partẽ
de cõse.di. ꝛ possessionẽ inter vos. Caue ne offe-
i.ca.sicut ras holocausta tua in omni loco quẽ vi
non. deris: sed in eo quẽ elegerit dñs: in
vna tribuũ tuarũ offeres hostias: ꝛ
facies quecũq; pcipio tibi. Si autẽ
comedere volueris: ꝛ te esus carniũ
delectauerit: occide ꝛ comede iuxta
bñdictionẽ dñi dei tui: quã dedit tibi
in vrbibus tuis: siue immundũ fue-
rit hoc est maculatũ: et debile. siue
mũdũ: hoc est integrũ et sine macu-
la: qd offerri licet sicut caprea ꝛ cer-
uũ comedes absq; esu dũtaxat san-
C guinis: quẽ super terra quasi aquã
23.q.i.Ec- effundes. Non poteris comedere in
clesias. oppidis tuis decimã frumẽti/ ꝛ vini
De deci. ꝛ olei tui: primogenita armentorũ et
cap.i. pecorum: ꝛ omnia q voueris: et spõte
offerre volueris: ꝛ primitias manuũ
tuarũ: sed corã dño deo tuo comedes
ea in loco quẽ elegerit dñs deus tuus
tu ꝛ filius tuus ꝛ filia: seruus et fa-
mula: atq; leuites qui manet in vrbi
bus tuis: ꝛ letaberis: ꝛ reficieris co-
rã dño deo tuo in cunctis ad que ex
tẽderis manũ tuã. Caue ne derelin-
.J.19.c. quas leuitẽ in omni tẽpore quo versa
ris in terra. Quãdo dilatauerit dñs
deus tuus terminos tuos: sicut locu
Ge.28.c. tus est tibi: et volueris vesci carni-
.J.19.c. bus: quas desiderat aïa tua / locus
autẽ quẽ elegerit dñs deus tuus: vt
sit nomẽ eius ibi: si procul fuerit: oc-
cides de armentis ꝛ pecorib9 que ha
bueris: sicut pcepit tibi: et comedes
in oppidis tuis: vt tibi placet. Sicut
.J.15.d. comedit caprea et ceruus: ita vesce-
ris eis: ꝛ mũdus et immũdus in cõ-
mune vescent: hoc solũ caue ne san-
D guinẽ comedas. Sanguis enim eorũ
pro aïa est/ ꝛ idcirco nõ debes aïam
comedere cũ carnib9: sed super ter-
rã fundes quasi aquã: vt bene sit ti-
bi ꝛ filiis tuis post te: cũ feceris qd
placet in cõspectu dñi. Que aũt san-
ctificaueris ꝛ voueris dño: tolles et
venies ad locũ quẽ elegerit dñs: et
offeres oblationes tuas carnem et
sanguinẽ sup altare dñi dei tui. san-
guinẽ hostiarũ fundes in altari: car
nibus autẽ ipse vesceris. Obserua et
audi omnia que ego precipio tibi: vt
bene sit tibi ꝛ filiis tuis post te i sem
piternũ: cũ feceris qd bonũ est ꝛ pla
citũ in cõspectu dñi dei tui. Quando
.J.19.a. disperdiderit dñs deus tuus ante fa

ciem tuã gentes ad quas ingredie-
ris possidendas: ꝛ possederis eas: at-
q; habitaueris in terra earum: caue
ne imiteris eas: postq̃ te fuerint in
troeũte subuerse: et requiras ceremo-
nias earũ: dicens. Sicut coluerunt
gẽtes iste deos suos: ita et ego colã.
Non facies similiter dño deo tuo.
Oẽs enim abominationes quas auer-
sat dñs: fecerũt diis suis/ offerentes
filios ꝛ filias: ꝛ cõburẽtes igni. Qd
precipio tibi: hoc tantũ facito dño:
nec addas quicq̃ nec minuas.
¶C.S. De falso ꝓpheta: de persua-
dente idolatriã: de anathemate ver-
bis perfidis. Capitulum.xiij.
Si surrexerit in medio tui pro- A
phetes: aut qui somniũ vidisse
se dicat: ꝛ predixerit signũ atq; por-
tentũ: ꝛ euenerit qd locutus est: ꝛ di-
xerit tibi. Eamus ꝛ sequamur deos
alienos quos ignoras: ꝛ seruiamus
eis: et non audies verba prophete il
lius aut somniatoris: qr tentat vos
dominus deus vester: vt palam fiat
vtrũ diligatis eũ an nõ: in toto cor-
de: ꝛ i tota aïa vestra. Dominũ deũ
vestrũ sequimini: et ipsum timete: ꝛ
mãdata illi9 custodite: ꝛ audite vo-
cẽ eius: ipsi seruietis: ꝛ ipsi adhere-
bitis. Propheta autẽ ille aut fictor B
somniorũ interficietur: qr locutus est
vt vos auerteret a dño deo vestro: q
eduxit vos de terra egypti: et rede-
mit vos de domo seruitutis: vt erra-
re te faceret de via quã tibi precepit
dominus deus tuus: ꝛ auferes malũ
de medio tui. Si tibi voluerit psua- 23.q.v.c.
dere frater tuus fili9 matris tue: aut igitur.
fili9 tuus vel filia: siue vxor que est
in sinu tuo: aut amic9 quẽ diligis vt
animã tuã: clã dicens. Eamus ꝛ ser-
uiamus diis alienis: quos ignoras
tu ꝛ patres tui cunctarũ in circuitu
gentiũ q iuxta vel ꝓcul sunt: ab ini-
tio vsq; ad finẽ terre: nõ acquiescas
ei: nec audias: neq; parcat ei oculus
tuus vt miserearis et occultes eum/
sed statim interficies. Sit primũ ma-
nus tua super eũ: ꝛ post te oĩs ppl's C
mittat manũ. Lapidib9 obrut9 neca
bitur: qr voluit te abstrahere domi-
no deo tuo: q eduxit te de terra egy-
pti de domo seruitutis: vt ꝛ oĩs Isrl'
audiens timeat: ꝛ nequaq̃ vltra fa-
ciat quippiã hui9 rei simile. Si audi
eris in vna vrbium tuarũ: quam dñs 23.q.5.c.
deus tuus dabit tibi ad habitãdum: si audiere

dicẽtes aliquos. Egressi sunt filij be-
lial de medio tui: ⁊ auerterunt habi-
tatores vrbis tue: atq; dixerunt. Ea-
mus ⁊ seruiamꝰ dijs alienis q̃s igno-
ratis: q̃re sollicite: ⁊ diligẽter rei veri
tate perspecta: si inueneris certũ esse
qḋ dicitur: ⁊ abominationẽ hãc ope-
re ꝑpetratã: statim ꝑcuties habita-
tores vrbis illius in ore gladij: ⁊ de-
lebis eã: oĩaq; que i illa sunt vsq; ad
D pecora. Quicq̃d etiam supellectilis
fuerit: ꝯgregabis in medio plateaꝝ
eius: ⁊ cũ ipsa ciuitate succẽdes: ita
vt vniuersa cõsumas dño deo tuo: et
sit tumulus sempiternꝰ. non edifica
bitur ampliꝰ: ⁊ nõ adherebit de illo
anathemate quicq̃ in manu tua: vt
auertat dñs ab ira furoris sui: ⁊ mi-
sereat tui: multipliceta; te: sicut iura
uit pr̃ibus tuis: qñ audieris vocem
dñi dei tui: custodiẽs oĩa ꝓcepta eiꝰ
q̃ ego ꝓcipio tibi hodie: vt facias qḋ
placitũ est in conspectu dñi dei tui.
¶C.S. De nõ imitãdo ritũ gẽtium
suꝑ mortuo: de aĩalibꝰ mũdis ⁊ imũ
dis ad esuꝫ: hedũ i lacte mr̃is nõ co
quẽdũ: de decimis vẽdẽdis. Ca. xiiij.

Aꝰ
Leui.11.a Filij estote dñi dei vestri. Non
vos incidetis: nec facietis cal
uitiũ suꝑ mortuo: qm̃ populꝰ
3.7.a. sanctus es dño deo tuo: ⁊ te elegit vt
.j.26.d. sis ei in populũ peculiarẽ de cũctis
gentibꝰ q̃ sunt super terrã. Ne com-
Leui.11.a edatis q̃ immũda sunt. Hoc est aĩal
qḋ comedere debetis. Bouẽ ⁊ ouem:
et caprã / ⁊ ceruũ / et capreã: bubalũ /
tragelaphũ / pigargũ / orygez / came
lopardũ. Omne aĩal qḋ in duas par
tes findit vngulã ⁊ ruminat: cõede
tis. De his autẽ q̃ ruminãt: ⁊ vngu-
lã nõ findũt: hec comedere nõ debe-
tis / camelũ / leporẽ / chirogryllũ: q2
ruminãt: ⁊ nõ diuidũt vngulã: imũ-
da erũt vobis. Sus quoq; qm̃ diuidit
vngulã: ⁊ nõ ruminat: immunda erit.
carnibꝰ eoꝝ nõ vescemini. ⁊ cadaue-
ra nõ tãgetis. Hec comedetis ex oĩ-
D bus q̃ morantur i aquis. Que habẽt
pinnulas: et squamas / comedite: q̃
absq; pinnulis ⁊ squamis sũt: ne co
medatis: quia immunda sunt. Oẽs
aues mũdas comedite. immundas
ne comedatis: aquilã scilicet: ⁊ gry-
phẽ / ⁊ haliectũ / ixion / et vulturẽ ac
miluũ iuxta genꝰ suum: ⁊ omne cor-
uini generis: ⁊ struthionẽ ac noctuã
et larum atq; accipitrem iuxta ge-
nus suũ / herodium ac cygnũ: ⁊ ibin
ac mergulum: porphyrionẽ ⁊ nycti-
coracẽ / onocrotalũ: ⁊ caradriũ: sin-
gula in genere suo. vpupam quoq; ⁊ 13.q.1.ec-
vespertilionẽ. ⁊ omẽ qḋ reptat et pẽ- clesiae.§.
nulas habet: immũdũ erit: nec come hiclita.
det. Omne quod mundũ est: comedi E
te. Quicq̃d autẽ morticinũ est: ne ve 16.q.3.
scamini ex eo. Peregrino qui intra c.placuit
portas tuas est / da vt comedat: aut .§. sic etiã
vẽde ei. quia tu populꝰ sanctus dñi exo.23.c.
dei tui es. Nõ coquẽs hedũ in lacte et.34.d.
mr̃is sue. Decimã partẽ separabis exo.23.c.
de cũctis frugibꝰ tuis q̃ nascũtur in
terra ꝑ annos singulos: et comedes
in cõspectu dñi dei tui in loco quem
elegerit: vt in eo nomẽ illius inuoce
tur decimã frumẽti tui: ⁊ vini: ⁊ olei
⁊ primogenita de armẽtis ⁊ ouibus
tuis: vt discas timere dñm deũ tuuꝫ
in omni tẽpore. Cũ autẽ longior fue D
rit via: ⁊ locus quẽ elegerit dñs deꝰ
tuus: tibiq; bñdixerit / nec potueris
ad eum hec cuncta portare: vendes
omnia: et i preciũ rediges: portabisq;
manu tua: et proficisceris ad locum
quẽ elegerit dñs deus tuus: ⁊ emes
ex eadem pecunia quicquid tibi pla
cuerit: siue ex armẽtis / siue ex ouibꝰ
vinũ quoq; ⁊ sicerã: ⁊ omẽ quod desi
derat aĩa tua: et comedes corã dño
deo tuo: ⁊ epulaberis tu ⁊ domꝰ tua:
et leuita qui intra portas tuas est.
caue ne derelinquas eũ: quia nõ ha- de deci.
bet aliã partẽ in possessione tua. An ca.1.
no tertio separabis aliam decimã ex
oĩbus que nascunt tibi eo tempore:
et repones intra ianuas tuas. venietq;
leuites qui aliã nõ habet partem
nec possessionẽ tecũ: et peregrinꝰ ac
pupillus ⁊ vidua: qui intra portas
tuas sunt: ⁊ comedet: ⁊ saturabũt: vt
bñdicat tibi dñs deꝰ tuꝰ i cũctis ope
ribus manuum tuarum que feceris.
¶C.S. De remissiõe anni septimi:
de seruo hebreo vẽdito ⁊ ancilla: de
sanctificatione ⁊ opere: ⁊ esu ⁊ mas-
cula primogenitorum. Capm. xv.
Septimo anno facies remissio A
nẽ: que hoc ordine celebrabit.
Cui debet aliq̃d ab amico vel
proximo ac fratre suo: repetere non
poterit: q2 annus remissionis est dñi.
A peregrino et aduena exiges: ciuẽ
et ꝓpinquũ repetẽdi nõ habebis po
testatẽ. Et oĩno indigẽs: ⁊ mẽdicus
nõ erit inter vos: vt bñdicat tibi dñs
deus tuꝰ in terra quã traditurꝰ est ti
bi in possessionẽ. si tñ audieris vo-

cē dñi dei tui: et custodieris vniuer-
sa q̄ iussit: ⁊ q̄ ego hodie p̄cipio tibi:
.ꝼ.28.b. bñdicet tibi: vt pollicit⁹ est. Fenera
B bis gētib⁹ multis: ⁊ ipse a nullo ac-
cipies mutuū. Dñaberis nationib⁹
plurimis: ⁊ tui nemo dñab.t. Si vn⁹
de fratrib⁹ tuis q̄ morant̄ intra por-
tas ciuitatis tue in terra quam dñs
de⁹ tu⁹ daturus est tibi: ad pauper-
tatem deuenerit: non obdurabis cor
tuū: nec ꝯtrahes manū: sed aperies
eā pauperi: et dabis mutuū quo eū
indigere perspexeris. Caue ne forte
subrepat tibi ipia cogitatio: et dicas
in corde tuo. Appropinquat septi-
mus ann⁹ remissiōis: ⁊ auertas ocu-
los tuos a paupere fratre suo: nolēs
ei quod postulat mutuū commoda-
re: ne clamet cōtra te ad dñm: ⁊ fiat
tibi i peccatū: sed dabis ei. nec ages
quippiā callide i eius necessitatib⁹
subleuādis: vt bñdicat tibi dñs deus
tu⁹ in omni tpe: ⁊ in cūctis ad q̄ ma-
nū miseris. Nō deerūt pauperes in
terra habitationis tue / idcirco ego
p̄cipio tibi vt aperias manū fratri
tuo egeno ⁊ pauperi: qui tecū versa
tur in terra. Cū tibi venditus fuerit
C frater tu⁹ hebreus aut hebrea: ⁊ sex
exo.21.a. annis seruierit tibi: i septimo anno
hie.34.c dimittes eū liberū: ⁊ quem libertate
donaueris: nequaq̄ vacuū abire pa-
tieris: sed dabis viaticū de gregib⁹:
et de area ⁊ torculari tuo: quib⁹ dñs
deus tu⁹ bñdixerit tibi. Memēto q̄d
et ipse seruieris in terra egypti: ⁊ li-
berauerit te dñs deus tu⁹: et idcirco
ego nūc p̄cipio tibi. Sin aūt dixerit.
Nolo egredi: eo q̄d diligat te: et do-
mū tuā: ⁊ bene sibi apd te esse sentiat
assumes subulam: ⁊ perforabis au-
rē eius in ianua dom⁹ tue: et seruiet
tibi vsq̄ in eternū. ancille quoq̄ si-
militer facies. Non auertas ab eis
oculos tuos qn̄ dimiseris eos libe-
ros: qm̄ iuxta mercedē mercenarij
per sex annos seruiuit tibi: vt bñdi-
cat tibi dñs de⁹ tu⁹ in cunctis operi
bus q̄ agis. De primogenitis q̄ na-
D scunt̄ in armētis: ⁊ ouib⁹ tuis: q̄cq̄d
est sexus masculini: scrificabis dño
deo tuo. Nō operaberis in primoge-
nito bouis: ⁊ nō tōdebis primogeni
ta ouiū. In conspectu dñi dei tui cō-
edes ea per annos singulos in loco
quem elegerit dñs: tu ⁊ domus tua.
leui.22.c. Sin aūt habuerit maculā: ⁊ vel clau
eccl.35.b dū fuerit vel cecū: aut in aliqua par

te deforme vel debile: nō immolabit
dño deo tuo: sed intra portas vrbis
tue comedes illud: tā mūdus q̄ im-
mūdus similiter vescētur eis / quasi
caprea: ⁊ ceruo. hoc solū obseruabis ꝼ.12.c.
vt sanguinē eoꝝ non comedas: sed
effundas in terram quasi aquam.
C.C.S. De immolatione phase: ⁊ nō
in quolibet loco: de aliis duab⁹ solen
nitatib⁹ hebdomadaꝝ ⁊ tabernacu-
loꝝ: de iudicib⁹ constituēdis in por-
tis ⁊ q̄ nō accipiāt p̄sonā et mūera
de luco ⁊ statua nō faciēdis. Cꝓ.xvi.
Obserua mēsem nouarū fru- A
gū: et verni primū tēporis:
vt facias phase dño deo tuo
qm̄ in isto mense eduxit te dñs deus
tu⁹ de Egypto nocte. Immolabisq̄
phase dño deo tuo de ouib⁹: ⁊ de bo-
bus i loco quē elegerit dñs de⁹ tu⁹:
vt habitet nomē eius ibi. Non com-
edes in eo panē fermentatū. Septē
dieb⁹ comedes absq̄ fermēto affli-
ctionis panē: qm̄ in pauore egressus
es de egypto: vt memineris diei egres
sionis tue de egypto oībus dieb⁹ vi-
te tue. Nō apparebit fermentatū in
oīb⁹ terminis tuis septē dieb⁹: ⁊ non
remanebit de carnib⁹ ei⁹ q̄d immo-
latū est vespere in die primo vsq̄ ad
mane. Nō poteris immolare phase B
in quolibet vrbiū tuarū / quas dñs
deus tuus datur⁹ est tibi: sed in loco
quē elegerit dñs de⁹ tuus: vt habitet
nomē ei⁹ ibi. Immolabisq̄ phase ve
spere ad solis occasum: qn̄ egressus
es de egypto: et coques: et comedes
in loco quē elegerit dñs de⁹ tu⁹: ma-
neq̄ cōsurgens vades in tabernacu
la tua. Sex dieb⁹ comedes azyma: et
in die septima: qz collecta est dñi dei
tui: nō facies opus. Septem hebdo-
madas numerabis tibi ab ea die /
qua falcē i segetē miseris: ⁊ celebra-
bis diē festū hebdomadaꝝ dño deo
tuo / oblationē spōtaneā manus tue:
quā offeres iuxta bñdictionē dñi dei
tui: et epulaberis corā dño deo tuo /
tu ⁊ fili⁹ tuus / ⁊ filia tua: ⁊ seru⁹ tu⁹
et ancilla tua: ⁊ leuites qui est intra
portas tuas: et aduena ac pupillus
et vidua qui morant̄ vobiscū in lo-
co quē elegerit dñs de⁹ tuus: vt ha-
bitet nomen ei⁹ ibi: et recordaberis
qm̄ seruus fueris in egypto: custo-
diesq̄ ac facies q̄ tibi precepta sunt.
Solēnitatē quoq̄ tabernaculoꝝ ce- C
lebrabis per septem dies qn̄ collegē

ris de area et torculari fruges tuas
et epulaberis in festiuitate tua tu et
filius tuus et filia / et seruus tuus et
ancilla: leuites quoqꝫ et aduena: et pu-
pillus ac vidua: q̄ intra portas tuas
sunt. Septem diebus dn̄o deo tuo fe-
sta celebrabis in loco quem elegerit
dn̄s: benedicetqꝫ tibi dn̄s deus tuus
in cunctis frugibus tuis / et in omni
opere manuū tuarū: erisqꝫ in leticia.
Tribus vicibus per annū apparebit
omne masculinū tuum in conspectu
dn̄i dei tui in loco quē elegerit in so-
lēnitate azymoꝝ / et i solēnitate heb-
domadarū: et in solēnitate taberna-
D culoꝝ. Nō apparebit ante dominū
exo.23.b. vacuꝰ: sed offeret vnusquisqꝫ s̄m qđ
ex.34.c. habuerit iuxta benedictionē domi-
Ec.16.d. ni dei sui / quā dederit ei. Iudices et
magistros constitues in oībus por-
tis tuis / quas dn̄s deus tuus dede-
11.q.3.ca. rit tibi per singulas tribus tuas: vt
pauper. iudicēt populū iusto iudicio: nec in
3.ca.1.c. alterā partē declinent. Non accipies
Le.19.c. personā nec munera: quia munera
exo.23.a. excecant oculos sapientū / ꝛ mutant
Ec.20.d. verba iustoꝝ. Iuste quod iustum est
persequeris / vt viuas: et possideas
terrā quā dn̄s deus tuus dederit ti-
bi. Nō plantabis lucum: et omnē ar-
borē iuxta altare dn̄i dei tui: nec fa-
cies tibi atque constitues statuam / q̄
odit dominus deus tuus.

¶ C.S. De hostia hn̄te maculam: de pena idolatrie: de difficultate iudicii: de pena inobediētie: de electione regis: de religione ipsius. Cap. xvii.

A Non immolabis dn̄o deo tuo
bouē et ouem in quo est ma-
cula / aut quippiā vitij: quia
abominatio est dn̄o deo tuo. Cumqꝫ
reperti fuerint apud te intra vnam
portarum tuarū / quas dominꝰ deus
tuꝰ dabit tibi: vir aut mulier qui faci-
ant malum in conspectu domini dei
tui ꝛ transgrediant pactū illius vt va-
dant et seruiāt dijs alienis et adorēt
eos / solem / et lunā / et oēm militiā ce-
li: que non precepi et hoc tibi fuerit
nunciatū: audiensqꝫ inquisieris dili-
gēter / et verū esse reperteris: et abo-
minatio facta est in israel: educes vi-
rum ac mulierē qui rem sceleratissi-
mā perpetrarunt ad portas ciuita-
B tis tue / et lapidibus obruentur. In
.f.19.d. ore duoꝝ aut triū testiū peribit qui
mat.18.b. interficief. Nemo occidat vno con-
Ioā.8.c. tra se dicēte testimoniū. Manus te-
stium prima interficiet eū: et manus 2.co.13.a.
reliqui populi extrema mittetur: vt Ioā.8.a.
auferas malum de medio tui. Si dif- 2.q.5..§.
ficile et ambiguum apud te iudiciū 1.35.q.6.
esse ꝓspexeris inter sanguinē et san- .§.fina.
guinē / causam et causam / lepram et
nō leprā: ꝛ iudiciū intra portas tuas
videris verba variari: surge / et ascē-
de ad locum quem elegerit dominus
deus tuus: veniesque ad sacerdotes
leuitici generis / et ad iudicem q̄ fue-
rit illo tempore / queresqꝫ ab eis: q̄ iu-
dicabunt tibi iudicij veritatem: et fa-
cies quodcunqꝫ dixerint qui presunt
loco quē elegerit dn̄s: et docuerint te
iuxta legē eius: sequerisqꝫ sententiā 3.5.d.
eoꝝ: nec declinabis ad dexterā neqꝫ
ad sinistram. Qui autem superbierit
nolens obedire sacerdotis imperio
qui eo tēpore ministrat dn̄o deo tuo: C
ex decreto iudicis morief homo ille
et auferes malū de israel: cunctusqꝫ
populus audiens timebit / vt nullus
deinceps intumescat superbia. Cum
ingressus fueris terrā quā dn̄s deus .f.26.a.
tuus dabit tibi / et possederis eam /
habitaueris qꝫ in illa / et dixeris. Con-
stituam sup me regem / sicut habent
omnes per circuitum nationes: eum
constitues quem dn̄s deus tuus ele-
gerit de numero fratrum tuoꝝ. Non
poteris alterius gentis hominem re-
gem facere / qui non sit frater tuus.
Cūqꝫ fuerit constitutus / nō multipli-
cabit sibi equos / nec reducet popu- D
lum in egyptū: equitatꝰ numero sub-
leuatus / presertim cū dn̄s precepe-
rit vobis vt nequaqꝫ amplius ꝑ ean-
dem viam reuertamini. Non habe-
bit vxores plurimas q̄ alliciant ani-
mum eius: neqꝫ argēti et auri immē-
sa pōdera. Postqꝫ autē sederit in so-
lio regni sui / describet sibi Deutero-
nomiū legis huius in volumine / acci-
piens exemplar a sacerdotibus leui-
tice tribꝰ / et habebit secū: legetqꝫ il-
lud oībus diebꝰ vite sue: vt discat ti-
mere dn̄m deū suū: et custodire ver-
ba et ceremonias eius q̄ in lege pre-
cepta sunt. Nec eleuef cor eius in su-
perbiam super fratres suos: neqꝫ de-
clinet: in partem dexteram vel sini-
stram: vt longo tempore regnet ipse
et filii eius super israel.

¶ C.S. De nulla parte leui dedita: de parte ipsiꝰ falsi ꝓphete: de sacrificijs ꝙ leuita vbiqꝫ ministret libere: ꝛ partes accipiat ciboꝝ: de lustratio

ne filiorum et augurio: de propheta
suscitando: de ludibrio. Capm. xviij.
A Non habebūt sacerdotes et le-
Numeri uite: et oēs qui de eadē tribu
18. c. et. d. sunt: partē et hereditatē cum
1. co. 9. b. reliquo pplo israel: qȝ sacrificia domi
12. q. 1. ca. ni et oblationes eius comedent: ꝛ ni
clericus. hil aliud accipiēt de possessione fra-
nu. 18. c. trū suorū: dñs eni ipse est hereditas
eorū / sicut locut⁹ est illis. Hoc erit iu-
diciū sacerdotū a pplo: et ab his qui
offerunt victimas: siue bouem / siue
ouē immolauerint: dabunt sacerdoti
armū ac ventriculum: primitias fru-
menti / vini et olei: et lanarū partem ex
ouiū tonsione. Ipsum enim elegit do-
minus deus tu⁹ de cunctis tribubus
tuis: vt stet et ministret nomini dñi
dei sui: ipse et filij eius ī sempiternū.
B Si exierit leuites ex vna vrbium tua-
rū ex omni israel in qua habitat / et
voluerit venire / desiderans locū quē
elegerit dñs: ministrabit in noīe dñi
dei sui: sicut omnes fratres ei⁹ leuite
qui stabunt eo tēpore corā dño. Par-
tem ciborū eandē accipiet quā ꝛ cete-
ri / excepto eo ꝙ in vrbe sua ex pater-
na ei successione debet. Quū ingress⁹
fueris terrā quā dñs deus tuus da-
bit tibi: caue ne imitari velis abomi-
Le. 20. d. nationes illarū gentiū: nec inueniat
1. re. 18. a. in te q̄ lustret filiū suū / aut filiā du-
cens per ignem: aut q̄ hariolos sciscī-
tetur: et obseruet somnia atqȝ augu-
ria: ne sit malefic⁹ / nec incātator / ne-
qȝ phitones cōsulat / nec diuinos: et
C querat a mortuis veritatē. Oia enim
hec abominatur dñs: et ppter istius-
modi scelera delebit eos in introitu
tuo: pfectus eris et absqȝ macula cū
dño deo tuo. Gentes iste quarū possi-
debis terrā / augures et diuinos au-
diunt: tu aūt a dño deo tuo aliter in-
ioan. 1. g. stitut⁹ es. Prophetā de gente tua / et
Act. 3. d. de fratribus tuis sicut me / suscitabit
et. 7. e. tibi dñs deus tuus / ipsum audies vt
petisti a dño deo tuo in oreb / qñ con-
exo. 20. e. tio cōgregata est: atqȝ dixisti. Ultra
nō audiā vocē dñi dei mei: et ignem
hunc maximū amplius non videbo:
D ne moriar. Et ait dñs mihi Bñ oīa
ioan. 1. g. sunt locuti. Prophetam suscitabo eis
de medio fratrum suorū similē tui: et
ponā verba mea ī ore eius: loquetur-
qȝ ad eos oia que p̄cepero illi. Qui au-
tem verba eius q̄ loquet in nomine
meo audire noluerit: ego vltor exi-
stam. Propheta autem qui arrogan-
tia depravatus voluerit loqui in no-
mine meo: que ego nō precepi illi vt
diceret: aut ex noīe alienorū deorum
interficiet. Quod si tacita cogitatio-
ne responderis. Quomodo possum in-
telligere verbum quod dñs non est lo-
cutus: hoc habebis signum. Quod in
noīe dñi ppheta ille p̄dixerit: et non
euenerit: hoc dñs nō est locutus: sed
per tumorem animi sui ppheta con-
finxit: et idcirco non timebis eum.
C. S. De homicida fugiēte: de tri-
bus ciuitatib⁹ refugij: de terris non
trāsferēdis: de falso teste: non misere-
beris ei⁹: sed aīam pro aīa. Cap. xix.
Cum disperdiderit dñs de⁹ tu⁹ A
gentes: quarū tibi traditurus d. 12. d.
est terram: et possederis eam nu. 35. d.
habitaueris qȝ in vrbib⁹ eius: et in edi Jos. 20. a.
bus tres ciuitates separabis tibi in 15. q. 1. ca.
medio terre quā dñs deus tuus da- illa.
bit tibi in possessionē sternens dilige-
ter viā: ꝛ in tres equaliter partes to-
tā terre tue prouinciam diuides: vt ha-
beat e vicino qui propter homicidium
profugus est quo possit euadere. Hec
erit lex homicide fugiētis: cuius vita
seruanda est. Qui percusserit proximum B
suū nesciēs: et qui heri et nudiuster-
tius nullū contra eū odium habuisse
comprobatur: sed abiisse cum eo simpli-
citer in syluā ad ligna cedenda: et in
succisiōe lignorū securis fugerit ma-
num: ferrumqȝ lapsum de manubrio
amicū eius percusserit: et occiderit:
hic ad vnam supradictarū vrbiū con-
fugiet et viuet: ne forsitan proximus
eius cuius effusus est sanguis: dolo-
re stimulatus persequatur: et apprehen-
dat eū si longior via fuerit: et percutiat
animam ei⁹ qui non est reus mortis:
qȝ nullū contra eum qui occisus est
odiū prius habuisse mōstratur. Id-
circo precipio tibi: vt tres ciuitates C
equalis inter se spatij diuidas. Cum d. 12. a.
aūt dilatauerit dñs deus tuus termi-
nos tuos: sicut iurauit patrib⁹ tuis:
et dederit tibi cūctam terram quam
eis pollicit⁹ est (si tamen custodieris
mandata ei⁹: et feceris q̄ hodie prece-
pio tibi: vt diligas dñm deū tuum: et
ambules in viis eius omni tempore)
addes tibi tres alias ciuitates: et su-
pradictarū trium vrbiū numerū du-
plicabis: vt non effundatur sanguis
innoxius in medio terre quam dñs
deus tuus dabit tibi possidendā: ne
sis sanguinis reus. Si quis autem odio nu. 35. a.

habēs proximū suū3 insidiatus fue-
rit vite eius: surgēsq; percusserit il-
lum/et mortuus fuerit: fugeritq; ad
vnā de supradictis vrbibus: mittent
seniores ciuitatis illius/et arripient
eū de loco effugij: tradentq; in manu
pximi/ cuius sanguis effusus est: et
D moriet. Nō misereberis eius: et aufe
res noxium sanguinē de israel: vt be-
23.q.4. ne sit tibi. Non assumes: et transferes
est iniusta. terminos proximi tui quos fixerunt
12.q.2.in priores in possessione tua quam dñs
legi. de⁹ tuus dabit tibi in terra quā acce-
S.17.b. peris possidendā3. Non stabit testis
mat.18.b. vnus contra aliquē / quicquid illud
Joā.8.c. peccati et facinoris fuerit: sed in ore
2.co.13.a. duorū aut triū testiū stabit omne ver
heb.10.e. bum. Si steterit testis mendax con-
tra hoiem/accusans eum preuarica-
tionis/stabunt ambo quoq; causa est/
ante dominū in cōspectu sacerdotū3
et iudicū qui fuerint in diebus illis.
Cūq; diligentissime perscrutātes in-
dan.13.a. uenerint falsum testē dixisse contra
fratrē3 suū mendacium: reddent ei si
cut fratri suo facere cogitauit: et au-
feres malū de medio tui: vt audien-
tes ceteri timorē habeāt / et nequaq;
Mat.5.f. talia audeant facere. Non misereber-
Exo.21.c. ris eius/sed aīam pro aīa: oculum ꝓ
oculo: dentē pro dente: manū pro ma
nu: pedem pro pede exiges.

¶ C.S. De remittēdis a ꝑlio: de ciui-
tate victa in forte vel extra: de arbo-
ribus fructuosis non succidendis s3
solū infructuosis ad instruēdas ma-
chinas. Capitulum.xx.

A Si exieris ad bellū cōtra hostes
tuos: et videris equitatus ⁊ cur-
rus: et maiorē q̄3 tu habeas aduersa-
rij exercitus multitudinem: non ti-
mebis eos: quia dominus deus tuus
tecū est /q̄ eduxit te de terra egypti.
Appropinquāte autē iam prelio: sta-
bit sacerdos ante aciem et sic loque-
tur ad poplm. Audi isrl: vos hodie
cōtra inimicos vr̄os pugnam cōmit-
titis: nō pertimescat cor vr̄m: nolite
metuere: nolite cedere: nec formide-
tis eos: q2 dñs deus vester in medio
vr̄i est: et ꝓ vobis ɔtra aduersarios
dimicabit: vt eruat vos de periculo.
1.ma.3.g. Duces quoque per singulas turmas
audiēte exercitu proclamabūt. Quis
est homo qui edificauit domum no-
B uam: et non dedicauit eam? vadat et
reuertat i domū suā: ne forte moriat
in bello: et ali⁹ dedicet eam. Quis est
hō q̄ plātauit vineā: et necdū fecit eā
esse comunē: et de qua vesci omnibus li
ceat vadat ⁊ reuertat in domū suam
ne forte moriat in bello: et ali⁹ homo
ei⁹ fungat officio. Quis est hō q̄ de-
spōdit vxorē et nō accepit eā3? vadat
et reuertat in domū suā: ne forte mo-
riat in bello: et ali⁹ homo accipiat eā.
His dictis addēt reliqua: et loquen-
tur ad pplm. Quis est hō formido- Jud.7.a.
losus et corde pauido? vadat ⁊ reuer
tat i domū suā: ne pauere faciat cor-
da frm suorū: sicut ipse timore pter- C
rit⁹ est. Cūq; siluerint duces exerci-
tus: et finē loquēdi fecerint: vnusq̄sq;
suos ad bellādū cuneos preparabit.
Si qn̄ accesseris ad expugnandā ci-
uitatē: offeres ei primū pacem. Si re
ceperit et aperuerit tibi portas: cun-
ctus pplo q̄ in ea est: saluabit: et ser-
uiet tibi sub tributo: sin autem fedus
inire noluerit: et ceperit cōtra te bel-
lū: oppugnabis eā3. Cūq; tradiderit
dñs de⁹ tu⁹ illā3 in manu tua: percu-
ties oē quod in ea gn̄is masculini est
in ore gladij absq; mulierib⁹: ⁊ infan
tib⁹: iumentis et ceteris q̄ in ciuitate
sunt. Oēm predā exercitui diuides: ⁊
comedes de spolijs hostiū tuorum: q̄
dñs deus tu⁹ dederit tibi. Sic facies
cunctis ciuitatib⁹ q̄ a te ꝓcul valde
sunt: et nō sunt de his vrbib⁹ q̄s i pos
sessionē accepturus es. De his autē3 D
ciuitatibus que dabuntur tibi: nul-
lum omnino permittes viuere: sed
interficies in ore gladij Ethēum vi-
delicet: et amorreum: et chananeū3:
pherezeum: et eueū: et iebuseū3: sicut
precepit tibi dñs deus tuus: ne for-
te doceant vos facere cunctas abo-
minationes quas ipsi operati sunt
dijs suis: et peccetis in dominū deū3
vestrum. Quando obsederis ciuita-
tem multo tempore: et munitioni-
bus circundederis vt expugnes eā3
non succides arbores de quib⁹ vesci
potest: nec securib⁹ per circuitum de-
bes vastare regionē: qm̄ lignū3 est: et
non homo: nec potest bellantiū con-
tra te augere numerū. Si qua autem
ligna non sunt pomifera: s3 agrestia
et in ceteros apta vsus: succide ⁊ in-
strue machinas: donec capias ciuita
tem que contra te dimicat.

¶ C.S. De cadauere hois inuento:
de muliere captiua assumenda i vxo
rē: de duabus vxorib⁹: de filio contu-
mace: de iudicato ad mortē. Cap̄.xxi.

A Quando inuentuz fuerit i ter-
ra quam dñs deus tuus da-
turus est tibi hominis cadauer
occisi/et ignorabit cedis reus/ egre-
dient maiores natu/et iudices tui/⁊
metientur a loco cadaueris singula-
rum per circuitum spatia ciuitatũ:et
quã viciniorẽ ceteris esse perspexe-
rint: seniores ciuitatis illius tollent
vitulã de armẽto/q̃ non traxit iugum
nec terrã scidit vomere:et ducent eã
ad vallez asperam atq; saxosam que
nunq̃ arata est/nec sementem rece-
pit:et cedẽt in ea ceruices vitule/ac-
cedentq; sacerdotes filii leui/quos
elegerit dñs deus tuus vt ministrent
ei/et benedicãt in noie ei⁹: et ad ver-
bum eoruz omne negociũ pendet. Et
quicquid mundũ vel immunduz est/
iudicet. Et venient maiores natu ci-
B uitatis illi⁹ad interfectũ/ lauabũtq;
manus suas super vitulam que i val
le percussa est/et dicent. Manus no-
stre non effuderunt sanguinẽ hunc/
nec oculi viderunt:propitius esto po
pulo tuo israel/quez redemisti domi-
ne:et ne reputes sanguinez innocen
tem i medio populi tui israel. Et au-
feret ab eis reatus sanguinis: tu au-
tẽ alienus eris ab innocentis cruore
qui fusus est/cũ feceris quod prece-
pit dñs . Si egressus fueris ad pu-
gnam contra inimicos tuos:et tradi
derit eos dñs deus tuus in manu tua
captiuosq; duxeris:et videris in nu-
mero captiuorũ mulierez pulchram/
et adamaueris eã/voluerisq; habere
vxorem:introduces eã in domũ tuã.
C Que radet cesariem/et circuncidet
vngues:et deponet vestem in qua ca
pta est:sedensque in domo tua/flebit
patrem et matrem suam vno mẽse:⁊
postea intrabis ad eaz: dormiesq; cũ
illa/et erit vxor tua. Si autez postea
nõ sederit i aio tuo/dimittes eaz libe
ram/ nec vendere poteris pecunia/
nec opprimere per potentiam: q̃a hu
miliasti eaz. Si habuerit homo vxo-
res duas:vnã dilectã/et alterã odio-
sam:genuerintq; ex eis liberos:et fue-
rit fili⁹ odiose primogenitus/ volue-
ritq; substantiã inter filios suos diui
dere:non poterit filium dilecte face-
re primogenitũ/⁊ p̃ferre filio odiose:
sed filiũ odiose agnoscet primogeni-
tum:dabitq; ei de his q̃ habuerit cun
cta duplicia. Iste est eñ principium
liberorũ ei⁹: et huic debent primoge-
nita. Si genuerit hõ filiũ cõtumacez D
et proteruuz/ qui nõ audierit patris
ac matris imperiũ/et coercitus obe-
dire contẽpserit/apprehendent eũ/⁊
ducẽt ad seniores ciuitatis illius / et
ad portã iudicii/dicentq; ad eos. Fi-
lius nr̃ iste proteruus ⁊ cõtumax est:
monita nr̃a audire contẽnit: comes-
sationib⁹ vacat/et luxurie atque con
uiuiis:lapidib⁹ eũ obruet pp̃ls ciui-
tatis et moriet: vt auferatis malum
de medio vr̃i:et vniuersus israel au-
diẽs pertimescat. Quando peccaue-
rit homo qđ morte plectenduz est/et
adiudicat⁹ morti appensus fuerit in
patibulo/ non permanebit cadauer
eius in ligno:sed in eadẽ die sepeliet:
quia maledictus a deo est qui pẽdet Gal.3.b.
in ligno: et nequaq̃ contaminabis
terram tuam quam dominus deus
tuus dederit tibi in possessionem.
¶ C.S. De reducendo boue vel oue
fr̃is tui:de veste alterius sex⁹: de in-
uẽto nido:de morte: de circuitu tecti:
de non cõmiscẽdis reb⁹ diuersi gene-
ris: de fimbriis/ de signis vginitaƺ:
de corrumpente virginitatem vel cõ
tractam in ciuitate vel in agro:de vxo
re patris non ducenda. Caþm.xxii.
Non videbis bouẽ fratris tui A
aut ouem errantez et preteri- Exo.23.a.
bis / sed reduces fratri tuo/
etiã si non est propinquus frater tu⁹
nec nosti euz/duces in domũ tuam/⁊
erunt apud te/q̃diu querat ea frater
tu⁹et recipiat. Similiter facies de asi
no/et de vestimẽto:et de omni re fra-
tris tui que perierit: si inueneris eã:
ne negligas quasi alienã. Si videris
asinũ fratris tui aut bouez cecidisse
in via/nõ despicies: sed subleuabis
cũ eo. Non induet mulier veste virili 30.di.ca.
nec vir vtetur veste feminea: abomi- si qua mu
nabilis eniz apud deũ est q̃ facit hec. lier.
Si ambulans per viaz in arbore vel
in terra niduz auis inueneris/et ma-
trẽ pullis vel ouis desup incubantez
non tenebis eã cuz filiis:sed abire pa
tieris/ captos tenens filios/ vt bene-
sit tibi/et longo viuas tempore. Cum B
edificaueris domũ nouã/ facies mu-
rũ tecti p circuitum:ne effundat san
guis in domo tua:et sis reus labente
alio/et in p̃ceps ruẽte. Non seres vi-
neã tuã altero semine/ ne ⁊ semẽtis 16.q.7.in
quaz seuisti/et q̃ nascunt ex vinea:pa noua.
riter sanctificent. Non arabis in bo-
ue simul et asino. Nõ indueris vesti-

mēto qđ ex lana linoq̄ contextū est.
Nu.15.d. Funiculos in fimbrijs facies p qua-
De ele.cū tuor angulos pallij tui/quo operieris.
causa. Si duxerit vir vxorē/et postea odio
de apost. habuerit eā: que sieritq̄ occasiones
c.quidā. quibus dimittat eā: obijciēs ei nomē
pessimū: ꝛ dixerit. Uxorē hanc acce-
pi: ꝛ ingressus ad eā nō inueni virgi-
nē: tollēt eā pater ꝛ mater eius: et fe-
rēt secum signa v̄ginitatis ei⁹ ad se-
niores vrbis q̄ in porta sunt/ et dicet
C pater. Filiam meā dedi huic vxorē/
quā quia odit imponit ei nomē pessi-
mū/vt dicat. Nō inueni filiam tuam
virginē: ꝛ ecce hec sunt signa virgini-
tatis filie mee: expādēt vestimētum
33.q.5. corā senioribus ciuitatis: apprehen-
hec ima dētq̄ senes vrbis illi⁹ virū/et verbe-
go. rabunt illū/ condēnantes insup cen-
tū siclis argenti/q̄s dabit p̄ri puelle:
q̄m diffamauit nomē pessimū super
virginē israel: habebitq̄ eam vxorē
et non poterit dimittere oib⁹ diebus
vite sue. Q̄d si verum est qđ obijcit/ꝛ
nō est in puella inuēta v̄ginitas/ eij-
cient eā extra fores domus p̄ris sui/
et lapidib⁹ obruēt viri ciuitatis illi⁹/
et morietur: q̄m fecit nefas in israel/
vt fornicaret in domo p̄ris sui: et au-
D feres malū de medio tui. Si dormie-
Le.20.b. rit vir cū vxore alteri⁹/ vterq̄ morie-
tur/id est adulter et adultera: et au-
feres malū de isrł. Si puellam virgi-
nē despōderit vir/ et inuenerit eā ali-
quis in ciuitate/et cōcubuerit cū ea:
34.q.2. educes vtrūq̄ ad portā ciuitatis il-
nō satis. lius/et lapidib⁹ obruētur. Puella q̄
non clamauit cū esset in ciuitate: vir
q̄ humiliauit vxorē p̄rimi sui: ꝛ au-
feres malū de medio tui. Si autem
in agro reperit vir puellā que de-
sponsata est: ꝛ apprehendēns cōcu-
buerit cū ea/ ipse morietr sol⁹: puella
nihil patietr/ nec est rea mortis: quo-
niā sicut latro cōsurgit contra fratrē
suū/et occidit aīam ei⁹: ita et puella
perpessa est. sola erat in agro: clama
uit: ꝛ null⁹ affuit qui liberaret eā. Si
inuenerit vir puellā virginem/q̄ non
habet spōsum/ꝛ apprehendēns cōcu
buerit cū illa/et res ad iudiciū vene-
rit/ dabit q̄ dormiuit cū ea: p̄ri puel-
le quinquaginta siclos argenti/ꝛ habe
bit eā vxorē q̄: humiliauit illam: non
poterit dimittere eā cunctis dieb⁹ vi-
te sue. Nō accipiet homo vxorē p̄ris
sui: nec reuelabit operimentū eius.
¶ C.S. De nō intrantibus ecclesiā:
de non abominando idumeo/ et egy
ptio: de pollutione nocturna: de pa-
xillo: de seruo fugitiuo: de mercede
prostibuli: de vsura: de voto: de vinea
de segete proximi. Cap.xxiij.
NOn intrabit eunuchus attritis A
vel amputatis testiculis: et ab-
scisso veretro ecclesiā dn̄i. Non ingre
dietur manzer/ hoc est de scorto na-
tus/ in ecclesiā dn̄i vsq̄ ad decimam
gn̄ationem. Ammonites ꝛ moabites
etiam post decimā gn̄ationē non in-
trabunt ecclesiā dn̄i in eternū: q̄ no- Nee.13.a
luerūt vobis occurrere cum pane et
aqua in via q̄n egressi estis de egy- Nu.22.a.
pto: ꝛ q̄ cōduxerūt cōtra te balaam
filium beor de mesopotamia syrie/vt
malediceret tibi: et noluit dn̄s deus
tuus audire balaam/ vertitq̄ male-
dictionē eius in benedictionem tuā
eo q̄ diligeret te. Nō facies cum eis
pacē: nec q̄ras eis bona cunctis die-
bus vite tue in sempiternum. Non
abominaberis idumeum/ quia frater
tu⁹ est: nec egyptiū/ q̄ aduena fuisti
in terra ei⁹. Qui nati fuerint ex eis/ B
tertia generatione intrabūt in eccle-
siam dn̄i. Quādo egressus fueris ad
uersus hostes tuos i pugnam: custo-
dies te ab oī re mala. Si fuerit inter
vos homo qui nocturno pollutus sit
somnio/egredietr extra castra/ ꝛ non
reuertetr priusq̄ ad vesperā lauetur
aqua: ꝛ post solis occasum regredie-
tur in castra. Habebis locum extra
castra ad quē egrediaris ad requisita C
nature/gerens paxillum in baltheo.
Cūq̄ sederis/fodies per circuitum:
et egesta humo operies quo releua-
tus es. Dn̄s enī deus tuus ambulat
in medio castrorū vt eruat te/ et tra-
dat tibi inimicos tuos: vt sint castra
tua sancta: et nihil in eis appareat
feditatis: ne derelinquat te. Non tra
des seruū dn̄o suo q̄ ad te cōfugerit:
habitabit tecū in loco q̄ ei placuerit
et in vna vrbiū tuarū requiescet: ne cō
tristes eū. Nō erit meretrix de filia-
bus isrł: nec scortator de filijs israel.
Nō offeres mercedē prostibuli: nec
preciū canis in domo dn̄i dei tui: q̄c
quid illud est qđ voueris: q̄ abomi-
natio est vtrūq̄ apud dn̄m deū tuū.
Non fenerabis fratri tuo ad vsuram D
pecuniam: nec fruges: nec quamlibet
aliā rem: sed alieno. Fratri autē tuo
absq̄ vsura id quo indiget commo-
dabis: vt benedicat tibi dominus deus

tuus in omni opere tuo in terra ad
Eccl.5.a. quã ingredieris possidẽdam. Cũ vo-
tum voueris dño deo tuo: non tarda-
bis reddere: quia requiret illud do-
minus deus tuus. et si moratus fue-
ris / reputabitur tibi in peccatum. Si
nolueris polliceri: absq; peccato eris.
Quod autẽ semel egressum est de la-
bijs tuis / obseruabis: et facies sicut
promisisti dño deo tuo: ꝛ propria vo-
luntate ꝛ ore tuo locutus es. Ingres-
sus vineã proximi tui comede vuas
quantũ tibi placuerit: foras autẽ ne ef-
feras tecum. Si intraueris segetem
amici tui: franges spicas / et manu
conteres: falce autem non metes.

¶ Ca.S. De libello repudij: de nuper
cõiugato: de nõ accipiẽdo molã ꝓ pi
gnore: de vẽdẽte ꝓximũ: caue plagã
lepre: non ingrediaris domũ ꝓximi
vt auferas pign⁹: non negabis mer-
cedẽ: nõ occidẽtur p̃res ꝓ filijs: de iu
dicio aduene / ꝛ pignore vidue: de re-
liquijs messis ꝛ vindemie. Cap. xxiiij.

A Si acceperit homo vxorem / ꝛ ha-
Mat.5.e. buerit eam / et nõ inuenerit gra-
et.19.a. tiam ante oculos eius propter ali-
mar.10. quam feditatẽ / scribet libellum repu
a. dij / et dabit in manu illi⁹: et dimittet
eam de domo sua. Cũq; egressa alte-
rũ maritũ duxerit / et ille quoq; ode-
rit eam: dederitq; ei libellũ repudij
et dimiserit de domo sua / vel certe
mortuus fuerit: nõ poterit prior ma-
ritus recipere eã in vxorẽ: quia pol-
luta est: ꝛ abominabilis facta est co-
ram dño: ne peccare facias terrã tu-
am quam dñs deus tuus tradiderit
tibi possidẽdam. Cũ acceperit homo
B nuper vxorẽ / non procedet ad bellũ
nec ei quippiã necessitatis iniunge-
tur publice: sed vacabit absq; culpa
domui sue: vt vno anno letetur cum
vxore sua. Non accipies loco pigno-
ris inferiorẽ et superiorẽ molã: quia
✠ Hebr. aiam suã apposuit tibi. Si deprehen-
hñt furãs sus fuerit homo ✠ solicitãs frẽm su-
frẽm suũ. um de filijs israel: ꝛ vendito eo acce-
perit preciũ / interficietur: et auferes
malũ de medio tui. Obserua diligen-
ter ne incurras plagã lepre: sed facies
es quecũq; docuerint te sacerdotes
leuitici generis iuxta id quod prece-
Nu.12.a. pi eis / et imple solicite. Mementote
que fecerit dñs deus vester Marie
in via cum egrederemini de egypto.
Cum repetes a proximo tuo rem ali-
quam quam debet tibi / nõ ingredie-
ris domum eius vt pignus auferas:
sed stabis foris et ille tibi ꝓferet qd̃ C
habuerit: sin autem pauper est / non
pernoctabit apud te pignus: sed sta-
tim reddes ei ante solis occasum / vt
dormiens in vestimento suo benedi
cat tibi / et habeas iustitiam coram
dño deo tuo. Nõ negabis mercedem leui.19.e.
indigentis / et pauperis fratris tui tobie.4.c
siue aduene qui tecũ moratur in ter-
ra et intra portas tuas est: sed eadẽ
die reddes ei precium laboris sui an-
te solis occasum qr pauper est: et ex
eo sustẽtat animam suam / ne clamet
contra te ad dñm ꝛ reputetur tibi in
peccatum. Non occidentur patres 4.re.4.b
pro filijs nec filij pro patribus: sed 2.Para-
vnusquisq; ꝓ peccato suo morietur. lip.25.b.
Non peruertes iudicium aduene et eze.18.e.
pupilli: nec auferes pignoris loco vi D
due vestimentũ. Memento q̃ seruie-
ris in egypto: et eruerit te dominus
deus tuus inde. Idcirco precipio ti-
bi vt facias hanc rem. Quando mes-
sueris segetem in agro tuo: ꝛ oblitus
manipulum reliqueris / non reuerte-
ris vt tollas illum: sed aduenam et
pupillum et viduam auferre patie-
ris vt benedicat tibi dominus deus
tuus in omni opere manuũ tuarum.
Si fruges collegeris oliuarum quic-
quid remanserit in arboribus / non
reuerteris vt colligas: sed relinques
aduene pupillo ac vidue. Si vinde-
miaueris vineã tuã nõ colliges rema
nentes racemos: sed cedent in vsus
aduene pupilli ac vidue. Memento
q̃ et tu seruieris in egypto: et idcirco
precipio tibi vt facias hanc rem.

¶ C.S. De iudicio et plagarũ nume-
ro: de boue triturãte: de semine susci-
tando: de domo discalciati: de mulie-
re apprehẽdẽte verenda: de equitate
põderis et mensure: de amalech qui
occidit extremos agminis. Cap. xxv.

Si fuerit causa inter aliquos / et A
interpellauerint iudices: quem
iustum esse perspexerint / illi iustitie
palmam dabũt: quem impium con-
demnabunt impietatis. Sin autem
eũ qui peccauit / dignũ viderint pla-
gis / prosternent et coram se facient
verberari. Pro mensura peccati erit
et plagarum modus: ita duntaxat
vt quadragenarium numerum non
excedant: ne fede laceratus ante ocu
los tuos abeat frater tuus. Non li- B
gabis os bouis triturantis in area 1.Co.9.a.

i.re.22.c. fruges tuas. Quando habitauerint
mat.22.c. fratres simul: ⁊ vn⁹ ex eis absq; libe-
mar.12.b. ris mortuus fuerit: vxor defuncti nō
Lu.20.d. nubet alteri: sed accipiet eam frater
13.q.i.ec- eius: et suscitabit semē fratris sui: et
clesias. primogenitū ex ea filiū nomine illi⁹
ruth.4.b appellabit: vt nō deleat nomen ei⁹ ex
israel. Sin autem noluerit accipere
vxorē fratris sui que ei lege debetur:
perget mulier ad portā ciuitatis: et
interpellabit maiores natu / dicetq;.
Nō vult frater viri mei suscitare se-
mē fratris sui in israel: nec me in cō-
C iugē sumere. Statimq; accersiri eum
faciēt: ⁊ interrogabunt. Si responde
rit. Nolo eā vxorē accipere: accedet
mulier ad eū corā senioribus: et tollet
calceamētū de pede eius: spuetq; in
faciem illius: ⁊ dicet. Sic fiet homini
qui non edificat domū fratris sui. Et
vocabit nomē illi⁹ in isrl. Dom⁹ dis-
calciati. Si habuerint inter se iurgiū
viri duo: ⁊ vn⁹ cōtra alterū rixari ce-
perit: volensq; vxor alteri⁹ eruere vi-
rum suū de manu fortioris: miseritq;
manū: et apprehēderit verēda eius:
D abscides manum illi⁹: nec flecteris
super eā vlla mia. Nō habebis i sac-
culo diuersa pōdera: maius et min⁹:
nec erit in domo tua modi⁹ maior et
minor: pōdus habebis iustū et verū:
et modius equalis: ⁊ verus erit tibi:
vt multo viuas tpe super terrā quam
dñs de⁹ tu⁹ dederit tibi. abominatur
exo.17.c. eū dñs eū qui fecit hec / et auersatur
omē iniustitiam. Memento q̄ fecerit
tibi amalech in via qñ egrediebaris
ex egypto: quō occurrerit tibi: et ex-
tremos agminis tui: q̄ lassi residebāt
ceciderit: qñ tu eras fame et labore
cōfect⁹: et non timuerit deū. Cū q̄ dñs
de⁹ tu⁹ dederit tibi requiē: ⁊ subiece-
rit cūctas p circuitū natiōes i terra
quā tibi pollicit⁹ est / delebis nomen
eius sub celo. Caue ne obliuiscaris.
¶ Ca. S. De primitiis offerendis: et
quod completis decimis coram do-
mino loquatur. Capitulum. xxvi.
A CUmq; intraueris terrā quam
dñs deus tuus tibi daturus est
possidendam: et obtinueris eā
atq; habitaueris in ea: tolles de cun-
ctis frugibus tuis primitias / et po-
nes in cartallo: pergesq; ad locū quē
gen.13.d. dñs deus tuus elegerit: vt ibi inuo-
cetur nomen eius: accedesq; ad sa-
cerdotē qui fuerit in dieb⁹ illis: ⁊ di-
ces ad eū. Profiteor hodie coram do-
mino deo tuo: quod ingressus sum in
terram pro qua iurauit patribus no-
stris: vt daret eā nobis. Suscipiensq; B
sacerdos cartallum de manu tua: po
net ante altare dñi dei tui: ⁊ loqueris
in conspectu dñi dei tui. Syrus per-
sequebatur patrē meū: qui descendit
in egyptū: ⁊ ibi peregrinatus est in
paucissimo numero: creuitq; in gen-
tem magnā ac robustam: et infinite
multitudinis. Afflixeruntq; nos egy-
ptii: ⁊ persecuti sunt: imponētes one-
ra grauissima: et clamauimus ad do-
minum deum patrū nostrorum / qui ex-
audiuit nos: ⁊ respexit humilitatem
nostram: et laborē / atq; angustias: et
eduxit nos de Egypto in manu for-
ti / et brachio extento: in ingenti pa-
uore: in signis atq; portētis: et intro-
duxit ad locū istū: et tradidit nobis
terrā lacte et melle manantem. Et id C
circo nunc offero primitias frugum
terre quam dñs deus dedit mihi. Et
dimittes eas in conspectu domini
dei tui: et adorato domino deo tuo:
epulaberis in omnib⁹ bonis que do-
minus deus tuus dederit tibi: et do-
mui tue: tu et leuites: et aduena qui
tecum est. Quādo compleueris deci-
mam cunctarum frugum tuarū: an-
no decimarum tertio dabis leuite et
aduene / et pupillo / et vidue / vt com-
edant intra portas tuas: et saturen-
tur: loquerisq; in conspectu domini
dei tui. Abstuli quod sanctificatum est
de domo mea: et dedi illud leuite: et
aduene / et pupillo ac vidue: sicut ius-
sisti mihi. Non preterii mandata
tua: nec sum oblit⁹ imperii tui. Non D
comedi ex eis in luctu meo: nec sepa-
raui ea in qualibet immunditia: nec
expēdi ex his quicquam in re fune-
bri. Obediui voci domini dei mei: et
feci omnia sicut precepisti mihi. Re- isa.63.d.
spice de sanctuario tuo: et de excel- Baruch.
so celorum habitaculo: ⁊ benedic po- 2.d.
pulo tuo Israel: et terre quam dedi-
sti nobis: sicut iurasti patribus no-
stris: terre lacte ⁊ melle mananti. Ho-
die dominus deus tuus precepit ti-
bi vt facias mandata hec: atq; iudi-
cia: vt custodias et impleas ex toto
corde tuo: ⁊ ex tota anima tua. Dñm
elegisti hodie: vt sit tibi de⁹: ⁊ ambu-
les in viis eius: ⁊ custodias ceremo-
nias illi⁹: ⁊ mandata atq; iudicia et
obedias eius imperio. En dñs elegit Ē.7
te hodie: vt sis ei popul⁹ peculiaris

sicut locutus est tibi: et custodias oia
precepta illius: et faciat te excelsiorē
cunctis gētibus quas creauit in lau-
dē et nomen et gloriā suā: vt sis ppl's
sanctus dñi dei tui sicut locutus est.

¶ C.S. De altari lapideo faciēdo et
de lege supscribēda: de benedictioni-
bus in garizim et maledictionib' in
monte hebal faciēdis. Capm. xxvii.

A Precepit autem moyses et senio-
res ppl'o israel dicentes. Custo-
dite omne mādatum quod precipio
Iosu.4.a. vobis hodie. Cūq; transieris iorda-
nem in terrā quam dñs de' tuus da-
bit tibi: eriges īgētes lapides et cal-
ce leuigabis eos/ vt possis in eis scri-
bere omnia vba legis huius. Jorda-
ne transmisso/ vt introeas terram
quā dñs deus tuus dabit tibi/ terram
lacte et melle manantē: sicut iurauit
patribus tuis. Quando ergo transie-
ris iordanē/ erige lapides quos ego
Exo.20.d. hodie precipio tibi in monte hebal: et
Iosu.8.f. leuigabis eos calce: et edificabis ibi
altare dño deo tuo de lapidib' quos
ferrum non tetigit: et de saxis infor-
mibus et impolitis: et offeres sup eo
holocausta dño deo tuo: et immola-
B bis hostias pacificas: comedesq; ibi
et epulaberis coram dño deo tuo. Et
scribes sup lapides omnia vba legis
hui' plane et lucide. Dixeruntq; moy-
ses et sacerdotes leuitici generis ad
omnē israelē. Attende et audi israel.
Hodie fact' es populus dñi dei tui:
audies vocem eius et facies māda-
ta atq; iustitias quas ego precipio ti-
bi. Precepitq; moyses populo in die
illo dicens. Hi stabunt ad benedicen-
dum dño sup montem garizim Jor-
dane transmisso/ Symeon/ leui/ iu-
das/ issachar/ ioseph/ et beniamin.
Et e regiōe isti stabūt ad maledicen-
dum in monte hebal/ ruben/ gad/ et
C aser et zabulon/ dan/ et neptalim. Et
Dañ.9.c. pronunciabunt leuite dicētq; ad oēs
viros isrl' excelsa voce. Maledictus
homo qui facit sculptile et conflatile
abominationem dñi/ opus manuum
artificū: ponitq; illud in abscondito.
Et respondebit ois populus et dicet/
Amen. Maledictus qui nō honorat
patrē suum et matrē suā. Et dicet ois
ppl's Amen. Maledictus qui trans-
fert terminos pximi sui. Et dicet ois
pplus Amen. Maledictus qui erra-
re facit cecum in itinere. Et dicet ois
ppl's Amen. Maledict' qui peruer-
tit iudicium aduene pupilli et vidue.
Et dicet ois ppl's Amen. Maledict'
qui dormit cū vxore patris sui: et re-
uelat operimentū lectuli eius. Et di-
cet ois ppl's Amen. Maledictus qui
dormit cum oi iumento. Et dicet ois
ppl's/ Amē. Maledictus qui dormit D
cū sorore sua filia patris sui vel ma-
tris sue. Et dicet ois populus/ Amē.
Maledictus qui dormit cum socru
sua. Et dicet ois ppl's/ Amen. Male-
dictus qui clā percusserit proximum
suum. Et dicet ois ppl's/ Amen. Ma- hic vsus
ledictus qui dormit cū vxore pximi non hr̄ in
sui. Et dicet ois popul'/ Amen. Ma- hebreo.
ledictus qui accipit munera vt percu-
tiat animam sanguinis innocentis.
Et dicet ois populus/ Amen. Male-
dict' qui non pmanet in sermonibus
legis huius: nec eos opere perficit. Gal.3.b.
Et dicet omnis populus/ Amen.

¶ Ca.S. Explicatio benedictionum
et maledictionum. Capitulū. xxviii.

Si autē audieris vocem dñi dei A
tui/ vt facias atq; custodias
oia mandata eius q̄ ego preci-
pio tibi hodie/ faciet te dñs deus tu-
us excelsiorē cunctis gētib' que ver-
santur in terra: venientq; sup te vni-
uerse benedictiones iste/ et apprehē-
dent te: si tn̄ precepta eius audieris.
Benedictus tu in ciuitate et benedi-
ctus in agro. Benedict' fructus ven-
tris tui et fructus terre tue/ fructusq;
iumentor tuorū: greges armētorum
tuor et caule ouiū tuarū. Benedicta
horrea tua: et benedicte reliquie tue.
Benedictus eris ingrediens et egre-
diens. Dabit dñs inimicos tuos qui
consurgent aduersū te/ corruentes
in conspectu tuo per vnam viam ve-
nient cōtra te/ et p septē fugient a fa-
cie tua. Emittet dñs bñdictionē sup
cellaria tua: et sup oia opera manuū
tuar: benedicetq; tibi in terra quam
acceperis. Suscitabit te dñs sibi in
populum sanctū/ sicut iurauit tibi: si
custodieris mandata dñi dei tui: et
ambulaueris in viis ei'. Videbuntq;
oēs terrarū populi q nomen dñi in-
uocatū sit sup te: et timebūt te. Abun-
dare te faciet dñs omnib' bonis/ fru-
ctu ventri tui et fructu iumentor tuo-
rum/ fructu terre tue quam iurauit
dñs patribus tuis vt daret tibi. Ape-
riet dñs thesaurū suū optimū celū/
vt tribuat pluuiā terre tue i tempore
suo: bñdicetq; cunctis operibus ma-

B nium tuarum. Et fenerabis gētibus
multis: et ipse a nullo fenꝰ accipies.
Constituet te dñs deus tuus in caput
et non in caudā: ⁊ eris semper supra
et non subter: si tñ audieris manda-
ta dñi dei tui q̃ ego precipio tibi ho-
die/⁊ custodieris ⁊ feceris ac nō de-
clinaueris ab eis, nec ad dexterā nec
ad sinistram: nec secutus fuerꝭ deos
Leui.26. alienos neq; colueris eos. Q̄d si au-
b. dire nolueris vocem dñi dei tui vt cu-
Thre.2.f. stodias ⁊ facias omnia mādata eius
Mal.2.a. et ceremonias quas ego precipio ti-
Baruch bi hodie/venient super te oēs maledi-
1.d. ctiones iste et apprehendent te. Ma
ledictus eris in ciuitate/maledictus
2.Co.2.f. in agro. Maledictū horreum tuū: et
maledicte reliquie tue. Maledictus
fructus ventris tui et fructus terre
tue: armenta boum tuorū/et greges
ouium tuarum. Maledictus eris in-
grediens: et maledictus egrediens.
Mittet dñs super te famē ⁊ esuriem/
et increpationem in oīa opera tua q̃
tu facies/donec conterat te ⁊ perdat
velociter propter adinuētiones tuas
pessimas in quibꝰ reliquisti me. Ad-
iungat tibi dñs pestilentiam/donec
cōsumat te de terra ad quā ingredie-
ris possidendā. Percutiat te dominꝰ
egestate/febri et frigore/ardore et
estu/et aere corrupto ac rubigine/⁊
persequatur donec pereas. Sit celū
qd̄ supra te est/eneū: ⁊ terra quā cal-
cas/ferrea. Det dñs ymbrem terre
tue puluerē: ⁊ de celo descēdat sup te
C cinis/donec conteraris. Tradat te
dominꝰ corruētē ante hostes tuos: et
per vnā viam egrediaris cōtra eos/
⁊ per septē fugias: ⁊ dispergaris per
oīa regna terre: sitq; cadauer tuū in
escā cunctꝭ volatilibꝰ celi ⁊ bestiis ter
re ⁊ non sit qui abigat. Percutiat te
dñs vlcere Egypti/et partē corporis
per quam stercora digerūtur/scabie
quoq; et prurigine/ita vt curari ne-
queas. Percutiat te dñs amentia et
cecitate ac furore mentis: et palpes
in meridie sicut palpare solet cecus
in tenebris: ⁊ non dirigas vias tuas.
Oiq; tēpore calūniā sustineas et op-
primaris violentia: nec habeas q̃ libe
ret te. Uxorem accipias: ⁊ alius dor-
miat cū ea. Domū edifices/⁊ non ha
bites in ea. Plantes vineā ⁊ non vin
demies eā. Bos tuus immolet coram
D te: ⁊ non comedas ex eo. Asinꝰ tuus
rapiatur in conspectu tuo: ⁊ non red-

datur tibi. Oues tue dentur inimi-
cis tuis: et non sit qui te adiuuet. Fi-
lii tui et filie tue tradant alteri pplo
videntibꝰ oculis tuis: et deficientibꝰ
ad cōspectū eoꝝ tota die: ⁊ nō sit for-
titudo in manu tua. Fructus terre
tue: et oēs labores tuos comedat po-
pulꝰ quē ignoras: ⁊ sis semper calum
niam sustinens/⁊ oppressus cunctis
diebꝰ: ⁊ stupens ad terrorem eoꝝ que
videbunt oculi tui. Percutiat te dñs
vlcere pessimo in genibꝰ et in suris:
sanariq; non possis a planta pedis
vsq; ad verticē tuū. Ducetq; te dñs
et regē tuū quē constitueris sup te in
gente quam ignoras tu ⁊ patres tui:
et seruies ibi diis alienis ligno et la-
pidi: ⁊ eris perditꝰ in puerbiū ac fa-
bulam oībꝰ populis ad quos te intro- Michee
duxerit dñs. Semētem multā iacies 6.d.
in terrā: ⁊ modicū cōgregabis: qr lo- Agg.1.b.
custe deuorabunt oīa. Uineā planta- Leui.26.
bis ⁊ fodies: ⁊ vinum non bibes/nec b.
colliges ex ea quippiā/qm̄ vastabit
vermibꝰ. Oliuas habebis in omnibꝰ
terminis tuis: ⁊ non vngerꝭ oleo/qr
defluēt ⁊ deperibunt. Filios genera-
bis ⁊ filias/⁊ non frueris eis: qm̄ du-
cētur in captiuitatē. Oēs arbores
tuas et fruges terre tue rubigo con-
sumet. Aduena qui tecū versatur in E
terra ascēdet sup te/eritq; sublimior.
tu autē descēdes/⁊ erꝭ inferior. Ipse
fenerabit tibi: ⁊ tu non fenerabis ei.
Ipse erit in caput: ⁊ tu erꝭ in caudā.
Et venient sup te oēs maledictiones
iste/⁊ persequētes apprehēdēt te do-
nec intereas: qr non audisti vocē dñi
dei tui: nec seruasti mandata eius et
ceremonias quas precepit tibi. Et
erunt in te signa atq; prodigia: ⁊ in
semine tuo vsq; in sempiternum: eo
q̄ nō seruierꝭ dño deo tuo in gaudio
cordisq; letitia, pp̄ter rerū oīum abun-
dātiā. Seruies inimico tuo quē imit-
tet tibi dñs in fame ⁊ siti ⁊ nuditate ⁊
omni penuria: ⁊ ponet iugū ferreū sup
sup ceruicē tuā/donec te cōterat. Ad-
ducet dñs sup te gētē de longinquo/
et de extremis terre finibꝰ in similitu
dinem aquile volantis cum impetu:
cuiꝰ linguam intelligere non possis/
gentem pcacissimā que non deferat
seni nec misereat̄ paruuli: ⁊ deuoret
fructū iumentoꝝ tuoꝝ ac fruges ter-
re tue donec intereas: et nō relinquat
tibi triticū/vinum/⁊ oleum/armēta
boum/⁊ greges ouiū/donec te disper

dat ⁊ cōterat in cunctis vrbib⁹ tuis:
et destruantur muri tui firmi atq̧
sublimes in q̄b⁹ habebas fiduciā in
F omni terra tua. Obsideberis intra por
4.re.6.f. tas tuas in oī terra tua quā dabit ti-
Baru.2.a bi dn̄s deus tu⁹: ⁊ comedes fructum
vteri tui: ⁊ carnes filioꝝ tuorum ⁊ fi-
liarum tuarū quas dederit tibi dn̄s
deus tuus/in angustia et vastitate
qua opprimet te hostis tuus. Homo
delicatus in te et luxuriosus valde
inuidebit fratri suo/et vxori que cu-
bat in sinu suo: ne det eis de carnib⁹
filiorū suorū quas comedet: eo q̧ ni-
hil aliud habeat in obsidione ⁊ penu
ria qua vastauerint te inimici tui in-
tra omnes portas tuas. Tenera mu-
lier ⁊ delicata q̄ super terrā ingredi
non valebat: nec pedis vestigiū fige
re ꝑpter mollicie͂ et teneritudine͂ ni-
miā/inuidebit viro suo qui cubat in
sinu eius super filii ⁊ filie carnibus:
⁊ illuuie secundinarū que egrediunt
de medio feminū ei⁹/⁊ super liberis
qui eadem hora nati sunt: comedent
enim eos clam ꝑpter rerū omniū pe
nuriam/in obsidione ⁊ vastitate qua
opprimet te inimicus tuus intra por
tas tuas. Nisi custodieris et feceris
oīa verba legis huius q̄ scripta sunt
in hoc volumine ⁊ timueris nomen
ei⁹ gloriosum ⁊ terribile/hoc est do-
minum deum tuum/augebit dn̄s pla
gas tuas et plagas seminis tui/pla-
gas magnas ⁊ perseuerantes/infir-
mitates pessimas ⁊ perpetuas: ⁊ con
uertet in te oēs afflictiones Egypti/
G quas timuisti ⁊ adherebunt tibi. In-
super et vniuersos languores et pla-
gas q̄ nō sunt scripte in volumine le-
gis hui⁹ inducet domin⁹ super te do
nec te conterat: ⁊ remanebitis pauci
numero qui prius eratis sicut astra
celi pre multitudine: qm̄ nō audistis
vocem dn̄i dei vestri. Et sicut ante le-
tat⁹ est domin⁹ super vos bene vobis
faciens vosq̧ multiplicans: sic leta-
bitur disperdens vos atq̧ subuer-
tēs: vt auferamini de terra ad quam
ingredimini possidendā. Disperget
te dn̄s in oēs ppl'os a summitate ter-
re vsq̧ ad terminos eius: et seruies
ibi diis alienis quos et tu ignoras et
patres tui lignis ⁊ lapidib⁹. In gen-
tibus quoq̧ illis non quiesces: neq̧
erit requies vestigio pedis tui. Da-
bit enim tibi dn̄s ibi cor pauidū: ⁊ defi-
cientes oculos: ⁊ animā cōsumptam
merore: ⁊ erit vita tua quasi pendēs
ante te. Timebis nocte ⁊ die: ⁊ nō cre
des vite tue. Mane dices. Quis mi-
hi det vesperū: et vespere. Quis mi-
hi det mane: ꝑpter cordis tui formi-
dinē qua terreberis: ⁊ ꝑpter ea q̄ tuis
videbis oculis. Reducet te dn̄s clas-
sib⁹ in Egyptū p viam de qua dixit ti
bi/vt eam ampli⁹ non videres. Ibi vē
deris inimicis tuis in seruos ⁊ ancil
las: ⁊ non erit qui emat.

¶ C.S. De federe ⁊ iuramēto populi
ad dn̄m: memoratio beneficioꝝ ⁊ cō-
miserationum. Cap. xxix. A

Hec sunt verba federis quod pre
cepit dominus Moysi / vt feri-
ret cum filiis Israel in terra Moab/
preter illud fedus quod cum eis pe- Exo.19.a
pigit in Oreb. Vocauitq̧ moyses om
nem Israel: ⁊ dixit ad eos. Vos vidi-
stis vniuersa q̄ fecit dn̄s coram vobis
in terra Egypti Pharaoni ⁊ oib⁹ ser-
uis eius/vniuerseq̧ terre illius: ten-
tationes magnas quas viderūt ocu-
li tui: signa illa portētaq̧ ingentia: ⁊
non dedit vobis dn̄s cor intelligēs/⁊
oculos videntes/⁊ aures que possint 5.g.e.
audire vsq̧ in presentē diem. Addu-
xit vos quadraginta annis per deser
tum: non sunt attrita vestimenta ve-
stra: nec calceamēta pedum vestrorū B
vetustate cōsumpta sunt. Panē non
comedistis: vinū ⁊ siceram nō bibistis
vt sciretis q2 ipse est dn̄s de⁹ vester: 3.3.e.
et venistis ad hūc locum. Egressusq̧
est Seon rex Esebon/et Og rex Ba- Nu.21.g.
san occurrētes nobis ad pugnam/et
percussim⁹ eos ⁊ tulimus terrā eorū
ac tradidimus possidendam Ruben
et Gad et dimidie tribui Manasse.
Custodite ergo verba pacti huius et
implete ea: vt intelligatis vniuersa
que facitis. Vos statis hodie cuncti
coram dn̄o deo vestro principes ve-
stri ⁊ trib⁹ ac maiores natu atq̧ do-
ctores/oīs populus Israel/ liberi et
vxores vestre/et aduene qui tecum
morantur in castris: exceptis ligno-
rum cesoribus/⁊ his qui comportant
aquas: vt transeas in federe dn̄i dei
tui: ⁊ in iureiurando quod hodie dn̄s
de⁹ tuus percutit tecū: vt suscitet te si
bi in populū: ⁊ ipse sit dn̄s de⁹ tuus si
cut locutus est tibi: ⁊ sicut iurauit pa
trib⁹ tuis Abraā/Isaac/⁊ iacob. Nec
vobis solis ego hoc fedus ferio: ⁊ hec
iuramēta cōfirmo: sed cunctis presen-
tibus ⁊ absentibus. (vos enim nostis

quomodo habitauerimꝰ in terra Egy
pti/⁊ quomodo transierimꝰ ꝑ mediū
nationum/quas transeūtes vidistis
abominationes ⁊ sordes/id est idola
eoꝝ/lignum ⁊ lapidem/argentum et
aurum q̄ colebāt.) Ne forte sit inter
vos vir aut mulier/familia aut tri-
bus/cuiꝰ cor auersum est hodie a do-
mino deo vestro: vt vadat et seruiat
diis illarū gētium: et sit inter vos ra-
dix germinans fel ⁊ amaritudinem.
Cumq; audierit verba iuramenti hu-
ius/benedicat sibi in corde suo di-
cens. Pax erit mihi: et ambulabo in
prauitate cordis mei: ⁊ assumat ebria
sitientem/⁊ dominꝰ non ignoscat ei:
sed tunc q̄maxime furor eiꝰ fumet et
zelꝰ contra hominē illum: et sedeant
super eum oīa maledicta que scripta
sunt in hoc volumine: ⁊ deleat domi-
nus nomen eiꝰ sub celo/⁊ cōsumat eū
in ꝑditionem ex oībꝰ tribubꝰ Israel:
iuxta maledictiones que in libro le-
gis huius ac federis cōtinentur. Di-
D cetq; sequens generatio ⁊ filij qui na
scentur deinceps/⁊ peregrini qui de
longe venerint videntes plagas ter
re illiꝰ ⁊ infirmitates quibꝰ eam affli-
xerit dominus sulphure ⁊ salis ardo-
re comburens: ita vt vltra non seratur:
nec virēs quippiam germinet in exē-
Ge.19.e. plum subuersionis Sodome et Go-
morre/Adame ⁊ Seboim/quas sub-
uertit dominꝰ in ira ⁊ in furore suo: ⁊
dicent omnes gētes. Quare sic fecit
dominꝰ terre huic? que est hec ira fu-
3.Re.9.b roris eiꝰ immensa? Et respondebūt.
Hie.22.c Quia dereliquerunt pactum domini
qđ pepigit cum patribꝰ eorū quando
eduxit eos de terra Egypti: ⁊ seruie-
runt diis alienis et adorauerunt eos
quos nesciebant ⁊ quibꝰ non fuerant
attributi: idcirco iratus est furor do-
mini contra terram istam/vt induce
ret super eam omnia maledicta que
in hoc volumine scripta sunt: ⁊ eiecit
eos de terra sua in ira et in furore/et
in indignatione maxima: proiecitq;
in terram alienam sicut hodie com-
probatur. Abscondita a dño deo no-
stro que manifesta sunt nobis ⁊ filiis
nostris vsq; in sempiternum: vt facia
mus vniuersa legis huius.

¶ C.S. De misericordia dñi si peni-
tuerint: de proximitate mandati: de
inuocatione elementorū in testimo-
niū q ꝓpositū est eis malū/⁊ bonum
eligant quod velint. Ca.xxx.

CUm ergo venerint super te oēs 21
sermones isti/benedictio siue Po.105.
maledictio quam ꝓposui in conspe-
ctu tuo: et ductus penitudine cordis
tui in vniuersis gentibus/in quas di-
sperserit te dominꝰ deꝰ tuus ⁊ reuer-
sus fueris ad eum ⁊ obedieris eiꝰ im-
perijs: sicut ego hodie precipio tibi
cum filijs tuis in toto corde tuo et in
tota anima tua: reducet te dñs deus
tuus de captiuitate tua/ac miserebit
tui: ⁊ rursum congregabit te de cun-
ctis populis in q̄s te ante dispersit.
Si ad cardines celi fueris dissipatꝰ:
inde te retrahet dñs deus tuus ⁊ as-
sumet atq; introducet in terrā quam
possederunt patres tui et obtinebis 1.Macc.
eam: et benedicens tibi maioris nu- 1.f.⁊.2.c.
meri te esse faciet q̄s fuerint patres
tui. Circuncidet dominꝰ deꝰ tuus cor B
tuum ⁊ cor seminis tui: vt diligas do
minū deū tuū ex toto corde tuo et in
tota aīa tua vt possis viuere. Omnes
autē maledictiones has cōuertet su-
per inimicos tuos/et eos qui oderūt
te ⁊ ꝑsequunt. Tu autē reuerteris et
audies vocē dñi dei tui: faciesq; vni-
uersa mādata q̄ ego precipio tibi ho-
die: et abundare te faciet dñs deꝰ tuꝰ
in cūctis operibꝰ manuū tuarū in so-
bole vteri tui: ⁊ in fructu iumentorū
tuorū in vbertate terre tue/⁊ in rerū
oīm largitate. Reuertet enim dñs vt
gaudeat sup te in oībus bonis/sicut
gauisus est in patribꝰ tuis: si tamē au
dieris vocē dñi dei tui ⁊ custodieris pre
cepta eiꝰ ⁊ ceremonias que in hac le-
ge scripta sunt: ⁊ reuertaris ad dñm
deū tuum in toto corde tuo/et in tota
aīa tua. Mādatum hoc qđ ego preci- C
pio tibi hodie/non supra te est/neq; Ro.10.b.
ꝓcul positū/nec in celo situm/vt pos-
sis dicere. Quis nostrū valet ad celū
ascendere vt deferat illud ad nos vt
audiamꝰ atq; opere cōpleamus? Neq;
trans mare positum vt causeris ⁊ di-
cas. Quis e nobis poterit transfreta
re mare et illud ad nos vsq; deferre:
vt possimus audire ⁊ facere qđ prece
ptū est? Sed iuxta te est sermo valde
in ore tuo ⁊ in corde tuo vt facias il-
lum. Considera q hodie ꝓposuerim D
in cōspectu tuo vitā ⁊ bonū: ⁊ e cōtra-
rio mortem ⁊ malum: vt diligas dñm
deum tuū ⁊ ambules in viis eiꝰ: ⁊ cu-
stodias mandata illiꝰ ac ceremonias
atq; iudicia: et viuas atq; multipli-
cet te: bñdicatq; tibi in terra ad quā

ingrediēꝛ possidendā. Si autē auer
sum fuerit coꝛ tuum: ⁊ audire nolue-
ris: atq; errore deceptus adoraueris
deos alienos et seruieris eis: predico
tibi hodie q̄ pereas: ⁊ paruo tēpoꝛe
moreꝛ in terra ad quā iordane trās-
misso ingredieris possidendam. Te-
S.4.d. stes inuoco hodie celū ⁊ terrā: quod
proposuerim vobis vitā ⁊ bonum: be-
nedictionē ⁊ maledictionē. Elige er-
go vitā: vt ⁊ tu viuas / ⁊ semē tuū: ⁊ di
ligas dn̄m deū tuū: atq; obedias voci
ei⁹: ⁊ illi adhereas (ipse est enim vita
tua ⁊ longitudo dierū tuoꝝ) vt habi-
tes in terra ꝑ qua iurauit domin⁹ pa
trib⁹ tuis Abraam / Isaac / ⁊ Jacob:
vt daret eam illis.

¶ C. S. De substitutione Josue post
Moysē: de legēdo Deuteronomio: p̄-
cepit dn̄s vt scribaꝛ Cāticū Deutero-
nomij: scribitꝛ ⁊ ī arca ponitꝛ. Ca. xxxi.
A Abiit quoq; Moyses: ⁊ locut⁹ est
omnia verba hec ad vniuersum
Israel: ⁊ dixit ad eos. Centum vigin-
ti annoꝛum sum hodie: non possum
vltra egredi et ingredi: presertim cū
⁊ dn̄s dixerit mihi. Non trāsibis ioꝛ-
S.3.d. danem istum. Domin⁹ ergo de⁹ tuus
Nu.27.c transibit ante te: ipse delebit omnes
gentes has in conspectu tuo: ⁊ possi-
debis eas. Et Josue iste transibit an-
te te: sicut locut⁹ est dn̄s. Facietq; do-
min⁹ eis sicut fecit Seon ⁊ Og regib⁹
amorreoꝛum / et terre eoꝝ: delebitq;
S.7.a. eos. Cū ergo et hos tradiderit vobis:
similiter facietꝭ eis / sicut precepi vo-
bis. Viriliter agite: et confoꝛtamini.
Nolite timere: nec paueatꝭ ad con-
spectū eoꝝ: q2 domin⁹ de⁹ tu⁹ ipse est
ductoꝛ tu⁹: ⁊ nō dimittet nec dereliu-
quet te. Vocauitq; Moyses Josue: et
B dixit ei corā oī Israel. Confoꝛtare: et
Jos.1.b. esto robust⁹. tu enim introduces po-
3.Re.2.a pulū istū in terrā quā daturum se pa
trib⁹ eoꝝ iurauit dn̄s: et tu eam soꝛte
diuides. Et dn̄s qui ductoꝛ est vester:
ipse erit tecū: nō dimittet / nec dereli-
quet te: noli timere / nec paueas. Scri
psit itaq; Moyses legē hanc: ⁊ tradi-
dit eā sacerdotib⁹ filiis Leui: q̄ poꝛta-
bāt arcā federꝭ dn̄i: ⁊ cūctꝭ seniorib⁹
C Israel. Precepitq; eis dicens. Post
septē annos anno remissionis in so-
lēnitate tabernaculoꝛū conuenietib⁹
cunctꝭ ex Israel: vt appareāt in con-
spectu dn̄i dei tui in loco quem elege-
rit dn̄s: leges verba legis huius coꝛā
omni Israel: audientib⁹ eis: ⁊ in vniū

omni populo congregato tam virꝭ q̄
mulieribus: paruulis et aduenis qui
sunt intra poꝛtas tuas: vt audientes
discāt: ⁊ timeāt dn̄m deū vestrū et cu-
stodiāt: impleantq; oēs sermones le
gis hui⁹. filij quoq; eoꝛum qui nunc
ignoꝛāt: vt audire possint: ⁊ timeant
dn̄m deū suum cunctꝭ dieb⁹ quib⁹ ver
santꝛ in terra ad quam vos ioꝛdane
trāsmisso pergitꝭ obtinēdam. Et ait D
dn̄s ad Moysen. Ecce ꝓpe sunt dies
moꝛtis tue: voca Josue: ⁊ state in ta-
bernaculo testimonij: vt precipiā ei.
Abierūt ergo Moyses ⁊ Josue: ⁊ ste-
terunt in tabernaculo testimonij: ap
paruitq; dn̄s ibi in colūna nubis que
stetit ī introitu tabernaculi. Dixitq;
dn̄s ad Moysen. Ecce tu doꝛmies cū
patribus tuis: ⁊ populus iste consur
gens foꝛnicabitꝛ post deos alienos in
terra ad quā ingrediētꝛ vt habitet in
ea: ibi derelinquet me: ⁊ irritū faciet
fedus qd̄ pepigi cū eo. Et irascetꝛ fu-
roꝛ me⁹ contra eum in die illo: ⁊ dere-
linquā eum: ⁊ abscondā faciē meā ab
eo: ⁊ erit in deuoꝛationē. Inuenient E
eum oīa mala ⁊ afflictiones: ita vt di
cat in illo die. Vere: quia non est de⁹
mecum: inuenerūt me hec mala. Ego
autē abscondā: et celabo faciē meam
in die illo ꝓpter oīa mala que fecit:
quia secutus est deos alienos. Nunc
itaq; scribite vobis Canticū istud: et
docete filios Israel: vt memoꝛiter te-
neāt ⁊ oꝛe decantēt: ⁊ sit mihi carmē
istud ꝓ testimonio inter filios Isrl'.
Introducā enī eum in terram ꝓ qua
iuraui patrib⁹ eius: lacte ⁊ melle ma
nantē. Cumq; comederint ⁊ satura-
ti crassiq; fuerint: auertentꝛ ad deos
alienos: et seruient eis: detrahentq;
mihi: ⁊ irritum facient pactum meū.
Post q̄ inuenerint eū mala multa et F
afflictiones: respondebit ei Canticum
istud ꝓ testimonio: quod nulla dele-
bit obliuio ex oꝛe seminis tui. Scio
enī cogitationes ei⁹ que facturus sit
hodie anteq̄ introducā eū in terrā /
quā ei pollicitus sum. Scripsit ergo
Moyses Canticum: ⁊ docuit filios
Israel. Precepitq; dn̄s Josue filio
Nun: ⁊ ait. Cōfoꝛtare: ⁊ esto robust⁹: S.eodem.
tu enī introduces filios Israel in ter
rā quā pollicit⁹ sum: ⁊ ego ero tecum.
Post q̄ ergo scripsit Moyses verba
legis huius in volumine: atq; cōple-
uit: precepit Leuitis: qui poꝛtabāt ar
cam federis dn̄i, dicēs. Tollite librū G

istũ:⁊ ponite eũ in latere arce federis dñi dei vestri: vt sit ibi contra te in testimoniũ. Ego em̃ scio contẽtionem tuã:⁊ ceruicẽ tuam durissimã. Adhuc viuẽte me:et ingrediente vobiscũ: semper cõtentiose egistis contra dñm: quãto magis: cũ mortuus fuero? Cõgregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras atq; doctores:⁊ loquar audiẽtib⁹ eis sermones istos: et inuocabo cõtra eos celũ et terrã. Noui em̃ qđ post mortẽ meã inique agetis: ⁊ declinabitis cito de via quã ꝓcepi vobis:⁊ occurrent vobis mala in extremo tempore: quando feceritis malum in conspectu domini: vt irritetis eũ ꝑ opera manuum vestrarum. Locut⁹ est ergo moyses audiente vniuerso cetu israel vba carminis huius: et ad finem vsq; compleuit.

¶ C.S. Cãticũ deuteronomij: iubet moyses ascẽdere in montẽ abarim: de cõtemplatiõe terrarũ. Cap̃. xxxij.

A Audite celi que loquor: audiat terra verba oris mei. Concrescat in pluuiam doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum. Quasi hymber super herbam:⁊ quasi stille sup gramina: quia nomen domini inuocabo. Date magnificentiam deo nostro: dei perfecta sunt opera:⁊ omes vie ei⁹ iudicia. Deus fidelis ⁊ absq;
.J. eodem vlla iniquitate: iust⁹ et rectus. Pec-
Job.8.b. cauerũt ei:⁊ nõ filij eius in sordib⁹. Generatio praua atq; ꝑuersa: heccine reddis dño popule stulte et insipiẽs? Nũquid nõ ipse est pater tu⁹ qui possedit te:⁊ fecit: et creauit te? Memẽto dierũ antiquorũ: cogita generationes singulas. Interroga patrẽ tuũ/ ⁊ annũciabit tibi: maiores tuos:⁊ dicẽt tibi. Quãdo diuidebat altissim⁹ gentes: quando separabat filios Adã: constituit terminos po-
B pulorũ: iuxta numerum filiorũ israel. Pars autẽ dñi populus eius: iacob funiculus hereditatis ei⁹. Inuenit eũ in terra deserta/ in loco horroris: ⁊ vaste solitudinis. Circũduxit eũ/ ⁊ docuit ⁊ custodiuit quasi pupillã oculi sui. Sicut aquila ꝓuocans ad volãdũ pullos suos: ⁊ super eos volitãs: et pãdit alas suas:⁊ assumpsit eum/ atq; portauit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit:⁊ non erat cũ eo deus alienus. Cõstituit eũ sup excelsam terram: vt comederet fructus agrorũ: vt sugeret mel de petra: oleũq; đ saxo durissimo. Butyrũ de armento:⁊ lac de ouib⁹ cũ adipe agnorũ:⁊ arietũ filiorũ basan. Et hircos cũ medulla tritici:⁊ sanguinem vue biberet meracissimũ. Incrassa-
tus est dilect⁹: ⁊ recalcitrauit: icras- C
sat⁹/ impinguat⁹/ dilatat⁹. Dereliqt deũ factorẽ suũ:⁊ recessit a deo salutari suo. Prouocauerũt eum in dijs alienis:⁊ in abominationib⁹ ad iracundiã cõcitauerũt. Immolauerũt demonijs ⁊ nõ deo/ dijs quos ignorabãt. Noui recẽtesq; venerũt: quos nõ coluerũt patres eorũ. Deũ qui te genuit dereliquisti: ⁊ oblitus es dñi creatoris tui. Vidit dñs/ ⁊ ad iracũdiã cõcitatus est: qꝛ ꝓuocauerũt eũ filij sui et filie. Et ait. Abscõdã faciẽ meã ab eis: et cõsiderabo nouissima
eorũ. Generatio em̃ peruersa est: ⁊ infi- .J. eodem
deles filij. Ipsi me ꝓuocauerunt in
eo qui nõ erat deus: ⁊ irritauerũt in Ro.10.d.
vanitatibus suis. Et ego prouocabo Mt.15.c.
eos in eo q̃ nõ est populus: ⁊ in gẽte stulta irritabo illos. Ignis succẽsus est in furore meo: et ardebit vsq; ad inferni nouissima. Deuorabitq; terrã cũ germine suo:⁊ montiũ fundamẽta cõburet. Cõgregabo super eos
mala:⁊ sagittas meas cõplebo i eis. D
Consumentur fame: et deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Dẽtes bestiarum immittã i eos: cũ furore trahentiũ sup terrã/ atq; serpentiũ. Foris vastabit eos gladi⁹:⁊ int⁹ pauor: iuuenẽ simul ac virginẽ lactentẽ cũ hoĩe sene. Et dixi. Vbi nã sunt? Cessare faciã ex hominib⁹ memoriã eorũ. Sed propter irã inimicorũ distuli: ne forte supbirẽt hostes eorum: et dicerẽt. Manus nr̃a excelsa:⁊ nõ dñs fecit hec oĩa. Gens absq; cõsilio est:⁊ sine prudẽtia: vtinã saperẽt: et intelligerẽt: ac nouissima ꝓuiderẽt. Quomõ persequebat vnus mille et
duo fugarẽt decẽ milia? Nõne ideo E
qꝛ de⁹ suus vẽdidit eos: et dñs con- Mi.9.c.
clusit illos? Nõ enim est deus nr̃ vt dij eorũ:⁊ inimici nostri sũt iudices. De vinea sodomorũ: vinea eorũ/ ⁊ de suburbanis gomorre. Vua eorũ vua fellis:⁊ botri amarissimi. Fel draconũ vinũ eorũ: et venenũ aspidũ insanabile. Nõne hec cõdita sunt apud
me:⁊ signata i thesaur' meis? Mea Ec.28.a.
est vltio/ et ego retribuã eis in tẽpe: Ro.12.d.
vt labat pes eorũ. Iuxta est dies ꝑdi Heb.10.c.

rionis:et adesse festināt tēpora. Iu-
dicabit dñs populū suū: et in seruis
suis miserebit. Uidebit q̄d infirmā
ta sit man⁹: et clausi quoq; defecerūt
residuiq; consumpti sunt. Et dicent.
Ubi sunt dii eoꝝ: in quib⁹ habebant
fiduciā? De quorū victimis comede
bāt adipes: et bibebant vinū libami-
F nū. Surgāt/et opitulent̄ vobis: et in
necessitate vos protegāt. Uidete q̄d
I.reg.2.a. ego sim sol⁹: et non sit ali⁹ deus p̄ter
tho.13.a. me. Ego occidā: et ego viuere faciā:
sap.16.b. p̄cutiā et ego sanabo: et nō est qui de
manu mea possit eruē. Leuabo ad
celū manū meā/et dicā. Uiuo ego in
eternū. Si acuero vt fulgur gladiū
meū: et arripuerit iudiciū man⁹ mea:
reddā vltionē hostib⁹ meis: et his q̄
oderunt me retribuā. Inebriabo sa-
gittas meas sanguine: et gladi⁹ me⁹
deuorabit carnes. De cruore occiso-
rū: et de captiuitate nudati inimico-
2.mach. rū capitis. Laudate gentes populū
7.b. eius: quia sanguinē seruorū suoꝝ vl
ciscet̄. Et vindictā retribuet i hostes
eoꝝ: et p̄piti⁹ erit terre ppl'i sui. Ue-
nit ergo moyses: et locut⁹ est oia ver
ba cātici huius in auribus ppl'i ipse
et iosue filius Nun. Cōpleuitq; oēs
G s̄mones istos: loquēs ad vniuersū
israel: et dixit ad eos. Ponite corda
vestra in oia verba mea: q̄ ego testi-
ficor vobis hodie: vt mandetis ea fi-
liis vr̄is custodire/et facere/et iple-
re vniuersa q̄ scripta sunt i volumie
legis hu⁹: quia nō incassum p̄cepta
sunt vobis: sed vt singuli in eis viue
rēt: q̄ facientes lōgo p̄seuerets tpe in
terra ad quā io:dane trāsmisso igre
diemini possidēdam. Locutusq; est
dñs ad moysen in eadem die/dicēs.
Ascēde in montē istū abarim: id est
trāsitū in montē nebo: qui est in ter-
ra Moab cōtra hiericho: et vide ter-
ram chanaā: quā ego tradā filiis is-
rael obtinendā: et morere in monte
quem cōscendens iungeris populis
nu.20.d. tuis: sicut mortu⁹ est Aaron frater
et.33.e. tuus in mōte hor: et appositus ppl'is
nu.20.a. suis: q2 preuaricati estis contra me
et.27.d. in medio filiorū isrl' ad aq̄s contra-
dictiōis i cades deserti sin: et nō san
ctificastis me inter filios israel. Ecō-
tra: videbis terram: et nō ingredie-
ris in eam quā ego dabo filiis israel.
¶ C.S. Benedictio Moysi qua vlti-
mo benedixit israel: et commenda-
uit populū israel. Capitulū.xxxiii.

Hec est benedictio qua benedi- A
xit moyses homo dei filiis isra-
el ante mortem suam. Et ait. Dñs de
sina venit: et de Seir ortus est nob̄.
apparuit de monte pharan: et cū eo
sanctoꝝ milia. In dextera ei⁹ ignea
lex: duxit populos. Omnes sancti Sa.3.d.
in manu illius sunt: et qui appropin
quāt pedib⁹ ei⁹: accipiēt de doctrina
illius. Legē precepit nobis moyses
hereditatē multitudinis iacob. Erit
apud rectissimū rex: cōgregatis p̄n-
cipibus ppl'i cū tribubus isrl'. Uiuat
ruben/et nō moriat: et sit paruus in
nūero. Hec est iude bñdictio. Audi
dñe vocē Iude: et ad populū suū in-
troduc eū. man⁹ eius pugnabūt pro
eo: et adiutor illius cōtra aduersari
os eius erit. Leui q̄q; ait. Perfectio
tua: et doctrina tua a viro sācto tuo:
quē probasti in tētatione: et iudica-
sti ad aquas cōtradictiōis. Qui di-
xit patri suo: et m̄ri sue. Nescio vos:
et fratribus suis. Ignoro illos: et ne
scierūt filios suos. Hi custodierunt
eloquiū tuū: et pactū tuū seruauerūt:
iudicia tua o iacob: et legē tuā o isrl'.
Ponent thymiama in furore tuo: et Mat.19.
holocaustū super altare tuū. Bene- b.
dic dñe fortitudini ei⁹: et opera ma-
nuū illi⁹ suscipe. Percute dorsa ini- B
micoꝝ eius: et qui oderunt eū nō cō-
surgant. Et beniamin ait. Amātissi-
mus dñi habitabit cōfidenter in eo:
quasi in thalamo tota die morabit̄/
et inter humeros illi⁹ requiescet. Io
seph quoq; ait. De benedictione dñi
terra eius de pomis celi: et rore: atq;
abysso subiacēte. De pomis fructuū
solis ac lune: de vertice antiquorum
montium: de pomis collium eterno-
rū: et de frugib⁹ terre: et de plenitudi
ne eius. Bñdictio illius: q̄ apparuit
in rubo: veniat sup caput Ioseph: et
sup verticē nazarei inter fratres suos.
Quasi primogeniti tauri pulchritu-
do eius: cornua rhinocerotis cornua
illius. In ipsis ventilabit gētes vsq;
ad terminos terre. He sunt multitu
dines ephraim: et hec milia manas-
se. Et zabulō ait. Letare zabulon in C
exitu tuo: et issachar in tabernaculis
tuis: populos vocabūt ad montē: ibi
imolabūt victimas iustitie. Qui in-
undationē maris q̄si lac sugēt: et the-
sauros abscōditos arenarū. Et gad
ait. Benedictus in latitudine Gad/
q̄si leo requieuit: cepitq; brachiū et ver

tice: et vidit principatū suū: q̄ in par
te sua doctor esset repositus: q̄ fuit
cū p̄ncipib⁹ populi: et fecit iusticias
D dn̄i: et iudicium suū cum Israel. Dā
quoq; ait. Dan catul⁹ leonis / fluet
largiter de Basā. Et neptalim dixit.
Neptali abundātia p̄fruet: et plen⁹
erit bn̄dictionib⁹ dn̄i: mare et meridiē
possidebit. Aser quoq; ait. Bn̄dict⁹
in filijs Aser: sit placens fratribus
suis: et tingat in oleo pedē suū. Fer-
rū et es calceamētū eius. Sicut dies
iuuētutis tue: ita et senect⁹ tua. Non
est deus ali⁹ vt de⁹ rectissimi. Ascen
sor celi auxiliator tu⁹. Magnificen-
tia eius discurrunt nubes: habitacu
lū ei⁹ sursum: et subter brachia sem-
piterna: eijciet a facie tua inimicū/
Hie.33.b. dicetq;. Cōterere. Habitabit isrl' cō-
fidēter et solus. Ocul⁹ iacob in terra
frumēti et vini: celiq; caligabūt rore.
Beat⁹ es tu israel: q̄s similis tui po-
pule: qui saluaris in dn̄o? Scutū au-
xilij tui: et gladi⁹ glie tue. Negabūt
te inimici tui: et tu eoꝝ colla calcabis.
¶ C.S. De ascēsu moysi in montē et
cōtēplatiōe terre: de morte et sepul-
tura ipsius: de fletu populi: et iosue
implet sapientia: comēdat moyses:
de familiaritate dei: et de his que fe-
cit deus per eum. Capitulū. xxxiiij.

A
2.ma.2.a.
B.3.d.
Ascēdit ergo moyses de cam-
pestrib⁹ Moab super montē
nebo: in verticē phasga cōtra
hiericho: ostēditq; ei dn̄s oēm terrā
galaad vsq; dan: et vniuersum Ne-
ptalim: terrāq; ephraim et manasse:
et oēm terrā iuda vsq; ad mare no-
uissimū: et australē partē: et latitudi-
nē cāpi hiericho ciuitatis palmarū
vsq; segor. Dixitq; dn̄s ad eum. Hec
B est terra p̄ qua iuraui abraā / isaac/
Gen.12. et iacob: dicēs. Semini tuo dabo eā.
et.15.d. Vidisti eā oculis tuis: et nō trāsibis
ad illam. Mortuusq; est ibi moyses
seruus dn̄i in terra Moab: iubente
dn̄o et sepeliunt eū in valle terre mo-
ab cōtra phogor: et non cognouit ho-
mo sepulchrū eius vsq; in presentē
diē. Moyses centū et viginti annoꝝ
C erat: quādo mortu⁹ est. Non caliga-
uit ocul⁹ ei⁹ nec dētes illi⁹ moti sunt.
Fleuerūtq; eum filij israel in cāpe-
stribus moab triginta dieb⁹: et com-
pleti sunt dies planctus lugentium
moysen. Josue vero filius nun reple
tus est spiritu sapientie: q2 moyses
posuit super eū manus suas. Et obe
dierunt ei filij israel: feceruntq; sicut
precepit dn̄s moysi. Et non surrexit D
vltra propheta in israel sicut moy-
ses: quem nosset dn̄s facie ad faciē
in omnibus signis atq; portētis: que
misit per eū: vt faceret in terra egy-
pti Pharaoni: et oībus seruis eius:
vniuerseq; terre illius: et cunctā ma-
nū robustam: magnaq; mirabilia: q̄
fecit moyses corā vniuerso israel.

¶ Finis Deuteronomij.

¶ Prologus beati Hieronymi pres-
byteri in librum Josue.

Tandem finito pentateucho
moysi velut grandi fenore li-
berati ad iesū filiū naue ma-
num mittamusq; quē hebrei iosue ben
num: id est iosue filiū nun vocant: et
ad Judicū librū / quem sophtim ap-
pellant / ad Ruth q̄q; et Hester quos
eisdē nominib⁹ efferūt. Monemusq;
lectorē vt syluam hebraicoꝝ nomi-
nū et distinctiōes per membra diui-
sas diligēs scriptor cōseruet: ne et no-
ster labor et illius studiū pereat. Et
vt in p̄mis qd̄ sepe testatus sū sciat
me nō in reprehensionem veterum
noua cudere: sicut inimici mei crimi-
nant: sed pro virili portione offerre
lingue mee hominibus quos tamen
nostra delectāt: vt pro grecoꝝ hexa-
plis que et sumptu et labore maximo
indigent editionē nostrā habeat. Et
sicubi in antiquoꝝ voluminū lectio-
ne dubitarint: hec illis cōferētes in-
ueniāt qd̄ requirūt. Maxime cū apud
latinos tot sint exēplaria quot codi-
ces et vnusquisq; p̄ arbitrio suo / vel
addiderit vel subtraxerit qd̄ ei visū
est: et vtiq; non possit verū esse quod
dissonat. Vn̄ cesset arcuato vulnere
cōtra nos insurgere scorpius: et san-
ctū opus venenata carpere lingua
desistat: vel suscipiens si placet: vel
cōtēnens si displicet memineritq; il-
lorū versuū. Os tuū abundauit ma- Ps.49.
licia: et lingua tua cōcinnabat dolos.
Sedēs aduers⁹ fratrē tuū loq̄baris:
et aduersus filiū matris tue ponebas
scandalū. Hec fecisti et tacui. Existi-
masti inique q̄ ero tui similis: argu-
am te et statuam cōtra faciem tuā.
Que eni audientis vel legētis vtili-
tas est nos laborādo sudare / et alios
detrahendo laborare: dolere iudeos
q̄ calūniādi eis et irridēdi xp̄ianos
sit oblata occasio: et eccl'ie hoīes id
despicere / imo lacerare vnde aduer

sarii torqueant. Q8 si veteris eis tra
slatio placet: q̄ z mihi nō displi-
cet: z nihil extra recipiendū putant
cur ea que sub astericis z obelis vel
addita sunt vel amputata legunt et
negligūt? Quare danielē iuxta theo
dotionis traditionē ecclie susceperūt? Cur origenē mirant / et eusebiū
pāphili cunctas editiones siīr disse
rētes? Aut q̄ fuit stulticia postq̄ ve-
ra dixerint / pferre q̄ falsa sunt? Un
de aūt in nouo testamēto pbare po
terūt assūpta testimonia q̄ in libris
veterib⁹ nō habētur. Nec dicim⁹: ne
oīno calūniantib⁹ tacere videamur.
Ceterū post scē Paule dormitionē
cui⁹ vita virtutis exemplū est: z hos
libros q̄s eustochio vgini xp̄i nega-
re nō potui: decreuim⁹ dū spūs hos
regit art⁹ pphetaꝝ explanationi in
cūbere: z omissum iam diu op⁹ qua-
si quodā postliminio repetere. Pre-
sertim cū et admirabilis sanctusq̄
vir Pāmachius: hoc idē literis fla-
gitet z nos ad patriam festinantes
mortiferos sirenarum cantus / sur-
da debeamus aure transire.

¶ Explicit plogus scti hieronymi.

¶ Incipit argumentum.

Jesus filius naue: typum dn̄i
nō solū in gestis / verūetiā in
noīe gerēs transit iordanem
hostiū regna subuertit: diuidit ter-
ram victori pplo: z per singulas vr-
bes / viculos: montes: flumina: torrē
tes: atq̄ confinia ecclesie celestisq̄
hierusalē spiritalia regna describit.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit liber Josue.

¶ C. S. Confortat dn̄s Josue: facit
pparari cibaria ad eundū post diē
tertium: illi obedire pmittūt. Cap. I.

A Et factū est post mor-
tem Moysi serui dn̄i /
vt loqueret dn̄s ad Io-
sue filiū Nū ministrū
Moysi: et diceret ei.
Moyses seruus meus
mortuus est. Surge z transi iorda-
nem istum: tu et oīs ppls tecū in ter
rā quā ego dabo filiis israel. Omnē
deu. II. c. locum quē calcauerit vestigiū pedis
vestri vobis tradā: sicut locutus sū
moysi. A deserto et libano vsq̄ ad
fluuiū magnū eufratē: omnis terra
etheoꝝ vsq̄ ad mare magnū contra
solis occasum erit terminus vester:
null⁹ poterit vobis resistere cūctis
dieb⁹ vite tue. Sicut fui cum moyse infra. 3. b.
ita ero tecū. Nō dimittā nec derelin heb. 13. a.
quā te: cōfortare et esto robust⁹. Tu B
eñ sorte diuides pplo huic terrā p .J. eodem
qua iuraui prib⁹ tuis vt traderē eā deu. 31. b.
illis. Cōfortare igit z esto robustus 3. re. 2. a.
valde vt custodias z facias oēz legē
quā pcepit tibi moyses bu⁹ me⁹. Nō
declies ab ea ad dexterā vel ad sini-
strā vt itelligas cūcta q̄ agis. Nō re
cedat volumē legis hui⁹ ab ore tuo /
sed meditaberis in eo dieb⁹ ac nocti
bus: vt custodias z facias oia q̄ scri
pta sunt in eo: tunc diriges viā tuā:
z intelliges eam. Ecce precipio tibi / C
cōfortare z esto robustus. Noli me
tuere z noli timere: qm̄ tecū est dn̄s
deus tuus in oibus ad quecūq̄ per-
rexeris. Precepitq̄ iosue pricipib⁹
populi dicens. Trāsite p mediū ca-
strorū: z impate pplo ac dicite. Pre
parate vobis cibaria qm̄ post diem
tertiū transibitis iordanē: z intrabi
tis ad possidendā terrā quā dn̄s de⁹
vester daturus est vobis. Rubeni-
tis quoq̄ et gadditis / z dimidie tri-
bui manasse ait. Mementote sermo nu. 32. b.
nis quem precepit vobis moyses fa z. J. 4. c.
mulus dn̄i dicens. Dn̄s deus vester
dedit vobis requiem z oēm terram.
Uxores vr̄e z filij vr̄i ac iumēta ma D
nebūt in terra quā dedit vobis moy
ses trans iordanē: vos aūt transite
armati ante fratres vestros oēs for
tes manu z pugnate p eis donec det
dn̄s requiem fratrib⁹ vestris sicut z
vobis dedit: et possideant ipsi quoq̄
terrā quā dn̄s deus vester daturus
est eis: z sic reuertimini in terrā pos
sessionis vestre: et habitabitis in ea
quam vobis dedit moyses famulus
dn̄i trans iordanē ɔtra solis ortum.
Respōderūtq̄ ad iosue atq̄ dixerūt.
Oia q̄ precepisti nobis faciemus: et
quocūq̄ miseris: ibimus. Sicut obe-
diuimus in cūctis moysi ita obedie-
mus et tibi: tm̄ sit dn̄s de⁹ tecū sicut
fuit cū moyse. Qui cōtradixerit ori
tuo: z non obedierit cūctis sermoni-
bus quos preceperis ei: moriat. Tu
tantum confortare et viriliter age.

¶ C. S. De exploratorib⁹ missis ad
explorādā terrā et vrbem hiericho:
de raab exploratores abscondēte z
de pacto finali. Capitulum. II.

Misit igitur iosue filius nun A
de sethim duos viros explo
ratores in abscōdito z dixit

eis. Ite et considerate terrā: vrbēq; hie-
iaco.2.d. richo. Qui pgentes ingressi sunt do-
heb.11.f. muz mulieris meretricis noīe Raab
et quieuerunt apud eam. Nūciatūq;
est regi hiericho et dictū. Ecce viri i-
gressi sunt huc per noctem de filiis is-
rael/vt explorarent terram. Misitq;
rex hiericho ad raab meretricem di-
cens. Educ viros q̄ venerunt ad te/et
ingressi sunt domū tuam: explorato-
res quippe sunt et oēm terrā conside-
rare venerunt. Tollensq; mulier vi-
ros abscondit et ait. Fateor/venerūt
ad me: sz nesciebā vnde essent. Cūq;
porta clauderetur in tenebris: et illi
pariter exierunt/nescio quo abierūt:
psequimini cito et cōprehendetis eos.
Ipsa autē fecit ascendere viros in so
B larium domus sue: operuitq; eos sti-
pula lini q̄ ibi erat. Hi autē qui missi
fuerant secuti sunt eos p viam q̄ du-
cit ad vada iordanis: illisq; egressis
statim porta clausa est. Necdum ob-
dormierant qui latebant/et ecce mu-
lier ascēdit ad eos et ait. Noui q dō-
minus tradiderit vobis terraz: etenī
irruit in nos terror vester et elangue-
exo.14.c. runt oēs habitatores terre. Audiui-
mus q siccauerit dominꝰ aquas ma-
ris rubri ad vestrū introitum quādo
egressi estis ex egypto: et q̄ feceritis
duobus amorreorū regibꝰ qui erant
trans iordanem Seon et Og quos
interfecistis. Et hec audientes perti-
muimus et elanguit cor nostrū: nec
C remansit in nobis spiritus ad introi-
tum vestrū. Dūs eñ deus vester ipse
est deꝰ in celo sursum et in terra deor-
sum. Nunc ergo iurate mihi p dūm
vt quō ego misericordiaz feci vobis-
cū/ita et vos faciatis cū domo patris
mei: detisq; mihi verū signuz: vt sal-
uetis patrē meū et matrez fratres ac
sorores meas et oīa que illorū sunt: et
.J.6.c. eruatis aīas nostras a morte. Qui
responderūt ei. Aīa nostra sit pro vo
bis in mortez/si tñ nō pdideris nos:
cūq; tradiderit nobis dñs terraz/fa-
ciemus in te misericordiam et verita-
tē. Demisit ergo eos per funem de fe
nestra. Domus eñi eius herebat mu-
ro. Dixitq; ad eos. Ad montana con-
scendite/ne forte occurrant vobis re
uertentes: ibiq; latitate tribus die-
bus donec redeant: et sic ibitis per vi
am vestram. Qui dixerunt ad eam.
Innoxii erimus a iuramēto hoc quo
adiurasti nos/si ingredientibus no-
bis terram signum non fuerit funicu
lus iste coccineus/et ligaueris euz in
fenestra p quam demisisti nos: et pa-
trem tuū ac matrem fratresq; et oēm
cognationez tuā cōgregaueris .in do
mū tuā. Qui ostiū domꝰ tue egres-
sus fuerit/ reus sibi erit: sanguis ip-
sius erit in caput eius: et nos erimus D
alieni. Cunctorū aūt sanguis q̄ tecū
in domo fuerint/redūdabit in caput
nostrū/si eos aliquis tetigerit. Quod
si nos prodere volueris et sermonem
istū proferre in mediū/erimus mun-
di ab hoc iuramento/quo adiurasti
nos. Et illa rñdit. Sicut locuti estis
ita fiat. Dimittēsq; eos vt pergerent/
appendit funiculū coccineū in fene-
stra. Illi vero ambulantes peruene-
runt ad mōtana/et manserūt ibi tres
dies/donec reuerterent qui fuerant
persecuti. Querentes eniz per omnē
viā/non repererūt eos. Quibus vr-
bem ingressis/reuersi sunt et descen-
derūt exploratores de mōte: et trans-
misso iordane venerūt ad iosue filiū
num: narraueruntq; ei omnia q̄ acci
derant sibi: atq; dixerunt. Tradidit
dñs oēm terrā hāc in manꝰ nr̄as: et ti
more pstrati sūt cūcti hitatores eiꝰ.
¶ C.S. Uenit ppl's ad iordanem: sic-
cant aque: populus transit. Cap̄.iii.

Igitur Josue de nocte consur-
gens mouit castra: egredien- A
tesque de sethim/venerunt ad
iordanē ipse/et oēs filii israel: et mo-
rati sunt ibi per tres dies. Quibꝰ eua
liins transierūt precones per castro-
rum medium: et clamare ceperunt.
Qñ videritis arcam federis dñi dei
vr̄i: et sacerdotes stirpis leuitice por
tātes eā: vos quoq; cōsurgite/et seq̄-
mini precedētes: sitq; inter vos et ar
cam spatiū cubitorū duum miliū/vt
procul magis videre possitis: et nos-
se per quam viaz ingrediamini: quia
prius nō ambulastis per eā: et caue-
te ne appropinq̄tis ad arcā. Dixitq;
iosue ad ppl'm. Sāctificamini: cras
eñi faciet dñs inter vos mirabilia. Et
ait ad sacerdotes. Tollite arcā fede- B
ris: et precedite populum. Qui iussa leu.20.a.
complentes: tulerunt et ambulauerūt nu.11.d.
ante eos. Dixitq; dñs ad iosue. Ho- 1.re.26.b.
die incipiā exaltare te coraz oī israel
vt sciant qō sicut cū moyse fui: ita et
tecū sum. Tu autē precipe sacerdoti-
bus qui portāt arcam federis: et dic
eis. Cū ingressi fueritis partez aque

F.I.a. iordanis: state i ea. Dixitq; iosue ad
C filios israel. Accedite huc: et audite
verbuz dñi dei vestri. Et rursum. In
hoc (inquit) scietis q dominus de⁹ vi
uens in medio vr̃i est: et disperdet in
conspectu vr̃o chananeũ: et etheum:
eueum: ꝛ phereзeũ: gergeseũ quoq;: ꝛ
iebuseũ: et amorreũ. Ecce arca fede-
ris dñi oĩs terre antecedet vos ꝑ ior
danem. Parate duodecim viros de
duodeci tribub⁹ israel: singulos per
singulas trib⁹. Et cũ posuerint vesti-
gia pedũ suorum sacerdotes qui por-
tant arcam federis dñi dei vniuerse
terre in aquis iordanis / aque que in
feriores sunt: decurrẽt atq; deficiẽt:
que autẽ desup veniunt: in vna mole
cõsistent. Igit̃ egressus est popul⁹ de
tabernaculis suis: vt trãsiret iorda-
Act. 7. f. nẽ: et sacerdotes q̃ portabant arcã fe
D deris pergebant ante eũ. Ingressisq;
eis iordanẽ: ꝛ pedibus eorũ in parte
Ec. 14. c. aque tinctis (iordanis aũt ripas al-
de ꝯſe. di. ueí sui tẽpore messis ipleuerat) stete-
2. reuera. runt aque descendẽtes in loco vno: et
vſſ. iorda instar montis intumescentes appa-
nis. rebant procul ab vrbe q̃ vocat̃ edom
Ec. 14. c. vsq; ad locũ sarthan. Que autẽ infe-
riores erant: in mare solitudinis (qđ
nunc vocat̃ mortuũ) descẽderũt vsq;
quo oĩno deficerẽt. Popul⁹ autem in-
cedebat ꝯtra iordanẽ: et sacerdotes q̃
portabãt arcam federis domini: sta-
bant super siccam humum in medio
iordanis accincti: omnisq; populus
per arentem aluеum transibat.

¶ C. S. Eligunt duodeci viri de sin-
gulis tribub⁹: de duodecim lapidib⁹
positis in alueo: de duodecim in sic-
co: vt sit in signũ posteris. Cap. m. iiij.

D Quibus transgressis dixit dñs
ad iosue. Elige duodecim vi-
ros singulos ꝑ singulas tri-
bus: et precipe eis vt tollãt de medio
iordanis alueo: vbi steterunt pedes
sacerdotuз: duodeci durissimos lapi-
des: quos ponetis in loco castrorũ:
vbi fixeritis hac nocte tentoria. Uo-
cauitq; iosue duodecim viros q̃s ele-
gerat de filiis isrl̃ singulos de singu-
lis tribub⁹: et ait ad eos. Ite ante ar-
cam dñi dei vestri ad iordanis me-
diũ: et portate inde singuli singulos
lapides in humeris vr̃is / iuxta nu-
merũ filiorũ israel: vt sit signũ inter
vos. Et qñ interrogauerint vos filij
vestri cras dicentes. Quid sibi volũt
isti lapides: ꝛ rñdebitis eis. Defece-
runt aque iordanis ante arcam fede-
ris dñi cum transiret eũ: idcirco posi-
ti sunt lapides isti in monimentum
filiorũ israel vsq; in eternũ. Fecerũt B
ergo filij isrl̃ sicut precepit eis iosue
portantes de medio iordanis alueo
duodeci lapides: vt dñs ei imparat
iuxta numerũ filiorũ israel: vsq; in lo
cum in quo castrametati sunt: ibique
posuerunt eos. Alios quoque duode-
cim lapides posuit iosue in medio ior
danis alueo vbi steterũt sacerdotes
qui portabant arcã federis dñi: et sũt
ibi vsq; in presentez diẽ. Sacerdotes
aũt qui portabant arcã: stabãt in ior-
danis medio: donec oĩa cõplerent̃
q̃ iosue vt loqueret̃ ad ppl'm preceꝑe-
rat dñs: ꝛ dixerat ei moyses. Festina
uitq; popul⁹ et transiit. Cũq; transis-
sent oẽs trãsiuit et arca dñi: sacerdo- C
tes quoq; pergebant ante populũ. Fi
lij quoq; ruben: et gad / ꝛ dimidia tri-
bus manasse: armati ꝑcedebant fra
tres suos filios israel: sicut eis prece- nu. 32. D.
perat moyses: et quadraginta pugna-
D te. Hec est possessio filioꝝ beniamin ꝑ terminos suos in circuitu: ꝛ familias suas. Fueritq; ciuitates ei⁹ hiericho ꝛ bethagla ꝛ vallis casis. Betharaba ꝛ samaraim ꝛ bethel ꝛ auim et affara ꝛ Offora villa Hemona ꝛ ofni ꝛ gabee: ciuitates duodecim ꝛ ville earū. Gabaon ꝛ rhama ꝛ beroth ꝛ mesphe: ꝛ caphara ꝛ Amosa et recē: iarephel ꝛ tharela ꝛ sela: heleph ꝛ iebus: que est hierusalē: gabaad et cariath: ciuitates quatuordecim: et ville earū. Fuerūtq; omnes ciuitates viginti sex. Hec est possessio filiorum beniamin iuxta familias suas.

¶ C.S. De assignatiōe sortis sex tribuū scꝫ symeō zabulō issachar aser neptalim i medio filioꝝ isrł. Cꝑ. xix.

A Et egressa est sors secunda filioꝝ symeon per cognatiōes suas: fuitq; hereditas eoꝝ in medio possessionis filioꝝ iuda/ Bersabee ꝛ sabee et molada ꝛ asersual/ baala ꝛ asem ꝛ heltholad: Bethul arma ꝛ sicelech et bethmarchaboth et asersua ꝛ bethlebaoth ꝛ sarohen: ciuitates tredecī/ ꝛ ville earū. Aehim ꝛ remmon ꝛ athar et asan: ciuitates quatuor: ꝛ ville earū: oēs viculi per circuitum vrbium istarū vsq; ad balaath: beerramoth contra australē plagā. Fuerūtq; oēs ciuitates decē ꝛ septē. Hec est hereditas filiorū symeon iuxta cognatiōes suas in possessiōe ꝛ funiculo filiorū iuda: quia maior erat: ꝛ idcirco filij symeō possederūt in medio hereditatis ei⁹. Ceciditq; sors tertia filiorū zabulon ꝑ cognatiōes suas: ꝛ fact⁹ est termin⁹ possessiōis filioꝝ zabulō vsq; sarith. Ascēditq; de mari ꝛ medala: ꝑuenit in debbaseth vsq; ad torrentē ꝙ est cōtra iechonā/ et reuertit de sarith contra orientē in finē cheseleth thabor: ꝛ egredit ad dabereth: ascenditq; cōtra Jafie: ꝛ inde ptrāsit vsq; ad orientalē plagā Gethefer et thacasin: ꝛ egredit in remmon/ amthar ꝛ noa: ꝛ circuit ad aqlonē anathon.
Suntq; egressus ei⁹ vallis iephtahel ꝛ cathetheth ꝛ naalol et semron ꝛ iedaba ꝛ bethleem: ciuitates duodecim: ꝛ ville eaꝝ. Hec est hereditas trib⁹ filiorū zabulon ꝑ cognationes suas: vrbes/ ꝛ viculi earū. Issachar egressa est sors quarta ꝑ cognationes suas: fuitq; ei⁹ hereditas iezrahel ꝛ casaloth ꝛ sunē ꝛ apharim et Seon et anaarath et rabboth ꝛ Cesion/ ꝛ abes et rameth et Engānim ꝛ henadda et bethpheses: et ꝑuenit termin⁹ eius vsq; thabor ꝛ sesema ꝛ bethsemes: erāntq; exit⁹ eius iordanis ciuitates sexdecim: ꝛ ville earū. Hec est possessio filioꝝ issachar per cognationes suas/ vrbes et viculi earū. Ceciditq; sors qnta tribui filioꝝ aser per cognatiōes suas: fuitq; terminus eoꝝ alcath et chali et bethen ꝛ Axab ꝛ elmelech et Amaad ꝛ messal: ꝛ ꝑuenit vsq; ad carmelū maris ꝛ sior ꝛ labanath: ac reuertit contra orientē bethdagon: ꝛ ptransit vsq; zabulon et vallem iephtahel contra aquilonem in bethemeth ꝛ Nehiel: egreditq; ad leuā cabul ꝛ achran et roob ꝛ amon ꝛ cana: vsq; ad Sidonē magnā: reuertitq; in horma vsq; ad ciuitatē munitissimā tyrū: ꝛ vsq; osa: erūtq; exit⁹ eius in mare de funiculo acziba et amma ꝛ Afeg ꝛ roob: ciuitates viginti due: ꝛ ville earū. Hec est possessio filioꝝ aser ꝑ cognationes suas: vrbesq; et viculi earū. C

Filioꝝ neptalim sexta pars cecidit
p familias suas: et cepit termin⁹ de
heleb ⁊ helō in saananim et adami/
que est neceb ⁊ iebnael vsq; locū: et
egressus eoꝝ vsq; ad iordanē: reuer
titurq; termin⁹ contra occidentē in
azanoth thabor atq; īde egredit̄ in
vcuca: ⁊ pertransit in zabulō ɔtra me
ridiē: ⁊ in aser ɔtra occidētē: ⁊ in iu
da ad iordanem cōtra ortū solis: ci
uitates munitissime assedim: Ser et
ammath et Rechath et Cenereth et
Edema et Arama/Asor et Cedes et
edrai/enasor ⁊ girō ⁊ magdihel: ho
rem ⁊ bethanath ⁊ bethsemes: ciui
tates decē ⁊ nouē/⁊ ville earū. Hec
est possessio trib⁹ filioꝝ Neptalim
per cognationes suas: vrbes/⁊ vicu
li eaꝝ. Tribui filioꝝ dan p familias
suas egressa est sors septima: ⁊ fuit
termin⁹ possessionis ei⁹ saraa/⁊ he
staol: ⁊ heirsemes/id est ciuitas so
lis: selebin/⁊ aialon ⁊ iethela helō
et themna ⁊ achron: Helchetē iebeō
et baaladiud ⁊ bane ⁊ barath et Ge
thremmon: atq; Hiercon ⁊ arechon:
D cū termino qui respicit ioppē: ⁊ ipso
fine ɔcluditur. Ascēderuntq; filij dā
et pugnauerūt ɔtra lesen: ceperūtq;
eā: et percusserūt eā in ore gladij: et
possederūt: et habitauerūt in ea: vo
cantes nomen eius lesendā et noīe
dan patris sui. Hec est possessio tri
bus filioꝝ dan: p cognationes suas
vrbes et viculi earū. Cūq; cōplesset
sorte diuidere terrā singulis p trib⁹
suas: dederūt filiis Israel possessio
nē Josue filio nun ī medio sui: iuxta
preceptū dñi: vrbez/quā postulauit:
Thamnath saara ī mōte Ephraim.
Et edificauit ciuitatē/habitauitq; ī
ea. He sunt possessiones: quas sorte
diuiserunt Eleazar sacerdos: ⁊ iosue
filius nun: ⁊ principes familiarum:
ac tribuum filiorum Israel/in silo/
corā domino ad ostium tabernaculi
testimonij/partitiq; sunt terram.

¶ C.S. De ciuitatib⁹ refugij: ꝙ post
mortē sacerdotis magni profugus
reuertatur in suam ciuitatem: et do
mum de qua fugerat. Capitulū.xx.

A Et locutus est dñs ad Josue/di
cens. Loquere filiis israel: ⁊ dic
eis. Separate vrbes fugitiuorum de
quibus locutus sum ad vos per ma
num moysi: vt cōfugiat ad eas quis
nu.35.a. cunq; animā percusserit nesciens et
deu.19.a. possit euadere irā proximi qui vltor
est sanguinis: cū ad vnā harum con
fugerit ciuitatū: stabitq; ante portā
ciuitatis: ⁊ loquetur senioribus vr
bis illius ea que se comprobēt inno
centem: sicq; suscipiēt eum: ⁊ dabūt
ei locū ad habitādū. Cūq; vltor san B
guinis eū fuerit persecutus: nō tra
dent in manus eius: quia ignorans
percussit proximū eius: nec ante bi
duum triduūve eius probat̄ inimi
cus. Et habitabit in ciuitate illa: do
nec stet ante iudiciū causaz reddēs
facti sui: et moriatur sacerdos ma
gnus qui fuerit in illo tēpore. Tunc
reuertet̄ homicida/et ingrediet̄ ciui
tatē/et domū suam: de qua fugerat. C
Decreuerūtq; cedes in galilea mō
tis Neptalim: ⁊ sichē ī mōte ephra
im: ⁊ cariatharbe: ipsa est ebron in
monte iuda: et trans iordanem con
tra orientalē plagā hiericho: statue
rūt bosor: que sita est in cāpestri so
litudine de tribu ruben: ⁊ ramoth in
galaad de tribu gad: ⁊ gaulon in ba D
san de tribu Manasse. He ciuitates
constitute sunt cūctis filiis israel: et
aduenis: qui habitabant inter eos
vt fugeret ad eas qui animā nesci⁹
percussisset: ⁊ non moreretur in ma
nu proximi effusum sanguinē vindi
care cupiētis: donec staret ante po
pulum expositurus causam suam.

¶ C.S. De ciuitatibus et suburba
nis leuitarum numero quadragin
taocto: de pace data. Capitulū.xxi.

Accesserūtq; p̄ncipes familia A
rū leui ad eleazarū sacerdo
tē: ⁊ iosue filiū nū: ⁊ ad duces
cognationū p singulas trib⁹ filiorū
isrl': locutiq; sunt ad eos in silo terre
chanaā: atq; dixerūt. Dñs p̄cepit p nu.35.a.
manū moysi: vt darent̄ nobis vrbes
ad habitandū: ⁊ suburbana earū ad
alēda iumēta. Dederūtq; filij israel
de possessionib⁹ suis iuxta imperiū
dñi: ciuitates et suburbana earum.
Egressaq; est sors in familiā caath
filiorū aaron sacerdotis de tribu iu
da et symeon et beniamin: ciuitates
tredecim: ⁊ reliquis filioꝝ caath: id
est leuitis qui supfuerāt de tribub⁹
ephraim/et dan: ⁊ dimidie trib⁹ ma
nasse ciuitates decem. Porro filiis
gerson egressa est sors: vt acciperēt
de tribub⁹ issachar ⁊ aser ⁊ neptali/
dimidiaq; tribu manasse ī basā ciui
tates nūero tredeci. Et filijs merari
p cognatiōes suas de tribub⁹ ruben

et Gad et zabulon vrbes duodecim.
B Dederūtq; filii israel leuitis ciuitates
tes & suburbana earū; sicut precepit
dñs per manū moysi singulis sorte
tribuētes. De tribub⁹ filiorū iuda et
Symeō dedit iosue ciuitates: quarū
ista sunt noīa filiis aarō p familias
caath leuitici generis. Prima enim
sors illis egressa est cariatharbe pa-
tris enach: q̄ vocat hebron in mōte
iuda: & suburbana ei⁹ per circuitū.
Agros vero / & villas ei⁹ dederat ca-
leb filio iephone ad possidendū. De-
dit ergo filiis aaron sacerdotis he-
bron cōfugii ciuitatē: ac suburbana
ei⁹: & Lobnā cū suburbanis suis / et
iether & Istimon & helon & Dabir &
ain & iethan et bethsames cū subur-
banis suis: ciuitates nouē de tribu-
bus: vt dictū est de duab⁹. De tribu
aūt filiorū bēiamin / gabaō & gabae
et anathot et almō cum suburbanis
suis ciuitates quatuor. Omes simul
ciuitates filior aarō sacerdotis / tre-
decim: cū suburbanis suis. Reliq̄s
vero p familias filiorū caath leuiti-
ci gñis hec est data possessio. De tri-
bu ephraim vrbes ꝯfugii sichem cū
suburbanis suis in monte ephraim:
et gazer & iebsam & bethoron cū sub-
urbanis suis ciuitates quatuor. De
tribu quoq; dā helthecoet gabathō
C et haialon & gethremon cū suburba-
nis suis ciuitates quatuor. Porro de
dimidia tribu manasse thanach et
iethremmō cū suburbanis suis ciui-
tates due. Oēs ciuitates decem: et
suburbana earū date sunt filiis ca-
ath inferioris gradus. Filiis quoq;
gersō leuitici gñis dedit de dimidia
tribu Manasse confugii ciuitates.
Gaulon in basan: et bosran cū subur-
banis suis ciuitates duas. Porro
de tribu Issachar: cesion & dabrath
et iaramoth & engānim cū suburba-
nis suis ciuitates quatuor. De tri-
bu autē Aser: masan & abdon et El-
rath & rooth cū suburbanis suis ciui-
tates quatuor. De tribu quoq; Ne-
ptalim ciuitates ꝯfugii cedes in ga-
lilea: & Ammothdor et carthan: cum
suburbanis suis ciuitates tres. Oēs
vrbes familiarū Gerson / tredecim
cū suburbanis suis. Filiis autē me-
rari leuitis inferioris grad⁹ p fami-
lias suas data est de tribu zabulon:
Jecnal et charta & dāna & naalol ci-
uitates quatuor cū suburbanis suis.

De tribu gad ciuitates cōfugii: Ra- D
moth in galaad: & manaim et Esebō
et iazer ciuitates q̄tuor cū suburba-
nis suis. + De tribu ruben vltra ior- +heb. sic
danē cōtra hiericho ciuitates refu- de tribu
gii / Bosor in solitudine: Misor & Ja- ruben bo-
zer & iethson & maspha: ciuitates q̄- sor et iah-
tuor cū suburbanis suis. Omnes vr- sa: Cade-
bes filiorū merari p familias: & co- moth et
gnationes suas duodecim. Itaq; ci- mephaat
uitates vniuerse leuitarū in medio cū subur-
possessionis filior israel fuerūt qua- banis su-
draginta octo cū suburbanis suis: is ciuita-
singule per familias distribute. De- tes qua-
ditq; dñs deus israel oēm terrā: quā tuor.
traditurū se patrib⁹ eor iurauerat /
& possederūt illā: atq; habitauerunt
in ea. Dataq; est ab eo pax in oēs per
circuitum nationes / nullusq; eis ho-
stium resistere ausus est: sed cuncti
in eor ditionē redacti sunt. Ne vnū
quidem verbū / quod illis prestitu-
rum se esse promiserat: irritum fuit:
sed rebus expleta sunt omnia.

C.S. De duabus & semis tribubus
remissis ad propria: et de altari qd̄
fecerūt infinite magnitudinis: & de
excusatione duarum tribuum: & se-
mis pro altari constructo. Cap. xxii.

Eodem tēpore vocauit Josue ru- A
benitas / et gadditas: et dimi-
diā tribū Manasse: dixitq; ad eos.
Fecistis omnia que precepit vobis
moyses famulus dñi: mihi quoq; in
oibus obedistis: nec reliquistis fra-
tres vestros lōgo tpe. vsq; in p̄sentē
diē: custodiētes imperiū dñi dei vri.
Q. igit dedit dñs de⁹ vr fratrib⁹ ve-
stris quietē & pacē: sicut pollicit⁹ est
reuertimini / & ite in tabernacula ve-
stra: & in terrā possessionis: quā tra- nu.32.f.
didit vobis moyses famul⁹ dñi trās
iordanē: tm̄ obseruate / vt custodiatis
attēte: et opere cōpleatis mandatū
et legē quā p̄cepit vobis moyses fa-
mulus dñi vt diligatis dñm deū ve-
strū: & ambuletis in oibus viis eius:
et obseruetis mādata illi⁹: adhereatis-
q; ei: ac seruiatis in oi corde / et in
oi aīa vestra. Bñdixitq; eis iosue: et
dimisit eos. Qui reuersi sunt in ta-
bernacula sua. Dimidie autē tribui B
manasse possessionē Moyses dede-
rat in Basan: & idcirco medie q̄ sup-
fuit dedit iosue sortē inter ceteros fra-
tres suos trās iordanē ad occiden-
talē eius plagā. Cūq; dimitteret eos
in tabernacula sua: & bñdixisset eis.

dixit ad eos. In multa substantia at-
q; diuitiis reuertimini ad sedes ve-
stras cũ argẽto et auro: ere ac ferro:
et veste multiplici: diuidite predam
hostium cum fratribus vr̃is. Reuer-
siq; sunt/et abierũt filii ruben/et filii
gad/⁊ dimidia trib⁹ manasse a filiis
isrl' de silo/q̃ sita est in chanaan/vt in
trarent galaad terram possessionis
C sue/quã obtinuerant iuxta imperiũ
dñi in manu moysi. Cumq; venissent
ad tumulos iordanis in terra Cha-
naan/edificauerunt iuxta iordanem
altare infinite magnitudinis. Qd cũ
audissent filii Israel/ et ad eos certi
nũcii detulissent edificasse filios ru-
ben/et gad/⁊ dimidie trib⁹ manasse
altare in terra chanaan/super iorda
nis tumulos contra filios isrl': conue-
nerunt oẽs in silo: vt ascẽderẽt et di-
micarent cõtra eos. Et interim mise-
runt ad illos in terrã galaad phine-
es filiũ eleazari sacerdotis: et decem
principes cum eo singulos de singu-
lis tribubus. Qui venerunt ad filios
ruben/⁊ gad: et dimidie trib⁹ manas-
se in terrã galaad: dixerũtq; ad eos.
D Hec mãdat oĩs popul⁹ dñi. Que est
ista transgressio? Cur reliq̃stis dñm
Nu.25.a. deũ israel/edificantes altare sacrile-
gũ/et a cultu illi⁹ recedentes? An pa
rum vobis est qđ peccastis in beel-
phegor/et vsq; in presentẽ diem ma-
cula hui⁹ sceleris in vobis pmanet:
multiq; de pplo corruerunt: et vos ho
die reliq̃stis dñm et cras in vniuer-
suz israel ira ei⁹ deseuiet? Quod si pu
tatis immũdã esse terrã possessionis
vr̃e: trãsite ad terrã in qua taberna-
culum dñi est/ et habitate inter nos
tm̃ vt a dño et a nostro consortio non
recedatis edificato altari preter alta
Jos.7.a. re domini dei vr̃i. Nõne achan fili⁹ za
re preterijt mandatũ dñi: et sup oẽm
pplm israel ira eius incubuit? Et ille
E erat vnus hõ: atq; vtinã solus perijs-
set in scelere suo. Rñderuntq; filii ru
ben et gad: et dimidie trib⁹ manasse
principib⁹ legationis israel. Fortissi
mus dñs de⁹ isrl' ipse nouit: et israel
simul intelligat: si p̃uaricationis animo
hoc altare cõstruxim⁹: non custodiat
nos: sz puniat nos in p̃senti. Et si ea
mente fecim⁹: vt holocausta ⁊ sacrifi
cium et pacificas victimas super eo
imponeremus: ipse querat et iudicet
et nõ ea magis cogitatione atq; tra-
ctatu: vt diceremus. Cras dicent fi-
lii vestri filiis nostris. Quid vobis ⁊
et dño deo israel? Terminum posuit
dñs inter nos et vos o filii ruben/ et
filii gad iordanẽ fluuium: et idcirco
partẽ non habetis in dño: ⁊ per hanc
occasionẽ auertent filii vestri filios
F nostros a timore domini. Putauim⁹
itaq; melius: et diximus. Extruamus
nobis altare: non in holocausta/neq;
ad victimas offerendas: sed in testi-
moniũ inter nos et vos: et sobolẽ no-
stram vestrãq; progeniem: vt seruia-
mus dño: et iuris nr̃i sit offerre et ho
locausta/et victimas/⁊ pacificas ho-
stias: et nequaq̃ dicant cras filii ve-
stri filiis nr̃is. Nõ est vobis pars in
domino. Quod si voluerint dicere/re
spõdebũt eis. Ecce altare dñi quod fe
cerũt patres nr̃i: non in holocausta/
neq; in sacrificiũ/ sed in testimoniuz
nostrũ ac vestruz. Absit a nobis hoc
scelus vt recedam⁹ a dño: et ei⁹ vesti-
gia relinq̃m⁹ extructo altari ad holo
causta/et sacrificia/et victimas offe-
rendas: preter altare domini dei nr̃i
qđ extructuz est ante tabernaculum
eius. Quibus auditis: phinees sacer
G dos/et principes legationis israel q̃
erant cũ eo/placati sunt: et verba fi-
liorũ ruben/et gad/⁊ dimidie tribus
manasse libẽtissime susceperunt. Di-
xitq; phinees fili⁹ eleazari sacerdos
ad eos. Nũc scimus qđ nobiscum sit
dñs: qm̃ alieni estis a preuaricatione
hac: et liberastis filios israel de ma-
nu domini. Reuersusq; est cũ princi-
pib⁹ a filiis ruben ⁊ gad de terra ga-
laad ĩ terrã chanaã ad filios israel/⁊
retulit eis. Placuitque sermo cũctis
audientibus. Et laudauerunt deum filii
israel: et nequaq̃ vltra dixerunt vt a-
scenderent contra eos atque pugna
rent: et delerent terram possessionis
eorum. Uocaueruntq; filii ruben ⁊ filii
gad altare qđ extruxerant/testimoniũ
nostrum/quod dominus ipse sit de⁹.

¶ C.S. Exhortatio iosue prohibet so-
cietatem cum gentibus. Capm̃.xxiii.

A Euoluto autẽ multo tpe/postq̃
pacem dederat domin⁹ israeli:
subiectis in gyro nationibus vniuer
sis: et iosue iam longeuo/et persenii-
lis etatis: postq̃ diuiserat terram
filiis israel sm̃ q̃ dominus impera-
uerat: vocauit Josue omnem israe-
lem maioresque natu/et principes/
ac duces/ac magistros: dixitque ad
eos. Ego senui: et progressioris eta-

tis sum: vosqꝫ cernitis omnia que fe-
cerit dñs deus vester cunctis per cir
cuitum nationibus: quomodo pro vo
bis ipse pugnauerit: et nunc quia vo
bis sorte diuisit omnem terram: ab o-
rientali parte iordanis vsque ad ma
re magnũ: multeqꝫ adhuc supersunt
nationes: dñs deus vester disperdet
eas: et auferet a facie vestra et possi-
debitis terraꝫ: sicut vobis pollicitus
est. Tantũ confortamini: et estote so-
B licit ut custodiatis cuncta que scri-
pta sunt in volumine legis moysi: et
non declinetis ab eis / neqꝫ ad dexte-
ram: neqꝫ ad sinistrã: ne postꝙ intra-
ueritis ad gentes que inter vos futu
re sunt: iuretis in noĩe deorum earuꝫ
et seruiatis eis: et adoretis illos: sed
adhereatis domino deo vestro qđ fe-
cistis vsqꝫ in diem hanc: ꝛ tunc aufe-
deu. 32. d. res dñs deus in conspectu vestro gen
C tes magnas et robustissimas: et nul-
lus vobis resistere poterit. Unus ex vo
bis persequetur hostium mille viros
quia dñs deus vester pro vobis ipse
pugnabit: sicut pollicitus est: hoc tã-
tum diligentissime precauete: ut dili-
gatis dñm deum vestrũ. Q. d si volue-
ritis gentiuꝫ harũ que inter vos ha-
bitant erroribꝰ adherere / et cũ eis mi-
scere connubia / atqꝫ amicitias copu-
lare: iam nũc scitote ꝙ dñs deus ve-
ster non eas deleat ante faciẽ vestraꝫ
sed erunt vobis in foueã ac laqueuꝫ /
et offendiculũ ex latere vestro: et su-
des in oculis vr̃is: donec vos aufe-
rat atqꝫ disperdat de terra hac opti-
D ma quam tradidit vobis. En ego ho-
die ingrediar viam vniuerse terre: ꝛ
toto aĩo cognoscetis ꝙ de oĩbus ver-
bis q̃ se dñs prestiturum vobis esse
pollicitus est / vnum non preterierit
incassum. Sicut ergo impleuit opere
quod promisit / et prospera cuncta ve
nerunt: sic adducet super vos quicqđ
malorũ cõminatus est: donec vos au
ferat atqꝫ disp̃dat de terra hac opti-
ma quaꝫ tradidit vobis: eo ꝙ p̃terieri
tis pactum domini dei vestri qđ pepi
git vobiscum / et seruieritis diis alie-
nis / et adoraueritis eos. Cito atqꝫ ve-
lociter consurget in vos furor domi-
ni: et auferemini ab hac terra opti-
ma quam tradidit vobis.

¶ C. S. De commemoratione benefi-
ciorum dñi: et federe populi ad dñm:
de morte Josue / et sepultura ossium
Joseph: de morte eleazari. Cap. xxiiij.

Congregauitqꝫ iosue oẽs tribus A
israel in sichem: et vocauit ma
iores natu ac principes et iu-
dices / et magistros: steteruntqꝫ in cõ-
spectu dñi: et ad populuꝫ sic locutus
est. Hec dicit dñs deus israel. Trans
fluuium habitauerunt p̃res vestri ab
initio / Thare pr̃ abraham ꝛ nachor: gen. 11. d.
seruieruntqꝫ diis alienis. Tuli ergo
patreꝫ vestrũ abraam de mesopota-
mie finibꝰ / et adduxi eũ in terrã cha-
naan / multiplicauiqꝫ semen eius: et gen. 21. a.
dedi ei ysaac: illiqꝫ rursuꝫ dedi iacob ꝛ et. 25. d.
esau. E quibus esau dedi montẽ seir
ad possidendum: iacob vero et filii eiꝰ
descenderunt in egyptum. Misique
moysen et aaron / et percussi egyptuꝫ
multis signis atqꝫ portẽtis: eduxiqꝫ
vos et patres vr̃os de egypto / et veni exo. 4. d.
stis ad mare: persecutiqꝫ sunt egyptii
patres vestros cum curribus et equi
tatu vsqꝫ ad mare rubrum. Clamaue B
runt autem ad dñm filii israel / qui po-
suit tenebras inter vos et egyptios:
et adduxit sup eos mare / et operuit
eos. Uiderunt oculi vestri cuncta q̃
in egypto fecerim: et habitastis in so
litudine multo tempore: et introduxi
vos in terram amorrei qui habitabat
trans iordanẽ. Cũqꝫ pugnarent con-
tra vos tradidi eos in manus vr̃as:
et possedistis terrã eorũ: atqꝫ interfe
cistis eos. Surrexit aũt balach filius nu. 22. a.
sephor rex moab / et pugnauit contra
israelẽ. Misitqꝫ et vocauit balaam fi-
liũ beor ut malediceret vobis: et ego
nolui audire eũ: sed ecõtrario per il-
lum bñdixi vobis et liberaui vos de
manu eius. Transistisqꝫ iordanẽ: et
venistis ad hiericho: pugnaueruntqꝫ C
contra vos viri ciuitatis eius amor- exo. 23. c.
reus et pherezeꝰ ꝛ chananeꝰ ꝛ etheꝰ / et. 33. a.
et gergeseus et eueus ꝛ iebuseus: et deu. 7. c.
tradidi illos in manus vr̃as. Misi-
qꝫ ante vos crabrones: et eieci eos de
locis suis duos reges amorreorum
non in gladio et ĩ arcu tuo: dediqꝫ vo
bis terraꝫ in qua nõ laborastis: et vr-
bes quas nõ edificastis ut habitare-
tis in eis: vineas et oliueta q̃ nõ plã-
tastis. Nunc ergo timete dñm / et ser-
uite ei pfecto corde atqꝫ verissimo: et
auferte deos quibus seruierunt p̃res 1. re. 7. a.
vr̃i in mesopotamia et in egypto: ac tob. 14. c.
seruite dño. Sin autẽ malũ vobis vi-
detur ut dño seruiatis / optio vobꝭ da-
tur. Eligite hodie qđ placet / cui ser- D
uire potissimuꝫ debeatis vtrum diis

quibus seruierũt patres vr̃i in meso-
potamia/an diis amorreorũ in quo-
rum terra habitatis. Ego autẽ et do-
mus mea seruiemus dño. Rñditque
pplš et ait. Absit a nobis vt relinqua-
mus dñm/et seruiamus diis alienis.
Dñs deus nr̃ ipse eduxit nos et pa-
tres nr̃os de terra egypti et de domo
seruitutis: fecitq; videntibus nobis si-
gna ingentia: et custodiuit nos in oĩ
via per quã ambulauimus/et in cun-
ctis pplš per quos transiuimus: et eiecit
vniuersas gentes amorreorũ habita-
torẽ terre quã nos intrauimus. Ser-
uiem⁹ igit̃ dño: q2 ipse est de⁹ nr̃. Di-
E xitq; iosue ad pplm. Non poteritis
seruire dño: deus enim sctũs et fortis
emulator est: nec ignoscet sceleribus
vr̃is atq; pctĩs. Si dimiseritis dñm
et seruieritis diis alienis: cõuertet se
et affliget vos atq; subuertet postq̃
vobis prestiterit bona. Dixitq; pplš
ad iosue. Nequaq̃ ita vt loq̃ris erit
sed dño seruiem⁹. Et iosue ad pplm.
Testes (inquit) vos estis/q2 ipsi ele-
geritis vobis dñm/vt seruiatis ei. Re-
spõderuntq;. Testes. Nunc ergo ait
auferte deos alienos de medio vr̃i: ꝛ
inclinate corda vr̃a ad dominũ deuȝ
israel. Dixitq; popul⁹ ad Josue. Dño
deo nr̃o seruiem⁹ et obedientes erim⁹
p̃ceptis eius. Percussit ergo iosue in
die illo fedus: ꝛ ꝓposuit pplo p̃cepta
atq; iudicia in sichẽ. Scripsit quoq;
oĩa vba hec in volumine legis dñi: et
tulit lapidem pergrandem: posuitq;
eum subter quercũ q̃ erat in sctũario
dñi: et dixit ad oẽȝ pplȝ. En lapis iste
erit vob' in testimoniuȝ ꝙ audierit'
oĩa vba dñi que locut⁹ est vobis: ne
forte postea negare velitis et mẽtiri
dño deo vr̃o. Dimisitq; pplm singu-
los in possessionẽ suam. Et post hec
F mortu⁹ est iosue fili⁹ nun seru⁹ dñi:
centũ et decẽ annorũ: sepelierũtq; eũ
in finib⁹ possessionis sue in thãnath
sare q̃ est sita i mõte ephrai a septẽ-
trionali parte mõtis gaas. Seruiuit-
q; isrl' dño cũctis dieb⁹ iosue et senio-
rũ/q lõgo vixerant tpe post iosue: ꝛ q
nouerãt oĩa opa dñi q̃ fecerat in isrl.
Ossa quoq; ioseph q̃ tulerãt filii isrl'
de egypto/sepelierũt in sichem i par-
13.q.2.ca. hebron. te agri quem emerat Jacob a filiis
emor pr̃is sichẽ cẽtũ nouellis ouibus
et fuit in possessiõe filiorum ioseph.
Eleazar q̃q; fili⁹ aaron mortu⁹ est: et
sepelierũt euȝ in gabaath phinees fi-
lii ei⁹: q̃ data est ei in mõte ephraim.

¶ Explicit liber Josue.

¶ Incipit liber Sophtim: quem nos Judicum appellamus.

¶ C.S. Josue mortuo iudas cõstitu-
tus dux belli cũ quo symeon ascẽdit
cõtra chananeũ: de adonibezech: de
t̃ra tradita caleb. de irriguo duplici
de gẽtib⁹ cũ isrl' sub tributo. Capitm.i.



Ost mortem iosue con- A
suluerunt filii israel do-
minuȝ dicentes. Quis
ascendet ante nos con-
tra chananeum/et erit
dux belli? Dixitq; dñs.
Judas ascendet: ecce tradidi terraȝ
in manu eius. Et ait iudas symeoni
fratri suo. Ascende mecum in sorteȝ
meam: et pugna contra chananeuȝ/
vt et ego pergam tecum in sortẽ tuã.
Et abiit cum eo symeon. Ascenditq;
iudas/et tradidit dñs chananeuȝ ac
pherezeum in manus eorum: et per-
cusserunt in bezech decem milia vi-
rorum. Inueneruntq; adonibezech
in bezech: ꝛ pugnauerunt contra eũ:
ac percusserunt chananeum et phe-
rezeum. Fugit autem adonibezech:
quem persecuti comprehenderunt/
cesis summitatibus manuum eius/
ac pedum. Dixitque Adonibezech.
Septuaginta reges amputatis ma- B
nuum ac pedum summitatibus/colli-
gebant sub mensa mea ciborum reli-
quias: sicut feci/ita reddidit mihi
dominus. Adduxeruntq; eũ in hieru-
salẽ: et ibi mortu⁹ est. Oppugnantes
ergo filii iuda hierlm/ceperunt eaȝ:
et percusserunt in ore gladii: traden-
tes cũctã incẽdio ciuitateȝ. Et postea
descendẽtes pugnauerũt contra cha-
naneum qui habitabat in montanis
et ad meridiẽ in cãpestrib⁹. Pergẽs-
q; iudas cõtra chananeuȝ qui habi-
tabat in hebrõ/cuius nomen fuit an- Jos.15.c.
tiquit⁹ cariatharbe percussit sesai/et
ahiman/ꝛ tholmai: atq; inde ꝓfect⁹
abiit ad habitatores dabir/cui⁹ nomen
vet⁹ erat cariathsepher/id ẽ ciuitas
literarum. Dixitq; caleb. Qui percusse- C
rit cariathsepher et vastauerit eam:
dabo ei axam filiam meam vxorem. 1.pa.2.d.
Cumq; cepisset eam othoniel filius
Cenez frater Caleb minor/dedit ei
axam filiam suam coniugem. Quam
pergẽtem in itinere monuit vir suus

vt peteret a patre suo agruz. Que cũ
suspirasset sedens in asino: dixit ei
Caleb. Quid habes? At illa respõdit.
Da mihi benedictionem: quia terraz
arētē dedisti mihi: da et irriguā aqs.
Dedit ergo ei caleb irriguũ superi⁹:
et irriguũ inferius. Filii autē cinei co
gnati moysi ascenderunt de ciuitate
palmarũ cũ filiis iuda in desertuz sor
tis ei⁹/quod est ad meridiez arad: et
habitauerunt cũ eo. Abiit aũt iudas
D cum symeone fratre suo: et percusse=
runt simul chananeuz qui habitabat
in sephat: et interfecerũt eum. Voca=
tũq est nomen vrbis horma/id est a=
nathema. Cepitque iudas gazan cuz
finibus suis: et ascalonē: atq accarõ
cũ terminis suis. Fuitq dñs cum iu=
da/et mõtana possedit: nec potuit de
lere habitatores vallis: quia falcatis
nu. 14. d. curribus abundabãt. Dederũtq ca=
Jos. 15. g. leb hebron/sicut dixerat Moyses: q
deleuit ex ea tres filios enach. Ie=
buseuz aũt habitatorē hierl'm non de
leuerunt filii beniamin: habitauitq
iebuseus cũ filiis beniamin in hie=
E rusalē vsq in presentem diē. Domus
quoq ioseph ascendit in bethel: fuit
q dñs cuz eis. Nam cũ obsiderent vr
bem/q̃ prius luza vocabatur: viderũt
hoīem egredientem de ciuitate: dixe=
rũtq ad euz. Ostēde nobis introituz
ciuitatis: et faciemus tecum miām.
Qui cuz ostēdisset eis/percusserunt
vrbē in ore gladii: hominē autē illum
et oēm cognationē eius dimiserunt.
Qui dimissus abiit in terrā ethim: et
edificauit ibi ciuitatez: vocauitq eaz
luzam: q̃ ita appellat̃ vsq in presen=
tem diem. Manasses quoq non dele
F uit bethsan/et canath cũ viculis su=
is: et habitatores dor et ieblaā: et ma
geddon cuz viculis suis: cepitq cha=
naneus habitare cuz eis. Postq̃ au=
tē confortatus est israel/fecit eos tri
butarios: et delere noluit. Ephraim
etiā non interfecit chananeũ qui ha=
bitabat in gazer: sed habitauit cũ eo.
Zabulon non deleuit habitatores ce=
thron/et naalon: sed habitauit cha=
naneus in medio eius: factusq est ei
tributarius. Aser quoq non deleuit
habitatores accho: et sidonis/alab/et
achazib/et amma/et aphech: et ro=
ob: habitauitq in medio cananei ha
G bitatoris illius terre: nec iterfecit eũ.
Neptalim quoq non deleuit habita
tores bethsemes/et bethanat/et ha=
bitauitq inter chananeum habitato
rem terre: fueruntq ei bethsemite et
Bethanite tributarii. Artauitque a=
morreus filios dan in monte: nec de=
dit eis locuz/vt ad planiora descēde=
rent: habitauitq in monte hares: qd
interpretat̃ testatio in hailon et sala
bim. Et aggrauata est man⁹ domus
ioseph: factusq est ei tributari⁹. Fuit
autem terminus amorrei ab ascensu
scorpionis petra/et superiora loca.

¶ C. S. Mittitur angelus ad locum
flentium: peccat israel et traditur ho
stibus et penitet et liberatur. Cap. ii.

1 A Scenditq angelus dñi de gal= II
galis ad locum flentium: et ait.
Eduxi vos de egypto: et introduxi in
terram p qua iuraui pr̃ibus vestris Ge. 22. d.
et pollicitus sum vt nõ facerē irritũ exo. 33. a.
pactũ meũ vobiscũ in sempiternum:
ita dũtaxat vt non feriretis fedus cũ
habitatorib⁹ terre huius: et aras eo=
rum subuerteretis: et noluistis audi=
re vocez meā: cur hoc fecistis? Quaz
ob rem nolui delere eos a facie vr̃a/
vt habeatis hostes: et dii eorũ sint vo=
bis in ruinam. Cumq loqueret̃ ange 4
lus dñi hec verba ad oēs filios isrl':
eleuauerunt vocē suā: et fleuerunt. Et Jos. 7. d.
vocatũ est nomē loci illi⁹/loc⁹ flētiuz 5
siue lachrymarũ: immolauerũtq ibi
hostias dño. Dimisit ergo iosue popu
lum: et abierunt filii israel vnusq̃sq Jos. 24.
in possessionem suā/vt obtinerēt eā: g.
seruierũtq dño cũctis diebus eius: et
seniorũ qui longo post eũ vixerũt tē=
pore: et nouerãt oīa opera dñi q̃ fece=
rat cũ israel. Mortuus est autem io=
sue filius nun/famulus dñi centuz et D
decē annorũ: et sepelierũt eũ in finib⁹
possessionis sue in thamnathsare in
monte ephraim: a septētrionali pla=
ga mõtis gaas. Omnisq illa generatio
congregata est ad pr̃es suos: et surre
xerunt alii/qui non nouerũt dñm: et
opera q̃ fecerat cũ israel. Fecerũtq. J. 3. a. et
filii israel malũ in cõspectu dñi et ser= 4. a. et 6.
uierunt baalim: ac dimiserunt dñz de a.
um patrum suorũ/qui eduxerat eos
de terra egypti et secuti sũt deos alie=
nos/deos quoq pplorũ qui habita=
bãt in circuitu eorũ/et adorauerunt
eos: et ad iracundiaz concitauerunt
dñm/dimittētes eũ/et seruiētes ba= E
al et astaroth. Iratusq dñs contra
israel/tradidit eos in man⁹ diripien
tium: qui ceperũt eos: et vēdiderunt
hostibus qui habitabant per gyrum

nec potuerant resistere aduersariis
suis: sed quocunq̃ pergere voluissent
manꝰ domini super eos erat/ sicut lo
cutus est/ et iurauit eis: ⁊ vehemen=
ter afflicti sunt. Suscitauitq̃ dñs iu=
dices q̃ liberarēt eos de vastantium
manibus: sed nec eos audire volue=
rũt: fornicantes cum diis alienis: et
adorãtes eos. Cito deseruerũt viam
per quã ingressi fuerant patres eorũ
et audiētes mandata dñi oia fecere
contraria. Cũq̃ dominus iudices su=
scitaret/ in diebus eorum flectebatur
D misericordia/ et audiebat afflictorũ
gemitus: et liberabat eos de cede va
stantium. Postq̃ autem mortuus
esset iudex/ reuertebantur: et multo
faciebant maiora quam fecerant pa
tres eorum/ sequentes deos alienos:
seruiētes eis/ et adorãtes illos. Non
dimiserũt adinuentiones suas: et vi=
am durissimã per quã ambulare con=
sueuerant. Iratusq̃ est furor dñi in
israel: et ait. Quia irritum fecit gens
ista pactũ meũ quod pepigerã cum
patribus eorum: ⁊ vocē meam audi=
re contempsit: ⁊ ego non delebo gen=
tes quas dimisit iosue/ et mortuus
est: vt in ipsis experiar israel/ vtrum
custodiant viam dñi/ et ambulent in
ea/ sicut custodierunt patres eorum/
an non. Dimisit ergo dñs oẽs natio=
nes has/ et cito subuertere noluit:
nec tradidit in manus Josue.

¶ C.S. Nominantur gentes derelic=
te ad exercitãdum israel: sed et ipsi
cum eis connubia iungunt: tradun=
tur aũt israelite in manus chusanra
sathaim regis mesopotamie octo an
nis quos liberat othoniel: post hoc
premit eos eglon rex moab decem et
octo annis q̃s liberat aioth: post hũc
sangar filius anath defendit Israel
percutiēs sexcētos vomere. Cap.iii.

A Hee sunt gẽtes quas dominus de=
reliquit/ vt erudiret in eis isra=
elem/ et omnes qui non nouerãt bel=
la chananeorum: et postea discerent
filii eorum certare cum hostibus: et
habere cõsuetudinē preliandi/ quinq̃
satrapas philistinorũ: omnemq̃ cha=
naneum/ et sidoniũ atq̃ eueum: qui
habitabant in monte libano de mon
te baal hermon: vsq̃ ad introitum
emath. Dimisitq̃ eos: vt in ipsis ex=
periretur israelē vtrũ audirēt man=
data dñi que preceperat patribus eo
rum per manũ moysi: an non. Itaq̃
filii israel habitauerũt in medio cha=
nanei/ ⁊ ethei/ ⁊ amorrei/ et pherezei
et euei/ et iebusei: ⁊ duxerũt vxores
filias eorũ: ipsiq̃ filias suas filiis eo=
rum tradiderunt ⁊ seruierũt diis eo=
rum. Feceruntq̃ malũ in conspectu
domini: ⁊ obliti sunt dei sui seruiētes
baalim et ✠ astaroth. Iratusq̃ contra ✠ Hebr. Aseroth.
israel dñs/ tradidit eos in manꝰ chu
san rasathaim regis mesopotamie:
B seruieruntq̃ ei octo annis. Et clama
uerunt ad dñm: qui suscitauit eis sal
uatorē et liberauit eos/ Othoniel vi=
delicet filiũ cenez/ fratrē caleb mino
rem: fuitq̃ in eo spiritꝰ dñi ⁊ iudica=
uit israel. Egressusq̃ est ad pugnã. et
tradidit dñs in manus eius chusan
rasathaim regē syrie/ et oppressit eũ.
Quieuitq̃ terra quadraginta ãnis:
et mortuus est othoniel filius cenez.
Addiderũt aũt filii israel facere ma=
lum in cõspectu dñi/ qui confortauit
aduersum eos eglon regem moab: q2
fecerũt malũ in cõspectu eius. Et co
pulauit ei filios ammon et amalech
abiitq̃ ⁊ percussit isrl': atq̃ possedit vr=
bem palmarũ. Seruieruntq̃ filii isrl'
eglon regi moab decē et octo annis:
et postea clamauerunt ad dñm. Qui
suscitauit eis saluatorem vocabulo
Aioth filium Gera filii Jemini: qui
vtraq̃ manu pro dextera vtebatur.
Miserũtq̃ filii israel p illũ munera
eglon regi moab. Qui fecit sibi gla=
dium ancipitē habentē in medio ca=
C pulũ longitudinis palme manus: et
accinctus est eo subter sagum in dex
tro femore. Obtulitq̃ munera Eglon
regi moab: erat autem eglon crassus
nimis. Cumq̃ obtulisset ei munera/
prosecutꝰ est socios qui cum eo vene=
rant. ⁊ reuersus de galgalis vbi erãt
idola/ dixit ad regē. Verbũ secretum
habeo ad te o rex. Et ille imperauit
silētium. Egressisq̃ oibꝰ qui circa eũ
erant/ ingressus est aioth ad eũ. sede
bat autē in estiuo cenaculo solus: di=
xitq̃. Verbum dei habeo ad te. Qui
statim surrexit de throno: Extēditq̃
aioth sinistram manũ: ⁊ tulit sicam
de dextro femore suo/ infixitq̃ eã in
ventrem eiꝰ tã valide: vt capulus se=
queret ferrũ in vulnere ac pinguissi=
mo adipe stringeret. Nec eduxit gla
diũ/ sed ita vt percusserat reliqt in cor
pore: statimq̃ p secreta nature alui
stercora proruperũt. Aioth aũt clau=
sis diligentissime ostiis cenaculi/ et

obfirmatis sera/ p posticũ egressus
est. Seruiq; regis ingressi viderũt
clausas fores cenaculi atq; dixerũt.
D Forsitan purgat aluum in estiuo ce=
naculo. Expectantesq; diu donec eru
bescerent/ ⁊ videntes ꝙ nullus aperi=
ret/tulerũt clauẽ: ⁊ aperientes inue=
nerũt dñm suũ in terra iacentẽ mor=
tuũ. Aioth aũt dũ illi turbarẽtur/ ef=
fugit ⁊ ptrãsiit locũ idolorũ vnde re=
uersus fuerat. Uenitq; in Seirath: ⁊
statim insonuit buccina in monte e=
phraim: descenderũtq; cũ eo filii isrl'
ipso in frõte gradiente. Qui dixit ad
eos. Sequimini me: tradidit eñ dñs
inimicos nr̃os moabitas in manus
nr̃as. Descenderũtq; post eũ/ ⁊ occu
pauerũt vada iordanis que trãsmit=
tunt in moab: et nõ dimiserũt transi=
re quemq̃: sed percusserũt moabitas
in tpe illo circiter decẽ milia: oẽs ro=
bustos et fortes viros/ nullus eorum
euadere potuit. Humiliatusq; est mo=
ab i die illo sub manu isrl': et quieuit
terra octoginta ãnis a prelus. Post
hunc fuit samgar filius anath: qui
pcussit de philistum sexcentos viros
vomere: ⁊ ipse quoq; defendit israel.
¶ Ca. S. De debora ꝓphetissa et pu=
gna barach ꝯtra sisaram ducem mi=
litie iabin: sisara a iahel vxore aber=
cinei occiditur. Capitulum. iiii.
A Ddiderũtq; filii israel facere
malũ in ꝯspectu dñi post mor
tẽ aioth: et tradidit illos dñs
in manus iabin regis chanaã qui re=
gnauit in asor: habuitq; ducẽ exerci=
tus sui noĩe sisarã. Ipse autẽ habita=
bat in aroseth gẽtiũ. Clamaueruntq;
B.2.b. et filii israel ad dñm/ nongentos eñ ha
B.3.a. et bebat falcatos currus/ et per viginti
J.6.a. annos vehementer oppresserat eos.
23.q.5. Erat aũt debora ꝓphetes vxor lapi=
remittũt doth/ que iudicabat ppl'z in illo tpe:
.§. cũ er= et sedebat sub palma q̃ noĩe illius vo
go. cabatur: inter rama ⁊ bethel in mon
te ephraim: ascẽdebãtq; ad eam filii
israel in oẽ iudiciũ. Que misit et vo=
cauit Barach filiũ abinoẽ de cedes
neptalim: dixitq; ad eũ. Precepit ti=
bi dñs deus israel. Uade/ descende ⁊
duc exercitum in mõtem thabor: tol=
lesq; tecum decem milia pugnato=
rum de filiis neptalim et de filiis za=
bulon: ego autẽ adducã ad te in loco
torrentis Cison/ sisarem principem
exercitus iabin et currus eius atq;
omnẽ multitudinem: et tradã eos in

manu tua. Dixitq; ad eam barach.
Si venis mecum/ vadam: si nolueris B
venire mecũ/ nõ pergam. Que dixit
ad eum. Ibo quidem tecũ: sed in hac
vice victoria nõ reputabit' tibi: qr in
manu mulieris tradetur sisara. Sur
rexit itaq; debora et perrexit cũ ba=
rach in cedes. Qui accitis zabulon
et neptalim/ ascendit cum decẽ mili=
bus pugnatorũ/ habens deboram in
comitatu suo. Aber aũt cineus reces
serat quõdam a ceteris cineis fratri
bus suis filiis Obab/ cognati moy=
si/ et tetenderat tabernacula vsq; ad
vallem q̃ vocatur Sennim: ⁊ erat iu=
xta cedes. Nunciatumq; est sisare ꝙ
ascẽdisset barach filius abinoem in
montẽ thabor cũ debora: ⁊ congrega
uit nõgentos falcatos currus: ⁊ om=
nem exercitũ de aroseth gentium ad
torrentem Cison. Dixitq; debora ad
barach. Surge/ hec est enim dies in
qua tradidit dñs sisaram in man⁹ tu=
as: en ipse ductor est tuus. Descẽdit C
itaq; barach de monte thabor/ et de=
cem milia pugnatorũ cũ eo. Perter= Ps.82.c.
ruitq; dñs sisaram/ et oẽs curr⁹ eius
vniuersamq; multitudinẽ in ore gla
dii ad cõspectum barach/ ita vt
sisara de curru desiliẽs/ pedibus fu=
geret: ⁊ barach pseq̃retur fugientes
currus/ et exercitum vsq; ad aroseth
gentiũ/ et ois hostiũ multitudo vsq;
ad internecionẽ caderet. Sisara aũt
fugiẽs peruenit ad tentorium iahel
vxoris aber cinei. Erat autẽ pax in=
ter iabin regem asor: ⁊ domũ aber ci
nei. Egressa igit' Jahel in occursum
sisare/ dixit ad eũ. Intra ad me dñe
mi: ne timeas. Qui ingressus taber=
naculũ eius/ et opertus ab ea pallio
dixit ad eã. Da mihi obsecro paulu=
lum aque: quia sitio valde. Que ape=
ruit vtrem lactis ⁊ dedit ei bibere: et
operuit illũ. Dixitq; sisara ad eam.
Sta ante ostiũ tabernaculi/ et cũ ve=
nerit aliquis interrogãs te ⁊ dicens.
Nũquid hic est aliquis? respõdebis.
Nullus est. Tulit itaq; Jahel vxor
Aber clauum tabernaculi assumens D
pariter ⁊ malleum: ⁊ ingressa abscõ=
dite ⁊ cum silentio posuit supra tem=
pus capitis eius clauum: pcussumq;
malleo defixit in cerebrũ vsq; ad ter=
ram: qui soporem morti socians de=
fecit/ et mortuus est. Et ecce barach
sequens sisaram veniebat: egressaq;
Jahel in occursum eius dixit ei. Ue=

ni et ostendã tibi virum quẽ queris.
Qui cum intrasset ad eam vidit sisa-
ram iacentẽ mortuũ: et clauum infi-
xum in tẽpore eius. Humiliauit ergo
de⁹ in die illo iabin regem chanaan
corã filiis israel: q̃ crescebant quoti-
23.q.5.c. die / et forti manu opprimebãt iabin
remittũt regem chanaan / donec delerẽt eum.
.§.cũ er- ¶ C.S. De cantico qd̃ cecinerunt de
go. bora et barach post victoriã. Cap.v.
A Ecineruntq̃ debora et barach
filius abinoem in illo die dicẽ-
tes. Qui spõte obtulistis de is-
rael animas vestras ad periculum
benedicite dño. Audite reges: auri-
bus percipite principes. Ego sum / ego
sum que dño canam: psallã dño deo
israel. Dñe cũ exires de seir / et transi-
res per regiones edom / terra mota
est: celiq̃ ac nubes distillauerunt a-
quis. montes fluxerunt a facie dñi / et
synai a facie dñi dei israel. In dieb⁹
samgar filii anath: in dieb⁹ iahel que-
uerunt semite: et qui ingrediebantur
per eas / ambulauerũt per calles de-
uios. Cessauerunt fortes in israel: et
quieuerunt donec surgeret debora /
surgeret mater in israel. Noua bella
elegit domin⁹: et portas hostium ipse
B subuertit. Clypeus et hasta si appa-
ruerint in quadraginta milibus isrl'.
Cor meũ diligit principes israel: qui
propria volũtate obtulistis vos dis-
crimini benedicite dño. Qui ascẽdi-
tis super nitentes asinos: et sedetis
supra in iudicio / et ambulatis in via
loquimini. Ubi collisi sunt currus / et
hostium suffocatus est exercitus / ibi
narrent iustitie dñi / et clemẽtia i for-
tes isrl'. Tunc descendit ppl's dñi ad
portas: et obtinuit principatũ. Sur-
ge surge debora: surge surge / et loque-
re canticũ. Surge barach: et appre-
hende captiuos tuos filii abinoem
saluate sunt reliq̃e populi. dñs in for-
tibus dimicauit. Ex ephraim dele-
uit eos in Amalech: et post eum ex
Beniamin in populos tuos o ama-
lech. De machir principes descende-
rũt: et de zabulon qui exercitum du-
cerent ad bellandum. Duces Issa-
C char fuere cum Debora / et Barach
vestigia sunt secuti: qui quasi in pre-
ceps ac barathrum se discrimini de-
dit. Diuiso contra se ruben / magna-
nimorum reperta est cõtentio. Qua-
re habitas inter duos terminos: vt
audias sibilos gregum? Diuiso con-
tra se Ruben: magnanimorũ reper-
ta est contentio galaad trans iorda-
nem quiescebat: et dan vacabat naui-
bus. Aser habitabat in litore maris /
et in portubus morabat. Zabulon ve-
ro et neptalim obtulerunt aias suas
morti in regione merome. Venerunt
reges et pugnauerunt. Pugnauerũt
reges Chanaã in tanach: iuxta aq̃s
mageddon: et tamen nihil tulere pre-
dantes. De celo dimicatũ est contra
eos: stelle manentes in ordine et cur-
su suo aduersus sisarã pugnauerũt.
Torrẽs cison traxit cadauera eorũ:
torrens cadumin: torrens cison. Cõ-
culca anima mea robustos. Ungule
equorum ceciderũt fugientib⁹ impe-
tu: et per preceps ruẽtib⁹ fortissimis
hostiũ. Maledicite terre Meroz: di-
xit angelus dñi: maledicite habitato-
ribus eius: quia nõ venerunt ad au-
xilium dñi in adiutoriũ fortissimorũ
eius. Benedicta inter mulieres Ia- D
hel vxor Aber cinei: et benedicatur
in tabernaculo. Aquã petenti lac de-
dit: et in phiala principũ obtulit bu-
tyrum. Sinistram manum misit ad
clauum: et dexteram ad fabrorũ mal-
leos: percussitq̃ Sisaram: querens
in capite vulneri locũ: et tempus va-
lide perforãs. inter pedes eius ruit /
defecit: et mortuus est. Voluebatur
ante pedes eius: et iacebat exanimis
et miserabilis. Per fenestram respi-
ciẽs: vlulabat mater ei⁹: et de cenacu-
lo loq̃bat. Cur morat regredi currus
eius: quare tardauerunt pedes qua-
drigarum illius? Una sapientior ce-
teris vxoribus eius: hec socrui ver-
ba respondit. Forsitan nunc diuidit
spolia: et pulcherrima feminarũ eli-
gitur ei. Vestes diuersorum colorum
Sisare traduntur in predam: et su-
pellex varia ad ornanda colla cõge-
ritur. Sic pereant omnes inimici tui
dñe: qui autem diligũt te: sicut sol in
ortu suo splendet: ita rutilent. Quie-
uitq̃ terra per quadraginta annos.
¶ C.S. Isrl' a madiã opprimit: de ge-
deone et sacrificio ei⁹: de ara baal de-
structa: de signo dato i vellere. Ca.vi. A
F Ecerũt autẽ filii israel malum
in cõspectu domini: qui tradi- S.2.b.et.3
dit illos in manu Madian se- et.4.a.
ptem annis: et oppressi sunt valde ab
eis. Feceruntq̃ sibi antra et spelũcas
in mõtibus. et munitissima ad repu-
gnandum loca. Cũq̃ seuisset Israel:

ascēdebat madian et amalech: cete-
riqꝫ orientalium nationū: et apud eos
figentes tentoria / sicut erant in her-
bis cuncta vastabant vsqꝫ ad introi-
tum gaſe: nihilqꝫ oīno ad vitam perti-
nens relinquebant in israel: nō oues
non boues nō asinos. Ipsi em̄ et vni-
uersi greges eoꝝ veniebant cū taber-
naculis suis: ⁊ ī israel locustarū vni-
uersa cōplebant / innumera multitu-
do hoīm et camelorū quicq̄d tetige-
rant deuastantes. Humiliatusqꝫ est
B israel valde in cōspectu madian. Et
clamauit ad dn̄m postulans auxiliū
cōtra madianitas. Qui misit ad eos
virum prophetam ⁊ locutus est. Hec
dicit dn̄s de⁹ israel. Ego vos feci con
scendere de egypto / et eduxi vos de
domo seruitutis / et liberaui de ma-
nu egyptioꝝ et oīm inimicoꝝ q̄ affli-
gebant vos: eiecīqꝫ eos ad introitum
vestrū: et tradidi vobis terrā eoꝝ et
dixi. Ego dn̄s deus vester / ne timea-
tis deos amorreoꝝ in quoꝝ terra ha
bitatis. Et noluistis audire vocem
meā. Uenit aūt angelus dn̄i et sedit
sub quercu que erat in ephra: ⁊ perti
nebat ad Joas patrem familie Ezri.
Cūqꝫ gedeon filius ei⁹ excuteret atqꝫ
purgaret frumenta in torculari vt
fugeret madian / apparuit ei angel⁹
domini et ait. Dn̄s tecū viroꝝ fortis-
C sime. Dixitqꝫ ei gedeon. Obsecro mi
dn̄e si dn̄s nobiscum est / cur ergo ap-
prehēderūt nos hec omnia? vbi sunt
mirabilia eius que narrauerunt pa-
tres nostri / atqꝫ dixerunt: de egypto
eduxit nos dn̄s? Nunc autē dereliq̄t
nos dn̄s et tradidit in manu madiā.
I.re.12.b. Respexitqꝫ ad eum dn̄s et ait. Uade
in hac fortitudine tua: et liberabis
israel de manu madian: scito ꝙ mise-
rim te. Qui r̄ndens ait. Obsecro mi
domine / in quo liberabo isrl̄? Ecce fa
milia mea infima est in manasse: et
ego minimus in domo patris mei.
Dixitqꝫ ei dn̄s. Ego ero tecū et ꝑcu-
ties madian quasi vnū virū. Et ille.
D Si inueni inquit gratiam corā te / da
mihi signū ꝙ tu sis qui loqueris ad
me. Ne recedas hinc / donec reuer-
tar ad te portans sacrificium ⁊ offe-
rens tibi. Qui respondit. Ego p̄stola
bor aduentū tuū. Ingressus est itaqꝫ
Gedeon et coxit hedum / et de farine
modio azymos panes / carnesqꝫ po-
nēs in canistro: et ius carniū mittēs
in ollam / tulit oīa sub quercu ⁊ obtu-
lit ei. Cui dixit angel⁹ dn̄i. Tolle car-
nes et azymos panes et pone supra
petram illā: et ius desuꝑ funde. Cūqꝫ
fecisset ita / extēdit angelus dn̄i sum-
mitatem virge quā tenebat in manu
et tetigit carnes et panes azymos:
ascenditqꝫ ignis de petra: et carnes
azymosqꝫ panes cōsumpsit: angelus
autē dn̄i euanuit ex oculis eius. Ui- E
densqꝫ gedeon ꝙ esset angelus dn̄i /
ait. Heu me dn̄e de⁹ / q: vidi angelum
dn̄i facie ad faciem. Dixitqꝫ ei dn̄s.
Pax tecum / ne timeas nō morieris.
Edificauit ergo ibi gedeō altare do-
mino: vocauitqꝫ illud / Dn̄i pax / vsqꝫ
in presentē diē. Cūqꝫ adhuc esset in
ephra q̄ est familie ezri / nocte illa di-
xit dn̄s ad eum. Tolle taurū patris
tui et alterū taurū annoꝝ septē: de-
struesqꝫ arā baal que est patris tui:
et nemus qđ circa aram est succide /
et edificabis altare domino deo tuo in
summitate petre hui⁹ / suꝑ quam an-
te sacrificiū posuisti: tollesqꝫ taurum
secūdum ⁊ offeres holocaustū super
struem lignoꝝ q̄ de nemore succide-
ris. Assumptis ergo gedeon decem
viris de seruis suis / fecit sicut prece-
perat ei dn̄s. Timēs autem domum F
patris sui ⁊ hoīes illi⁹ ciuitatis / per
diem noluit facere: sed oīa nocte cō-
pleuit. Cumqꝫ surrexissent viri oppi-
di eius mane / viderunt destructam
aram baal: lucūqꝫ succisum et taurū
alteꝝ impositū super altare qđ tunc
edificatum erat / dixerūtqꝫ ad inuicē.
Quis hoc fecit? Cūqꝫ ꝑquirerent au-
thorē facti / dictū est. Gedeon filius
Joas fecit hec oīa. Et dixerūt ad Jo-
as. Produc filium tuū huc vt moria-
tur: q: destruxit aram baal et succi-
dit nemus. Quib⁹ ille respōdit. Nun
quid vltores estis baal vt pugnetis
pro eo? qui aduersarius est eius / mo-
riatur anteq̄ lux crastina veniat.
Si deus est / vindicet se de eo q̄ suffo
dit aram eius. Ex illo die vocatus est
gedeon hierobaal eo ꝙ dixisset ioas
vlciscat se de eo baal q̄ suffodit aram
eius. Igit oīs madian et amalech et G
orientales ppl'i cōgregati sunt simul:
et transeūtes iordanē / castrametati
sunt in valle iezrael. Sp̄us autē dn̄i
induit gedeon: q̄ clāgēs buccina con
uocauit domum abiezer vt seq̄ret se.
Misitqꝫ nūcios ī vniuersum manas-
sen / q̄ ⁊ ipse secut⁹ est eū: ⁊ alios nun
cios ī aser ⁊ zabulon ⁊ neptalim: qui

occurrerunt ei. Dixitq; Gedeon ad
dñm. Si saluũ facis p manũ meã po-
pulũ Israel sicut locut⁹ es/ponã hoc
vell⁹ lane in area. Si ros in solo velle-
re fuerit ⁊ in oĩ terra siccitas/sciã q
p manũ meã sicut locut⁹ es liberabis
Isrl. Factũq; est ita. Et de nocte ↄsur-
gẽs expresso vellere/conchã rore im-
pleuit. Dixitq; rurs⁹ ad dñm. Ne ira-
scat furor tu⁹ ↄtra me si adhuc semel
tẽtauero/signum querens in vellere.
Oro vt solũ vell⁹ siccũ sit: ⁊ oĩs terra
rore madens. Fecitq; dñs nocte illa
vt postulauerat: ⁊ fuit siccitas in solo
vellere: ⁊ ros in omni terra.

¶ C. S. De pbatione ppli ad aq̃s: de
somnio narrato in castr; madiã: ⁊ la-
genis vacuis cõplosis: de lucernis in
medio lãpadarũ ⁊ turbis: de Oreb et
Zeb interfectis ab Ephraim. Ca.vij.

A Igitur Hierobaal q ⁊ Gedeon de
nocte cõsurgẽs/⁊ oĩs populus
cum eo venit ad fontẽ q vocat
Arad. Erãt autẽ castra madiã in val-
le ad septentrionalẽ plagã collis ex-
celsi. Dixitq; dñs ad Gedeon. Mult⁹
tecũ est popul⁹: nec tradet Madiã in
man⁹ ei⁹/ne gloriet ↄtra me Israel et
dicat. Meis virib⁹ liberat⁹ sum. Lo-
quere ad populũ ⁊ cunct; audiẽtib⁹
I. macha. predica. Qui formidolosus et timi-
3.g. dus est/reuertat. Recesseruntq; de
Deu.20. monte galaad: ⁊ reuersi sunt ex pplo
viginti duo milia virorũ/⁊ tñ decem
B milia remanserunt. Dixitq; dñs ad
Gedeon. Adhuc ppls mult⁹ est. Duc
eos ad aquas/⁊ ibi probabo illos: et
de quo dixero tibi vt tecũ vadat/ipse
pergat: quem ire phibuero/reuertat.
Cũq; descendisset ppls ad aquas: di-
xit dñs ad Gedeon. Qui manu ⁊ lin-
gua lambuerint aquas sicut solẽt ca-
nes lambere/separabis eos seorsum:
q autẽ curuatis genib⁹ biberint/in al-
tera parte erunt. Fuit itaq; numer⁹
eoꝝ q manu ad os proiicientes aquas
lãbuerãt trecẽti viri: oĩs autẽ reliqua
multitudo flexo poplite biberat. Et
ait dñs ad Gedeon. In trecẽt; vir; q
lambuerunt aquas/liberabo vos/et
tradã in manu tua madian: oĩs autẽ
reliqua multitudo reuertat in locum
C suũ. Sumptis itaq; pro numero ciba-
riis ⁊ tubis/omnẽ reliquã multitudi-
nem abire precepit ad tabernacula
sua: ⁊ ipse cũ trecentis viris se certa-
mini dedit. Castra autẽ madiã erant
subter in valle. Eadẽ nocte dixit do-

minus ad eũ. Surge ⁊ descẽde in ca-
stra: quia tradidi eos in manu tua.
Sin autẽ solus ire formidas: descẽdat
tecum Phara puer tuus. Et cum au-
dieris qd loquant/tunc cõfortabun-
tur manus tue: ⁊ securior ad ostium
castra descẽdes. Descẽdit ergo ipse
et Phara puer eius in partẽ castro-
rum vbi erant armatoꝝ vigilie. Ma-
diã autẽ ⁊ Amalech ⁊ omnes oriẽta-
les populi fusi iacebant in valle/vt
locustarum multitudo. Cameli au- D
tem innumerabiles erant sicut are-
na que iacet in littore maris. Cumq;
venisset Gedeon/ narrabat aliquis
somnium proximo suo: ⁊ in hunc mo-
dum referebat quod viderat. Uidi
somniũ et videbat mihi quasi subci-
nericius panis ex hordeo volui/⁊ in
castra madiã descendere. Cumq; p-
uenisset ad tabernaculum/pcussit il-
lud atq; subuertit/et terre funditus
coequauit. Respondit is cui loque-
bat. Nõ est hoc aliud nisi gladi⁹ Ge-
deonis filii Joas viri Israelite: tra-
didit eñ dñs in manus eius Madiã
⁊ oĩa castra eius. Cumq; audisset Ge-
deon somniũ et interpretationẽ ei⁹/
adorauit: et reuersus est ad castra
Israel/⁊ ait. Surgite/tradidit enim E
dñs in manus nostras castra Ma-
dian. Diuisitq; trecentos viros in
tres partes: et dedit tubas in manu-
bus coꝝ: lagenasq; vacuas/ac lampa-
des in medio lagenarũ. Et dixit ad J.9.f.
eos. Qđ me facere videritis: hoc fa-
cite. Ingrediar partẽ castroꝝ: ⁊ qđ
fecero/sectamini. Quando psonue-
rit tuba in manu mea/vos quoq; per
castroꝝ circuitum clangite ⁊ cõcla-
mate dño ⁊ Gedeoni. Ingressusq; est
Gedeon et trecenti viri q erant cum
eo in partem castroꝝ/incipientibus
vigiliis noctis medie/et custodibus
suscitatis/ceperunt buccinis clange-
re ⁊ cõplodere inter se lagenas. Cũq; F
p gyrum castrorum in tribus psona-
stum domini? Uocansqꝫ dauid vnum 2.§.oppo
de pueris suis/ ait. Accedens irrue nitur.
in eum. Qui percussit illum et mor-
tuus est. Et ait ad eum dauid. San-
guis tuus sup caput tuum: os enim
tuum locutum est aduersum te/ di-
cẽs. Ego interfeci christum domini.
Planxit autem dauid planctum hu-
iuscemodi super saul et sup ionathan
filium eius: et precepit vt docerent
filios iuda arcum: sicut scriptum est
in libro iustorũ. Et ait. Considera is-
rael pro his qui mortui sunt super
excelsa tua vulnerati: inclyti israel
super montes tuos interfecti sunt.
Quomodo ceciderunt fortes? Noli D
te annunciare in Geth: neqꝫ annun-
cietis in compitis ascalonis: ne for-
te letentur filie Philistijm: ne exul-
tent filie incircumcisorum. Montes
gelboe nec ros nec pluuia veniant
super vos/ neqꝫ sint agri primitiarũ:
quia ibi abiectus est clypeus fortiũ
clypeus saul quasi non esset vnctus
oleo: a sanguine interfectorũ/ ab adi-
pe fortium. Sagitta ionathe nunꝗ
redijt retrorsum: et gladius saul non
est reuersus inanis. Saul et Jona-
thas amabiles et decori valde in vi-
ta sua/ in morte quoqꝫ non sunt diui-
si: aquilis velociores/ leonib' fortio-
res. Filie israel sup saul flete: qui ve-
stiebat vos coccino in delitijs/ qui
prebebat ornamẽta aurea cultui ve-
stro. Quomodo ceciderunt fortes
in prelio? Jonathas in excelsis tuis
occisus est. Doleo super te frater mi
ionatha decore nimis et amabilis su
per amorem mulierum. Sicut mater
vnicum amat filium suum ita ego te
diligebam. Quomodo ceciderunt ro
busti: et perierunt arma bellica?
¶ C.S. De prima vnctione dauid in
hebron: de nũcio ei' ad viros iabes
galaad: de isboseth: de prelio puero-
rum dauid et puerorũ saul: de morte
asahel: ioab et abisai fratres ꝑsequũ-
tur abner ꝓpter mortem asahel fra-
tris eorum et reuertuntur. Capm.ij.
I Gitur post hec cõsuluit dauid A
dñm dicens. Num ascendã in
vnam de ciuitatibus iuda? Et
ait dñs ad eum. Ascende. Dixitqꝫ da
uid. Quo ascẽdam? Et respondit ei.
In hebron. Ascendit ergo dauid et
due vxores eius achinoem iezraeli

tes/ & Abigail vxor Nabal carmeli: sed
et viros qui erant cũ eo duxit David
singulos cum domo sua: & manserũt
in oppidis Hebron. Veneruntq; viri
1.ma.2.f. Juda: & vnxerũt ibi David/ vt regna-
ret sup domũ Juda. Et nũciatum est
David q viri Jabes galaad sepelis-
1.re.31.d. sent Saul. Misit ergo David nũcios
ad viros Jabes Galaad/ dixitq; ad
eos. Benedicti vos a dño q fecistis
B misericordiam hanc cum dño vestro
Saul & sepelistis eum. Et nunc retri-
buet vobis q̃dem dñs misericordiã et
veritatẽ: sed & ego reddã gratiam: eo
q fecistis verbũ istud. Confortentur
manus vestre et estote filij fortitudi
nis: licet enim mortuus sit dñs vester
Saul: tamẽ me vnxit dom⁹ Juda in
regem sibi. Abner autẽ fili⁹ Ner prin
ceps exercit⁹ Saul/ tulit Isboseth fi-
lium Saul/ & circũduxit cũ p castra:
regẽq; cõstituit sup Galaad et super
gessuri & sup Jezrael & sup Ephraim
& sup Beniamin/ & sup Israel vniuer
j.5.a. sum. Quadraginta annor erat Isbo
C seth filius Saul/ cũ regnare cepisset
super israel: & duob⁹ annis regnauit.
Sola autẽ dom⁹ Juda sequebat Da-
uid. Et fuit numerus dierũ quos cõ-
moratus est David imperans in He
bron sup domũ Juda/ septẽ annor &
sex mẽsium. Egressusq; est Abner fi-
lius Ner/ & pueri Isboseth filij Saul
de castris in gabaon. Porro Joab fi-
lius saruie & pueri dauid egressi sunt
et occurrerũt eis iuxta piscinam Ga-
baon. Et cũ in vnũ conuenissent e re-
gione: sederunt hi in vna parte pisci-
ne: & illi ex altera. Dixitq; Abner ad
Joab. Surgãt pueri & ludant coram
nobis. Et respondit Joab. Surgant.
D Surrexerunt ergo et transierunt nu
mero duodecim de Beniamin ex par
te Isboseth filij saul/ et duodecim de
pueris David. Apprehensoq; vnus-
quisq; capite cõparis sui: defixit gla-
dium in latus contrarii: & ceciderũt
simul. Vocatũq; est nomẽ loci illius
Ager robustorũ in Gabaon. Et ortũ
est bellũ durũ satis in die illa. Fuga-
tusq; est Abner & viri Israel a pueris
dauid. Erãt autẽ ibi tres filij Saruie
Joab & Abisai/ & Asahel. Porro asa-
hel cursor velocissimus fuit quasi vn⁹
de capreis que morantur in syluis.
Persequebat autẽ Asahel Abner/ et
non declinauit ad dexterã neq; ad si-
nistrã omittens persequi Abner. Re

spexit itaq; Abner post tergũ suũ/ et
ait. Tu ne es Asahel? Qui respõdit.
Ego sum. Dixitq; ei Abner. Vade ad E
dexterã siue ad sinistrã: & apprehen-
de vnũ de adolescẽtibus/ et tolle tibi
spolia ei⁹. Noluit autẽ Asahel omit-
tere quin vrgeret eum. Rursumq; lo-
cut⁹ est Abner ad Asahel. Recede/ &
noli me sequi ne forte compellar con
fodere te in terrã: & leuare non pote
ro faciem meam ad Joab fratrẽ tuũ.
Qui audire cõtempsit & noluit decli-
nare. Percussit ergo eũ Abner auer-
sa hasta in inguine/ et transfodit: et F
mortu⁹ est in eodẽ loco. Omnesq; qui
transibant per locum in quo cecide- j.20.d.
rat Asahel et mortuus erat/ subsiste-
bant. Persequẽtib⁹ autẽ Joab & Abi-
sai fugientem Abner/ sol occubuit.
Et venerunt vsq; ad collem aqueduc-
tus/ q est ex aduerso vallis & itine-
ris deserti in Gabaon. Congregatiq;
sunt filij Beniamin ad Abner: & con
globati in vnum cuneum/ steterũt in
summitate tumuli vni⁹. Et exclama-
uit Abner ad Joab/ et ait. Num vsq;
ad internecionem tuus mucro dese-
uiet? An ignoras q periculosa sit de-
speratio? Vsq;quo non dices populo
vt omittat persequi fratres suos? Et
ait Joab. Viuit dñs/ si locutus fuis-
ses mane: recessisset popul⁹ psequẽs G
fratrẽ suũ. Insonuit ergo Joab buc-
cina/ & stetit ois exercitus: nec perse-
cuti sunt vltra Israel: neq; inierũt cer
tamen. Abner autẽ & viri eius abie-
runt per campestria Moab tota no-
cte illa et transierũt iordanem: & lu-
strata omni bethoron/ venerũt ad ca
stra. Porro Joab reuersus omisso j.20.g.
Abner/ congregauit omnẽ populũ: &
defuerunt de pueris David decem &
nouem viri/ excepto Asahele. Serui
autẽ David pcusserũt de Beniamin
et de viris qui erant cum Abner tre-
centos sexaginta/ qui & mortui sunt.
Tulerũtq; Asahel et sepelierũt eum
in sepulchro patris sui in Bethleem.
Et ambulauerũt tota nocte Joab & vi
ri q erant cum eo: & in ipso crepuscu
lo peruenerunt in Hebron.
¶ C.3. De filiis David natis in He-
bron: quomodo Abner irat⁹ cõtra Is-
boseth p cõcubina Respha patr; sui
misit ad David: dauid michol vxorẽ
suam petiit et ad Isboseth misit: illa
autẽ venit ad dauid: & abner dimisso
a David Joab fecit reduci eũ & occi-

dit: david plangit Abner. Ca. iij

A Facta est ergo longa concertatio inter domũ david / et inter domum Saulis. David proficiens et semper seipso robustior: domus autẽ Saul decrescens quotidie. Na-

1.Pa.3.a. tiq; sunt sex filii David in Hebron. Fuitq; primogenitus eius Amnon de Achinoem Jezraelitide: et post eũ Cheleab de Abigail uxore Nabal carmeli. Porro tertius Absalon filius Maacha filie Tholmai regis Gessur. Quartus autẽ Adonias filius Aggith. Et quintus Saphatia filius Abital. Sextus quoq; Jethraã de Egla uxore David. Hi nati sunt David in Hebron. Cũ ergo esset preliũ inter domũ Saul et domũ david: Abner filius Ner regebat domũ Saul. Fuerat autem Sauli concubina nomine Respha filia Achia. Ingressusq; est ad eã Abner.

B Dixitq; Isboseth ad Abner. Quare ingressus es ad cõcubinã patris mei? Qui iratus nimis propter verba Isboseth / ait. Nunquid caput canis ego sum adversum Judam hodie / qui fecerim misericordiã sup domũ Saul patris tui / et super fratres et proximos eius: et non tradidi te in manus David: et tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie? Hec faciat deus Abner et hec addat ei: nisi quomodo iuravit dñs David / sic faciam cum eo: ut transferatur regnum de domo Saul / et elevetur thronus David super Israel et super Judam / a Dan usq; Bersabee. Et non potuit respondere ei quicq;: quia metuebat illum. Misit ergo Abner nuncios ad David in Hebron pro se dicẽtes. Cuius est terra? Et ut loquerentur. Fac mecum amicitias: et erit manus mea tecũ et reducã ad te universum Israel. Qui ait. Optime / ego faciã tecum amicitias: sed unam rem peto a te / dicens. Nõ videbis faciẽ meã antequã adduxeris mihi Michol filiã Saul: et sic venies et videbis me. Misit autẽ david nũcios ad Isboseth filiũ Saul dicẽs.

C

1.re.18.g. Redde uxorem meam Michol quam despondi mihi centũ preputiis Philistiim. Misit ergo Isboseth / et tulit eam a viro suo Phaltiel filio Lais. Sequebaturq; eam vir suus plorans usq; bahurim. Et dixit ad eum Abner. Vade et revertere. Qui reversus est. Sermonẽ quoq; intulit Abner ad seniores Israel / dicens. Tam heri quã nudiustertius querebatis David ut regnaret super vos. Nunc ergo facite: quoniã dominus locutus est ad David dicẽs. In manu servi mei David salvabo populũ meum Israel de manu Philistiim et oim inimicorum eius. Locutus est autẽ Abner etiam ad Beniamin. Et abiit ut loqueretur ad David in Hebron oia que placuerant Israeli et universo Beniamin: venitq; ad David in Hebron cũ viginti viris. Et fecit David Abner et viris eius qui venerant cum eo convivium. Et dixit Abner ad David. Surgã ut congregem ad te dñm meum regem omnẽ Israel / et ineam tecũ fedus: et imperes omnibus sicut desiderat anima tua. Cũ ergo deduxisset David Abner et ille isset in pace / statim pueri David et Joab venerũt cesis latronibus cum preda magna nimis. Abner autẽ nõ erat cũ david in hebron: quia iam dimiserat eum / et profectus fuerat in pace: et Joab et ois exercitus qui erant cum eo / postea venerant. Nunciatũ est itaq; Joab a narrantibus. Venit Abner filius Ner ad regẽ: et dimisit eum et abiit in pace. Et ingressus est Joab ad regẽ et ait. Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te: quare dimisisti eum et abiit et recessit? Ignoras Abner filiũ Ner quoniam ad hoc venit ad te ut deciperet te et sciret exitum tuum et introitum tuum: et nosset oia que agis? Egressus itaq; Joab a David / misit nũcios post Abner: et reduxit eum a cisterna sira / ignorante David. Cumq; redisset Abner in Hebron seorsum: adduxit eum Joab ad mediũ porte ut loqueretur ei in dolo: et percussit illum ibi in inguine: et mortuus est in ultionem sanguinis Asahel fratris eius. Quod cum audisset David rem iam gestã / ait. Mũdus ego sum et regnũ meum apud deum usq; in sempiternum a sanguine Abner filii Ner: et veniat sup caput Joab / et sup omnẽ domum patris eius: nec deficiat de domo Joab fluxum seminis sustinens / et leprosus / et tenens fusum / et cadens gladio et indigens pane. Igitur Joab et Abisai frater eius interfecerunt Abner eo quod occidisset Asahel fratrẽ eorum in Gabaon in prelio. Dixit autẽ David ad Joab et ad omnẽ populum qui erat cum eo. Scindite vestimenta vestra et accingimini saccis / et plã-

Marginalia, right column: D; E; Dañ.13.e / Act.20.f.; 3.Re.2.a; F; 3.1.b.c.F. / 13.f.

gite ante exequias abner. Porro rex
Dauid sequebatur feretrum. Cumq́
sepelissent Abner in hebron/leuauit
rex Dauid vocem suam ꝛ fleuit sup tu-
mulum Abner. Fleuit autē ꝛ oīs po-
pulus. Plangensq́ rex ꝛ lugens Ab-
ner/ait. Nequaq̄ vt mori solēt igna-
B uí mortuus est Abner. Manus tue li-
gate non sunt: et pedes tui non sunt
compedibus aggrauati: sed sicut so-
lent cadere coram filiis iniquitatis
sic corruisti. Congeminansq́ oīs po-
J.eodem. pulus fleuit sup eum. Cumq́ venisset
vniuersa multitudo cibum capere
cum Dauid/clara adhuc die iurauit
Dauid dicens. Hec faciat mihi deus
ꝛ hec addat/si ante occasum solis gu-
stauero panem vel aliud quicq̄. Om-
nisq́ populus audiuit/et placuerunt
eis cuncta que fecit rex in conspectu
toti⁹ populi. Et cognouit omne vulg⁹
ꝛ vniuersus Israel in die illa quoniā
non actum fuisset a rege vt occidere-
tur Abner fili⁹ Ner. Dixit quoq́ rex
ad seruos suos. Num ignoratis quo-
niam princeps et maximus cecidit
hodie in Israel? Ego autem adhuc
delicatus sum et vnctus rex. Porro
viri isti filij Saruie duri sunt mihi.
Retribuat dominus facienti malum
iuxta maliciam suam.

¶C.S. De Rechab ꝛ Baana q̄ occi-
derunt Isboseth: ꝛ ipsi a pueris Da-
uid occisi sunt in vlcionē. Ca.iiij.

A AUdiuit autem Isboseth filius
Saul ꝙ cecidisset Abner in He
bron/ꝛ dissolute sunt man⁹ ei⁹: oīsq́
Israel perturbatus est. Duo autem
viri principes latronum erant filio
Saul/nomen vni Baana/ꝛ nomē al-
teri Rechab filij Remmon berothite
de filijs Beniamin. Siquidem ꝛ Be-
roth reputata est in Beniamin. Et fu-
gerunt Berothite in gethaim fuerūt
q́ ibi aduene vsq́ ad tempus illud.
Erat autem Jonathe filio Saul fili⁹
B debilis pedibus. Quinquēnis enim
fuit quādo venit nuncius de Saul et
Jonatha ex Jezrael. Tollēs itaq́ eū
nutrix sua/fugit. Cumq́ festinaret
vt fugeret: cecidit et claudus effe-
ctus est: habuitq́ vocabulum Miphi
boseth. Uenientes igitur filij Rem-
mon berothite Rechab ꝛ Baana in-
gressi sunt feruente die domum Isbo
seth. Qui dormiebat sup stratū suum
meridie: et ostiaria domus purgans
triticum obdormiuit. Ingressi sunt
autē domum latenter assumētes spi-
cas tritici: ꝛ percusserunt eū in ingui-
ne Rechab ꝛ Baana frater ei⁹/ꝛ fu-
gerunt. Cū autē ingressi fuissent do- C
mum/ille dormiebat sup lectū suum
in conclaui: ꝛ percutiētes interfece-
rūt eum. Sublatoq́ capite eius/abie-
runt per viam deserti tota nocte: ꝛ at
tulerūt caput Isboseth ad Dauid in
Hebron. Dixeruntq́ ad regem. Ecce
caput Isboseth filij Saul inimici tui
qui querebat animā tuā: ꝛ dedit dñs
domino nostro regi vltionē hodie de
Saul ꝛ de semine eius. Respondens
autē Dauid Rechab ꝛ Baana fratri
ei⁹ filijs Remmon berothite/dixit ad
eos. Uiuit dñs q̄ eruit animā meā de D
omni angustia: qm̄ eum qui annun-
ciauerat mihi et dixerat. Mortuus est J.i.b.
est Saul: qui putabat se prospera nū-
ciare/tenui ꝛ occidi eum in Siceleg:
cui oportebat me mercedē dare pro
nuncio: quanto magis nunc cum ho
mines impij interfecerūt virū inno-
xium in domo sua super lectū suum:
non queram sanguinem eius de ma-
nu vestra vt auferam vos de terra?
Precepit itaq́ Dauid pueris suis: ꝛ
interfecerūt eos. Precidentesq́ ma-
nus ꝛ pedes eorū/suspenderunt eos
sup piscinā in Hebron. Caput autem
Isboseth tulerunt ꝛ sepelierūt in se-
pulchro Abner in Hebron.

¶C.S. De secunda vnctione Dauid
super Israel ꝙ abstulit cecos ꝛ clau-
dos quando cepit arcem sion: de Hi-
ram rege qui misit ad Dauid ligna
cedrina ꝛ artifices lignoꝝ ꝛ lapidū:
de filijs natis in hierusalem: ꝛ de bel
lo Dauid in Baalpharasim vbi per-
cussit Philistijm. Cap.v.

ET venerunt vniuerse tribus A
Israel ad Dauid in Hebrō/di I.pa.xi.a.
cētes. Ecce nos os tuum ꝛ ca-
ro tua sumus. Sed et heri et nudiuſ-
terti⁹ cum esset Saul rex sup nos: tu
eras educens ꝛ reducens Israel. Di-
xit autē domin⁹ ad te. Tu pasces po-
pulū meū Israel: ꝛ tu eris dux super
Israel. Uenerūt quoq́ ꝛ seniores Is
rael ad regem in Hebron: et percussit
cum eis rex Dauid fed⁹ in Hebron
coram dño: vnxeruntq́ Dauid in re-
gem super Israel. Filius triginta an-
noꝝ erat Dauid cū regnare cepisset:
et quadraginta annis regnauit. In
hebron regnauit super Judā septem J.2.d.
annis et sex mensibus. In Hierusa-

lem autẽ regnauit triginta tribus an
nis sup omnẽ Israel ⁊ Iudã. Et abiit
rex ⁊ omnes viri q̄ erãt cũ eo in Hie
rusalẽ ad Iebuseũ habitatorẽ terre.
B Dictũq; est Dauid ab eis. Nõ ingre
dieris huc nisi abstuleris cecos ⁊ clau
dos dicentes. Non ingredietur Da
uid huc. Cepit autem Dauid arcem
sion: hec est ciuitas dauid. Proposue
rat enim dauid in die illa premiũ qui
pcussisset Iebuseũ/⁊ tetigisset doma
tũ fistulas et abstulisset cecos ⁊ clau
dos odientes animã dauid. Idcirco
dicit in prouerbio. Cecus et claudus
non intrabunt in templũ. Habitauit
autẽ dauid in arce sion: ⁊ vocauit eã
ciuitatẽ dauid et edificauit p gyrũ a
mello et intrinsecus. Et ingrediebat
proficiẽs atq; succrescẽs: ⁊ dñs deus
1. pa. 14. exercituum erat cum eo. Misit quoq;
Hiram rex tyri nũcios ad dauid/⁊ li
gna cedrina ⁊ artifices lignorum/ar
tificesq; lapidum ad parietes: ⁊ edifi
C cauerũt domum Dauid. Et cognouit
dauid quoniã cõfirmasset eũ dñs re
gẽ sup Israel: ⁊ quoniã exaltasset re
gnũ ei⁹ sup populũ suũ Isrl. Accepit
ergo Dauid adhuc cõcubinas ⁊ vxo
res de Hierusalem postq̃ venerat de
Hebron. Natiq; sunt dauid ⁊ alii filii
et filie: et hec nõia eorũ qui nati sunt
ei in Hierusalẽ: Samua/⁊ Sobab/et
Nathã/⁊ Salomõ/⁊ Ibaar/⁊ Heli
sua/⁊ Nepheg/⁊ Iaphia/⁊ Helisa
ma/⁊ Helida/⁊ Helipheleth. Audie
rũt ergo philistiim q̄ vnxissent dauid
in regẽ sup Isrl: ⁊ ascẽderũt vniuersi
vt quererẽt dauid. Q̄d cũ audisset da
uid descendit in presidiũ. Philistiim
D autẽ venientes: diffusi sunt in valle ra
phaim. Et cõsuluit dauid dñm dicẽs.
Si ascendã ad philistiim: ⁊ si dabis
eos in manu mea? Et dixit dñs ad da
uid. Ascẽde: q2 tradens dabo Phili
stiim in manu tua. Uenit ergo dauid
Esa. 28. f. in baal pharasim: ⁊ percussit eos ibi
⁊ dixit. Diuisit dñs inimicos meos co
rã me sicut diuidunt aque. Propter
ea vocatũ est nomen loci illius baal
pharasim: ⁊ reliquerũt ibi sculptilia
sua que tulit dauid ⁊ viri ei⁹. Et addi
derũt adhuc Philistiim vt ascende
rẽt: ⁊ diffusi sunt ĩ valle raphaim. Cõ
suluit autẽ dauid dñm. Si ascendam
cõtra philisteos: ⁊ tradas eos in ma
nus meas? Qui respõdit. Non ascen
das cõtra eos: sed gyra post tergum
eorũ: ⁊ venies ad eos ex aduerso py
rorũ. Et cum audieris sonitũ clamo
ris gradiẽtis in cacumine pyrorum:
tunc inibis preliũ: q2 tunc egredietur
dominus ante faciem tuam vt percu
tiat castra philistiim. Fecit itaq; da
uid sicut preceperat ei dominus: ⁊ per
cussit Philistiim de Gabaa vsq; dum
venias gezer.

¶ C. S. De reductione arce dñi de do
mo Aminadab: de percussione oze: q̄
dauid noluit dimittere arcã in domũ
suã/sz in domũ obededõ Gethei: quã
postmodũ inde reduxit in ciuitatem
dauid: quõ ludebat coram dño: ⁊ Mi
chol eum despexit. Ca. vi.

Congregauit autẽ rursum dauid A
omnes electos ex Israel trigin 1. pa. 13. b
ta milia. Surrexitq; dauid et abiit: et
vniuersus popul⁹ qui erat cum eo de
viris Iuda vt adducerẽt arcã dei sup
quã inuocatũ est nomẽ dñi exercituũ
sedẽtis in cherubin sup eã. Et impo
suerũt arcã dei sup plaustrũ nouũ: tu
leruntq; eã de domo Aminadab qui
erãt in Gabaa. Oza autẽ ⁊ Haio filii
Aminadab minabãt plaustrũ nouũ.
Cũq; tulissent eam de domo Amina
dab q̄ erat in Gabaa custodiẽs arcã
dei: Haio precedebat arcam dei. Da
uid autẽ ⁊ oẽs Israel ludebãt coram
dño in omnib⁹ lignis fabrefactis: ⁊ ci
tharis/⁊ lyris/⁊ tympanis/⁊ sistris/
⁊ cymbalis. Postq̃ autẽ venerũt ad B
aream Nachor: extendit Oza manũ
ad arcã dei ⁊ tenuit eã: quoniã calci
trabãt boues ⁊ declinauerãt eã. Ira
tusq; est indignatione dñs cõtra Ozã:
⁊ percussit eum super temeritate: qui
mortu⁹ est ibi iuxta arcã dei. Contri
stat⁹ est autẽ dauid eo q̄ percussisset
dñs Ozam: ⁊ vocatum est nomen loci
illius Percussio Oze vsq; in diẽ hãc.
Et extimuit dauid dñm in die illa: di
cens. Quomodo ingredietur ad me
arca dñi? Et noluit diuertere ad se
arcam domini in ciuitatem dauid:
sz diuertit eam in domum Obededõ
Gethei. Et habitauit arca dñi in do
mo Obededom gethei tribus mensi
bus: ⁊ benedixit dñs Obededõ ⁊ om
nem domũ eius. Nũciatumq; est re
gi dauid q̄ bñdixisset dñs Obededõ: C
⁊ oĩa ei⁹ propter arcam dei. (Dixitq;
dauid. Ibo ⁊ reducã arcã cũ benedi Hec parẽ
ctione in domũ meã). Abiit ergo da thesi inclu
uid ⁊ adduxit arcã dei de domo obe sanõ sunt
dedom in ciuitatẽ dauid cum gaudio in heb.
(⁊ erãt cum dauid septẽ chori ⁊ victi 1. pa. 15. b

ma vituli) Cunq̧ transcendissent q̄
portabāt arcā dn̄i sex passus immo-
labāt bouē ꝛ ouē ꝛ arietē: ꝛ dauid (p-
cutiebat in organis armigat( ꝛ) sal-
tabat totis virib⁹ ante dn̄m. Porro
dauid erat accinctus ephod lineo: ꝛ
dauid ꝛ oīs domus israel ducebant
arcā testamēti dn̄i in iubilo ꝛ in clā
gore buccine. Cūq̧ intrasset arca dn̄i
in ciuitatē dauid michol filia saul ꝓ
spiciēs p fenestrā: vidit regē dauid
subsilientē atq̧ saltantē corā dn̄o: et
despexit eū in corde suo. Et introdu-
xerūt arcā dn̄i ꝛ imposuerūt eā in lo
co suo in medio tabernaculi qđ terē-
derat ei dauid. Et obtulit dauid ho-
D locausta ꝛ pacifica corā dn̄o. Cunq̧
cōplesset offerēs holocausta ꝛ paci-
fica benedixit populo in noīe dn̄i ex
ercituū. Et partit⁹ est vniuerse mul-
titudini israel tā viro q̄ mulieri sin-
gulis collyridā panis vnā ꝛ assatu-
rā bubale carnis vnā et similam fri-
xam oleo. Et abiit oīs popul⁹ vnus-
quisq̧ in domuz suā. Reuersusq̧ est
dauid vt benediceret domui sue: et
egressa michol filia saul in occursuz
dauid ait. Quā gloriosus fuit hodie
rex israel discooperiens se ante an-
cillas seruoꝝ suoꝝ ꝛ nudat⁹ est qua-
si si nudet vnus de scurris. Dixitq̧
dauid ad michol. Uiuit dn̄s quia lu-
dā ante dn̄m qui elegit me potius q̄
patrē tuū et q̄ omnē domū ei⁹: ꝛ pre
cepit mihi vt essem dux super omnē
populū dn̄i in israel. Et ludā ꝛ vilior
fiā plus q̄ factus sum: ꝛ ero humilis
in oculis meis ꝛ cū ancillis de qui-
bus locuta es: gloriosior apparebo.
Igitur michol filie saul non est nat⁹
filius vsq̧ in diem mortis sue.

¶ C. S. De dauid volēte edificare do
mū dn̄i: de nathā ꝓpheta q̄ ei rn̄dit:
de vbo q̧ ei dn̄s mandauit q̧ filium
suscitaret q̄ edificaret ei domū: vbi
ꝓmittit xp̄o dauid grās agit. C. vii.

A 1.pa.17.a Factū est aūt cuz sedisset rex in
domo sua: ꝛ dn̄s dedisset ei re-
quiem vndiq̧ ab vniuersis inimicis
suis: dixit ad nathan ꝓphetam. Ui-
des ne q̧ ego habitē in domo cedri
na et arca dei posita sit in medio pel
liū? Dixitq̧ nathan ad regē. Omne
qđ est in corde tuo: vade fac qz dn̄s
tecū est. Factū est aūt in illa nocte:
ꝛ ecce sermo dn̄i ad nathan dicens.
Uade ꝛ loq̄re ad seruuz meū dauid.
Hec dicit dn̄s. Numquid tu edifica-
bis mihi domū ad habitādū? Ne q̧
eñ habitaui in domo ex die illa qua
eduxi filios israel de terra egypti/
vsq̧ in diem hanc: sed ambulabā in
tabernaculo ꝛ in tentorio p cuncta
loca que transiui cum oībus filijs is
rael. Nūquid loquens locutus sum
ad vnā de tribubus israel: cui prece-
pi vt pasceret populū meū israel di-
cens. Quare non edificasti mihi do-
mum cedrinam? Et nunc hec dices B
seruo meo dauid. Hec dicit dn̄s exer
cituū. Ego tuli te de pascuis sequen- 1.re.16.c.
tem greges: vt esses dux sup popu-
lum meū israel: ꝛ fui tecuz in oībus
vbicunq̧ ambulasti: et interfeci vni
uersos inimicos tuos a facie tua: fe
ciq̧ tibi nomē grande iuxta nomen
magnoꝝ qui sunt in terra. Et ponaz
locum pp̄lo meo israel: et plantabo
eum/ ꝛ habitabo cuz eo. Et nō turba- 4.re.8.c.
bitur amplius: nec addent filij iniq̄-
tatis vt affligant euz sicut prius ex
die qua cōstitui iudices sup populū
meū israel. Et requiem dabo tibi ab
oībus inimicis tuis: predicitq̧ tibi
dn̄s q̧ domū faciat tibi dn̄s. Cūq̧ cō
pleti fuerint dies tui / et dormieris
cum patribus tuis/ suscitabo semen
tuum post te qđ egredietur de vtero
tuo / et firmabo regnum eius. Ipse 3.re.5.a.
edificabit domū nomini meo: ꝛ sta- 1.pa.22.c.
biliaz thronū regni eius vsq̧ in sem Heb.1.b.
piternū. Ego ero ei in patrem: ꝛ ipse
erit mihi in filium. Qui si inique ali C
quid gesserit: arguam eum in virga
virorum: ꝛ in plagis filioꝝ hominū.
Misericordiā aūt meā non auferaz
ab eo sicut abstuli a saul/ quē amoui
a facie mea. Et fidelis erit domus Ps.88.a.
tua: ꝛ regnum tuuz vsq̧ in eternum
ante faciem meam: et thronus tuus
erit firmus iugiter. Secundum oīa
verba hec ꝛ iuxta vniuersam visio-
nem istam/ sic locut⁹ est nathan ad
dauid. Ingressus est aūt rex dauid
et sedit coram dn̄o ꝛ dixit. Quis ego Heb.1.b.
sum dn̄e deus: ꝛ que domus mea: qz
adduxisti me hucusq̧? Sed et hoc
parum visum est in cōspectu tuo do
mine de⁹/ nisi loquereris etiam de
domo serui tui in longinquum. Ista
est eñ lex adam dn̄e deus. Quid er-
go addere poterit adhuc dauid vt
loquatur ad te? Tu eñ scis seruum
tuum dn̄e deus. Propter verbū tu-
um ꝛ sm̄ cor tuū fecisti oīa magna-
lia hec / ita vt notum faceres seruo

tuo. Idcirco magnificatus es dñe
deꝰ: qꝛ nõ est similis tui neqꝫ est deꝰ
D extra te in oibus que audiuimus au
ribus nostris. Que est aũt vt popu
lus tuus israel gẽs in terra: propter
quã iuit deus vt redimeret eã sibi in
pplm: ⁊ poneret sibi nomen/faceret
qꝫ eis magnalia ⁊ horribilia sup ter
rã a facie ppli tui quẽ redemisti ti
bi ex egypto gentibus et dijs eorũ?
Firmasti eñ tibi populũ tuũ israel
in populũ sempiternũ: et tu dñe deꝰ
factus es eis in deũ. Nunc ergo dñe
deus verbũ qđ locutus es super ser
uum tuũ ⁊ super domũ eius: suscita
in sempiternũ: et fac sicut locutꝰ es
vt magnificet nomẽ tuũ vsqꝫ in sem
piternũ atqꝫ dicat. Dñs deus exerci
tuum deus super israel. Et domꝰ ser
ui tui dauid erit stabilita corã dño:
quia tu dñe exercituũ deꝰ israel reue
lasti auriculã serui tui dicens. Domũ
edificabo tibi: propterea inuenit ser
uus tuus cor suum vt oraret te ora
tione hac. Nũc ergo dñe deus tu es
deus: ⁊ verba tua erunt vera. Locu
tus es enim ad seruũ tuũ bona hec.
Incipe ergo ⁊ benedic domui serui
tui: vt sit in sempiternum coram te:
quia tu dñe deꝰ locutus es hec: ⁊ be
nedictione tua benedicetur domus
serui tui in sempiternum.
¶ C.S. De victorijs dauid qui tulit
frenũ tributi de philistijm: de Ada
dezer: de tributis gentiũ moab syrie
idumee: de cõgratulatione thou ad
dauid: de officialibꝰ dauid. Cꝑ.viij.
A
1.pa.18.a. FActũ est autẽ post hec pcussit
dauid philistijm et humiliauit
eos: ⁊ tulit dauid frenum tributi de
manu philistijm et pcussit moab: et
mensus est eos funiculo coequans
terre. Mensus est autem duos funi
culos vnum ad occidendum ⁊ vnũ
ad viuificandũ. Factusqꝫ est moab
dauid seruẽs sub tributo. Et pcus
sit dauid adadezer filiũ roob regem
soba qñ profectus est vt dñaret sup
flumẽ euphratẽ. Et captis dauid ex
parte eius mille septingentis equiti
bus ⁊ viginti milibꝰ peditũ: subner
B uauit omnes iugales curruũ. Dere
liquit aũt ex eis centũ currꝰ. Uenit
quoqꝫ syria damasci vt presidiũ fer
ret adadezer regi soba. Et percussit
dauid de syria viginti duo milia vi
rorũ: ⁊ posuit dauid presidiuz in sy
ria damasci factaqꝫ est syria dauid
seruiẽs sub tributo. Seruauitqꝫ do
minus dauid in oibus ad quecunqꝫ
ꝓfectus est. Et tulit dauid arma au
rea q̃ habebant serui adadezer: ⁊ de
tulit ea in hierusalez. Et de bethe et
de beroth ciuitatibꝰ Adadezer tulit
rex dauid es multũ nimis (de quo fe Nõ est in
cit salomon oĩa vasa erea in tẽplo: ⁊ hebreo.
mare eneũ ⁊ colũnas ⁊ altare). Au C
diuit aũt thou rex emath qꝫ pcussis
set dauid oẽ robur adadezer: ⁊ misit
thou iorã filiũ suũ ad regẽ dauid vt
salutaret eũ cõgratulans et gratias
ageret: eo qꝫ expugnasset adadezer
⁊ pcussisset eũ. Hostis quippe erat
thou adadezer et in manu eius erãt
vasa aurea et vasa argentea et vasa
erea: q̃ ⁊ ipsa sanctificauit rex dauid
dño cũ argento ⁊ auro que sanctifi
cauerat de vniuersis gẽtibus quas
subegerat de syria et Moab et filijs
ammon et philistijm ⁊ amalech ⁊ de
manubijs adadezer filij roob regis
soba. Fecit quoqꝫ sibi dauid nomen D
cũ reuerteret capta syria in valle sa
linarũ cesis decẽ ⁊ octo milibꝰ (⁊ in Nõ est in
gebelẽ ad viginti tria milia) ⁊ posuit hebreo.
in idumea custodes: statuitqꝫ presi
dium. Et facta est vniuersa idumea
seruiens dauid: et seruauit dñs da
uid in oibus ad q̃cunqꝫ ꝓfectus est.
Et regnauit Dauid sup oẽm israel.
Faciebat quoqꝫ dauid iudiciũ ⁊ iu
sticiã oĩ populo suo. Ioab aũt filius
saruie erat sup exercitũ. Porro iosa
phat filiꝰ ahilud erat a cõmẽtarijs: ⁊ .3.10.g.
Sadoc filius achitob et achimelech
filius abiathar erant sacerdotes: et
saraias scriba. Banaias aũt filius
ioiade super cerethi et Phelethi. filij
autem dauid sacerdotes erant.
¶ C.S. De syba seruo miphiboseth
de misericordia quã fecit dauid Mi
phiboseth claudo filio ionathe. C.ix.
ET dixit dauid. Putasne est ali A
quis qui remãserit de domo sa
ul: vt faciam cum eo misericordiam
propter ionathan? Erat autez de do
mo saul seruus noie siba. Quem cuz
vocasset rex ad se: dixit ei. Tu ne es
siba? Et ille rñdit. Ego sum seruus
tuus. Et ait rex. Nunquid superest
aliqs de domo saul: vt faciã cũ eo mi
sericordiã dei? Dixitqꝫ siba regi. Su
perest filius ionathe debilis pedibꝰ.
Ubi inquit est? Et siba ad regẽ. Ec B
ce ait i domo est machir filij amihel
in Lodabar. Misit ergo rex dauid ⁊

ralit eū de domo machir filij amihel
de lodabar. Cū autē venisset miphi-
boseth filius ionathe filij saul ad da-
uid corruit in faciē suā et adorauit.
.J.19.a. Dixitq̧ Dauid. Miphiboseth? Qui
respōdit. Adsum seruus tuꝰ. Et ait
ei dauid. Ne timeas quia faciēs fa-
ciā in te misericordiā propter iona-
than patrē tuū: ꝛ restituā tibi omes
agros saul patris tui: et tu comedes
C panē in mensa mea semp. Qui ado-
rans eū dixit. Quis ego sum seruus
tuus quoniā respexisti super canem
mortuū similem mei? Uocauit itaq̧
rex sibā puerū saul / ꝛ dixit ei. Omnia
que cūq̧ fuerāt saul ꝛ vniuersam do-
mū eius dedi filio dn̄i tui. Operare
igit ei terrā tu ꝛ filij tui ꝛ serui tui: ꝛ
inferes filio dn̄i tui cibos vt alatur.
D Miphiboseth autē filius dn̄i tui cō-
edet semp panē super mēsam meā.
Erant autē sibe quindecim filij ꝛ vi-
ginti serui. Dixitq̧ siba ad regē. Si-
cut iussisti dn̄e mi rex seruo tuo: sic
faciet seruus tuus: et Miphiboseth
comedet sup mēsam tuā quasi vnus
de filijs regis. Habebat aūt miphi-
boseth filiū paruulū nomine micha.
Dis vero cognatio domus sibe ser-
uiebat miphiboseth. Porro Miphi-
boseth habitabat in hierusalem: qꝛ
de mensa regis iugiter vescebatur ꝛ
erat claudus vtroq̧ pede.

¶ C.S. De nuncijs dauid quibꝰ rex
ammō fecit radi dimidiam barbā et
vestes vsq̧ ad nares: de pugna ꝛ vi-
ctoria ioab ꝛ abisai fratris ꝯtra am-
mon ꝛ syros: de syris q̄ erāt trās flu-
men conducti ab adadezer admoni-
tis quos postea ꝑcussit dauid. Cꝑ. x.

A Actū est autem post hec vt mo-
1.pa.19.a reretur rex filiorū ammon et
regnauit anon filius eius pro eo.
Dixitq̧ dauid. Faciā misericordiā
cū anon filio naas sicut fecit pater
eius mecū misericordiā. Misit ergo
dauid cōsolās eū ꝑ seruos suos sup
p̄ris interitu. Cū autē venissent ser-
ui dauid in terrā filiorū ammon / di-
xerūt principes filiorū ammon ad
anon dominū suū. Putas ꝙ ꝓpter
honorē patris tui miserit dauid ad
te cōsolatores: et nō ideo vt te inue-
stigaret ꝛ explorarct ciuitatē ꝛ euer-
teret eā: misit dauid seruos suos ad
te. Tulit itaq̧ Anon seruos dauid:
rasitq̧ dimidiā partē barbe eorū / et
precidit vestes eorū medias vsq̧ ad
nares ꝛ dimisit eos. Qd̄ cū nūciatū
esset dauid misit in occursum eorū.
Erant enī viri ꝯfusi turpiter valde.
Et mandauit eis dauid. Manete in B
Hiericho donec crescat barba vr̄a /
et tūc reuertimini. Uidētes aūt filij
Ammō ꝙ iniuriā fecissēt dd̄ miserunt
et ꝯduxerūt mercede syrū roob ꝛ sy-
rū soba viginti milia peditū ꝛ a rege
maacha mille viros et ab istob decē
milia virorū. Qd̄ cū audisset dauid
misit ioab ꝛ oēm exercitū bellatorū.
Egressi sūt ergo filij āmō ꝛ direxerūt
aciē ante ipsum introitū porte. Syrꝰ
aūt soba et roob et Istob ꝛ Maacha
seorsum erāt i cāpo. Uidēs igit ioab
ꝙ ꝑparatū esset aduersum se preliū
ꝛ ex aduerso ꝛ post tergū: elegit sibi
ex oībꝰ electis israel: ꝛ istruxit aciē
ꝯtra syrū: reliquā aūt partē ppl'i tra-
didit abisai fratri suo. Qui direxit
aciē aduersꝰ filios āmō. Et ait ioab.
Si ꝓualuerint aduersū me syri: eris
mihi i adiutoriū: si aūt filij ammon C
ꝓualuerint aduersum te: auxiliabor
tibi. Esto vir fortis et pugnemꝰ pro
ppl'o nr̄o / ꝛ ciuitate dei nr̄i. Dn̄s au-
tē faciet qd̄ bonū est in ꝯspectu suo.
Iniit itaq̧ ioab ꝛ ppl's eiꝰ q̄ erat cū
eo certamē cōtra syros: q̄ statim fu-
gerūt a facie eius. Filij aūt ammon
vidētes qꝛ fugissent syri fugerunt ꝛ
ipsi a facie abisai ꝛ igressi sunt ciui-
tatē. Reuersusq̧ est ioab a filijs am-
mon ꝛ venit hierusalē. Uidētes igit
filij ammō qm̄ syrus expauit: ꝛ qm̄
corruisset corā israel cōgregati sunt
pariter. Misitq̧ adadezer et eduxit
syros qui erāt trans fluuiū: ꝛ addu-
xit eorū exercitum. Sobach aūt ma-
gister militie adadezer erat ꝑnceps
eorum. Quod cum nunciatum esset D
Dauid contraxit omnem israelem:
et transiuit iordanem: venitq̧ in he-
lam. Et direxerunt aciem syri ex ad-
uerso Dauid: et pugnauerūt contra
israel. Fugeruntq̧ syri a facie israel
et occidit Dauid de Syris septingē-
tos currus / et quadraginta milia
equitum ꝛ sobach principem militie
percussit qui statim mortuꝰ est. Ui-
dentes autē vniuersi reges qui erāt
in presidio Adadezer se victos esse
ab israel (expauerūt ꝛ fugerūt quin- Nō est in
quaginta ꝛ octo milia coram israel. hebreo.
Et) fecerunt pacem cum israel ꝛ ser-
uierunt eis: timueruntq̧ Syri auxi-
lium prebere filijs Ammon.

¶ C. Sum. De adulterio dauid cum bethsabee: de liberis ⁊ morte vrie: de nuncio Joab ad dauid / de filio nato bethsabee. Capitulum. xi.

A Factū est aūt vertente anno: eo tēpore quo solent reges ad bella procedere misit dauid Joab ⁊ seruos suos cum eo: ⁊ vniuersum israel et vastauerunt filios Ammon: ⁊ obsederunt Rabbath. Dauid autem remāsit in hierusalē. Dū hec agerētur accidit quadā die vt surgeret dauid de strato suo post meridiē: ⁊ deābularet i solario domus regie: viditq; mulierem se lauantē ex aduerso sup solariū suū. Erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex ⁊ requisiuit q̄ esset mulier. Nunciatūq; est ei q̄ ipsa esset bethsabee filia Heliam vxor vrie ethei. Missis itaq; dauid nūciis tulit eā. Que cū ingressa esset ad illū: dormiuit cū ea. Staticq; sanctificata est ab immūditia sua: ⁊ reuersa est in domū suam cōcepto fe-
B tu. Mittensq; nūciauit dauid: ⁊ ait. Concepi. Misit aūt dauid ad ioab dicēs. Mitte ad me vriā etheū. Misitq; Joab vriā ad dauid. Et venit vrias ad Dauid. Quesiuitq; Dauid q̄ recte ageret ioab ⁊ populus: ⁊ quō administraret bellū. Et dixit dauid ad vriā. Uade in domū tuā: ⁊ laua pedes tuos. Et egressus est vrias de domo regis: secutusq; est eū cibus regius. Dormiuit aūt vrias ante portam domus regis cum aliis seruis dñi sui: ⁊ nō descēdit ad domū suā. Nunciatūq; est dauid a dicētibus. Non iuit vrias in domū suā. Et ait dauid ad vriā. Nūquid nō de via venisti? Quare nō descendisti in domū tuā? Et ait vrias ad dauid. Archa dei ⁊ israel et iuda habitāt in papilionibus: et dominus meus ioab et serui dñi mei super faciē terre manēt: ⁊ ego ingrediar domū meā vt comedā ⁊ bibā et dormiā cū vxore mea? Per salutem tuam: ⁊ per salutē anime tue non faciam rē hāc. Ait ergo dauid ad vriā. Mane hic etiā hodie ⁊ cras dimittā te. Māsit vrias in hierusalē in die il-
C la ⁊ altera: ⁊ vocauit eum dauid: vt comederet corā se et biberet ⁊ inebriauit eū. Qui egressus vespere dormiuit in strato suo cū seruis dñi sui: et in domū suā non descendit. Factum est ergo mane ⁊ scripsit Dauid epistolā ad ioab: misitq; per manū vrie scribens in epistola. Ponite vriā ex aduerso belli vbi fortissimū est prelium: et derelinquite eū vt percussus intereat. Igitur cū ioab obsideret vrbē posuit vriā i loco vbi sciebat viros esse fortissimos. Egressiq; viri de ciuitate bellabant aduersum Joab: ⁊ ceciderūt de populo seruorum dauid: et mortuus est etiā vrias etheus. Misit itaq; ioab ⁊ nūciauit dauid oīa verba prelii: precepitq; nūcio dicēs. Cū cōpleueris vniuersos sermōes belli ad regē: si eū videris indignari ⁊ di-
xerit. Quare accessistis ad murū vt Iud. 9. g.
preliaremini? an ignorabatis q̄ multa desup ex muro tela mittātur? Quis percussit Abimelech filiū hierobaal? Nōne mulier misit sup eū fragmen mole de muro: et interfecit eū in thebes? Quare iuxta murū accessistis? dices. Etiā seruus tuus vrias etheus
occubuit. Abiit ergo nuncius et ve- D
nit ⁊ narrauit dauid omnia q̄ ei preceperat ioab ⁊ dixit nūcius ad dauid. Preualuerūt aduersum nos viri: et egressi sunt ad nos in agrū. Nos autē facto impetu persecuti eos sumus vsq; ad portas ciuitatis: ⁊ direxerūt iacula sagittarii ad seruos tuos ex muro desuper: mortuiq; sunt de seruis regis. Quin etiam seruus tuus vrias etheus mortuus est. Et dixit dauid ad nunciū. Hec dices Joab. Nō te frangat ista res: varius enī euentus est belli: ⁊ nūc hūc ⁊ nūc illū cōsumit gladius. Conforta bellatores tuos aduersus vrbē vt destruas eam et exhortare eos. Audiuit autē vxor vrie q̄ mortuus esset Urias vir suus et planxit eū. Trāsactoq; luctu misit dauid et introduxit eā in domū suā: et facta est ei vxor peperitq; ei filiū. Et displicuit verbum hoc quod fecerat dauid coram domino.

¶ C. S. De parabola nathan ad dauid: de oue paupis: de puero dauid: de morte paruuli filii / de natiuitate salomonis qui vocatus est amabilis dño / de captione Rabbath / et de victoria dauid in ea. Capitulum. xii.

Misit ergo dñs nathan ad dauid. Qui cū venisset ad eū: A
dixit ei. Respōde mihi iudicium. Duo viri erāt in ciuitate vna: vnus diues et alter pauper. Diues habebat oues / et boues plurimos valde: pauper aūt nihil habebat omnino preter ouē vnā paruulā quā emerat

rat et nutrierat: que creuerat apud
eum cum filijs eius/simul de pane il
lius comedens/et de calice eius bibens/
et in sinu illius dormiens: eratqꝫ illi
sicut filia. Cũ autẽ peregrinus quidam
venisset ad diuitẽ/parcens ille sume-
re de ouibus/et de bobus suis/vt exhi-
beret conuiuiũ peregrino illi qui ve-
nerat ad se: tulit ouẽ viri pauperis/et
preparauit cibos homini illi qui vene-
B rat ad se. Iratus autẽ indignatione
dauid aduersus hominẽ illũ nimis
dixit ad nathan. Uiuit dñs: quoniam filius
mortis est vir qui fecit hoc. Ouẽ red-
det in quadruplum/eo ꝙ fecerit ver-
bum istud/et nõ pepercerit. Dixit au-
tem nathan ad dauid. Tu es ille vir
qui fecisti hanc rem. Hec dicit domi-
nus deus israel. Ego vnxi te in regẽ sup
israel: et ego erui te de manu saul: et
dedi tibi domũ dñi tui: et vxores dñi
tui in sinu tuo: dedique tibi domũ isrl' et
iuda: et si parua sunt ista/adijciam
C tibi multo maiora. Quare ergo con-
tẽpsisti verbũ dñi/vt faceres malum
in conspectu meo? Uriam etheũ per-
cussisti gladio: et vxorẽ illius accepi-
sti in vxorẽ tibi: et interfecisti eũ gla-
dio filiorũ ammon. Quã ob rem non
recedet gladius de domo tua vsque in
sempiternum: eo ꝙ despexeris me et
tuleris vxorẽ vrie ethei/vt esset vxor
tua. Itaque hec dicit dñs. Ecce ego su-
scitabo sup te malum de domo tua: et
tollam vxores tuas in oculis tuis/et
dabo ꝓximo tuo: et dormiet cũ vxo-
ribus tuis in oculis solis huius. Tu
enim fecisti abscõdite: ego autẽ faciã
verbũ istud in cõspectu omnis israel:
et in conspectu solis huius. Et dixit da-
D uid ad nathan. Peccaui domino. Di-
ec. 47.b. xitque Nathan ad dauid. Dñs quoque
de pe.dis. transtulit peccatũ tuũ: non morieris.
1.c. voluis Uerumtamen quoniam blasphemare feci-
sent. §. de- sti inimicos nomen dñi propter ver-
nique. et c. bum hoc: filius qui natus est tibi mor-
peccatum te morietur. Et reuersus est nathan in
dauid. domum suam. Percussit quoque domi-
nus paruulum quem pepererat vxor
vrie dauid: et desperatus est. Depre-
catusque est dauid dominũ ꝓ paruulo
et ieiunauit dauid ieiunio: et ingres-
sus seorsum iacuit super terram. Ue-
nerunt autẽ seniores domus eius/co-
gentes eum vt surgeret de terra. Qui
noluit nec comedit cũ eis cibũ. Ac-
cidit autem die septima vt moreretur
infans: timueruntque serui dauid nun-
ciare ei ꝙ mortuus esset paruulus. Di-
xerunt enim. Ecce cum paruulus adhuc A
viueret/loquebamur ad eum/et non
audiebat vocem nostrã: quanto magis si
dixerimus mortuus est puer/se affli-
get? Cum ergo dauid audisset seruos
suos mussitantes: intellexit ꝙ mortuus
esset infantulus. Dixitque ad seruos
suos. Num mortuus est puer? Qui rñ-
derunt ei. Mortuus est. Surrexit ergo
dauid de terra: et lotus vnctusque est. Cũque
mutasset vestẽ/ingressus est domum
dñi: et adorauit/et venit in domũ suã
petiuitque vt ponerent ei panẽ: et com-
edit. Dixerunt autẽ ei serui sui. Quis
est sermo quem fecisti? Propter infan-
tem cum adhuc viueret/ieiunasti et
flebas: mortuo autẽ puero surrexisti
et comedisti panẽ. Qui ait. Propter E
infantẽ dum adhuc viueret/ieiuna-
ui et fleui. Dicebã enim. Quis scit si
forte donet eũ mihi dominus/et viuat
infans? Nunc autem quia mortuus est/
quare ieiunẽ? Nunquid potero reuo-
care eũ amplius? Ego vadam magis
ad eum: ille vero nõ reuertetur ad me.
Et consolatus est dauid bethsabee vxo-
rem suã: ingressusque ad eam/dormiuit
cũ ea. Que genuit filium: et vocauit mat. 1.a.
nomen eius salomon: et dominus dilexit
eũ. Misitque eum in manu nathan pro
phete: et vocauit nomen eius amabi
lis dño: eo ꝙ diligeret eum dñs. Igitur
pugnabat ioab contra rabbath filio-
rum Ammon: et expugnabat vrbem F
regiã. Misitque ioab nuncios ad da- 1. Paral.
uid dicẽs. Dimicaui aduersum rab- 20.a.
bath: et capienda est vrbs aquarum.
Nunc igitur congrega reliquã partem
populi/et obside ciuitatẽ/et cape eã:
ne cum a me vastata fuerit vrbs/no-
mini meo ascribatur victoria. Congre-
gauit itaque dauid oẽm pplm: et pro-
fectus est aduersum rabbath. Cumque
dimicasset: cepit eam. Et tulit diade-
ma regis eorum de capite eius pondo
auri talentũ/habens gemmas precio-
sissimas/et impositũ est sup caput da-
uid. Sed et predã ciuitatis asporta-
uit multam valde: populũ quoque eius
adducens serrauit: et circũegit super
eos ferrata carpenta. Diuisitque cul-
tris: et traduxit in typo laterum. Sic
fecit vniuersis ciuitatibus filiorum
ammon. Et reuersus est dauid: et om-
nis exercitus in hierusalem.

¶ C.S. De incestu ammon cum so-
rore sua thamar: et quomodo absa-

lon occidit eum in conuiuio/ de fuga
Absalon in Gessur/ Dauid cessat per
sequi Absalon. Capitulum. xiij.
A Factum est autẽ post hec/ vt ab-
salon filij dauid sororẽ specio-
sissimã vocabulo thamar ada-
maret amnon filius dauid: et depe-
riret in eã valde: ita vt ꝓpter amorẽ
eius egrotaret: q2 cũ esset virgo/ dif-
ficile ei videbat/ vt quippiã inhone-
ste ageret cum ea. Erat autẽ amnon
amicus noie ionadab filius semmaa
fratris Dauid / vir prudens valde.
Qui dixit ad eũ. Quare sic attenua-
ris macie fili regis per singulos di-
es? Cur non indicas mihi? Dixitq̄ ei
amnon. Thamar sororẽ fratris mei
absalon amo. Cui rñdit ionadab. Cu-
ba sup lectũ tuũ: et languorẽ simula.
Cũq̄ venerit pater tuus vt visitet te/
dic ei. Ueniat oro thamar soror mea
vt det mihi cibũ/ et faciat pulmentũ
et comedam de manu ei⁹. Accubuit
B itaq̄ amnon/ ⁊ quasi egrotare cepit.
Cũq̄ venisset rex ad visitandum eũ/
ait amnon ad regẽ. Ueniat obsecro
thamar soror mea/ vt faciat in ocu-
lis meis duas sorbitiunculas: et ci-
bum paratũ capiam de manu eius.
Misit ergo dauid ad thamar domũ
dicẽs. Ueni in domũ amnon fratris
tui: et fac ei pulmentũ. Uenitq̄ tha-
mar in domũ amnon fratris sui: ille
autẽ iacebat. Que tollẽs farinã com-
miscuit: et liquefaciẽs in oculis eius
coxit sorbitiunculas: tollẽsq̄ qđ coxe-
rat/ effudit et posuit corã eo: et no-
luit comedere. Dixitque amnon. Ei-
cite vniuersos a me. Cumq̄ eiecissent
oẽs: dixit amnon ad thamar. Infer
cibũ in conclaue: vt vescar de manu
tua. Tulit ergo thamar sorbitiuncu-
las quas fecerat/ et intulit ad amnõ
C fratrẽ suũ in cõclaui. Cumq̄ obtulis-
set ei cibũ apprehendit eã/ et ait. Ue-
ni cuba mecũ soror mea. Que rñdit
ei. Noli frat mi/ noli opprimere me
neq̄ eni hoc fas est in israel: noli fa-
cere stultitiã hanc. Ego eni ferre non
potero opprobriũ meũ: et tu eris q̄si
vnus de insipientibus in israel: quin
potius loquere ad regẽ/ et non nega-
bit me tibi. Noluit aũt amnon acq̄e-
scere precib⁹ eius/ sed preualẽs viri-
bus oppressit eam: ⁊ cubauit cum ea.
47. dis. c. Et exosam eam habuit odio magno
hi sicut. nimis: ita vt maius esset odium quo
.§. necesse oderat eam/ amore quo ante dilexe-
rat. Dixitq̄ ei amnon. Surge/ et va-
de. Que rñdit ei. Maius est hoc ma-
lum quod nũc agis aduersum me/ q̄
qđ aň fecisti expellens me. Et noluit
audire eam: sed vocato puero qui mi-
nistrabat ei/ dixit. Eijce hanc a me fo-
ras: et claude ostiũ post eã. Que in- D
duta erat talari tunica. huiuscemodi
enim filie regis virgines vestib⁹ vte-
bant. Eiecit itaq̄ eã minister illi⁹ fo-
ras/ clausitque fores post eam. Que
aspergens cinerẽ capiti suo/ scissa ta-
lari tunica/ impositisq̄ manibus sup
caput suũ ibat ingrediẽs et clamãs.
Dixit autem ei absalon frater suus.
Nunqđ amnon frater tu⁹ concubuit
tecum? Sed nunc soror tace: frater
tuus est. Neq̄ affligas cor tuũ ꝓ hac
re. Mansit itaq̄ thamar cõtabescens
in domo absalon fratris sui. Cum au-
tẽ audisset rex dauid verba hec/ con- nõ est in
tristatus est valde (et noluit cõtrista- hebreo.
re spiritũ amnon filij sui / qm̃ diligebat
eũ: q2 primogenitus erat ei.) Porro
non est locut⁹ absalon ad amnon: nec
malũ/ nec bonũ. Oderat enĩ absalõ
amnon: eo q̄ violasset thamar soro-
rem suã. Factũ est aũt post tempus
biennij/ vt tonderentur oues absalõ E
in baalsor/ que est iuxta ephraim. Et
vocauit absalon oẽs filios regis: ve-
nitq̄ ad regẽ/ et ait ad eũ. Ecce ton-
dentur oues serui tui: veniat oro rex
cũ filijs suis ad seruum suũ. Dixitq̄
rex ad absalon. Noli fili mi/ noli roga-
re vt veniamus omnes / et grauem⁹
te. Cũ aũt cogeret eũ et noluisset ire
bñdixit ei. Et ait absalon ad dauid.
Si non vis venire/ veniat obsecro no-
biscũ saltẽ amnõ frater me⁹. Dixitq̄
ad eum rex. Non est necesse vt vadat
tecum. Coegit itaque absalon eum/ ⁊
dimisit cũ eo amnon/ et vniuersos fi-
lios regis. Fecerat itaq̄ absalon con-
uiuiũ/ quasi cõuiuium regis. Prece-
perat aũt absalõ pueris suis dicens.
Obseruate cũ temulentus fuerit am-
non vino: et dixero vobis / percutite
eũ/ et interficite/ nolite timere. Ego F
eni sum q̄ precipio vobis: roboramini-
ni/ et estote viri fortes. Fecerunt er-
go pueri absalon aduersum amnon/
sicut preceperat eis absalõ. Surgen-
tesq̄ oẽs filij regis ascenderũt singu-
li mulas suas/ et fugerunt. Cũq̄ ad-
huc pergerent in itinere: fama perue-
nit ad dauid: dicens. Percussit absa-
lon oẽs filios regis: et nõ remãsit ex

eis saltem vnus. Surrexit itaq̧ rex dauid/et scidit vestimenta sua/⁊ cecidit sup terrã/et oẽs serui illius q̃ assistebant ei/sciderunt vestimenta sua. Rñdens autẽ ionadab filiꝰ semmaa fratris dauid dixit. Ne estimet dominus meꝰ rex qđ oẽs pueri regis occisi sint. Amnõ solus mortuꝰ est/qm̃ in
B odio absalon erat positus ex die qua oppressit thamar sororeꝫ eius. Nunc ergo ne ponat dñs meus rex sup cor suũ verbũ istud dicens. Oẽs filij regis occisi sunt: qm̃ amnon solus mortuus est. Fugit autem absalon/et eleuauit puer speculator oculos suos: et aspexit: et ecce pplˀs multus veniebat per iter deuiuꝫ ex latere montis. Dixit autẽ ionadab ad regeꝫ. Ecce filij regis adsunt: iuxta verbum serui tui/sic factuꝫ est. Cumq̧ cessasset loq̃ apparuerunt et filij regis. Et intrantes leuauerunt vocẽ suã: et fleuerunt. Sed et rex et oẽs serui eiꝰ fleuerunt ploratu magno nimis. Porro absalon fugiens/abijt ad tholomai filiuꝫ ammiud regẽ gessur. Luxit ergo dauid filiũ suũ amnon multis diebus. Absalõ autẽ cũ fugisset et venisset in gessur: fuit ibi tribꝰ annis: cessauitq̧ rex dauid persequi absalon: eo q̧ consolatus esset super amnon interitu.

¶C.S. De ioab et muliere thecuite ⁊ parabola eius ad dauid. De reuocatione absalon de gessur in hierusalẽ: q̧ faciem regis non vidit tribus annis: de pulchritudine absalon: de põdere capillorum eius ducẽtis siclis: de segete ioab succensa: ioab irat ad regem rogans pro Absalon: vocatur absalon et osculatur a rege. Cap.xiiij.

A Intelligens autẽ ioab filiꝰ saruie/qđ cor regis versum esset ad absalon/misit thecuam/et tulit inde mulierẽ sapientem/dixitq̧ ad eaꝫ. Lugere te simula/et induere veste lugubri: et ne vngaris oleo: vt sis quasi mulier plurimo iam tẽpore lugens mortuũ: et ingredieris ad regem/et loqueris ad eũ sermones huiuscemodi. Posuit autẽ ioab verba in ore eiꝰ. Itaq̧ cũ ingressa fuisset mulier thecuites ad regẽ: cecidit coram eo super terram et adorauit: et dixit.
4.re.6.f. Serua me rex. Et ait ad eam rex: qđ
B cause habes? Que rñdit. Heu mulier vidua ego sum. Mortuus est enim vir meꝰ: et ancille tue erant duo filij: qui rixati sunt aduersum se in agro nullusq̧ erat qui eos prohibere posset/et percussit alter alterũ/et interfecit eum: et ecce consurgẽs vniuersa cognatio aduersuꝫ ancillã tuã/dicit. Trade eũ qui pcussit fratrem suũ/vt occidamus eum pro aĩa fratris sui quẽ interfecit/et deleamus heredẽ: et querunt extinguere scintillam meã q̃ relicta est/vt non supsit viro meo nomen/et reliq̧e sup terrã. Et ait rex ad mulierẽ. Vade in domum tuaꝫ: et C
ego iubebo p te. Dixitq̧ mulier thecuites ad regẽ. In me dñe mi rex sit iniq̃tas/et in domum patris mei: rex autẽ et thronꝰ eiꝰ sit innocens. Et ait rex. Qui cõtradixerit tibi/adduc euꝫ ad me. et vltra nõ addet vt tangat te. Que ait. Recordetur rex dñi dei sui vt nõ multiplicentur pximi sanguinis ad vlciscendũ: et nequaq̃ interficiãt filiũ meũ. Qui ait. Uiuit dñs/q2 non cadet de capillis filij tui sup terram. Dixit ergo mulier. Loquatur ancilla tua ad dñm meũ regẽ verbuꝫ. Et ait. Loquere. Dixitq̧ mulier. Quare cogitasti huiuscemodi rem contra populũ dei/et locutꝰ est rex verbuꝫ istud vt peccet/et nõ reducat eiectũ suum? Oẽs morimur: ⁊ q̃si aq̃ dilabimur in D
terraꝫ/que non reuertũtur. Nec vult Eze.18.f.
deus perire aĩam: sed retractat cogi- et.33.c.
tãs/ne penitꝰ pereat qui abiectꝰ est. Nunc igitur veni/et loquar ad dñm meũ regẽ verbũ hoc presente populo. Et dixit ancilla tua. Loquar ad regem/si quo modo faciat rex verbum ancille sue. Et audiuit rex verba. Ut liberaret ancillaꝫ suã de manu oĩm q̃ volebant de hereditate dñi delere me et filiũ meũ simul. Dicat ergo ancilla tua vt fiat verbuꝫ dñi mei regis si- .f.19.d.
cut sacrificium. Sicut enim angelus domini/sic est dominus meus rex: vt nec benedictione/nec maledictione moueatur. Unde et dominus deus tuus est tecum. Et respondens rex/dixit ad mulierẽ. Ne abscondas a me verbum quod te interrogo. Dixitque 3.11.b.
ei mulier. Loquere domine mi rex. E
Et ait rex. Nunquid manus ioab tecum est in omnibꝰ istis? Respondit mulier/et ait. Per saluteꝫ anime tue domine mi rex/nec ad sinistram nec ad dexteram est ex omnibus his que locutus est dominus meus rex. Seruus eñ tuus ioab: ipse precepit mihi: et ipse posuit in os ancille tue omnia verba hec/vt verterem figuram

sermonis huius: seruus enim tuus
ioab precepit istud. Tu autez dñe mi
rex/sapiens es: sicut habet sapientiã
angel⁹ dei: vt intelligas oia sup ter:
rã. Et ait rex ad ioab. Ecce placatus
feci verbũ tuũ. Uade ergo: et reuoca
puerũ absalon. Cadensq; ioab super
faciẽ suã in terrã/adorauit et benedi
xit regi. Et dixit ioab. Hodie intelle:
xit seruus tuus quia inuenit gratiaz
in oculis tuis dñe mi rex. fecisti enim
sermonẽ dñe mi rex serui tui. Surre:
F xit ergo ioab et abiit in gessur/et ad
duxit absalon in hierusalẽ. Dixit au:
tem rex. Reuertat in domũ suam: et
faciẽ meã non videat. Reuersus est
itaq; absalon in domũ suã: et faciem
regis non vidit. Porro sicut absalon
vir nõ erat pulcher in omni israel: et
decorus nimis: a vestigio pedis vs:
q; ad verticẽ/non erat in eo vlla ma:
cula. Et qñ tondebat capilluz (semel
autez in anno tondebat: q2 grauabat
eũ cesaries) ponderabat capillos ca:
pitis sui ducentis siclis põdere publi
co. Nati sunt autẽ absalon filii tres:
et filia vna noĩe thamar/eleg ãtis for:
me. Mãsitq; absalon in hierl'm duo:
bus annis/z faciem regis nõ vidit.
Misit itaq; ad Joab/vt mitteret euz
dño meo rege sic sit cum salomone: ⁊
sublimius faciat soliū ei⁹ a solio dñi
mei regis dauid. Descēdit ergo Sa-
doc sacerdos ⁊ Nathan propheta ⁊
banaias fili⁹ ioiade ⁊ cerethi ⁊ phe-
leti: ⁊ imposuerūt salomonē sup mu
lā regis dauid: ⁊ adduxerūt eum in
F gion. Sumpsitq; sadoc sacerdos cor
nu olei de tabernaculo: ⁊ vnxit salo-
monem et cecinerūt buccina ⁊ dixit
oīs populus. Uiuat rex salomon. Et
ascēdit vniuersa multitudo post eū:
et populus canētiū tibiis ⁊ letantiū
gaudio magno ⁊ insonuit terra a cla-
more eorū. Audiuit aūt adonias et
oēs qui inuitati fuerant ab eo. Iāq;
conuiuiū finitū erat. Sed ⁊ ioab au-
dita voce tube ait. Quid sibi vult
clamor ciuitatis tumultuantis? Ad
huc illo loquēte: ionathan fili⁹ abia-
thar sacerdotis venit. Cui dixit ado
nias. Ingredere qꝛ vir fortis es ⁊ bo-
na nuncians. Respōditq; ionathan
adonie. Nequaq̃: dñs enī noster rex
dauid regē constituit salomonē: misit-
q; cū eo sadoc sacerdotē ⁊ nathā ꝓ-
phetā ⁊ banaiam filiū ioiade ⁊ cere-
thi ⁊ phelethi: et imposuerūt eū sup
mulā regis: vnxerūtq; eū sadoc sa-
cerdos ⁊ nathan propheta regem in
gion: ⁊ ascenderūt inde letātes et in-
sonuit ciuitas. hec est vox quā audi-
G stis. Sed et salomon sedet sup soliū
regni: ⁊ ingressi serui regis bñdixe-
runt dño nostro regi dauid dicētes.
Amplificet deus nomen salomonis
super nomē tuū: et magnificet thro-
num eius super thronū tuū. Et ado-
rauit rex dauid in lectulo suo: insu-
per ⁊ hec locutus est. Benedict⁹ dñs
deus israel q̃ dedit hodie sedentē in
solio meo: vidētib⁹ oculis meis. Ter
riti sunt ergo ⁊ surrexerūt oēs q̃ in-
uitati fuerāt ab adonia: ⁊ iuit vnus-
quisq; in viam suā. Adonias aūt ti-
mēs salomonē surrexit ⁊ abiit in ta
bernaculū dñi: tenuitq; cornu alta-
ris. Et nūciauerunt salomoni dicen
tes. Ecce adonias timens regē Sa-
lomonē tenet cornu altaris dicens.
Iuret mihi rex salomō hodie ꝙ non
interficiat seruū suū gladio. Dixitq;
salomon. Si fuerit vir bonus / non
cadet nec vnus quidē capillus ei⁹ in
terrā, sin autē malū inuentum fuerit
in eo morietur. Misit ergo salomon et
eduxit eū ab altari / ⁊ ingressus ado-
rauit regē salomonē. Dixitq; ei rex
Salomon. Uade in domum tuam.

¶ C. S. De morte dauid / de manda-
tis ei⁹ ad filiū: de interfectione ado-
nie qꝛ petiit abisac sunamitē: de eie-
ctione abiathar a sacerdotio / de in-
terfectione Ioab ⁊ Semei. Capm. ii.

Appropinquauerūt aūt dies A
dauid vt moreretur: precepitq;
salomoni filio suo dicēs. Ec-
ce ego ingredior viam vniuerse ter-
re. Cōfortare ⁊ esto vir fortis: et ob-
serua vt custodias mandata dñi dei
tui: vt ambules in viis eius / ⁊ custo-
dias ceremonias ei⁹: ⁊ precepta ei⁹:
et iudicia ⁊ testimonia sicut scriptū
est in lege moysi / vt intelligas vni-
uersa que facis / ⁊ quocūq; te verte-
ris: vt confirmet dñs sermones suos
quos locutus est de me dicēs. Si cu-
stodierint filii tui vias meas / ⁊ am-
bulauerint corā me in veritate in oī
corde suo ⁊ in omni aīa sua: nō aufe Iof.23.d.
retur tibi vir de solio isrł. Tu quoq; deu.31.b.
nosti que fecerit mihi ioab fili⁹ sar- 2.re.3.e.
uie / que fecerit duob⁹ principib⁹ ex- 2.Regū.
ercit⁹ israel / Abner filio ner: ⁊ Ama 20.c.
se filio Iether / quos occidit et effu-
dit sanguinē belli in pace: et posuit
cruorē prelii in baltheo suo qui erat
circa lumbos eius: et in calceamēto
suo qđ erat in pedibus eius. Facies B
ergo iuxta sapientiā tuā: ⁊ nō dedu-
ces caniciem ei⁹ pacifice ad inferos. 2.re.19.f.
Sed ⁊ filiis berzellai galaaditis red-
des gratiam / erūtq; comedentes in
mensa tua. Occurrerūt enī mihi qñ
fugiebā a facie absalon fratris tui.
Habes quoq; apud te Semei filium 2.re.16.b.
gera filii iemini de bahurim / q̃ ma-
ledixit mihi maledictione pessima / 2.re.19.c.
quando ibā ad castra. Sed qꝛ descē-
dit mihi in occursum cum trāsirem
iordanem: et iuraui ei ꝑ dñm dicēs.
Non te interficiā gladio: tu noli pa-
ti eum esse innoxiū. Uir aūt sapiēs
es: vt scias q̃ facies ei: deducesq; ca-
nos eius cum sanguine ad inferos. Act.2.c.
Dormiuit igitur dauid cū patribus et.13.c.
suis: ⁊ sepultus est i ciuitate dauid.
Dies aūt quib⁹ regnauit dauid sup C
israel / quadraginta anni sunt. In he-
bron regnauit septem annis: in hie-

1. Paral. rusalē triginta tribus. Salomon au-
29.f. tem sedit super thronū dauid patris
sui: et firmatū est regnū eius nimis.
Et ingressus est adonias filius ag-
gith ad bethsabee matrē salomonis.
Que dixit ei. Pacificus ne est ingres-
sus tuus? Qui rñdit. Pacificus. Ad-
diditq;. Sermo mihi ē ad te. Cui ait.
Loquere. Et ille. Tu (inquit) nosti q̄
meum erat regnum: et me preposue-
rat oīs israel sibi in regē/ sed transla-
tum est regnū: et factum est fratris
mei: a dño enī constitutū est ei. Nūc
ergo petitionē vnā deprecor a te: ne
confundas faciē meā. Que dixit ad
eum. Loquere. Et ille ait. Precor vt
dicas salomoni regi (neq; enī nega-
re tibi quicq̄ potest) vt det mihi abi-
sac sunamitidē vxorē. Et ait bethsa-
bee. Bene ego loquar pro te regi. Ue-
nit ergo bethsabee ad regem salomo-
nē: vt loqueret ei pro adonia. Et sur-
rexit rex in occursum ei9: adorauitq;
eam: et sedit super thronum suū. Po-
situsque est thronus matri regis/ que
D sedit ad dexteram eius. Dixitque ei.
Petitionem vnā paruulam ego de-
precor a te: ne confundas faciē meā.
Et dixit ei rex. Pete mater mea: neq;
enim fas est vt auertā faciem tuam.
Que ait. Detur abisac sunamites ado-
nie fratri tuo vxor. Rñditque rex sa-
lomon: et dixit matri sue. Quare po-
stulas Abisac sunamitidē adonie?
Postula ei et regnū. Ipse est enī fra-
ter meus maior me: et habet abiathar
sacerdotem: et ioab filiū saruie. Iu-
rauit itaq; rex salomon per dñm di-
cens. Hec faciat mihi deus: et hec ad-
dat: quia contra aīam suā locutus est
adonias verbū hoc. Et nunc viuit do-
min9 q̄ firmauit me: et collocauit me
super solium dauid patris mei: et q̄ fe-
cit mihi domū sicut locutus est quia
hodie occidet adonias. Misitq; rex
salomon per manū banaie filij ioia-
de: qui interfecit eū et mortuus est.
Abiathar quoq; sacerdoti dixit rex.
Uade in anathoth ad agrum tuum.
Et quidē vir mortis es: sed hodie te
nō interficiā: q̄ portasti arcam domi-
ni dei corā dauid patre meo: et susti-
nuisti laborē in oībus in quibus la-
E borauit pater meus. Eiecit ergo salo-
1. reg. 2. f. mon abiathar/ vt non esset sacerdos
domini: vt impleretur sermo domini
quē locutus est super domum heli in
silo. Uenit autē nuncius ad salomo-
nem q̄ ioab declinasset post adoniā
et post salomonē nō declinasset. Fu-
git ergo ioab in tabernaculum domi-
ni: et apprehendit cornu altaris. Nū-
ciatumq; est regi salomoni quod fu-
gisset Ioab in tabernaculum domini
et esset iuxta altare. Misitq; salomon
banaiam filium ioiade dicens. Uade
interfice eum. Et venit banaias ad
tabernaculū domini et dixit ei. Hec di-
cit rex. Egredere. Qui ait. Non egre-
diar: sed hic moriar. Renūciauit ba-
naias regi sermonē dicens. Hec lo-
cutus est ioab: et hec rñdit mihi. Di-
xitq; ei rex. Fac sicut locut9 est: et in-
terfice eū et sepeli/ et amouebis san-
guinē innocentē qui effusus est a io-
ab a me et a domo patris mei: et red-
det dñs sanguinem eius super caput
eius: q̄ interfecit duos viros iustos 2. re. 3. g.
melioresq; se: et occidit eos gladio pa- et. 20. c.
tre meo dauid ignorante: abner filiū
ner principem militie israel/ et ama-
sam filium iether principem exerci-
F tus iuda. Et reuertet sanguis illorū
in caput ioab: et in caput seminis ei9
in sempiternū. Dauid autem et semi-
ni eius/ et domui/ et throno illius sit
pax vsq; in eternum a dño. Ascendit
itaq; banaias fili9 ioiade/ et aggres-
sus eū interfecit: sepultusq; est in do-
mo sua in deserto. Et cōstituit rex ba-
naiam filium ioiade pro eo super ex-
ercitū: et sadoc sacerdotē posuit pro
abiathar. Misit quoq; rex/ et vocauit
Semei: dixitq; ei. Edifica tibi domū
in hierusalem: et habita ibi: et non e-
grederis inde huc/ atq; illuc. Qua- 1. re. 9. b.
cūq; autē die egressus fueris et trāsie- .i. 18. d.
ris torrentē cedrō: scito te interficien-
dum: sanguis tuus erit super caput
tuū. Dixitq; semei regi. Bon9 est ser-
mo: sicut locut9 est dñs meus rex/ sic
faciat seruus tuus. Habitauit itaq;
semei in hierusalem diebus multis.
Factū est aūt post annos tres vt fu-
gerēt serui semei ad achis filiū maa-
G cha regē geth. Nunciatūq; est semei
q̄ serui eius issent in geth. Et surre-
xit semei et strauit asinū suū/ iuitq;
ad achis in Geth ad requirendū ser-
uos suos: et adduxit eos de geth. Nū-
ciatum est autē regi Salomoni q̄ is-
set semei in geth de hierusalem et re-
disset. Et mittens vocauit eum: di-
xitq; illi. Nonne testificatus sum ti-
bi per dñm/ et predixi tibi. Quacūq;
die egressus fueris huc et illuc: scito-

te esse moriturum? Et respondisti mi
hi. Bonus sermo quem audiui. Qua
re ergo non custodisti iusiurandum
dñi: et preceptũ quod preceperã tibi?
Dixitq; rex ad semei. Tu nosti om
ne malũ: cuius tibi conscium est cor
tuum quod fecisti dauid patri meo.
Reddidit dñs malitiam tuam in ca
2.re.16. put tuum: ⁊ rex salomon benedictus
et thronus dauid erit stabilis coram
domino vsq; in sempiternum. Iussit
itaq; rex banaie filio ioiade / qui ag
gressus percussit eũ: et mortuus est.
¶ C.3. Salomon ducit filiam Pha
raonis vxorem / de somno et sapien
tia Salomonis / de iudicio duarum
meretricum. Capitulum.iii.
A
1.Pa.1.a. Confirmatũ est igitur regnũ in
manu salomonis: et affinitate
coniũctus est pharaoni regi egypti.
Accepit namq; filiam eius / et addu
xit in ciuitatem Dauid: donec com
pleret edificans domum suam / et do
mum domini: et murũ hierusalẽ per
circuitum. Attamen populus immo
labat in excelsis. Non enim edifica
tum erat templum nomini dñi vsque
in diem illum. Dilexit autem Salo
mon dominũ ambulans in preceptis
dauid patris sui: excepto quod in ex
celsis immolabat / et accendebat thy
miama. Abiit itaque Salomon in ga
baon vt immolaret ibi: illud quippe
erat excelsum maximum. Mille ho
stias in holocaustum obtulit salomõ
super altare illud in gabaon. Appa
ruit autem domin⁹ Salomoni p som
niũ nocte dicens. Postula quod vis
vt dem tibi. Et ait salomon. Tu feci
sti cum seruo tuo Dauid patre meo
miam magnam / sicut ambulauit in
conspectu tuo in veritate et iustitia:
et recto corde tecũ. Custodisti ei mi
sericordiã tuam grandẽ: ⁊ dedisti ei
filium sedentem super thronum eius
sicut est hodie. Et nunc domine deus
tu regnare fecisti seruũ tuum pro da
uid patre meo. Ego autem sum puer
paruulus et ignorans egressum ⁊ in
B troitum meũ: et seruus tuus in me
dio est populi quẽ elegisti populi in
finiti qui numerari et supputari non
potest pre multitudine. Dabis ergo
seruo tuo cor docile: vt populum tuum
iudicare possit / et discernere inter bo
36.dis.ec num et malũ. Quis enim potest iudi
clesiasti care populũ istũ / populũ tuum hũc
c.§.ecce. multũ? Placuit ergo sermo coram

domino / q̃ Salomon postulasset hu
iuscemodi rem. Et dixit dñs salomo
ni. Quia postulasti verbũ hoc: et non
petisti tibi dies multos: nec diuitias
aut aĩas inimicorũ tuorũ: sed postu
lasti tibi sapientiã ad discernendũ
iudiciũ: ecce feci tibi scḋm sermones
tuos: et dedi tibi cor sapiens et intel
ligens: intantũ vt null⁹ ante te simi
lis tui fuerit: nec post te surrecturus
sit. Sed et hec que non postulasti de
di tibi: diuitias scilicet ⁊ gloriam: vt sap.7.b.
nemo fuerit similis tui in regib⁹ cun
ctis retro diebus. Si autẽ ambulaue
ris in vijs meis: et custodieris prece
pta mea et mãdata mea: sicut ambu
lauit pater tuus: longos faciã dies
tuos. Igit̃ euigilauit salomon: et in
tellexit qḋ esset somniũ. Cumq; uenis C
set hierusalẽ: stetit coram arca fede
ris dñi et obtulit holocausta: et fecit
victimas pacificas et grande conui
uium vniuersis famulis suis. Tunc
venerunt due mulieres meretrices
ad regẽ: steteruntq; coram eo: quarũ
vna ait. Obsecro mi dñe / ego et mu
lier hec habitabam⁹ in domo vna: et
peperi apud eã in cubiculo. Tertia
autẽ die postq̃ ego peperi / peperit et
hec. Et eramus simul / nullusq; alius
nobiscũ i domo: exceptis nobis dua
bus. Mortuus est autẽ filius mulie
ris hui⁹ nocte: dormiens quippe op
pressit eũ. Et consurgens intempeste
noctis silentio / tulit filiũ meũ de la
tere meo ancille tue dormiẽtis: ⁊ collo
cauit in sinu suo: suũ aũt filiũ q̃ erat
mortuus / posuit in sinu meo. Cumq;
surrexissem mane vt darem lac filio
meo / apparuit mortuus. Quem dili
gẽtius intuẽs clara luce / deprehẽdi
non esse meũ quem genuerã. Respõ
ditq; altera mulier. Nõ est ita vt di
cis: sed filius tuus mortuus est: me⁹
autem viuit. Econtrario illa dicebat.
Mẽtiris. Filius quippe me⁹ viuit: et D
fili⁹ tuus mortuus est. Atq; in hunc
modũ contẽdebant corã rege. Tunc
rex ait. Hec dicit. Filius meus viuit /
et filius tuus mortuus est. Et ista re
spondit. Non: sed filius tuus mortu⁹
est: meus autẽ viuit. Dixit ergo rex.
Afferte mihi gladium. Cumq; attu de p̄sũp.
lissent gladiũ corã rege. Diuidite in c. afferte.
quit infantem viuũ in duas partes: Luc.7.b.
et date dimidiam partẽ vni / et dimi
diam partẽ alteri. Dixit autẽ mulier
cuius fili⁹ erat viuus ad regẽ (cõmo

ta sunt q̄ppe viscera ei⁹ sup filio suo)
Obsecro dn̄e/date illi infantē viuū:
et nolite interficere eū. Econtrario illa
dicebat. Nec mihi/nec tibi sit: sed di=
uidat. R̄ndit rex/et ait. Date huic in
fantē viuū/et non occidat: hec est ei
mater ei⁹. Audiuit itaq̄ oīs israel iu=
dicium quod iudicasset rex: et timue
runt regem/videntes sapientiaz dei
esse in eo ad faciendum iudicium.
C.S. De p̄ncipib⁹ z p̄fectis salomo
nis: de cibis mense ei⁹: de multiplica
tione eq̄r ei⁹: de parabolis et carmi=
nibus ei⁹ sup lignis a cedro vsq̄ ad
hyssopū q̄ egredit de pariete. Cap.iiii.
A Erat aūt rex salomon regnans
super omnē isrl': et hi principes
quos habebat: azarias filius sadoc
sacerdos: helioreph et ahia filij sisa
scribe: iosaphat filius ahilud a com=
mentarijs: banaias fili⁹ ioiade super
exercitum: sadoch autē et abiathar
sacerdotes: azarias filius nathan su
per eos q̄ assistebant regi: zabud fili⁹
nathan sacerdos amic⁹ regis: et ahi=
sar p̄positus dom⁹: et adonirā filius
abda sup tributa. Habebat autē salo=
mon duodecim p̄fectos sup omnē is=
rael qui p̄bebant annonā regi/et do=
mui ei⁹. Per singulos eniz menses i
anno: singli necessaria ministrabāt.
Et hec nomina eoz: benhur in monte
ephraim: bendecar in macces/et in
B salebim/et in bethsames/et in helō/
et in bethanan: benesed in araboth:
ipsius enim erat soccho/et oīs terra
epher: ben/abinadab: cuius oīs ne=
phaddor/taphet filiā salomonis ha=
bebat vxorem: bana filius ahilud re=
gebat thanach et mageddo/vniuer=
sam bethsan/q̄ est iuxta Sarthana
subter iezrahel: a bethsan vsque abel
meula e regione iecmaam: bengaber
in ramoth galaad/habebat auoth
iair filij manasse in galaad/ipse pre=
erat in oī regione argob/que est i ba=
san sexagita ciuitatib⁹ magnis atq̄
muratis q̄ habebant seras ereas: abi
nadab fili⁹ addo p̄erat in manaim:
achimaas in neptalim: sed z ipse ha
bebat basemath filiā Salomonis in
cōiugio: baana fili⁹ husi in aser/et in
baloth: iosaphat fili⁹ pharue in issa=
char: semei fili⁹ hela i beniamin: ga=
ber fili⁹ suri in terra galaad/et i ter=
ra seon regis amorrei/et og regis ba
san super oīa q̄ erāt in illa terra. Iu=
da et israel innumerabiles/sicut are=
na maris in multitudine comedētes
et bibētes/atq̄ letantes. Salomō au
tē erat in ditione sua/habens oīa re= C Ec.47.c.
gna secuz/a flumine terre philistijm
vsq̄ ad terminū egypti: offerētiū si=
bi munera/et seruientiū ei cūctis die
bus vite ei⁹. Erat autē cibus salomo=
nis p dies singulos triginta cori si=
mile/et sexagita cori farine/decē bo=
ues pingues: et viginti boues pascua=
les: et centū arietes: excepta venatio
ne ceruorū/caprearū/atq̄ bubalorū/
et auium altiliū. Ipse enī obtinebat
oēm regionē que erat trans flumen
quasi a thapsa vsq̄ ad gazam: et cun
ctos reges illarū regionū: z habebat
pacē ex omni parte in circuitu. Habi
tabatque iuda et israel absq̄ timore
vllo: vnusq̄sq̄ sub vite sua/et sub ficu
sua a dan vsq̄ bersabee cunctis die=
bus salomonis. Et habebat salomon
quadraginta milia presepia equorū
curriliū/et duodecī milia equestriuz.
Nutriebantq̄ eos supradicti regis
prefecti: sed et necessaria mēse regis
salomonis cū ingēti cura prebebant
in tēpore suo. Hordeū quoq̄/et pale=
as equorū et iumētoz deferebāt in lo D
cum vbi erat rex/iuxta constitutum
sibi. Dedit quoq̄ de⁹ sapientiā salo= Ec.47.c.
moni/et prudentiaz multā nimis: et
latitudinē cordis quasi arenā que est
in litore maris. Et p̄cedebat sapia sa
lomonis sapientiā oīm orientaliū: et
egyptiorū: z erat sapiētior cūctis hōi
bus: sapiētior ethan/ezrahite/et he=
man/et chalcol: et darda filiis maol:
et erat nōiatus in vniuersis gētib⁹ p
circuitū. Locutus est quoq̄ salomon
tria milia parabolas: et fuerunt car=
mina eius q̄nq̄ milia. Et disputauit
sup lignis a cedro q̄ est in libano vsq̄
ad hyssopum q̄ egredit de pariete: et
disseruit de iumētis et volucrib⁹ et re=
ptilib⁹ et piscib⁹. Et veniebāt de cun=
ctis ppl'is ad audiendā sapientiā sa=
lomonis: et ab vniuersis regibus ter=
re/qui audiebant sapientiā eius.
C.S. Hiram mittit ad Salomonē
seruos suos: Salomon mittit ad hi=
ram regē tyri: ligna petens ad edifi=
candū domū dn̄i: ideo mercedez pro
mittit seruis: leuat sup Hirā incisio=
ne lignorum postulata: cibos domui
sue postulat: de nūero artificū. Cap.v.
MIsit q̄q̄ hirā rex tyri seruos A
suos ad salomonem. Audi= 2.pa.2.a.
uit enim q̄ ipsum vnxissent

regem super israel pro patre eius: quia
amicus fuerat hiram dauid omni tem-
pore. Misit autem salomon ad hiram
dicens. Tu scis voluntatem dauid pa-
tris mei: et quia non poterat edificare
domum nomini domini dei sui propter bel-
la imminentia per circuitum: donec da-
ret dominus eos sub vestigio pedum eius.
de cõse.di. 1.ca.i. Nunc autem requiem dedit deus meus
mihi per circuitum: et non est satan, ne-
que occursus malus. Quam ob rem cogi-
to edificare templum nomini domini
2.re.7.b. dei mei / sicut locutus est dauid patri
1.pa.22.c. meo dicens. Filius tuus quem dabo pro
te super solium tuum: ipse edificabit do-
mum nomini meo. Precipe igitur / vt
B precidant mihi serui tui cedros de li-
bano: et serui mei sint cum seruis tuis:
mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi
quamcumque petieris. Scis enim quo-
modo non est in populo meo vir qui
nouerit ligna cedere / sicut sidonij.
Cum ergo audisset hiram verba salo-
monis: letatus est valde / et ait. Be-
nedictus dominus deus hodie qui de-
dit dauid filium sapientissimum super po-
pulum hunc plurimum. Et misit hiram
ad salomonem dicens. Audiui quecun-
que mandasti mihi. Ego faciam omnem
voluntatem tuam in lignis cedrinis et
C abiegnis. Serui mei deponent ea de
libano ad mare: et ego componam ea in
ratibus in mari: vsque ad locum quem si-
gnificaueris mihi: et applicabo ea ti-
bi: et tu tolles ea. Prebebisque necessa-
ria mihi: vt detur cibus domui mee.
Itaque hiram dabat salomoni ligna
cedrina: et ligna abiegna iuxta omnem
voluntatem eius. Salomon autem prebe-
bat hiram viginti milia coros tritici in
cibum domui eius / et viginti coros
purissimi olei. hec tribuebat salomon
hiram per singulos annos. Dedit quo-
que dominus sapientiam salomoni /
sicut locutus est ei. Et erat pax inter
hiram / et salomonem / et percusserunt
ambo fedus. Elegitque rex salomon
operarios de omni israel: et erat in-
dictio triginta milia virorum. Mit-
tebatque eos in libanum decem milia per
menses singulos vicissim / ita vt duo-
bus mensibus essent in domibus suis.
Et adoniram erat super huiuscemodi
D indictionem. Fueruntque salomoni se-
ptuaginta milia eorum qui onera porta-
bant: et octoginta milia latomorum in
monte: absque prepositis qui preerant sin-
gulis operibus numero trium milium: et

trecentorum precipientium populo: et his qui
faciebant opus. Precepitque rex vt
tollerent lapides grandes: lapides pre-
ciosos in fundamentum templi: et qua-
drarent eos: quos dolauerunt cemen-
tarij salomonis / et cementarij hiram.
Porro biblij preparauerunt ligna et
lapides ad edificandum domum.

¶ C.S. Describit figura templi: et fa-
brica porticus eius: altare oraculi /
cum alijs intus edificatis. Capitulum vi.

Factum est ergo quadringente- A
simo et octogesimo anno egres- 2.pa.3.a.
sionis filiorum israel de terra egypti /
in anno quarto / mense zio (ipse est
mensis secundus) regni salomonis
super israel / edificare cepit domum
domino. Domus autem quam edificabat
rex salomon domino: habebat sexa-
ginta cubitos in longitudine / et vigin-
ti cubitos in latitudine / et triginta cu-
bitos in altitudine. Et porticus erat
ante templum viginti cubitorum longi-
tudinis / iuxta mensuram latitudinis
templi: et habebat decem cubitos latitu-
dinis ante faciem templi. Fecitque in tem-
plo fenestras obliquas. Et edificauit
super parietem templi tabulata per
gyrum in parietibus domus per circuitum
templi et oraculi: et fecit latera in cir-
cuitu. Tabulatum quod subter erat /
quinque cubitos habebat latitudinis
et medium tabulatum sex cubitorum latitu-
dinis / et tertium tabulatum septem ha-
bens cubitos latitudinis. Trabes au-
tem posuit in domo per circuitum fo-
rinsecus: vt non hererent muris tem-
pli. Domus autem cum edificaretur de la-
pidibus dolatis atque perfectis edifi-
cata est: et malleus et securis et om-
ne ferramentum non sunt audita in do- B
mo cum edificaretur. Ostium lateris me-
dij in pariete erat domus dextre: et
per cochleam ascendebant in medium
cenaculum: et a medio in tertium. Et edi-
ficauit domum: et consummauit eam. Te-
xit quoque domum laquearibus cedrinis
et edificauit tabulatum super omnem
domum quinque cubitis altitudinis: et
operuit domum lignis cedrinis. Et fa-
ctus est sermo domini ad salomonem di-
cens. Domus hec quam edificas: si am-
bulaueris in preceptis meis / et iudi-
cia mea feceris / et custodieris omnia
mandata mea gradiens per ea: firma-
bo sermonem meum tibi / quem locutus sum
ad dauid patrem tuum et habitabo in
medio filiorum israel: et non derelinquam

ppl'm meũ israel. Igit edificauit salomon domũ/et consummauit eã. Et edificauit parietes dom⁹ intrinsecus tabulatis cedrinis. A pauimento domus vsq3 ad summitatẽ parietum/ꝛ vsq3 ad laq̃aria/operuit lignis cedrinis intrinsec⁹: et texit pauimẽtũ domus tabulis abiegnis. Edificauitq3 viginti cubitoꝝ ad posterioꝛem partẽ tẽpli tabulata cedrina/a pauimento vsq3 ad supioꝛa: et fecit interioꝛẽ domũ oꝛaculi in sctũ sctoꝝ.

C Porro quadraginta cubitoꝝ erat ipsum tẽplum pꝛe foꝛib⁹ oꝛaculi: et cedro oĩs domus intrinsecus vestiebat: habẽs toꝛnaturas/et iuncturas suas fabre factas/ꝛ celaturas eminentes. Oĩa cedrinis tabulis vestiebãtur: nec oĩno lapis apparere poterat ĩ pariete. Oꝛaculũ aũt in medio dom⁹ in interioꝛi parte fecerat: vt poneret ibi arcã federis dñi. Porro oꝛaculũ habebat viginti cubitos lõgitudinis: ꝛ viginti cubitos latitudinis: et viginti cubitos altitudinis: et operuit illud atq3 vestiuit auro purissimo. Sed et altare vestiuit cedro. Domũ q̃q3 ante oꝛaculũ operuit auro purissimo: et affixit laminas clauis aureis. Nihilq3 erat in tẽplo qd non auro tegeret. Sed et totum altare oꝛaculi texit auro. Et fecit in oꝛaculo duos cherubim de lignis oliuarũ decẽ cubitoꝝ altitudinis. Quinq3 cubitoꝝ ala cherub vna: et q̃nq3 cubitoꝝ ala cherub altera: id est decem cubitos habẽtes a summitate ale vni⁹ vsq3 ad ale alterius summitatẽ. Decẽ quoq3 cubitoꝝ erat cherub scḋs in mensura pari: et opus vnũ erat in duobus cherubim/ id est altitudinẽ habebat vnus cherub decẽ cubitoꝝ: et silr cherub scḋs.

D Posuitq3 cherubĩ in medio tẽpli interioꝛis. Extendebãt autẽ alas suas cherubim: ꝛ tãgebat ala vna parietẽ et ala cherub scḋi tãgebat parietem alterũ: ale autẽ altere ĩ media parte tẽpli seinuicẽ cõtingebãt. Texit q̃q3 cherubĩ auro. Et oẽs parietes tẽpli per circuitũ sculpsit variis celaturis et toꝛno. Et fecit ĩ eis cherubĩ/et palmas/et picturas varias/quasi pminentes de pariete/ꝛ egredientes. Sed et pauimẽtum domus texit auro intrinsec⁹ et extrinsecus. Et in ingressu oꝛaculi fecit duo ostiola de lignis oliuarũ: postesq3 angulorũ q̃nq3: et duo ostia de lignis oliuarũ. Et sculpsit in eis picturam cherubim ꝛ palmarum species ꝛ anaglypha valde pminentia et texit ea auro: et operuit tã cherubim q̃ palmas et cetera auro. Fecitq3 in introitu templi postes de lignis oliuarũ quadrãgulatos et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus: et vtrũq3 ostiũ duplex erat et seinuicem tenẽs aperiebat. Et sculpsit cherubim et palmas et celaturas valde eminẽtes: operuitq3 oĩa laminis aureis ope quadro ad regulam. Et edificauit atriũ interius tribus oꝛdinibus lapidũ politoꝝ et vno oꝛdine lignoꝝ cedri. Anno quarto fundata est domus dñi in mẽse zio. et in anno vndecimo mense bul (ipe est mensis octauus) pfecta est dom⁹ in oĩ opere suo: et in vniuersis vtensilibus suis. Edificauitq3 eam annis septem.

¶ C. 7. De domo salomonis edificata tredecim annis: de domo salt⁹: de domo filie pharaonis: de hirã artifice erario: de duab⁹ colũnis: de mari fusili: de basib⁹ eneis: de luteribus: de vasis templi: de mensa aurea: de candelabris aureis. Capitulum. vii. A

Domum autem suam edificauit salomon tredecim annis: et ad perfectum vsq3 perduxit. Edificauit quoq3 domum saltus libani centum cubitorũ lõgitudinis ꝛ quinquaginta cubitoꝝ latitudinis/ꝛ triginta cubitorũ altitudinis et q̃tuoꝛ deambulatoꝛia īter columnas cedrinas. Ligna quippe cedrina exciderat ĩ colũnas: et tabulatis cedris vestiuit totã camerã q̃ q̃draginta q̃nq3 colũnis sustentabat. Un⁹ aũt oꝛdo habebat colũnas quindecim ꝯtra seinuicẽ positas et e regione se respiciẽtes equali spatio inter colũnas: et super columnas quadrãgulata ligna in cunctis equalia ꝛ porticũ colũnaꝝ fecit quinquaginta cubitoꝝ lõgitudinis et triginta cubitorum latitudinis et alteram porticum in facie maioꝛis porticus: et colũnas et epistilia sup colũnas fecit. Porticũ q̃q3 soliũ in qua tribunal est fecit: et texit lignis cedrinis a pauimẽto vsq3 ad summitatẽ: et domũcula in q̃ sederet ad iudicandũ erat in media porticu simili opere. B Domũ quoq3 fecit filie pharaonis (quam vxoꝛẽ duxerat salomon) tali opere quali ꝛ hanc porticum. Oĩa lapidibus p̃ciosis q̃ ad normã quandã atq3 mẽsurã tã intrinsec⁹ q̃ extrĩsec⁹

ferrati erant a fundamento vsqꝫ ad
summitatẽ parietũ: et intrinsecꝰ vsqꝫ
ad atriũ maius. Fũdamẽta autẽ de
lapidibꝰ preciosis / lapidibꝰ magnis
decẽ siue octo cubitoꝝ: et desup lapi-
des ꝑciosi equalis mẽsure secti erant
similiterqꝫ de cedro. Et atriũ maius ro-
tundũ triũ ordinũ de lapidibꝰ sectis
et vniꝰ ordinis de dolata cedro: nec-
nõ ꝛ in atrio domꝰ dñi interiori: et in
porticu domus. Misit quoqꝫ rex salo-
mon / ꝛ tulit hirã de tyro / filiũ mulie-
ris vidue de tribu neptalim / prẽ ty-
rio / artificẽ erariũ / et plenũ sapiẽtia
et intelligẽtia ꝛ doctrina ad faciẽdũ
omne opus ex ere. Qui cũ venisset
ad regẽ salomonẽ / fecit oẽ opus eiꝰ
et finxit duas colũnas ereas / decẽ et
octo cubitoꝝ altitudinis columnam
vnã / ꝛ linea duodeci cubitoꝝ ambie-
C bat columnam vtrãqꝫ. Duo quoqꝫ ca
pitella fecit / q̃ ponerẽtur sup capita
colũnaꝝ fusilia ex ere quinqꝫ cubito-
rũ altitudinis capitellũ vnũ / et q̃nqꝫ
cubitoꝝ altitudinis capitellũ alterũ
et quasi in modum retis: ꝛ catenarũ
sibiinuicẽ miro ope cõtextaꝝ. Vtrũ-
qꝫ capitellũ colũnarũ / fusile erat. Se-
ptena versuũ retiacula in capitello
vno: et septena retiacula in capitello
altero. Et perfecit columnas / ꝛ duos
ordines per circuitũ retiaculorũ sin-
guloꝝ: vt tegerẽt capitella q̃ erãt sup
summitatẽ malorũ granatorum. Eo-
dẽ modo fecit ꝛ capitello scdo. Capi-
tella aũt q̃ erãt sup capita colũnarũ
quasi opere lilij fabricata erãt in por
ticu / quatuor cubitoꝝ: et rursum alia
capitella i summitate colũnaꝝ desu-
per iuxta mẽsurã colũne ꝯtra retia-
cula. Malorũ granatorũ aũt duceñti
ordines erãt in circuitu capitelli se-
cũdi. Et statuit duas colũnas in por-
ticu tẽpli. Cũqꝫ statuisset colũnã dex-
terã / vocauit eam noĩe iachin. Simi
liter erexit colũnã scdam: et vocauit
D nomẽ eius booz. Et sup capita colũ-
narũ opus in modũ lilij posuit: perfe
ctũqꝫ est opus colũnaꝝ. Fecit quoqꝫ
mare fusile decẽ cubitoꝝ a labio vsqꝫ
ad labiũ rotundũ in circuitu. quinqꝫ
cubitorum altitudo eius: et resticula
triginta cubitorũ cingebat illud per
circuitũ: et sculptura subter labium
circuibat illud decẽ cubitis ambiens
mare. Duo ordines sculpturarum hi
striatarũ erãt fusiles: et stabãt super
duodecim boues / e quibꝰ tres respi-

ciebãt ad aquilonem / et tres ad occi-
dẽtem / et tres ad meridiẽ / et tres ad
oriẽtem: et mare sup eos desup erat:
quorũ posteriora vniuersa intrinsecꝰ
latitabant. Grossitudo autẽ lateris
triũ vnciarũ erat: labiũqꝫ eius quasi
labiũ calicis / et folium repandi lilij.
Duo milia batos capiebat et tria mi-
lia metratas. Et fecit decẽ bases ene
as quatuor cubitorum longitudinis
bases singulas: ꝛ quatuor cubitorum
latitudinis: et triũ cubitorũ altitudi-
nis / et ipsum opus basium interrasile
erat. Et sculpture inter iuncturas / et
inter coronulas et plectas: leones et
boues ꝛ cherubim: et in iuncturis si-
militer desup. Et subter leones et bo E
ues quasi lora ex ere dependentia: et
quatuor rote per bases singulas / et
axes erei: ꝛ per quatuor partes quasi
humeruli subter luterem fusiles con
tra se inuicem respectãtes. Os quoqꝫ
luteris intrinsecꝰ erat in capitis sum-
mitate: ꝛ quod forinsecꝰ apparebat /
vniꝰ cubiti erat totũ rotũdum: pari-
terqꝫ habebat vnum cubitũ ꝛ dimidi-
um. In angulis autẽ colũnarũ varie
celature erãt: et media intercolũnia
quadrata nõ rotunda. Quatuor q̃qꝫ
rote / que per quatuor angulos basis
erant / coherebant sibi subter basim.
Una rota habebat altitudinis cubi-
tum ꝛ semis. Tales autẽ rote erant /
quales solent in curru fieri. Et axes
earum / et radij / ꝛ canthi / et modioli:
oĩa fusilia. Nã et humeruli illi q̃tuor
per singulos angulos basis vniũs: ex
ipsa basi fusiles / et coniuncti erant.
In summitate aũt basis erat q̃dã ro-
tunditas vnius et dimidij cubiti ita
fabrefacta: vt luter desup posset im-
poni / habens celaturas suas / variasqꝫ
qꝫ sculpturas ex semetipsa. Sculpsit
quoqꝫ in tabulatis illis q̃ erãt ex ere
et in angulis cherubim / et leones / et
palmas / quasi i similitudinẽ hoĩs stan-
tis: vt non celata: sed apposita p cir-
cuitũ viderent. In hũc modum fecit
decem bases: fusura vna: et mensura
sculpturaqꝫ cõsimili. Fecit quoqꝫ de- F
cem luteres eneos. Quadraginta ba
tos capiebat luter vnus / eratqꝫ q̃tuor
cubitoꝝ. Singulos q̃qꝫ luteres p sin-
gulas / id est decẽ bases posuit: ꝛ con
stituit decẽ bases: quinqꝫ ad dexterã
partẽ tẽpli: et q̃nqꝫ ad sinistrã. Mare
autem posuit ad dexterã partẽ tem-
pli contra oriẽtẽ ad meridiem. Fe-

cit ergo hiram lebetes et scutras / et
amulas: et perfecit omne opus regis salo-
monis in templo domini. Columnas duas:
et funiculos capitellorum super capitel-
la columnarum duos et retiacula duo
ut operirent duos funiculos qui erant
super capita columnarum: et mala gra-
nata quadringenta in duobus retia-
culis. Duos versus malorum grana-
torum in retiaculis singulis ad operien-
dos funiculos capitellorum qui erant
super capita columnarum: et bases de-
cem: et luteres decem super bases: et
mare unum / et boues duodecim sub-
ter mare: et lebetes et scutras et amu-
B las. Omnia vasa que fecit Hiram regi sa-
lomoni in domum domini / de aurichalco
erant. In campestri regione iordanis
fudit ea rex in argillosa terra inter
sochot et sarthan: et posuit Salomon
omnia vasa in domo domini. Propter mul-
titudinem autem nimiam non erat pondus
12.q.2.c. eris. Fecitque salomon omnia vasa in do-
gloria. mo domini / altare aureum / et mensam super
quam ponerent panes propositionis au-
ream / et candelabra aurea quinque ad
dexteram et quinque ad sinistram contra
oraculum ex auro puro et quasi lilii
flores: et lucernas desuper aureas: et
forcipes aureos / et hydrias et fusci-
nulas / et phialas / et mortariola / et
thuribula de auro purissimo. Et car-
dines ostiorum domus interioris san-
cti sanctorum / et ostiorum domus templi
2.pa.5.a. ex auro erant. Et perfecit omne opus quod
faciebat Salomon in domo domini / et
intulit que sanctificauerat Dauid pa-
ter suus / argentum / et aurum / et vasa: re-
posuitque in thesauris domus domini.

¶ C.8. Arca introducitur in templo:
nebula implet domum: salomon bene-
dicit templum: post hoc orat ut exau-
diantur orantes in templo: surgens qui-
dem ab oratione benedicit omni ecclesie
israel et eos instruit: immolant victi-
me et fit festiuitas celebris. Cap.viij.

A T Unc congregati sunt omnes ma-
2.pa.5.a. iores natu israel cum princip-
ibus tribuum / et duces famili-
arum filiorum israel ad regem salomonem
in hierusalem ut deferrent arcam fede-
ris domini de ciuitate dauid: id est
de Sion. Conueneruntque ad regem salomo-
nem uniuersus israel in mense betha-
nim / in solenni die: ipse est mensis se-
ptimus. Veneruntque cuncti senes de
israel / et tulerunt arcam sacerdotes
et portauerunt arcam domini / et ta-
bernaculum federis et omnia vasa
sanctuarii que erant in tabernacu-
lo et ferebant ea sacerdotes et leuite.
Rex autem salomon et omnis multi-
tudo israel que conuenerat ad eum:
gradiebatur cum illo ante arcam: et im-
molabant oues et boues absque esti-
matione et numero. Et intulerunt sa-
cerdotes arcam federis domini in locum
suum in oraculum templi: in sanctum
sanctorum subter alas cherubim. Si-
quidem cherubim expandebant alas
super locum arce et protegebant ar-
cam et vectes eius desuper. Cumque emi- heb.9.a.
nerent vectes et apparerent summi-
tates eorum foris sanctuarium ante
oraculum non apparebant ultra extrin-
secus qui et fuerunt ibi usque in presen-
tem diem. In arca autem non erat aliud B
nisi due tabule lapidee quas posuerat exo.34.
in ea Moyses in oreb: quando pepi- d.
git dominus fedus cum filiis israel cum egre-
derentur de terra egypti. Factum est
autem cum exissent sacerdotes de san-
ctuario nebula impleuit domum domini et
non poterant sacerdotes stare et mi-
nistrare propter nebulam. Impleue-
rat enim gloria domini domum domini.
Tunc ait Salomon. Dominus dixit ut ha- 2.pa.6.a.
bitaret in nebula. Edificans edifica-
ui domum in habitaculum tuum: fir-
missimum solium tuum in sempiternum.
Conuertitque rex faciem suam et bene-
dixit omni ecclesie israel. omnis enim
ecclesia israel stabat. Et ait salomon.
Benedictus dominus deus israel qui
locutus est ore suo ad dauid patrem
meum: et in manibus eius perfecit
dicens. A die qua eduxi populum
meum israel de egypto: non elegi ciui-
tatem de uniuersis tribubus israel ut
edificaretur domus et esset nomen
meum ibi: sed elegi dauid ut esset su-
per populum meum israel. Voluitque 2.re.7.a.
Dauid pater meus edificare domum
nomini domini dei Israel: et ait do- 1.q.7.c.
minus ad Dauid patrem meum. Quod 2.
cogitasti in corde tuo edificare do-
mum nomini meo bene fecisti hoc
ipsum mente tractans. Verumtamen
tu non edificabis mihi domum: sed
filius tuus qui egredietur de renibus
tuis: ipse edificabit domum nomini
meo. Confirmauit dominus sermo-
nem suum quem locutus est: stetique
pro Dauid patre meo et sedi super
thronum israel sicut locutus est do-
minus et edificaui domum nomini

dñi dei israel: et cõstitui ibi locũ arce
in qua fed⁹ dñi est quod pcussit cum
patrib⁹ nostris quando egressi sunt
C de terra egypti. Stetit autẽ salomon
ante altare dñi in conspectu ecclesie
israel: et expandit manus suas in ce=
2.Mach. lum et ait. Dñe deus israel non est si
2.b. milis tui deus in celo desup: et super
terram deorsum: qui custodis pactũ
et misericordiam seruis tuis qui am
bulãt corã te in toto corde suo: qui
custodisti seruo tuo dauid patri meo
que locutus es ei. Ore locutus es: et
manib⁹ pfecisti: vt hec dies probat.
Nunc igitur dñe deus israel conser=
ua famulo tuo dauid patri meo que
1.reg.7. locutus es ei dicens. Non auferetur
b.c. de te vir coram me qui sedeat super
thronum israel: ita tñ si custodierint
filij tui viam suã: vt ambulent coram
me: sicut tu ambulasti in conspectu
meo. Et nũc dñe deus israel firmen=
tur verba tua que locutus es seruo
tuo dauid patri meo. Ergo ne putan=
dũ est q vere deus habitet super ter=
ram? Si enim celũ ⁊ celi celorũ te ca=
pere nõ possunt: quãto magis dom⁹
hec quam edificaui tibi? Sed respice
ad orationem serui tui et ad preces
eius dñe deus meus. Audi hymnum
et orationem quam seruus tuus orat
coram te hodie: vt sint oculi tui aper
ti sup domũ hanc nocte ac die: super
deu.12.b. domũ de qua dixisti. Erit nomẽ me=
um ibi: vt exaudias orationez quam
orat in loco isto ad te seruus tuus / vt
exaudias deprecationem serui tui et
populi tui isrl / quodcunq orauerint
in loco isto: et exaudies in loco habi=
taculi tui in celo: et cũ exaudieris ppi=
D pici⁹ eris. Si peccauerit homo in p=
ximum suũ: ⁊ habuerit aliquod iura=
mentũ quo teneatur astrict⁹: et vene
rit propter iuramẽtum coram altari
tuo in domum tuã / tu exaudies in ce
lo: et facies et iudicabis seruos tuos
cõdemnans impiũ / et reddens viam
suã sup caput eius: iustificãsq iustũ:
et retribuens ei fm iustitiã suam. Si
fugerit popul⁹ tuus israel inimicos
suos: qz peccaturus est tibi / et agen=
tes penitentiã / ⁊ confitentes nomini
tuo venerint et adorauerint: et depre
cati te fuerint i domo hac / exaudi in
celo et dimitte peccatum populi tui
isrl et reduces eos in terrã quã dedi=
sti patrib⁹ eorũ. Si clausum fuerit ce=
lum et nõ pluerit ppter peccã eorũ: ⁊
orantes in loco isto penitentiam ege
rint nomini tuo / ⁊ a pctis suis cõuersi
fuerint ppter afflictionẽ suam / exau
di eos in celo et dimitte peccata ser=
uorũ tuorũ et ppli tui isrl: et ostende
eis viam bonã p quã ambulent: ⁊ da
pluuiã super terrã quã dedisti popu=
lo tuo in possessionem. Fames si ob=
orta fuerit in terra / aut pestilentia /
aut corruptus aer / aut erugo / aut lo=
custa / vel rubigo: et afflixerit euz ini=
micus eius portas obsidens / omnis
plaga / vniuersa infirmitas / cuncta
deuoratio / imprecatio que acciderit
omni hoi de pplo tuo israel: si qs co= 2.q.5.c.
gnouerit plagã cordis sui ⁊ expãde= cõsuluisti.
rit man⁹ suas in domo hac / tu exau= 18.q.2.
dies in celo in loco habitationis tue: c.pnicio=
et repropitiaberis et facies / vt des sam.
vnicuiq fm oẽs vias suas sicut vide de cõse.di.
ris cor ei⁹: qz tu nosti sol⁹ cor omniũ 1.c.si.
filiorũ hoim: vt timeãt te cũctis die= E
bus quibus viuunt sup faciem terre
quã dedisti patrib⁹ nostris. Insuper
et alienigena qui non est de pplo tuo
israel: cũ venerit de terra longinqua
propter nomen tuũ (audietur enĩ no
men tuũ magnuz et manus tua for=
tis ⁊ brachiũ tuum extentum vbiq)
Cũ venerit ergo et orauerit in hoc lo
co / tu exaudies in celo in firmamen=
to habitaculi tui: ⁊ facies oĩa p qui=
bus inuocauerit te alienigena: vt di=
scant vniuersi ppli terrarum nomẽ
tuũ timere: sicut ppl's tuus israel: et
probent qz nomẽ tuum inuocatũ est
super domũ hanc quam edificaui. Si
egressus fuerit ppl's tuus ad bellum
contra inimicos suos p viã quocũq
miseris eos / orabũt te contra viã ci=
uitatis quã elegisti / et cõtra domum
quã edificaui noi tuo: et exaudies in
celo orationes eorũ / et preces eorũ: ⁊
facies iudicium eorũ. Qd si peccaue 2.pa.6.g.
rint tibi (nõ est enĩ homo qui nõ pec= 1.ioã.1.d.
cet) et iratus tradideris eos inimi= eccl.7.c.
cis suis / et captiui ducti fuerint in ter
ram inimicorũ longe vel ppe / et ege=
rint penitẽtiam in corde suo in loco
captiuitatis et cõuersi deprecati te fue
rint in captiuitate sua dicẽtes / Pec= dañ.3.c.
cauimus / inique egimus / impie ges=
simus: et reuersi fuerint ad te in vni
uerso corde suo ⁊ tota aĩa sua in ter=
ra inimicorũ suorũ ad quã captiui du=
cti fuerint ⁊ orauerint te cõtra viam
terre sue quã dedisti patribus eorũ: ⁊
ciuitatis quã elegisti: et tẽpli qd edi=

ficaui nomini tuo: exaudies i celo in firmamento solij tui orationes eorũ et preces eorũ: et facies iudiciũ eorũ et ꝓpitiaberis populo tuo q̃ peccauit tibi: ꝛ oĩbus iniquitatibꝰ eorũ quibus preuaricati sunt in te: et dabis mise-
F ricordiam corã eis qui eos captiuos habuerint vt misereant eis. Populꝰ enim tuus est et hereditas tua: quos eduxisti de terra Egypti de medio fornacis ferree: vt sint oculi tui aperti ad deprecationẽ serui tui ꝛ populi tui Israel: ꝛ exaudias eos in vniuersis ꝑ q̃bꝰ inuocauerint te. Tu enim separasti eos tibi in hereditatẽ de vniuersis populis terre: sicut locutus es ꝑ Moysen seruũ tuũ quando eduxisti patres nr̃os de terra Egypti dñe deus. Factũ est autẽ cũ cõplesset Salomon orãs dñm omnẽ orationem et deprecationẽ hãc/ surrexit de conspectu altaris dñi. Utrunq̃ enim genu in terrã fixerat: ꝛ manus expãderat in celũ. Stetit ergo ꝛ bñdixit oĩ ecclesie Israel voce magna/ dicẽs. Bñdictus dñs deꝰ q̃ dedit requiem populo suo Israel/ iuxta oĩa q̃ locutus est. Non cecidit ne vnꝰ quidẽ sermo ex omnibus bonis q̃ locutus est per Moysen seruũ suum. Sit dñs deus noster nobiscũ/ sicut fuit cũ patribus nr̃is: nõ derelinquens nos neq̃ ꝓijciens: sed inclinet corda nr̃a ad se/ vt ambulemus in vniuersis vijs eiꝰ: ꝛ custodiamus mãdata eiꝰ ꝛ ceremonias eiꝰ: et iudicia quecũq̃ mãdauit patribꝰ nostris: ꝛ sint sermones mei isti quibus deprecatus sum corã dño/ appropinquantes dño deo nr̃o die ac nocte: vt faciat iudiciũ seruo suo ꝛ populo suo Israel ꝑ singulos dies: ꝛ sciãt oĩes populi terre q: dñs ipse est deꝰ: et nõ est vltra absq̃ eo. Sit quoq̃ cor nr̃m ꝑfectum cum domino deo nr̃o: vt am-
G bulemus in decretis eius: ꝛ custodiamus mandata eiꝰ sicut ꝛ hodie. Igitur rex ꝛ oĩs Israel cũ eo immolabãt victimas corã dño. Mactauitq̃ Salomon hostias pacificas quas immolauit domino/ boũ viginti duo milia/ et ouiũ centũ viginti milia. Et dedicauerũt templũ dñi rex ꝛ filij Israel. In die illa sanctificauit rex medium atrij qđ erat ante domum dñi. Fecit quippe holocaustũ ibi ꝛ sacrificium/ et adipem pacificorũ: quoniã altare eneum quod erat corã dño minus erat: et capere non poterat holocaustum ꝛ sacrificiũ ꝛ adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon in tẽpore illo festiuitatẽ celebrẽ: ꝛ oĩs Israel cum eo multitudo magna ab introitu emath vsq̃ ad riuum Egypti corã domino deo nostro septem diebus et septem diebus: id est quattuordecim diebus: et in die octaua dimisit populos. Qui benedicentes regi: profecti sunt in tabernacula sua letantes: ꝛ alacri corde super omnibus bonis que fecerat dominꝰ Dauid seruo suo/ et Israel populo suo.

de ꝯse.di. 1.ca. fecit ergo Salomon. et ca. solennitates.

¶ C.S. De apparitione scđa dñi ad Salomonẽ: de oppidis datis Hirã a Salomone: Pharao dat Gazer in dotẽ filie: Salomon edificat ciuitates: omnẽ pplm̃ ppl'o Israel excepto facit tributarios: de filijs Israel neminẽ seruire cõstituit: classem mittit in Ophir ad aurũ reportãdũ. Ca. ix.

A
2.Pa.7.c.

Factũ est autẽ cũ ꝑfecisset Salomon edificium domus dñi/ ꝛ edificiũ regis: ꝛ oĩe qđ optauerat ꝛ voluerat facere/ apparuit ei dominꝰ secundo sicut apparuerat ei in Gabaon. Dixitq̃ dñs ad eum. Exaudiui orationẽ tuam ꝛ deprecationem tuam quam deprecatus es corã me: sanctificaui domũ hanc quã edificasti: vt ponerẽ nomen meũ ibi in sempiternũ: ꝛ erunt oculi mei et cor meũ ibi cunctis diebus. Tu quoq̃ si ambulaueris coram me sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis et in equitate: ꝛ feceris oĩa que precepi tibi/ et iudicia mea et legitima mea seruaueris/ ponam thronũ regni tui sup Israel in sempiternũ: sicut locutus sum Dauid pr̃i tuo/ dicens. Non auferetur vir de genere tuo de solio Israel. Si autẽ auersione auersi fueritis vos ꝛ filij vestri nõ sequẽtes me nec custodientes mandata mea ꝛ ceremonias quas proposui vobis sed abieritis et colueritis deos alienos et adoraueritis eos: auferam Israel de supficie terre quã dedi eis: ꝛ templum qđ sanctificaui nomini meo ꝓijciã a ꝯspectu meo: eritq̃ Israel in ꝓuerbiũ ꝛ in fabulam cunctis populis: et domus hec erit in exemplum. Ois qui transierit ꝑ eam stupebit ꝛ sibilabit et dicet. Quare fecit dñs sic terre huic et domui huic? Et respondebunt. Quia dereliquerunt dominum deum suum/ q̃ eduxit patres eorũ de terra Egypti: ꝛ secuti sunt deos alie-

3.6.b.
B
2.Re.7.b.c.
Deu.29.d
Hie.22.c.

nos et coluerunt eos et adorauerunt
2.pa.8.a. eos: idcirco induxit dominus super eos omne malum hoc. Expletis autem annis viginti postquam edificauerat Salomon duas domos: id est domum domini et domum regis Hiram rege Tyri prebente Salomoni ligna cedrina et abiegna: et aurum iuxta omne quod opus habuerat: tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilee. Et egressus est Hiram de Tyro vt videret oppida que dederat ei Salomon/ et
C non placuerunt ei: et ait. Heccine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater? Et appellauit eas terram Chabul vsque in diem hanc. Misit quoque hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. Hec est summa expensarum quam obtulit rex Salomon ad edificandam domum domini et domum suam: et mello/ et murum Hierusalem/ et heser/ et mageddo/ et gazer. Pharao rex Egypti ascendit et cepit gazer/ succenditque eam igni: et Chananeum qui habitabat in ciuitate interfecit: et dedit eam in dotem filie sue vxori Salomonis. Edificauit ergo Salomon Gazer/ et Bethoron inferiorem/ et Baalath/ et palmiram in terra solitudinis: et omnes vicos qui ad se pertinebant: et erant absque muro. Muniuit et ciuitates curruum et ciuitates equitum: et quodcunque ei placuit vt edificaret in Hierusalem et in libano/ et in omni terra potestatis sue. Uniuersum populum qui remanserat de Amorreis et de Ethteis/ et phereseis/ et eueis/ et iebuseis: qui non sunt de filiis Israel: horum filios qui remanserant in terra quos scilicet non potuerant filii Israel exterminare/ fecit Salomon tributarios vsque in
D diem hanc. De filiis autem Israel non constituit rex Salomon seruire quemquam: sed erant viri bellatores et ministri eius et principes et duces et prefecti curruum et equorum. Erant autem principes super omnia opera Salomonis prepositi quingenti quinquaginta/ qui habebant subiectum populum/ et statutis operibus imperabant. Filia autem Pharaonis ascendit de ciuitate Dauid in domum suam quam edificauerat ei Salomon. Tunc edificauit mello. Offerebat quoque Salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta et pacificas victimas super altare quod edificauerat domino: et adolebat thymiama coram domino. Perfectumque est templum. Classem quoque fecit rex Salomon in Asiongaber que est iuxta ahilam in littore maris rubri/ in terra Idumee. Misitque Hiram in classe illa seruos suos viros nauticos et gnaros maris/ cum seruis Salomonis. Qui cum venissent in Ophir/ sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem.

CC.S. Uenit regina saba Hierusalem et obstupescit: dat et accipit munera: fecit rex Salomon ducenta scuta aurea et thronum eburneum: de classe regis et abundantia et equis. Cap. x.

Sed et regina Saba audita fama Salomonis/ in nomine domini venit temptare eum in enigmatibus. A 2.pa.9.a. mat.12.d. Lu.11.d. 8 q.1.ca. verctor.
Et ingressa Hierusalem multo cum comitatu et diuitiis/ camelis portantibus aromata et aurum infinitum nimis/ et gemmas preciosas: venit ad regem Salomonem/ et locuta est ei vniuersa que habebat in corde suo. Et docuit eam Salomon omnia verba que proposuerat. Non fuit sermo qui regem posset latere/ et non responderet ei. Uidens autem regina saba omnem sapientiam Salomonis et domum quam edificauerat/ et cibos mense eius/ et habitacula seruorum/ et ordines ministrantium/ vestesque eorum et pincernas/ et holocausta que offerebat in domo domini: non habebat vltra spiritum/ et dixitque ad regem. Uerus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis/ et super sapientia tua: et non credebam narrantibus mihi/ donec ipsa veni et vidi oculis meis: et probaui quod media pars mihi nunciata non fuerit. Maior est sapientia et opera tua/ B
quam rumor quem audiui. Beati viri tui et beati serui tui hi qui stant coram te semper et audiunt sapientiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus cui complacuisti: et posuit te super thronum Israel eo quod dilexerit dominus Israel in sempiternum: et constituit te regem vt faceres iudicium et iustitiam. Dedit ergo regi centum viginti talenta auri et aromata multa nimis et gemmas preciosas. Non sunt allata vltra aromata tam multa quam ea que dedit regina Saba regi Salomoni. Sed et classis Hiram que portabat aurum de Ophir/ attulit ex Ophir ligna thina multa nimis et gemmas preciosas. Fecitque rex de lignis thinis fulcra domus domini et domus regie/ et ci-

tharas lyrasqꝫ cantoribus. Non sunt
allata huiuscemodi ligna thina neqꝫ
visa vsqꝫ in presentem diem. Rex au
tem Salomon dedit regine saba om-
nia que voluit et petiuit ab eo: excep-
tis his que vltro obtulerat ei mu-
nere regio. Que reuersa est: et abijt
C in terrã suam cum seruis suis. Erat
autem põdus auri quod offerebatur
Salomoni per annos singulos, sex-
centorum sexagintasex talentorum au-
ri: excepto eo quod offerebãt viri qui
super vectigalia erant, et negociato-
res: vniuersiqꝫ scruta vẽdentes, ⁊ om-
nes reges Arabie, ducesqꝫ terre. Fe-
cit quoqꝫ rex Salomon ducenta scu-
ta de auro purissimo. Sexcentos au-
ri siclos dedit in laminas scuti vni⁹:
et trecentas peltas ex auro probato.
Trecenteqꝫ mine auri vnam peltam
vestiebant. Posuitqꝫ eas rex in do-
mo saltus libani. Fecit etiam rex sa-
lomon thronum de ebore grandem: ⁊
vestiuit eum auro fuluo nimis, qui
habebat sex gradus. Et summitas
throni rotunda erat in parte poste-
riori, ⁊ due manus hinc atqꝫ inde te-
nentes sedile, et duo leones stabant
iuxta manus singulas, et duodecim
leunculi stantes sup sex gradus hinc
D atqꝫ inde. Non est factum tale opus
in vniuersis regnis. Sed ⁊ omnia va-
sa de quibus potabat rex Salomon,
erant aurea: et vniuersa supellex do-
mus saltus libani de auro purissimo.
Non erat argẽtum nec alicuius pre-
cij putabatur in diebus Salomonis,
quia classis regis per mare cũ classe
Hiram semel per tres annos ibat in
Tharsis deferens inde aurũ ⁊ argen
tum, ⁊ dentes elephantorũ, ⁊ simias,
et pauos. Magnificatus est ergo rex
Salomon super omnes reges terre
diuitijs et sapientia. Et vniuersa ter-
ra desiderabat vultũ Salomonis vt
audiret sapiẽtiam eius quã dederat
deus in corde eius. Et singuli defere-
bant ei munera, vasa argentea ⁊ au-
rea, vestes et arma bellica, aromata
quoqꝫ et equos et mulos per annos
singulos. Cõgregauitqꝫ salomon cur-
rus ⁊ equites, ⁊ facti sunt ei mille qua-
dringenti currus et duodecim milia
equitum: et disposuit eos per ciuita-
tes munitas, ⁊ cum rege in Hierusa-
lem. Fecitqꝫ vt tanta esset abundan-
tia argenti in Hierusalem, quanta ⁊
lapidum et cedrorum prebuit mul-
titudinem quasi sycomoros, que na-
scuntur in campestribus. Et educe-
bantur equi salomoni de Egypto et
de Coa. Negociatores eñ regis eme-
bant de Coa, ⁊ statuto precio perdu-
cebant. Egrediebat autem quadriga
ex Egypto sexcentis siclis argenti: ⁊
equus cẽtumquinquaginta. Atqꝫ in
hunc modũ cuncti reges Ethęorum
et syrie equos venundabant.

¶ C.S. De septingentis vxoribus et
trecentis concubinis regis per quas
Salomon preuaricatus est: commi-
natur ei dominus, ⁊ suscitat aduersa-
rios ei Adad Razon ⁊ Hieroboam:
de conscisione regni: de Ahia ꝓphe-
ta ad Hieroboam misso: Salomon vo-
luit interficere Hieroboam sed fugit:
de morte Salomonis. Ca.xi.

Rex autẽ Salomon adamauit A
mulieres alienigenas mul- Ec. 47.c
tas, filiã quoqꝫ Pharaonis, ⁊ deu.17.d.
moabitidas, et ammonitidas, Idu- Can.6.c.
meas, ⁊ sidonias, et cetheas: de gen-
tib⁹ sup quib⁹ dixit dñs filijs Israel. exo.34.b
Non ingrediemini ad eas, neqꝫ de il-
lis ingredientur ad vestras: certissi-
me enim auertent corda vestra, vt
sequamini deos earum. His itaqꝫ co-
pulatus est Salomon ardentissimo
amore. Fueruntqꝫ ei vxores quasi
regine septingente: et concubine tre-
cente. Et auerterunt mulieres cor
eius. Cumqꝫ iam esset senex, deprauatum
est cor eius per mulieres vt se-
queretur deos alienos: nec erat cor
eius perfectum cum dño deo suo, si-
cut cor Dauid patris eius, sed cole-
bat Salomon Astarthen deam Si-
doniorũ ⁊ Chamos deum Moabita-
rum, et Moloch idolum Ammonita-
rum. Fecitqꝫ Salomon qđ non pla- B
cuerat corãm dño: et nõ adimpleuit
vt sequeret dominũ sicut Dauid pa-
ter eius. Tunc edificauit Salomon
phanũ Chamos idolo moab: in mon-
te q̃ est contra Hierusalẽ: ⁊ moloch ido-
lo filiorum Ammon. Atqꝫ in hũc modũ
fecit vniuersis vxorib⁹ suis alienige-
nis q̃ adolebãt thura et immolabant
dijs suis. Igit irat⁹ est domin⁹ Salo-
moni ꝙ auersa esset mens eius a dño
deo Israel q̃ apparuerat ei secundo: S.9.b.
et preceperat de verbo hoc ne seque-
retur deos alienos: ⁊ non custodiuit
que mandauit ei domin⁹. Dixit itaqꝫ C
dominus Salomoni. Quia habuisti
hoc apud te ⁊ non custodisti pactum

meum ⁊ precepta mea que mandaui
tibi disrumpēs scindam regnū tuum
⁊ dabo illud seruo tuo. Ueruntamen
in diebus tuis non faciā propter Da
uid patrē tuū. De manu filii tui scin-
dam illud: nec totū regnū auferam/
sed tribum vnam dabo filio tuo pro-
pter Dauid seruū meū/⁊ Hierusalē
1.Re.8.d. quā elegi. Suscitauit autē dn̄s aduer
sariū salomoni Adad idumeū de se-
mine regio: qui erat in Edom. Cum
enī esset Dauid in idumea/⁊ ascēdis-
set Joab princeps milicie ad sepeliē-
dum eos q̄ fuerant interfecti: ⁊ occi-
disset om̄e masculinū in idumea (sex
enim mensibus ibi moratus est Joab
et oīs Israel/donec interimeret om̄e
masculinum in idumea) fugit Adad
ipse ⁊ viri idumei de seruis p̄ris eius
cum eo vt ingrederent̄ Egyptū. Erat
autē Adad puer paruul⁹. Cūq̄ surre-
xissent de Madiā: venerūt in pharā.
Tuleruntq̄ secū viros de Pharan: ⁊
introierūt Egyptū ad Pharaonem
regē Egypti. Qui dedit ei domū ⁊ ci-
D bos constituit ⁊ terram delegauit. Et
inuenit Adad gratiā corā pharaone
valde intantum vt daret ei vxorē: so-
rorē vxoris sue germanam taphnes
regine. Genuitq̄ ei soror taphnes Ge
nebath filiū: ⁊ enutriuit eū taphnes
in domo Pharaonis. Eratq̄ Gene-
bath habitans apud Pharaonē cū
filiis eius. Cumq̄ audisset Adad in
Egypto dormisse Dauid cū patrib⁹
Re.30.d. suis: et mortuū esse Joab principem
milicie/dixit Pharaoni. Dimitte me
vt vadā in terrā meā. Dixitq̄ ei pha-
rao. Qua enim re apud me indiges
vt queras ire ad terrā tuā? At ille re-
E spondit. Nulla: sed obsecro te/vt di-
mittas me. Suscitauit quoq̄ ei deus
aduersariū razon filiū eliada q̄ fuge-
rat Adadezer regē Soba dn̄m suum:
et cōgregauit cōtra eū viros/⁊ fact⁹
est p̄nceps latronū cum interficeret
eos Dauid: abierūtq̄ Damascū ⁊ ha
bitauerūt ibi ⁊ constituerūt eum re-
gem in Damasco: eratq̄ aduersari⁹
Isrl' cunctis dieb⁹ Salomonis. Et hoc
est malū Adad ⁊ odiū contra Israel:
regnauitq̄ in Syria. Hieroboā q̄q̄ fi
lius Nabat Euphrateus de Sareda
seruus Salomonis: cuius mater erat
nomine Serua / mulier vidua/leua-
uit manum contra regem. Et hec est
causa rebellionis aduers⁹ eum: quia
Salomon edificauit mello: ⁊ coequa
uit voraginē ciuitatis Dauid patris
sui. Erat autē Hieroboam: vir fortis
⁊ potens. Uidensq̄ Salomon adole-
scentē bone indolis ⁊ industriū: con-
stituerat eū prefectum super tributa
vniuerse dom⁹ Joseph. Factū est igi-
tur in tēpore illo: vt Hieroboam egre
deretur de Hierusalē: ⁊ inueniret eū
Ahias silonites p̄pheta in via/oper-
tus pallio nouo. Erant autē duo tan- F
tum in agro. Apprehēdensq̄ Ahias
palliū suū nouum quo coopert⁹ erat
scidit in duodecim partes/et ait ad
Hieroboā. Tolle tibi decē scissuras.
hec enim dicit dn̄s deus Israel. Ecce
ego scindā regnū de manu Salomo-
nis: ⁊ dabo tibi decem tribus. Porro
vna tribus remanebit ei propter ser-
uum meū Dauid ⁊ propter Hierusa-
lem ciuitatē quam elegi ex oībus tri-
bubus Israel: eo q̄ dereliquerit me ⁊
adorauerit Astarthen deam sidonio
rū ⁊ Chamos deū Moab et Moloch
deū filior̄ Ammon: ⁊ nō ambulaue-
rit in viis meis vt faceret iustitiam
corā me et precepta mea/⁊ iudicia si-
cut Dauid pater eius. Nec auferam
omne regnū de manu eius: sed ducē
ponam eū cunctis diebus vite sue: p̄-
pter Dauid seruū meum quem elegi
qui custodiuit mandata mea et pre-
cepta mea. Auferam autē regnū de
manu filii eius ⁊ dabo tibi decem tri-
bus: filio autē eius dabo tribū vnam
vt remaneat lucerna Dauid seruo
meo cunctis dieb⁹ coram me in Hie-
rusalem ciuitate quam elegi vt esset
nomen meum ibi. Te autem assumā
⁊ regnabis sup omnia que desiderat G
aīa tua: erisq̄ rex super Israel. Si igi
tur audieris omnia que precepero ti
bi/⁊ ambulaueris in viis meis/⁊ fe-
ceris qd̄ rectum est coram me: custo-
diens mandata mea ⁊ precepta mea
sicut fecit dauid seru⁹ meus: ero tecū
⁊ edificabo tibi domū fidelē. quomo-
do edificaui dauid domū/⁊ tradā ti-
bi Israel: ⁊ affligā semen Dauid sup
hoc/verūtamē nō cunctis dieb⁹. Uo-
luit ergo Salomon interficere Hiero 2.Pa.9.g.
boā. Qui surrexit ⁊ aufugit in Egy-
ptū ad Sesac regem Egypti: ⁊ fuit in
Egypto vsq̄ ad mortē Salomonis.
Reliquū autem verbor̄ Salomonis
et oīa que fecit et sapientia eius: ecce
vniuersa scripta sunt in libro verbo-
rū dierū Salomonis. Dies autē q̄s
regnauit Salomon in Hierusalē sup

omnē israel quadraginta anni sunt.
Dormiuitqꝫ salomon cum patribus
suis: et sepultus est in ciuitate dauid
patris sui: regnauitqꝫ Roboam filiꝰ
eius pro eo.

¶ C.S. De roboam qui consilio vsus
est iuuenū et tantū super duabus tri
bubus rex cōstituitur: hieroboā au
tem sup decem tribubus: de semeia
propheta ad roboā misso: de vitulis
aureis quos fecit hieroboā. Cap. xii.

A 3. pa. 10. a. Uenit autē Roboam in sichē: il
luc enim congregatus erat om
nis populus israel ad constituendū
eum regem. At vero hieroboam fi
lius nabat cum adhuc esset in egy
pto profugus a facie regis salomo
nis: audita morte eius reuersus est
de egypto. Miseruntqꝫ: et vocauerūt
eū. Uenit ergo hieroboam et omnis
multitudo israel: et locuti sunt ad ro
boam dicētes. Pater tuꝰ durissimū
iugū imposuit nobis: tu itaqꝫ nunc
imminue paululū de imperio pris
tui durissimo: et de iugo grauissimo
qd̄ iposuit nobis et seruiemus tibi.
Qui ait eis. Ite vsqꝫ ad tertiū diem
et reuertimini ad me. Cumqꝫ abiisset
populus / iniit consiliū rex roboam
cū senioribꝰ qui assistebant corā sa
B lomone patre eius: cū adhuc viue
ret et ait. Qd̄ datis mihi cōsiliū vt re
spondeā populo huic? Qui dixerunt
ei. Si hodie obedieris populo huic
et seruieris et petitioni eorū cesseris:
locutusqꝫ fueris ad eos verba leuia
erūt tibi serui cūctis diebus. Qui de
16. q. 1. c. reliquit consiliū senū qd̄ dederāt ei:
ecclesia. et adhibuit adolescentes qui nutriti
fuerāt cū eo et assistebāt illi: dixitqꝫ
ad eos. Qd̄ mihi datis cōsiliū vt re
spondeā populo huic? qui dixerunt
mihi. Leuius fac iugum: qd̄ imposu
it pater tuꝰ super nos. Et dixerūt ei
iuuenes q̄ nutriti fuerant cū eo. Sic
loquere populo huic / qui locuti sunt
C ad te dicentes. Pater tuus aggraua
ec. 47. d. uit iugum nostrum: tu releua nos.
Sic loqueris ad eos. Minimus digi
tus meus grossior est dorso patris
mei. Et nunc pater meus posuit sup
vos iugū graue: ego autē addā sup
iugū vestrū. Pater meꝰ cecidit vos
flagellis: ego autē cedā vos scorpio
nibꝰ. Uenit ergo hieroboam: et ois
populus ad roboam die tertia: sicut
locutꝰ fuerat rex dicens. Reuertimi
ni ad me die tertia. Respōditqꝫ rex
populo dura derelicto consilio senio
rū qd̄ ei dederant et locutus est eis
secundū consiliu iuuenū dicēs. Pa
ter meus aggrauauit iugū vestrum
ego autē addam iugo vestro. Pater 11. D
meus cecidit vos flagellis: ego autē
cedā vos scorpionibus. Et nō acqe
uit rex populo: quoniam auersatus
fuerat eū dñs vt suscitaret verbum 3. 11. f.
suū qd̄ locutus fuerat in manu ahie
silonite ad hieroboā filiū nabat. Ui
dens itaqꝫ populus q̄ noluisset eos
audire rex: respondit ei dicēs. Que
nobis pars in dauid? vel que heredi
tas in filio isai? Uade in tabernacu
la tua Israel: nūc vide domū tuam
dauid. Et abiit israel in tabernacula 2. pa. 10. d.
sua. Super filios autē israel: quicun
qꝫ habitabāt in ciuitatibus iuda: re
gnauit roboā. Misit ergo rex roboā E
aduram qui erat super tributa: et la
pidauit eum ois israel et mortuꝰ est.
Porro rex Roboā festinus ascēdit 7. q. 1. ca.
currū et fugit in hierusalē: recessitqꝫ deniqꝫ.
israel a domo dauid vsqꝫ in presentē
diem. Factū est autē cū audisset om
nis israel q̄ reuersus esset hieroboā
miserūt et vocauerūt eū congregato
cetu: et cōstituerūt eū regē super om
nē israel nec secutus est quispiā do
mū dauid preter tribū iuda solam.
Uenit autē roboam hierusalē et con
gregauit vniuersam domū iuda et
tribū beniamin centū octoginta mi
lia electorū virorū et bellatorū: vt pu Tob. 1. a.
gnarent cōtra domū israel et reduce F
rent regnū Roboā filio salomonis. 2. pa. 11. a.
Factus est autē sermo dñi ad seme
iam virū dei dicens. Loquere ad ro
boam filiū salomonis regem iuda: et
ad omnē domū iuda et beniamin et
reliquos de populo dicens. Hec di
cit dñs. Nō ascendetis: neqꝫ bellabi
tis contra fratres vestros filios is
rael: reuertatur vir in domum suā:
a me enim factū est verbū hoc. Au
dierunt sermonē dñi: et reuersi sunt
de itinere sicut eis preceperat dñs.
Edificauit autē hieroboam sichem
in monte ephraim et habitauit ibi.
Et egressus inde edificauit phanu
el. Dixitqꝫ hieroboam in corde suo.
Nūc reuertetur regnū ad domū da
uid si ascenderit populus iste vt fa
ciat sacrificia in domo dñi in hieru
salē: et cōuertetur cor populi huius
ad dominū suū Roboam regē iude exo. 32. b.
interficientqꝫ me et reuertent ad eū.

Et excogitato consilio fecit duos vi
tulos aureos: et dixit eis. Nolite vl-
B tra ascendere in hierusalē. Ecce dij
Exo. 32.b tui israel: qui te eduxerunt de terra
egypti. Posuitq; vnū in bethel: et al-
terum in dan: et factū est verbū hoc
in peccatū. Ibat eñ popul⁹ ad ado-
2.pa.11.c. rādū vitulū vsq; in dan. Et fecit pha
na in excelsis: et sacerdotes de extre
mis populi q̄ nō erant de filiis leui.
Constituitq; diem solennem in men
se octauo quintadecima die mensis
in similitudinem solennitatis que
celebrabat in iuda. Et ascendēs al-
tare similiter fecit in bethel vt imo-
laret vitulis quos fabricat⁹ fuerat.
Cōstituitq; in bethel sacerdotes ex-
celsorū que fecerāt et ascēdit sup al-
tare qd̄ extruxerat ī Bethel quinta-
decima die mēsis octaui quē finxe-
rat de corde suo. Et fecit solēnitatē
filiis israel et ascendit super altare
vt adoleret incensum.

¶ C.S. De viro dei q̄ venit ī bethel q̄
de iosia nascituro ꝓphetauit signū
dat de effusione cineris: et man⁹ hiero
boā q̄liter aruit et restituta est: q̄ pa-
nē cū rege noluit comedere a ꝓphe-
ta q̄dā reduct⁹ est: et cū eo panē com
edit et a leōe percussus ē: q̄ leo et asin⁹
stabāt iuxta cadauer: et sepultura ei⁹
facta a ꝓpheta q̄ eū seduxerat c. xiij

A ET ecce vir dei venit de iuda in
sermone dñi in bethel hierobo
am stāte super altare: et thus faciē
te: et exclamauit contra altare in ser
mone dñi et ait. Altare altare: hec di
cit dñs. Ecce filius nascet̄ domui da-
uid iosias nomine et immolabit su-
4.re.23. per te sacerdotes excelsorū qui nūc
d. in te thura succendunt et ossa homi-
num super te incēdet. Deditq; in il-
la die signū dicens. Hoc erit signum
qd̄ locutus est dñs. Ecce altare scin-
det et effundet̄ cinis q̄ in eo est. Cūq;
audisset rex sermonem hominis dei
quem inclamauerat cōtra altare in
B bethel: extēdit manū suam de altari
dicens. Apprehēdite eū. Et exaruit
manus eius quā extenderat contra
eū: nec valuit retrahere eā ad se. Al
tare quoq; scissum est et effusus est
cinis de altari: iuxta signū qd̄ predi
xerat vir dei in sermone dñi. Et ait
rex ad virū dei. Deprecare faciē dñi
dei tui et ora pro me: vt restituatur
manus mea mihi. Orauitq; vir dei
faciē dñi et reuersa est manus regis
ad eū: et facta est sicut prius fuerat.
Locutus est autē rex ad virum dei.
Veni mecū domū vt prādeas: et da-
bo tibi munera. Respōditq; vir dei
ad regē. Si dederis mihi mediā par
tem dom⁹ tue nō veniā tecū nec cō-
edam panē neq; bibā aquā in loco
isto: sic enim mādatū est mihi in ser
mone dñi precipiētis. Nō comedes
panē neq; bibes aquā: nec reuerter̄
per viā qua venisti. Abiit ergo per
C aliā viā: et non est reuersus p iter q̄
venerat in bethel. Prophetes autē
quidā senex habitabat in bethel ad
quē venerūt filij sui: et narrauerunt
ei oia opera q̄ fecerat vir dei illa die
in bethel: et verba que locut⁹ fuerat
ad regē: et narrauerūt patri suo. Et
dixit eis pater eorū. Per quā viam
abiit? Ostēderunt ei filij sui viam p
quā abierat vir dei: q̄ venerat de iu-
da. Et ait filijs suis. Sternite mihi
asinū. Qui cū strauissent ascendit et
abiit post virū dei: et inuenit eū sedētē
D subtus therebinthum. Et ait illi. Tu
ne es vir dei q̄ venisti de iuda? Re-
spōdit ille. Ego sum. Dixitq; ad eū.
Veni mecū domū: vt comedas pa-
nē. Qui ait. Nō possum reuerti neq;
venire tecū nec comedā panem ne
q; bibam aquā in loco isto: q: locut⁹
est dñs ad me in sermone dñi dicēs.
Non comedes panem et non bibes
aquam ibi: nec reuerteris per viam
qua ieris. Qui ait illi. Et ego ꝓphe-
ta sum similis tui. Et angelus locu-
tus est mihi in sermone dñi dicens.
Reduc eū tecū i domū tuam vt cō-
edat panē et bibat aquā. Fefellit eū
et reduxit secū. Cōedit ergo panē in
domo eius: et bibit aquā. Cūq; sede-
rent ad mēsam factus est sermo dñi
ad ꝓphetam qui reduxerat eum. Et
E exclamauit ad virū dei qui venerat
de iuda dicēs. Hec dicit dñs. Q: nō
obediens fuisti ori dñi et non custo-
disti mandatū qd̄ precepit tibi dñs
deus tu⁹: et reuersus es et comedisti
panem et bibisti aquā in loco in quo
p̄cepit tibi ne comederes panē neq;
biberes aquā: nō inferetur cadauer
tuum in sepulchrum patrū tuorum.
Cumq; comedisset et bibisset strauit
asinum suum propheta quē reduxe-
rat. Qui cū abijsset inuenit eū leo in
via et occidit: et erat cadauer ei⁹ pro-
iectum in itinere. Asinus autē sta-
bat iuxta illū: et leo stabat iuxta ca-

daver. Et ecce viri transeuntes viderunt cadaver proiectũ in via: et leo-
F nem stãtem iuxta cadaver. Et venerunt & divulgaverunt in civitate: in
qua prophetes ille senex habitabat. Q̃d cũ audisset ꝓpheta ille q̃ reduxerat eũ de via ait. Vir dei est q̃ inobediens fuit ori dñi: et tradidit eũ dñs leoni & confregit eũ & occidit iuxta verbũ dñi qđ locutus est ei. Dixitq; ad filios suos. Sternite mihi asinũ. Qui cũ stravissent & ille abiisset: invenit cadaver eius proiectũ in via: & asinũ & leonẽ stantes iuxta cadaver. Nõ comedit leo de cadavere nec lesit asinũ. Tulit quoq; prophetes cadaver viri dei & posuit illud super asinũ: & reversus intulit in civitatẽ prophete senis / vt plangerent
G eum & posuit cadaver eius in sepulchro suo. Et planxerũt eũ. Heu / heu mi frater. Cũq; planxissent eũ: dixit ad filios suos. Cũ mortuus fuero sepelite me in sepulchro in quo vir dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea. Profecto enĩ veniet sermo quẽ predixit in sermone dñi contra altare qđ est in bethel & cõtra oĩa phana excelsorũ que sunt in vrbibus samarie. Post verba hec non est reversus Hieroboam de via sua pessima: sed econtrario fecit de novissimis populis sacerdotes excelsorũ. Quicunq; volebat / implebat manũ suã: & fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hanc causaz peccavit domus hieroboam et eversa est: et deleta de superficie terre.

¶ C. S. De prophetia ahie ad vxorẽ hieroboam: de morte ahie filii eius: de morte hieroboã / de regno nadab filii eius / de peccatis iude / de sesac rege egypti q̃ spoliavit hierusalem / de scutis aureis & ereis / de morte roboam & regno filii eius. Capitulũ. xiiii.

A In tẽpore illo egrotavit abia filius hieroboã. Dixitq; hieroboam vxori sue. Consurge et cõmuta habitũ ne cognoscaris q̃ sis vxor Hieroboam & vade in silo: vbi est Ahias propheta qui locutus est mihi q̃ regnaturus essem super populũ hunc. Tolle quoq; in manu tua decem panes et crustulũ et vas mellis: & vade ad illũ. Ipse enim indicabit tibi quid eventurũ sit puero huic. Fecit vt dixerat vxor hieroboã et cõsurgens abiit in silo: & venit in domum ahie. At ille non poterat videre quia caligaverant oculi eius pre senectute. Dixit autẽ dñs ad Ahiam. 4. re. 8. c.
B Ecce vxor Hieroboã ingreditur / vt ꝯsulat te super filio suo qui egrotat. Hec & hec loqueris ei. Cũ ergo illa intraret / et dissimularet se esse q̃ erat: audivit Ahias sonitũ pedũ eius introeuntis per ostiũ & ait. Ingredere vxor hieroboã / quare aliam te esse simulas? Ego autem missus sum ad te durus nuncius. Vade & dic Hieroboam. Hec dicit dñs deus Israel. Quia exaltavi te de medio populi: et dedi te ducem super populum meuz israel: & scidi regnũ domus david: et dedi illud tibi & nõ fuisti sicut servus meus david qui custodivit mãdata mea et secutus est me in toto corde suo faciens qđ placitũ esset in cõspectu meo: sed operatus es male super omnes q̃ fuerunt ante te & fecisti tibi deos alienos & ꝯflatiles vt me ad .s. 16. b.
C iracundiã provocares: me autẽ proiecisti post tergũ tuũ. Idcirco ecce ego inducã mala super domũ hieroboã: & percutiã de hieroboã mingentem ad parietẽ & clausum & novissimũ in israel / et mundabo reliquias domus hieroboã: sicut mũdari solet fimus vsq; ad purũ. Qui mortui fuerint de hieroboã i civitate comedẽt eos canes: qui autem mortui fuerit in agro vorabũt eos aves celi / quia dñs locutus est. Tu igitur surge et vade in domũ tuã: & in ipso introitu pedũ tuorũ in vrbem morietur puer et planget eum oĩs israel & sepeliet. Iste enim solus inferetur de hieroboam in sepulchrũ: q2 inventus est
D super eo sermo bonus a dño deo Israel in domo hieroboam. Constituet autẽ sibi dñs regẽ super israel q̃ percutiet domũ hieroboã i hac die & in hoc tempore: et percutiet dñs deus israel: sicut moveri solet arundo in aqua. Et evellet israel de terra bona hac quã dedit patribus eorũ et ventilabit eos trãs flumen: q2 fecerunt sibi lucos vt irritarẽt dominũ: & tradet dñs deus israel propter peccã hieroboã qui peccavit & peccare fecit israel. Surrexit itaq; vxor hieroboã &
E abiit & venit in thersa. Cũq; illa ingrederet limẽ domus puer mortuus est et sepelierũt eũ. Et planxit eũ oĩs israel iuxta sermonem dñi / quem locutus est in manu servi sui Ahie propha-

re. Reliqua aũt verboꝝ hieroboam
quō pugnauerit et quō regnauerit/
ecce scripta sunt in libro verborum
dierum regũ israel. Dies aũt quib⁹
regnauit hieroboã viginti duo anni
sunt. Et dormiuit hieroboã cũ patri-
bus suis. Regnauitq́ꝫ nadab filius
eius pro eo. Porro roboam filius sa-
lomonis regnauit in iuda. Quadra-
F ginta et vnius anni erat roboam cũ
2.pa.12.d regnare cepisset: decem ꝛ septem an-
nos regnauit ĩ hierl'm ciuitate / quã
elegit dñs vt poneret nomen suum
ibi/ex oĩbus tribub⁹ israel. Nomen
aũt matris eius Naama ammani-
tes. Et fecit iudas malũ corã dño: et
irritauerũt eum sup oĩbus que fece-
rãt patres eorũ in peccatis suis que
peccauerũt. Edificauerũt eñi et ipsi
sibi aras ꝛ statuas et lucos sup om-
nem collem excelsum/ et subter oẽm
arborem frondosam: sed ꝛ effemina-
ti fuerunt in terra: feceruntq́ꝫ omnes
abominationes gentiũ / quas attri-
uit dñs ante faciem filioꝝ israel. In
G quinto aũt anno regni roboaꝫ/ascẽ-
dit sesac rex egypti in hierl'm: ꝛ tulit
thesauros domus dñi: et thesauros
regios et vniuersa diripuit: scuta
quoq́ꝫ aurea que fecerat salomon ꝓ
quibus fecit rex roboã scuta erea: et
tradidit ea in manũ ducũ scutario-
rum/ ꝛ eorũ ꝙ excubabant ante ostiũ
dom⁹ regis. Cũq́ꝫ ingrederet̃ rex in
domũ dñi portabant ea qui preeun-
di habebant officiũ: ꝛ postea repor-
tabant ad armamentariũ scutario-
rum. Reliqua aũt sermonũ roboam
et oĩa que fecit: ecce scripta sunt in
libro sermonũ dierum regum iuda.
Fuitq́ꝫ bellum inter roboam et hie-
roboam cũctis diebus. Dormiuitq́ꝫ
roboam cũ patrib⁹ suis: et sepultus
est cũ eis in ciuitate dauid. Nomen
aũt matris ei⁹ naama ãmanites / ꝛ
regnauit Abia filius eius pro eo.

¶ Capi. Sũmariũ. De abia qui fecit
malum ꝛ ꝙ dauid fecit rectum exce-
pto sermõe vrie ethei: de pugna abie
cum hieroboam/de asa qui regnauit
post abiam qui fecit rectum: de pre-
lio inter asa ꝛ baasa regem israel: de
adiutorio benadad regi asa: de mor-
te asa ꝛ de dolore pedũ eius / de iosa
phat qui successit ei: de nadab rege
filij hieroboam occiso/ de basa ꝙ re-
gnauit post eũ qui percussit omnem
domũ hieroboam. Capitulum. xv.

Igitur in octauodecimo anno A
regni hieroboam filij nabat/
regnauit abia sup iudã. Tri-
bus annis regnauit in hierusalem
Nomen matris eius Maacha filia
Abesalom. Ambulauitq́ꝫ in oĩbus
peccatis patris sui que fecerat ante
eum: nec erat cor eius ꝑfectũ cũ do-
mino deo suo sicut cor dauid patris
eius. Sed propter dauid dedit ei do-
minus deus suus lucernã in hieru-
salem vt suscitaret filium eius post
eum: ꝛ staret in hierusalẽ: eo ꝙ fecis-
set dauid rectum in oculis dñi: et nõ
declinasset ab oĩbus que preceperat
ei cunctis dieb⁹ vite sue: excepto ser-
mone vrie ethei. Attamen bellũ fuit 2.pa.13.a.
inter roboam ꝛ hieroboã oĩ tpe vite
eius. Reliqua aũt sermonũ Abie/ et B
oĩa que fecit/ nonne hec scripta sunt
in libro verborũ dierum regũ iuda?
Fuitq́ꝫ preliũ inter abiã ꝛ inter hie- 2.pa.14.
roboã. Et dormiuit abia cũ patribus a.
suis/ ꝛ sepelierunt eũ in ciuitate da-
uid. Regnauitq́ꝫ Asa filius eius pro
eo. In anno ergo vicesimo hieroboã
regis israel regnauit Asa rex iuda/
et quadraginta et vno anno regna-
uit in hierusalem. Nomẽ matris ei⁹
maacha filia abesalom. Et fecit asa
rectum ante conspectũ dñi sicut da-
uid pater eius: et abstulit effemina-
tos de terra / purgauitq́ꝫ vniuersas
sordes idolorũ que fecerant patres
eius. Insup ꝛ maachã matrẽ suam C
amouit/ne esset princeps in sacris
priapi/et in luco eius quem conse-
crauerat. Subuertitq́ꝫ specũ eius: et
confregit simulachrũ turpissimũ et
combussit in torrẽte cedron: excelsa
aũt nõ abstulit. Uerũtamen cor asa
perfectũ erat cũ dño cunctis diebus
suis: ꝛ intulit ea que sanctificauerat
pater suus /et vouerat in domũ dñi
argentũ ꝛ aurũ ꝛ vasa. Bellum aũt
erat inter Asa et baasa regem israel
cunctis dieb⁹ eorũ. Ascendit quoq́ꝫ
baasa rex israel in iudã: ꝛ edificauit
rama: vt nõ posset quispiam egredi
vel ingredi de parte Asa regis iude. D
Tollens itaq́ꝫ Asa omne argentũ et
aurũ qđ remãserat in thesauris do-
mus dñi et in thesauris domus re-
gie: dedit illud in manus seruorum
suoꝝ: ꝛ misit ad Benadad filiũ Ta-
bremon filij Ezion regem Syrie/ qui
habitabat in Damasco/ dicens. Fe-
dus est inter me ꝛ te: ꝛ inter patrem

meū/et patrē tuū: ideo misi tibi mu-
nera argētū et aurū: et peto vt venias
et irritum facias fedus quod habes
cū baasa rege israel: et recedat a me.
Acq̄esceñs benadad regi Asa / misit
principes exercit⁹ sui in ciuitates is-
rael/et percusserūt ahion et dan et abel
domū maacha/et vniuersam cenne-
E roth/omnē scilicet terram nephtalim.
Quod cū audisset baasa/ intermisit
edificare rama/et reuers⁹ est in ther-
sa. Rex aūt asa nunciū misit in oēm
iudam dicens. Nemo sit excusatus.
Et tulerūt lapides de rama: et ligna
eius quib⁹ edificauerat baasa: et ex-
truxit de eis rex asa: gabaa beniamin
1.pa.10.b. et masphat. Reliqua aūt oīm sermo-
nū asa et vniuerse fortitudines ei⁹/
et cūcta q̄ fecit: et ciuitates quas ex-
truxit nōne hec scripta sunt in libro
verborū dierum regū iuda? Verūta-
men in tempore senectutis sue doluit
pedes/et dormiuit cū patrib⁹ suis: et
sepult⁹ est cū eis i ciuitate dauid pa-
tris sui. Regnauitq̄ Josaphat filius
F eius ꝓ eo. Nadab vero filius hiero-
boam regnauit sup israel anno scd̄o
asa regis iuda: regnauitq̄ sup israel
duob⁹ annis: et fecit quod malum est
in cōspectu dñi: et ambulauit in viis
patris sui/et in peccatis eius quib⁹ pec-
care fecit israel. Insidiat⁹ est autē ei
baasa fili⁹ ahie de domo isachar/et
percussit eū in gebbethon/q̄ est vrbs
philistinorū. Siquidē nadab/et oīs
israel obsidebant gebbethon. Inter-
fecit ergo illū Baasa in anno tertio
asa regis iuda: et regnauit ꝓ eo. Cūq̄
regnasset/percussit omnem domum
G hieroboam. Nō dimisit nec vnā qui-
dem aiam de semine ei⁹/donec dele-
ret eū iuxta verbū dñi qd̄ locutus fue-
3.14.c. rat in manu serui sui ahie silonitis/
propter pctā hieroboam q̄ peccaue-
rat: et quib⁹ peccare fecerat israel: et
propter delictū quo irritauerat do-
minū deū isrl'. Reliqua autē sermo-
num nadab/et oīa q̄ operat⁹ est: non-
ne hec scripta sunt in libro verborum
dierū regū israel? Fuitq̄ bellū inter
asa et baasa regē israel cunctis dieb⁹
eorū. Anno tertio asa regis iuda re-
gnauit baasa fili⁹ ahie sup oēm israel
in thersa viginti quattuor annis: et fe-
cit malū corā dño: ambulauitq̄ in
viis hieroboam: et in peccatis eius
quibus peccare fecit israel.

¶ C.S. De Jehu propheta misso ad
Baasa/de morte Baasa/et q̄ Baasa
interfecit Jehu/cui successit Hela fi-
lius eius quem occidit Zambri: et re-
gnauit pro eo/qui postea semetipsū
succēdit cum obsideret eum Amri/
quē elegerat Israel: media pars po-
puli sequebatur Thebni/preualuit
tamen populus qui erat cum Amri
de regno Achab filii eius/de reedifi-
catione Hiericho ab Ahiel. Cap. xvi.

Factus est autē sermo dñi ad ie- A
hu filiū anani cōtra baasa di-
cens. Pro eo q̄ exaltaui te de
puluere: et posui te ducē super popu-
lum meū israel: tu autē ambulasti in
via hieroboam: et peccare fecisti po-
pulū meum israel: vt me irritares in
peccatis eorū: ecce ego demetā poste-
riora baasa: et posteriora dom⁹ eius: 3.14.c.
et faciā domū tuā sicut domū hiero- 3.15.f.
boam filii nabat. Qui mortuus fue-
rit de baasa in ciuitate: comedēt eū
canes: et q̄ mortu⁹ fuerit ex eo in re-
gione/ comedent eum volucres celi. B
Reliqua aūt sermonū baasa/et que-
cūq̄ fecit/et prelia ei⁹: nōne hec scri-
pta sunt in libro verborū dierū regū 2.Para.
israel? Dormiuit ergo baasa cum pa- 16.a.
trib⁹ suis/sepultusq̄ est in thersa: et
regnauit hela fili⁹ eius ꝓ eo. Cū au-
tem in manu iehu filii anani ꝓphete
verbū dñi factū esset contra baasa/et
contra domū ei⁹/et cōtra omne ma-
lum qd̄ fecerat corā dño ad irritan-
dum eū in operib⁹ manuū suarū: vt
fieret sicut dom⁹ hieroboam: ob hanc
causam occidit eū/hoc est iehu filium
anani prophetā. Anno vicesimo sex-
to Asa regis Juda/regnauit Hela fi-
lius Baasa super israel in thersa duo- C
bus annis: et rebellauit contra eum
seruus suus zamri dux medie partis
equitum. Erat aūt hela in thersa bi-
bens: et temulētus in domo arsa pre-
fecti thersa. Irruēs ergo zamri/per- 4.re.9.g.
cussit et occidit eū anno vicesimo se-
ptimo asa regis iuda: et regnauit ꝓ
eo. Cumq̄ regnasset et sedisset sup so-
liū eius: percussit oēm domum baasa
et nō dereliq̄t ex ea mingentē ad pa-
rietē/et ꝓpinquos et amicos ei⁹. De-
leuitq̄ zamri omnē domū baasa iu-
xta verbū dñi qd̄ locutus fuerat ad
baasa in manu iehu ꝓphete propter
vniuersa pctā baasa: et pctā hela filii
eius/qui peccauerunt et peccare fece-
runt israel/prouocantes dñm deum
israel in vanitatibus suis. Reliqua D

autē sermonū hela: et oīa que fecit/
nōne hec scripta sunt in libro verbo-
rum dierū regū israel? Anno vicesi-
moseptimo asa regis iuda: regnauit
zamri septē dieb⁹ in Thersa. Porro
exercitus obsidebat gebbethon vrbē
philistinorum. Cumq3 audisset rebel
lasse zamri, et occidisse regem: fecit
sibi regē ois israel amri: q̄ erat prin-
ceps militie sup israel in die illa i ca-
stris. Ascendit ergo amri: et oms is-
rael cū eo de gebbethon: et obsidebāt
thersa. Uidens autē zamri q̄d expu-
gnanda esset ciuitas / ingressus est
palatiū: et succēdit se cū domo regia
et mortuus est in pctis suis que pec-
cauerat faciens malū corā dño: et
ambulās in via hieroboā / et in pec-
E cato ei⁹ quo fecit peccare israel. Re-
liqua autē sermonū zamri: et insidia-
rum eius et tyrānidis: nōne hec scri-
pta sunt in libro verborū dierū regū
israel? Tunc diuisus est populus is-
rael in duas partes. Media pars po
puli sequebatur thebni filiū gineth/
vt cōstitueret eū regē: z media pars
amri. Preualuit autem populus qui
erat cum amri, populo q̄ sequebatur
Thebni filiū gineth. Mortuusq3 est
thebni: et regnauit amri. Anno trice-
simoprimo asa regis iuda regnauit
amri sup israel duodecim annis. In
thersa regnauit sex ānis: emitq3 mō
tem samarie a samer duobus talen-
tis argenti: et edificauit eū: z vocauit
F nomen ciuitatis quā extruxerat: no-
mine semer dñi montis samarie. Fe-
cit autē amri malū in cōspectu dñi: z
operatus est nequiter super oēs qui
fuerunt ante eū. Ambulauitq3 in oī
via hieroboā filij nabat: et in pecca-
tis eius q̄bus peccare fecerat israel:
vt irritaret dñm deum israel in vani
tatibus suis. Reliqua autem sermo-
num amri: et prelia eius q̄ gessit: nō-
ne hec scripta sunt in libro verborū
dierum regū israel? Dormiuitq3 am-
ri cū patribus suis: et sepultus est in
samaria. regnauitq3 achab fili⁹ eius
pro eo. Achab vero fili⁹ amri regna-
uit super israel anno tricesimoocta-
uo asa reg⁹ iuda. Et regnauit achab
filius amri sup israel in samaria vi-
G ginti z duobus annis. Et fecit achab
filius amri malū in cōspectu dñi su-
per oēs qui fuerunt ante eum. Nec
suffecit ei vt ambularet in peccatis
hieroboam filij nabat; insuper duxit

vxorē Jezabel filiam ethbaal regis
sidoniorū. Et abijt et seruiuit baal, et 4. Regū.
adorauit eum / et posuit arā baal in 10. d.
tēplo baal / quod edificauerat in sa-
maria: et plantauit lucum. Et addi-
dit achab in opere suo / irritans do-
minū deum israel super oēs reges is-
rael qui fuerunt ante eū: in dieb⁹ ei⁹
edificauit Ahiel de bethel Hierico.
In abiram primitiuo suo fundauit
eam: et in segub nouissimo suo posuit
portas ei⁹ iuxta verbū dñi quod locu- Jos. 6. d.
tus fuerat in manu iosue filij nun.
¶ C. S. Uenit elias ad achab / clau-
dit celū ne pluat / pascitur a coruis /
z postea a muliere sarepthana susci-
pitur / et farina de hydria nō deficit /
nec lecythus olei minuitur / etiā eius
filium suscitat elias. Capitulū. xvij.
ET dixit elias thesbites de ha- A
bitatorib⁹ galaad ad achab.
Uiuit dñs deus israel: in cui⁹ ec. 48. a.
conspectu sto: si erit annis his ros et iaco. 5. d.
pluuia / nisi iuxta oris mei verba. Et
factū est verbū dñi ad eum: dicens.
Recede hinc / et vade cōtra orientē /
et abscondere in torrente carith qui
est contra iordanē: et ibi de torrente
bibes: coruisq3 precepi / vt pascant te
ibi. Abijt ergo et fecit iuxta verbum
dñi. Cumq3 abijsset / sedit in torrente
carith / qui est contra iordanē. Corui
quoq3 deferebant ei panē et carnes
mane: similiter panē et carnes vespe
ri: et bibebat de torrente. Post dies ps. 106. d.
autē aliquantos siccatus est torrens 41. di, ca.
non enim pluerat super terrā. Fact⁹ de lite.
est ergo sermo dñi ad eū dicēs. Surge Lu. 4. d.
et vade i sarepta sidoniorū: z mane- B
bis ibi. Precepi enim ibi mulieri vi-
due vt pascat te. Surrexit et abijt in
sarepta sidoniorū. Cumq3 venisset
ad portā ciuitatis: apparuit ei mu-
lier vidua colligens ligna / et voca-
uit eā: dixitq3 ei. Da mihi paululum
aque in vase / vt bibam. Cūq3 illa per-
geret vt afferret / clamauit post ter-
gum eius dicēs. Affer mihi obsecro iud. 4. c.
et buccellā panis in manu tua. Que ec. 48. a.
respondit. Uiuit dominus de⁹ tuus /
quia non habeo panē / nisi quantum
pugillus capere potest farine in hy-
dria: et paululum olei in lecytho. En
colligo duo ligna / vt ingrediar et fa-
ciam illud mihi et filio meo / vt com-
edamus et moriamur. Ad quā elias
ait. Noli timere: sed vade et fac sicut
dixisti. Uerūtamen mihi primū fac

de ipsa farinula subcinericiũ panem
paruulum: et affer ad me: tibi autẽ ⁊
C filio tuo facies postea. Hec autem di
cit dñs deꝰ israel. Hydria farine non
deficiet: nec lecythus olei minuetur
vsqꝫ ad diem in qua dñs daturus est
pluuiã super faciem terre. Que abijt
et fecit iuxta verbũ elie. Et comedit
ipse / et illa / et domꝰ eius: et ex illa die
hydria farine nõ defecit: et lecythus
olei non est imminutus: iuxta verbũ
domini quod locutus fuerat in ma-
nu elie. Factũ est autem post verba
hec: egrotauit filiꝰ mulieris matris-
familias: et erat languor fortissimus
ita vt non remaneret in eo halitus.
Dixit ergo ad eliam. Quid mihi et
tibi vir dei? Ingressus es ad me / vt
rememorarentur iniquitates mee / ⁊
D interficeres filium meum? Et ait ad
eam elias. Da mihi filiũ tuum. Tu-
litqꝫ eum de sinu eius: et portauit in
cenaculũ vbi ipse manebat: et posuit
super lectulum suum: et clamauit ad
dominum / et dixit. Domine deꝰ me-
4.re.4.f us / etiam ne viduã apud quam ego
vtcumqꝫ sustẽtor afflixisti: vt interfi-
Act.20.c. ceres filiũ eius? Et expandit se: atqꝫ
mensus est super puerũ tribus vici-
bus: et clamauit ad dñm et ait. Do-
mine deus meus reuertatur obsecro
anima pueri huius in viscera eius.
Et exaudiuit dominus vocem elie: et
reuersa est anima pueri intra eum: ⁊
reuixit. Tulitqꝫ elias puerum: et de-
posuit eum de cenaculo in inferiorẽ
domum: et tradidit matri sue / ⁊ ait il-
li. En viuit filius tuus. Dixitqꝫ muli-
er ad eliam. Nunc ĩ isto cognoui quo
niam vir dei es tu: et verbum domini
in ore tuo verum est.

¶ C.S. Mittitur elias ad achab vt
detur ei pluuia: de abdia qui prophe-
tas domini abscondit centum et pa-
uit: de ostẽsione elie ad achab: de in-
terfectione sacerdotum baal ab elia
post ꝯsũmationẽ holocausti: et igne
misso ꝺ celo: de pluuia data. Cap. xviij.

A Post dies multos / factum est
verbum domini ad eliã in an-
no tertio dicens. Vade ⁊ ostẽ-
de te achab: vt dem pluuiam sup fa-
ciem terre. Iuit ergo elias vt ostende
ret se achab. Erat autem fames vehe
mens in samaria. Vocauitqꝫ achab
abdiam dispensatorem domus sue.
Abdias autem timebat dominũ de-
um valde. Nam cũ interficeret ieza

bel prophetas dñi / tulit ille centum 23.q.4.c.
prophetas et abscondit eos quinqua nunium.
genos et quinquagenos in speluncis
et pauit eos pane et aqua. Dixit er-
go achab ad abdiam. Vade in ter-
ram ad vniuersos fontes aquarum:
et in cunctas valles si forte possimꝰ
inuenire herbam et saluare equos et
mulos: et non penitus iumẽta inter-
eant. Diuiseruntqꝫ sibi regiones: vt
circuirent eas. Achab ibat per viam
vnam: et abdias per viam alteram
seorsum. Cumqꝫ esset abdias in via:
elias occurrit ei. Qui cum cognouis- D
set eum / cecidit super faciem suam:
et ait. Num tu es domine mi elias?
Cui ille respondit. Ego. Et dixit. Va-
de et dic domino tuo. Adest elias. Et
ille. Quid peccaui inquit quoniam
trades me seruũ tuũ in manu achab
vt interficiat me? Viuit dñs deꝰ tuꝰ:
quia non est gens aut regnũ / in quo
non miserit dñs meus te requirens.
Et respondentibus cunctis: non est
hic: adiurauit regna singula: et gen-
tes: eo ꝙ minime reperireris. Et nunc
tu dicis mihi. Vade et dic domino
tuo. Adest elias. Cũqꝫ recessero a te
spiritus dñi asportabit te in locum
quem ego ignoro: et ingressus nũcia E
bo achab: et nõ inueniẽs te / interficit
et me: seruꝰ autẽ tuus timet dñm ab
infantia sua. Nunqd nõ indicatum
est tibi dño meo qd fecerim cũ inter-
ficeret iezabel ꝓphetas dñi / ꝙ abscõ
derim de ꝓphetis dñi centum viros
quinquagenos et qnquagenos ĩ spe-
luncis: et pauerim eos pane et aqua?
Et nunc tu dicis. Vade ⁊ dic dño tuo 3.17.c.
adest elias: vt interficiat me? Et di- 4.re.4.
xit elias. Viuit dñs exercituũ / añ cu- b.
ius vultũ sto: qꝛ hodie apparebo ei.
Abijt ergo abdias ĩ occursum achab
et indicauit ei. Venitqꝫ achab in oc-
cursũ elie. Et cũ vidisset eũ / ait. Tu
ne es ille q̃ cõturbas isrl'? Et ille ait.
Nõ ego turbaui isrl': sed tu / et domꝰ
patris tui: qui dereliq̃stis mandata
dñi / et secuti estis baalim. Veruntñ
nunc mitte / et congrega ad me vni-
uersum Israel in monte carmeli: et
prophetas baal quadringentos qn-
quaginta / prophetasqꝫ lucorum qua
dringentos: qui comedunt de mẽsa
iezabel. Misit achab ad omnes fili-
os israel: et congregauit prophetas D
in monte carmeli. Accedens autem
elias ad omnẽ populum israel / ait:

49.dist. Usquequo claudicatis in duas par=
ca.si. tes? Si dñs est deꝰ sequimini eum: si
autē baal/seqmini illū. Et nō respon
dit ei ppl's verbū. Et ait rursus elias
ad populum. Ego remansi propheta
dñi solus: prophete autem baal qua=
dringenti ꝛ quinquaginta. Prophe=
teqꝫ lucorum quadringenti viri sunt.
Dent nobis duo boues: et illi eligant
sibi bouē vnum/ꝛ in frusta cedentes
ponāt sup ligna/ignē autē non sup=
ponāt. Et ego faciā bouē alterum: et
imponā sup ligna/ignē aūt non sup=
ponā. Inuocate noīa deorū vestrorū
et ego inuocabo nomē dei mei: et de=
us q̄ exaudierit per ignē/ipse sit de=
us. Rñdēs oīs ppl'us ait. Optima ꝓ=
positio quam locutus est elias. Dixit
ergo elias ꝓphetis baal. Eligite vo=
bis bouē vnū/et facite primi: qꝛ vos
E plures estis: et inuocate noīa deorū
vestrorum/ignēqꝫ nō supponatis. Qui
cum tulissent bouē quē dederat eis
fecerunt: ꝛ inuocabāt nomen baal de
mane vsqꝫ ad meridiē dicētes. Baal
exaudi nos. Et non erat vox: nec qui
rñderet. Trāsiliebātqꝫ altare qđ fece
rāt. Cūqꝫ esset iā meridies: illudebat
illis elias dicens. Clamate voce ma=
iore. Deus eñ vester est: et forsitā lo=
quit: aut in diuersorio est: aut in iti=
nere: aut certe dormit vt excitet. Cla=
mabāt ergo voce magna: et incidebāt
se iuxta ritū suū cultris/et lanceolis:
donec pfunderent sanguine. Postq̄
autem trāsiit meridies: et illis ꝓphe=
tantibus venerat tēpus quo sacrifi=
ciū offerri solet: nec audiebatur vox/
nec aliquis rñdebat/nec attendebat
orātes: dixit elias oñi populo. Veni=
te ad me. Et accedēte ad se ppl'o/cu=
rauit altare dñi/qđ destructum fue=
rat: et tulit duodecim lapides iuxta
numerū tribuū filiorū iacob: ad quē
Gen.32.f. factꝰ est sermo dñi dicens. Isrl' erit
nomen tuū. Et edificauit de lapidi=
F bus altare in noīe dñi. Fecitqꝫ aque
ductum quasi p duas aratiūculas in
circuitu altaris/ꝛ composuit ligna:
diuisitqꝫ per mēbra bouem: et posuit
super ligna: et ait. Implete q̄tuor hy=
drias aqua: et fundite super holocau
stum: ꝛ super ligna. Rursumqꝫ dixit.
Etiā scđo hoc facite. Qui cū fecissent
scđo/ait. Etiā tertio idipsum facite.
Feceruntqꝫ et tertio: et currebāt aque
circū altare: et fossa aqueductus re=
pleta est. Cūqꝫ iam tēpus esset vt of=
ferret holocaustū: accedens elias ꝓ=
pheta ait. Dñe deus abraā/et isaac/
et israel: ostēde hodie qꝛ tu es deus is
rael: et ego seruus tuus: et iuxta pre= 1.q.1.cum
ceptū tuū feci oīa verba hec. Exaudi scriptura.
me dñe/exaudi me: vt discat populꝰ
iste qꝛ tu es dñs deus/et tu conuerti=
sti corda eorū iterū. Cecidit aūt ignis
dñi/et vorauit holocaustū/et ligna/
et lapides: puluerē quoqꝫ et aquam
que erat in aqueductu lambens. Qđ
cū vidisset oīs populꝰ: cecidit in fa=
ciem suā/et ait. Dñs ipse est deꝰ: do=
minus ipse est deꝰ. Dixitqꝫ elias ad B
eos. Apprehendite ꝓphetas baal: et
ne vnꝰ quidē effugiat ex eis. Quos
cū apprehendissent: duxit eos elias
ad torrentē cison: ꝛ interfecit eos ibi.
Et ait elias ad achab. Ascēde/come= 1.q.4.§.
de et bibe: qꝛ sonus multe pluuie est. petō q̄qꝫ
Ascēdit achab/vt comederet ꝛ bibe= plebis.
ret. Elias aūt ascendit in verticē car= §.7.a.
meli: et pronꝰ in terrā posuit faciem Jac.5.d.
suā inter genua sua: et dixit ad puerū
suū. Ascēde et prospice cōtra mare.
Qui cū ascēdisset et contēplatꝰ esset
ait. Nō est quicq̄. Et rursum ait illi.
Reuertere septē vicibꝰ. In septima
autem vice/ecce nubecula parua q̄si
vestigium hoīs ascēdebat de mari.
Qui ait. Ascēde et dic achab. Junge
currū tuū et descende/ne occupet te
pluuia. Cūqꝫ se verteret huc atque il=
luc/ecce celi contenebrati sunt: et nu
bes/et vētus: et facta est pluuia grā=
dis. Ascendens itaqꝫ achab abiit in
iezrahel: et manus dñi facta est sup
eliam: accinctisqꝫ lūbis currebat an=
te achab: donec veniret in iezrahel.
¶ C.S. Fugit elias iezabel: dormit
sub vmbra iuniperi: manet in spelū=
ca: petit anime sue mortem: videt do=
minum: mittit vngere azahel regem
super syriā/et iehu super israel et he=
liseum in prophetam pro se: heliseus
sequitur et sibi ministrat. Cap. xix.
Nunciauit autē achab iezabel A
oīa que fecerat elias: et quo=
modo occidisset vniuersos ꝓ=
phetas baal gladio. Misitqꝫ iezabel
nuncium ad eliam dicens. Hec mihi
faciant dii/ꝛ hec addant: nisi hac ho=
ra cras posuero aīam tuā sicut ani=
mam vnīꝰ ex illis. Timuit ergo eli=
as/et surgens abiit quocumqꝫ eū fere
bat voluntas: venitqꝫ in bersabee iu=
da/et dimisit ibi puerū suum: et per=
rexit in desertū viā vnius diei. Cūqꝫ

venisset / et sederet subter vnam iu-
niperum / petiuit anime sue vt mori-
retur: et ait. Sufficit mihi dñe / tolle
animā meam. neq; enim melior sum / q̄
Jone. 4. patres mei. Proiecitq; se: et obdor-
miuit in vmbra iuniperi. Et ecce an-
gelus dñi tetigit eū / et dixit illi. Sur-
ge / et comede. Respexit ꝛ ecce ad ca-
put suum subcinericius panis / ꝛ vas
aque. Comedit ergo ꝛ bibit: ꝛ rursum
obdormiuit. Reuersusq; est angelus
dñi scd̄o et tetigit eū: dixitq; illi. Sur-
ge / comede / grandis enim tibi restat
B via. Qui cū surrexisset comedit et bi-
bit: et ambulauit in fortitudine cibi
illius quadraginta diebus / et qua-
draginta noctib⁹ vsq; ad mōtem dei
oreb. Cumq; venisset illuc / mansit in
spelunca. Et ecce sermo dñi ad eū: di-
Ro.11.a. xitq; illi. Quid hic agis elia? At ille
respondit. Zelo zelatus sum pro dño
deo exercituum: q2 dereliquerunt pa-
ctum dñi filij israel. Altaria tua de-
struxerunt: ꝛ prophetas tuos occide-
runt gladio: et derelict⁹ sum ego sol⁹
et querunt animam meā vt auferant
eam. Et ait ei. Egredere ꝛ sta in mon-
te corā dño. Et ecce dñs transit / ꝛ spi-
ritus grandis et fortis subuertens
montes / ꝛ conterens petras ante do-
minum. Non in spū dñs / ꝛ post spiri-
tum ꝯmotio. Non in cōmotione dñs:
C et post ꝯmotionē ignis. Non in igne
dñs et post ignē sibilus aure tenuis.
Quod cū audisset elias: operuit vul-
tum suum pallio: ꝛ egressus stetit in
ostio spelūce: ꝛ ecce vox ad eū dicēs.
Quid hic agis elia? Et ille rñdit. Ze-
lo zelat⁹ sum pro dño deo exercituum
quia dereliquerunt pactum tuum fi-
lij israel. Altaria tua destruxerunt:
et ꝓphetas tuos occiderunt gladio /
et derelict⁹ sum ego solus: ꝛ querunt
de sacra. animam meā vt auferant eam. Et ait
vnct.ca- dñs ad eū. Uade ꝛ reuertere in viam
vnico. tuā per desertum in damascuz. Cūq;
ec.48.a. perueneris illuc / vnges Azahel re-
gem super Syriā: et iehu filiū namsi
vnges regē super israel. Heliseū au-
tem filiū saphat qui est de abelmeu-
la / vnges prophetam pro te. Et erit /
quicumq; fugerit gladiū azahel / occi-
det eum iehu: et quicūq; fugerit gla-
dium iehu: interficiet eum heliseus.
D Et derelinquam mihi in israel septē
Ro.11.a. milia virorum / quorū genua nō sunt
incuruata ante baal: ꝛ oē os quod nō
adorauit eum osculās manum. Pro-
fectus ergo inde Elias reperit heli-
seum filiū Saphat / arantem in duo-
decim iugis boum et ipse in duode-
cim iugis boum arantib⁹ vnus erat.
Cūq; venisset elias ad eū / misit pal-
lium suum sup illum. Qui statim reli-
ctis bobus cucurrit post Eliam / et
ait. Osculor oro te patrē meum ꝛ ma-
trem meā / ꝛ sic sequar te. Dixitq; ei. 86.di.c.
Uade et reuertere. Qd̄ enim meū erat nō sat; ē.
feci tibi. Reuersus autē ab eo / tulit
par boum et mactauit illud / ꝛ in ara-
tro boum coxit carnes / et dedit popu-
lo / et comederunt. Cōsurgensq; abijt
et secutus est Eliā: ꝛ ministrabat ei.

¶ C.S. De ꝑma obsidiōe samarie: et
fuga benadad reg⁹ syrie per pueros
principū ꝓuinciarū: de pugna in qua
syri cesi et benadad tentus et dimis-
sus est: de ꝓpheta q̄ dixit alteri: per-
cute me: qui prophetauit ad achab
custodi virum istum. Capitulū. xx.

Porro benadad rex syrie con- A
gregauit oēm exercitū suū / et
triginta duos reges secum: et
equos et currus: et ascēdens pugna-
uit cōtra samariā / ꝛ obsedit eā. Mit-
tensq; nuncios ad Achab regē israel
in ciuitatē / ait. Hec dicit Benadad.
Argētum tuū et aurū tuū meum est:
vxores tue ꝛ filij tui optimi mei sunt.
Respōditq; rex israel. Juxta verbum
tuum dñe mi rex / tuus sum ego ꝛ oīa
mea. Reuertētesq; nuncij / dixerunt.
Hec dicit benadad qui misit nos ad
te. Argētum tuū / et aurū tuū / et vxo-
res tuas / et filios tuos dabis mihi.
Cras igitur hac eadem hora mittam
seruos meos ad te / et scrutabuntur
domum tuā ꝛ domū seruoꝝ tuoꝝ: et
oē qd̄ eis placuerit ponent in mani-
bus suis et auferent. Uocauit autem
rex israel omnes seniores terre ꝛ ait. B
Animaduertite ꝛ videte: qm̄ insidia-
tur nobis. Misit enim ad me pro vxo-
ribus meis et filijs: et pro argento et
auro ꝛ nō abnui. Dixeruntq; oēs ma-
iores natu et vniuersus ppl's ad eū.
Nō audias neq; acquiescas illi. Re-
spōdit itaq; nuncijs Benadad. Dici-
te dño meo regi. Oia ꝓpter que misi-
sti ad me seruū tuum in initio / faciā:
hanc aūt rem facere nō possum. Re-
uersiq; nuncij retulerunt oia ei. Qui
remisit et ait. Hec faciant mihi dij et
hec addant / si suffecerit puluis Sa-
marie pugillis oīs populi qui sequi-
tur me. Et respondens rex israel / ait.

Dicite ei. Ne glorief accinctus eque
vt discinctus. Factū est aūt cum au-
disset benadad verbum istud / bibe-
bat ipse et reges i vmbraculis: et ait
seruis suis. Circūdate ciuitatem. Et
circūdederūt eam. Et ecce propheta
vnus accedens ad achab regem isra
C el/ait ei. Hec dicit dominus. Certe vi
disti omnē multitudinē hāc nimiā?
ecce/ ego tradā eā in manum tuā ho
die: vt scias quia ego sum dñs. Et ait
Achab. Per quē? Dixitq; ei. Hec di-
cit dñs. Per pedissequos principū
prouinciarum. Et ait. Quis incipiet
preliari? Et ille dixit. Tu. Recensuit
ergo pueros principū prouinciarū:
et reperit numerū ducentorū trigin-
taduorū: et recensuit post eos ppl'm
oēs filios israel septē milia: et egres-
si sunt meridie. Benadad autē bibe-
bat temulentus in vmbraculo suo /
et reges trigintaduo cum eo: qui ad
auxilium eius venerāt. Egressi sunt
autē pueri principū ꝓuinciarum in
prima fronte. Misit itaq; benadad.
Qui nunciauerunt ei dicentes. Viri
egressi sunt de samaria. At ille ait.
Siue pro pace veniunt/ apprehendi
te eos viuos: siue vt prelientur / vi-
D uos eos capite. Egressi i sunt ergo pu
eri principum ꝓuinciarum / ac reli-
quis exercit⁹ sequebatur. Et pcussit
vnusquisq; virum q contra se venie-
bat: fugeruntq; Syri/et psecutus est
eos isrl'. Fugit quoq; Benadad rex
syrie in equo cū equitibus suis. Nec-
nō egressus rex israel pcussit equos
et currus: ꝛ pcussit syriam plaga ma
gna nimis. Accedēs autem ꝓpheta
ad regem israel/dixit ei. Vade et con
fortare/et scito et vide quid facias.
sequēti eniꝫ anno rex syrie ascendet
contra te. Serui vo regis syrie dixe-
runt ei. Dii mōtium sunt dii eorum /
ideo superauerunt nos: sed meli⁹ est
vt pugnemus contra eos in cāpestri
bus / et obtinebimus eos. Tu ergo
verbum hoc fac. Amoue reges singu
los ab exercitu tuo / et pone princi-
pes pro eis: ꝛ instaura numerum mi
litū qui ceciderunt de tuis: et equos
ſm equos pristinos / et currus scdm
currus quos ante habuisti: ꝛ pugna
bimus contra eos in cāpestribus / et
videbis q obtinebimus eos. Credi-
dit consilio eorum et fecit ita. Igitur
postq̄ annus transierat / recensuit
benadad syros et ascendit in aphec

vt pugnaret cōtra israel. Porro filii
israel recensiti sunt: et acceptis ciba
riis profecti ex aduerso / castrame-
tati sunt contra eos / quasi duo par-
ui greges caprarum: syri aūt reple-
rūt terram. Et accedēs vnus vir dei E
dixit ad regem israel. Hec dicit dñs.
Quia dixerūt syri: deus mōtium est
dñs/et nō est deus valliū: dabo oēm
multitudinem hanc grandem in ma
nu tua/et scietis q ego sum dñs. Di
rigebant itaq; septem diebus ex ad-
uerso hi atq; illi acies: septima autē
die commissum est bellum. Percusse
runtq; filii israel de syris centum mi
lia peditū in die vna. Fugerunt autē
syri qui remanserunt in aphec/in ci-
uitatem: et cecidit murus sup vigin-
tiseptem milia hominum qui remā-
serant. Porro benadad fugiens in-
gressus est ciuitatē in cubiculū quod
erat intra cubiculū / dixeruntq; ei ser-
ui sui. Ecce audiuim⁹ q reges dom⁹
israel clementes sint. Ponam⁹ itaq;
saccos in lumbis nostris / et funicu-
los in capitibus nostris: et egredia-
mur ad regem israel: forsitan salua-
bit aīas nostras. Accinxerūt saccis
lumbos suos/ꝛ posuerunt funiculos
in capitib⁹ suis: veneruntq; ad regē
israel et dixerūt ei. Seruus tuus Be-
nadad dicit. Viuat oro te aīa mea.
Et ille ait. Si adhuc viuit frater me-
us est. Quod acceperūt viri pro homie
et festinantes rapuerunt verbum ex
ore ei⁹ atq; dixerūt. Frater tu⁹ bena- F
dad viuit. Et dixit eis. Ite ꝛ adduci-
te eum ad me. Egressus est ergo ad
eum benadad /et leuauit eum in cur-
rū suū. Qui dixit ei. Ciuitates quas
tulit pater me⁹ a patre tuo reddam:
et plateas fac tibi in damasco / sicut
fecit pater meus in samaria: et ego
federatus recedam a te. Pepigit er-
go fed⁹ et dimisit eum. Tūc vir qui-
dam de filiis prophetarū dixit ad so-
ciū suū in sermone domini. Percute
me. At ille noluit percutere. Cui ait.
Quia noluisti audire vocem dñi: ec-
ce recedes a me / et pcutiet te leo. Cū
q; paululū recessisset ab eo: inuenit
eū leo atq; pcussit. Sed et alterū in-
ueniens virum dixit ad eū. Percute
me. Qui pcussit eum et vulnerauit.
Abiit ergo propheta et occurrit regi G
in via: et mutauit aspersione pulue-
ris os et oculos suos. Cūq; rex trans
isset/clamauit ad regem et ait. Ser-

uus tuus egressus est ad preliãdum
comimus. Cũq3 fugisset vir vnus: ad-
duxit eum quidã ad me: et ait. Custo
di virum istuz. Qui si lapsus fuerit:
erit aĩa tua pro anima ei⁹: aut talen-
tum argenti appendes. Dum autem
ego turbatus huc illucq3 me verte-
rem: subito nõ comparuit. Et ait rex
israel ad eum. Hoc est iudiciũ tuum
qđ ipse decreuisti. At ille statim abs-
tersit puluerẽ de facie sua: et cogno-
uit eũ rex israel q̃ esset de prophetis.
Qui ait ad eum. Hec dicit dñs. Quia
dimisisti virum dignũ morte de ma-
nu tua: erit anima tua pro aĩa eius
et populus tuus pro populo eius.
Reuersus est igitur rex israel in do-
mum suã audire contemnens: et fu-
ribundus venit in samariam.

¶ Ca. S. De occisione naboth pro vi-
nea sua: Jezabel mittit vt occidatur
Naboth: lapidatur Naboth: de elia
qualiter increpauit Achab: de peni-
tentia Achab. Capitulum. xxi.

A Post verba aũt hec: tempore il-
lo vinea erat naboth iezrahe-
lite qui erat in iezrahel: iuxta
palatiũ achab regis samarie. Locu-
tus est ergo achab ad naboth dicẽs.
Da mihi vineam tuã: vt faciaz mihi
hortum olerũ: quia vicina est: et pro-
pe domuz meã: daboq3 tibi pro ea vi-
neam meliorem. Aut si cõmodius ti-
bi putas: argenti precium quantũ di-
23. q. 5. c. ꝯuenio. gna est dabo. Cui rñdit naboth. Pro
pitius sit mihi dñs: ne dem heredita
tem patrũ meorum tibi. Venit ergo
achab in domum suam indignans ⁊
frendens super verbo quod locutus
fuerat ad eum naboth iezrahelites
dicẽs. Nõ dabo tibi hereditatem pa-
B trum meorũ. Et ꝓiciens se in lectu-
lum suum: auertit faciem suã ad pa-
rietẽ: et non comedit panẽ. Ingressa
est autẽ ad eum Jezabel vxor sua: di-
xitq3 ei. Quid est hoc vnde aĩa tua
contristata est? et quare nõ comedis
panẽ? Qui rñdit ei. Locutus sum na
both iezrahelite: et dixi ei. Da mihi
vineam tuam accepta pecunia: aut
si tibi placet dabo tibi vineam melio
rẽ ꝓ ea. Et ille ait. Non dabo tibi vi-
neã meaz. Dixit ergo ad eum iezabel
vxor eius. Grandis authoritatis es:
et bene regis regnũ israel. Surge et
comede panem: et equo animo esto:
C ego dabo tibi vineã naboth iezrahe-
lite. Scripsit itaq3 literas ex nomi-
ne Achab et signauit eas anulo eius
et misit ad maiores natu et optima-
tes qui erant in ciuitate eius: et habi
tabãt cum naboth. Literaruz autem
hec erat sententia. Predicate ieiuniũ
et sedere facite naboth inter primos
populi: et submittite duos viros fili-
os belial contra eum, et falsum testi-
monium dicant. Benedixit naboth Act. 4. g.
deum et regem. Et educite eũ et lapi
date: sicq3 moriatur. Fecerunt ergo
ciues eius maiores natu et optima-
tes qui habitabant cum eo in vrbe si-
cut preceperat eis Jezabel et sicut
scriptum erat in literis quas mise-
rat ad eos. Predicauerũt ieiunium D
et sedere fecerunt naboth inter pri-
mos populi: et adductis duobus vi-
ris filijs diaboli: fecerunt eos sedere
contra eũ. At illi: scilicet vt viri dia-
bolici: dixerũt cõtra eũ testimonium
coram multitudine. Benedixit Na-
both deũ et regem. Quã obrem edu-
xerunt eum extra ciuitatem: et lapi-
dibus interfecerunt. Miseruntq3 ad
Jezabel dicentes. Lapidatus est na-
both, et mortuus est. Factum est au-
tem: cum audisset Jezabel lapida-
tum naboth et mortuum locuta est
ad Achab. Surge posside vineaz na-
both Jezrahelite qui noluit tibi ac-
quiescere et dare eam accepta pecu-
nia. nõ enim viuit Naboth: sed mor-
tuus est. Quod cum audisset achab E
mortuum videlicet Naboth surre-
xit ⁊ descendebat in vineam naboth
Jezrahelite vt possideret eam. Fa-
ctus est igiť sermo domini ad Eliam
Thesbiten dicens. Surge et descen-
de in occursum Achab regis Israel
qui est in samaria: ecce ad vineam
naboth descendit vt possideat eam:
et loqueris ad eum dicens. Hec dicit de pe. di. 1
dominus deus. Occidisti: insuper et stin. 3. c.
possedisti. Et post hec addes. Hec achab.
dicit domin⁹. In loco hoc in quo lin-
xerunt canes sanguinem Naboth:
lambent quoq3 sanguinem tuum. Et F
ait Achab ad Eliam. Num inueni-
sti me inimicum tibi? Qui dixit. In-
ueni eo q̃ venũdatus sis vt faceres
malum in conspectu domini. Hec di-
cit domin⁹. Ecce ego inducam super 4. Regū
te malum et demetã posteriora tua: 9. b.
⁊ interficiam de Achab mingentem
ad parietem: et clausum et vltimum
in Israel. Et dabo domum tuam si-
cut domum hieroboam filij Nabat: S. 15. g.

3.16.a. et sicut domum baasa filij Ahia: quia
egisti vt me ad iracūdiam prouoca=
res: et peccare fecisti israel. Sz et de
Jezabel locutus est dñs dicens. Ca=
4.regū. nes comedēt Jezabel in agro Jezra=
9.g. el. Si mortuus fuerit Achab in ciui=
tate/comedēt eum canes: si aūt mor=
tuus fuerit in agro / comedent eum
B volucres celi. Igitur non fuit alter
talis sicut Achab qui venūdatus est
vt faceret malū in cōspectu dñi. Con=
citauit enim eum Jezabel vxor sua: et
abominabilis factus est: intantum vt
sequeretur idola q̄ fecerāt Amorrei:
quos cōsumpsit dñs a facie filiorum
israel. Itaq3 cum audisset Achab ser
mones istos / scidit vestimenta sua
et operuit cilicio carnē suam: ieiuna=
uitq3 et dormiuit in sacco: et ambula=
uit demisso capite. Et factus est ser=
mo dñi ad Eliam Thesbiten dicens.
Nonne vidisti humiliatum Achab
coram me? Quia igitur humiliatus
est mei causa: non inducam malum
4.Regū. in diebus eius / sed in diebus filij sui
10.c. inferam malum domui eius.
¶ C.S. De cōuētu achab et iosaphat
regū: de pseudo pphetis: de michea
de bello vbi periit achab et regnauit
post euz ochozias: de Josaphat rege
iuda: et classib⁹ eius post quē regna=
uit ioram filius eius. Capm. xxij.
A TRansierunt igitur tres anni
2.Para. absq3 bello inter Syriā et Is=
18.a. rael. In anno aūt tertio descē
2.re.3.a. dit Josaphat rex iuda ad regem Is=
rael. Dixitq3 rex israel ad seruos su=
os. Ignoratis ꝙ nostra sit ramoth
galaad/et negligimus tollere eaz de
manu regis Syrie? Et ait ad Josa=
phat. Venies ne mecū ad preliādum
in Ramoth Galaad? Dixitq3 Josa=
phat ad regez israel. Sicut ego sum/
ita et tu. populus meus et pplꝰ tuus
vnū sunt: et equites mei equites tui.
Dixitq3 Josaphat ad regem israel.
Quere oro te hodie sermonē domini.
Congregauit ergo rex israel prophe=
tas quadringentos circiter viros:
et ait ad eos. Ire debeo in Ramoth
Galaad ad bellanduz/ an quiescere?
Qui responderunt. Ascende / et dabit
eam dñs in manu regis. Dixit autez
B iosaphat. Non est hic propheta dñi
quispiā vt interrogem⁹ p eum? Et ait
rex israel ad iosaphat. Remansit vir
vnus p quem possumus interrogare
dñm: sed ego odi eū: q2 non pphetat

mihi bonū: sed malū/ Micheas fili⁹
Jemla. Cui Josaphat ait. Ne loqua=
ris ita rex. Vocauit ergo rex israel
eunuchū quendā et dixit ei. Festina
adducere micheā filiuz Jemla. Rex
autē israel et iosaphat rex iuda sede=
bant vnusquisq3 in solio suo vestiti
cultu regio/ in area iuxta ostiuz por=
te samarie: et vniuersi pphete pphe
tabāt in conspectu eorū. Fecit quoq3
sibi Sedechias filius Chanaan cor=
nua ferrea et ait. Hec dicit dñs. His
ventilabis Syriā/ donec deleas eaz.
Omnesq3 prophete similiter prophetabāt
dicētes. Ascende in ramoth galaad
et vade prospere: et tradet eā dñs in
manus regis. Nuncius vero q̄ ierat vt
vocaret Micheā/ locutus est ad eum
dicens. Ecce sermones prophetaruz
ore vno regi bona predicant. Sit er=
go et sermo tu⁹ similis eorū: et loque= C
re bona. Cui micheas ait. Viuit dñs 2.Para.
q2 quodcumq3 dixerit mihi dñs / hoc lo= 18.b.
quar. Venit itaq3 ad regem: et ait illi
rex. Michea/ ire debemus in ramoth
galaad ad preliandū/ an cessare. Cui
ille rñdit. Ascende et vade psperé: et
tradet dñs in man⁹ regis. Dixit autē
rex ad eū. Iterū atq3 iterū adiuro te
vt nō loquaris mihi nisi quod verum
est in noie dñi. Et ille ait. Vidi cūctū
israel dispersum in montibus quasi
oues non habētes pastorē: et ait dñs.
Nō habēt isti dñm/ reuertatur vnus=
quisq3 in domū suā in pace. Dixit er=
go rex israel ad iosaphat. Nunquid
non dixi tibi q2 nō pphetat mihi bo=
num/ sed semp malū? Ille vero addēs
ait. Propterea audi sermonem dñi.
Vidi dñm sedentē super soliū suū et
oēm exercitū celi assistentē ei a dex= Esa.6.a.
tris et a sinistris: et ait dñs. Quis de=
cipiet achab regem israel vt ascēdat D
et cadat in Ramoth galaad? Et di=
xit vnus verba huiuscemodi/ et alius 2.Para.
aliter. Egressus est autem spūs et ste 18.d.
tit corā dño/ et ait. Ego decipiā illum.
Cui locutus est dñs. In quo? Et ille
ait. Egrediar/ et ero spūs mendax in
ore oim prophetarum eius. Et dixit
dñs. Decipies et preualebis/ egrede
re et fac ita. Nunc igitur ecce dedit
dñs spiritum mēdacii in ore omniuz
prophetarum tuorum qui hic sunt/ et
dñs locutus est cōtra te malum. Ac=
cessit aūt Sedechias filius Chanaā
et percussit micheā in maxillam et di=
xit. Me ne ergo dimisit spūs dñi et

locutus est tibi? Et ait Micheas. Ui-
surus es in die illa quando ingredie-
ris in cubiculum intra cubiculum vt
abscondaris. Et ait rex Israel. Tolli-
te Micheam et maneat apud Amon
principem ciuitatis: ⁊ apud Joas fi-
lium Amalech/ ⁊ dicite eis. Hec dicit
rex. Mittite virū istum in carcerem/
⁊ sustentate eum pane tribulationis
E et aqua angustie/ donec reuertar in
pace. Dixitq; Micheas. Si reuersus
fueris in pace: non est locutus in me
dñs. Et ait. Audite populi oēs. Ascen
dit itaq; rex Israel et Josaphat rex
Juda in ramoth galaad. Dixit itaq;
rex Israel ad Josaphat. Sume arma
et ingredere preliū ⁊ induere vestib⁹
tuis. Porro rex Israel mutauit ha-
bitum suum/ ⁊ ingressus est bellum.
Rex autē Syrie preceperat principi
bus curruū triginta duobus/ dicens.
Non pugnabitis contra minorem et
maiorem quempiā: nisi cōtra regem
Israel solū. Cum ergo vidissent prin-
cipes curruum Josaphat/ suspicati
sunt ꝙ ipse esset rex Israel: ⁊ impetu
facto pugnabāt cōtra eū. Et exclama
uit Josaphat. Intellexerūtq; princi-
pes curruum ꝙ nō esset rex Israel/ ⁊
cessauerunt ab eo. Uir autē quidā te-
tēdit arcū/ in incertū sagittā dirigēs
et casu percussit regē Israel inter pul-
monē ⁊ stomachum. At ille dixit au-
rige suo. Uerte manū tuā et eijce me
de exercitu: quia grauiter vulnerat⁹
sum. Commissum est ergo prelium in
die illa. Et rex Israel stabat in curru
suo contra syros: ⁊ mortu⁹ est vespe-
F re. Fluebat autē sanguis plage in si-
num currus/ ⁊ preco insonuit in vni-
uerso exercitu antequā sol occumberet
dicens. Unusquisq; reuertatur in ci-
uitatē et in terrā suam. Mortuus est
autē rex: ⁊ plat⁹ est in Samariā. Se-
pelierūtq; regem in Samaria/ ⁊ laue
runt currū eius in piscina Samarie/
⁊ linxerunt canes sanguinem eius: ⁊
3.R.C. habenas lauerunt/ iuxta verbum dñi
qđ locutus fuerat. Reliqua autē ser-
monū Achab ⁊ vniuersa que fecit: et
domus eburnea quā edificauit/ cunc-
tarūq; vrbium quas extruxit: nōne
hec scripta sunt in libro sermonum
dierum regum Israel? Dormiuit er-
go Achab cum patrib⁹ suis/ ⁊ regna-
uit Ochozias filius eius pro eo. Jo-
saphat vero filius Aza regnare cepe-
rat sup Judam anno quarto Achab
regis Israel. Trigintaquinq; annorū
erat cum regnare cepisset/ ⁊ viginti-
quinq; annis regnauit in Hierusalē.
Nomē matris eius Azuba filia Sa-
lai, ⁊ ambulauit in omni via Asa pa-
tris sui/ ⁊ nō declinauit ex ea. Fecitq;
quod rectum erat in conspectu dñi:
verūtamen excelsa non abstulit. Ad-
huc enim popul⁹ sacrificabat ⁊ adole
bat incensum in excelsis. Pacēq; ha-
buit Josaphat cum rege Israel. Reli
qua autem vborum Josaphat ⁊ ope-
eius que gessit et prelia: nonne hec
scripta sunt in libro vborum dierum
regum Juda? Sed et reliquias effe-
minatorū qui remanserant in diebus
Asa patris eius/ abstulit de terra.
Nec erat tunc rex constitutus in B
Edom. Rex vero Josaphat fecerat clas
ses in mari que nauigarēt in Ophir
propter aurū: ⁊ ire nō potuerant/ qr
confracte sunt in Asiongaber. Tunc
ait Ochozias filius Achab ad Josa-
phat. Uadant serui mei cum seruis
tuis in nauib⁹. Et noluit Josaphat.
Dormiuitq; Josaphat cū prib⁹ suis:
⁊ sepult⁹ est cū eis in ciuitate Dauid
prīs sui. Regnauitq; Jorā fili⁹ eius p
eo. Ochozias autē fili⁹ Achab regna-
re ceperat sup Israel in Samaria
anno septimodecimo regni Josaphat
regis Juda/ regnauitq; sup Israel
duob⁹ annis. Et fecit malū in cōspe-
ctu dñi: ⁊ ambulauit in via prīs sui et
matris sue: ⁊ in via Hieroboā filii na
bat q̄ peccare fecit Israel. Seruiuit
quoq; Baal ⁊ adorauit eū: ⁊ irritauit
dñm deū Israel/ iuxta omnia que fe-
cerat pater eius.

¶ Explicit primus liber Malachim
id est tertius Regum.

¶ Quartus liber Regū: sm Hebreos
Malachim secundus liber.

¶ C.S. De preuaricatione Moab et
casu Ochozie ⁊ egrotatione eius: de
vbis angeli ad Eliā sup Ochoziam:
de duobus quinquagenariis igne cō-
sumptis tertio humilitate liberato:
de morte Ochozie ⁊ Joram frater ei⁹
regnauit pro eo. Ca.i.

P Reuaricatus est autē A
Moab in Israel postquā
mortuus est Achab.
Ceciditq; Ochozias p
cancellos cenaculi sui
qđ habebat in Sama-
ria/ et egrotauit: misitq; nuncios di-

cens ad eos. Ite/cõsulite Beelzebub
deum Accaron vtrum viuere queam
de infirmitate mea hac. Angel⁹ autẽ
dñi locutus est ad Eliam thesbiten/
dicens. Surge/et ascende in occur-
sum nunciorum regis Samarie/ et dices
ad eos. Numquid nõ est de⁹ in Israel/
vt eatis ad cõsulendũ Beelzebub deũ
Accaron? Quamobrem hec dicit do-
min⁹. De lectulo sup quẽ ascendisti/
non descendes: sed morte morieris.
Et abiit Elias. Reuersiq; sunt nun-
cii ad Ochoziã. Qui dixit eis. Quare
reuersi estis? At illi responderunt ei.
B Uir occurrit nobis / et dixit ad nos.
Ite et reuertimini ad regem qui mi-
sit vos et dicetis ei. Hec dicit domin⁹.
Numquid quia non erat deus in Israel
mittis vt cõsulat Beelzebub deus Ac-
caron. Idcirco de lectulo sup quem
ascendisti non descendes/sed morte
morieris. Qui dixit eis. Cuius figure
et habitus est vir ille qui occurrit vo-
bis/et locutus est verba hec? At illi
dixerunt. Uir pilosus et zona pellicea
accinct⁹ renibus. Qui ait. Elias thes-
bites est. Misitq; ad eum quinqua-
genarium principẽ et quinquaginta
qui erant sub eo. Qui ascẽdit ad eũ:
sedentiq; in vertice montis/ait. Ho-
23. q. 4. mo dei/rex pcepit vt descendas. Re-
c. si illic. spondensq; Elias/dixit quinquage-
nario. Si homo dei sum/descendat
ignis de celo et deuoret te et quinqua-
ginta tuos. Descendit itaq; ignis de
celo: et deuorauit eũ et quinquaginta
qui erãt cum eo. Rursumq; misit ad
eum principẽ quinquagenariũ alte-
rum/ et quinquaginta cum eo. Qui
C locutus est illi. Homo dei/hec dicit
rex. Festina/descende. Respondens
Elias ait. Si homo dei ego sum de-
scendat ignis de celo et deuoret te et
quinquaginta tuos. Descendit ergo
ignis de celo/et deuorauit illũ et quin-
quaginta ei⁹. Iterũ misit principem
quinquagenariũ tertiũ/et quinquagin-
ta q erãt cũ eo. Qui cũ venisset/cur-
uauit genua contra Eliã et precatus
est eum/ et ait. Homo dei noli despice-
re animã meã et aĩas seruorũ tuorum q
mecũ sunt. Ecce descẽdit ignis de ce-
lo/ et deuorauit duos principes quin-
quagenarios primos et quinquage-
nos q cum eis erant. Sed nunc obse-
cro vt miserearis anime mee. Locut⁹
est autẽ angelus dñi ad Eliã dicens.
D Descende cũ eo/ne timeas. Surrexit

igit et descẽdit cum eo ad regem/ et lo-
cutus est ei. Hec dicit dñs. Quia misisti
nũcios ad consulendum Beelzebub
deũ Accaron/quasi nõ esset deus in
Israel a quo posses interrogare sermo-
nem: ideo de lectulo sup quẽ ascendi-
sti nõ descẽdes/sed morte morieris.
Mortuus est autẽ iuxta sermonẽ do-
mini quẽ locutus est Elias/ et regna-
uit Ioram frater eius p eo/anno se-
cundo Ioram filii Iosaphat regis
Iude: non enim habebat filiũ. Reliqua
autẽ verborũ Ochozie que operatus est:
nõne hec scripta sunt in libro sermo-
num dierum regum Israel?
¶ C. S. Elias et Heliseus simul ambu-
lant: Elias aquam Iordanis pallio
diuidit: in celum rapitur: sup Heliseũ
spiritus Elie requiescit: pallio Elie
aquas diuidit Heliseus: de viris mis-
sis ad querendum Eliã: de sale misso
in vas quo sanarentur aque Hieri-
cho: de irrisione puerorum laceratorum
rum ab vrsis. Ca. ii.
Factũ est autẽ cũ leuare vellet A
dñs Eliã p turbinẽ in celum/
ibãt Elias et Heliseus de Gal-
galis. Dixitq; Elias ad Heliseũ. Se-
de hic: quia dñs misit me vsq; i Bethel.
Cui ait Helise⁹. Uiuit dñs/ et viuit anĩ-
ma tua: quia non derelinquam te. Cũq;
descẽdissent Bethel/egressi sunt filii
pphetarũ q erant in Bethel ad He-
liseũ/ et dixerũt ei. Numqd nosti quia
hodie dñs tollet dñm tuum a te? Qui
rñdit. Et ego noui: silete. Dixit autẽ
Elias ad Heliseum. Sede hic: quia dñs
misit me in Hiericho. Et ille ait. Ui-
uit dñs et viuit aĩa tua: quia non derelin-
quam te. Cũq; venissent Hiericho ac-
cesserunt filii pphetarum q erant in
Hiericho ad Heliseũ/ et dixerunt ei.
Numqd nosti quia dñs hodie tollet do-
minũ tuũ a te? Et ait. Et ego noui: si-
lete. Dixit autẽ ei Elias. Sede hic: quia
dñs misit me vsq; ad Iordanem. Qui
ait. Uiuit dñs et viuit aĩa tua: quia non B
derelinquã te. Ierunt igit ambo pari-
ter: et quinquaginta viri de filiis p-
phetarũ secuti sunt eos. Qui et stete-
runt ecõtra lõge. Illi autẽ ambo sta-
bant sup Iordanẽ. Tulitq; Elias pal-
lium suũ/et inuoluit illud/et percussit
aquas: que diuise sunt in vtrãq; par-
tem/ et transierunt ambo per siccum.
Cũq; trãsissent/Elias dixit ad Heli-
seum. Postula qd vis vt faciam tibi/
anteq̃ tollar a te. Dixitq; Heliseus.

Obsecro vt fiat in me duplex spiritus
tuus. Qui respondit. Rem difficilem
J.13.c. postulasti: attamē si videris me quādo
tollar a te/erit tibi qđ petisti: si autē
non videris/nō erit. Cūq̧ pgerent et
incedentes sermocinarent̄/ecce cur-
rus igneus et equi ignei diuiserunt
Eccli.48 vtrūq̧. Et ascendit Elias p turbinē
a. in celū/Heliseus autē videbat ꝛ cla-
mabat. Pater mi/pater mi/ currus
C Israel ꝛ auriga eius. Et non vidit eū
amplius. Apprehenditq̧ vestimen-
ta sua/et scidit illa in duas partes.
Et leuauit palliū Elie qđ ceciderat
ei. Reuersusq̧ stetit sup ripam Iorda
nis: ꝛ pallio Elie qđ ceciderat ei p-
cussit aquas/ꝛ non sunt diuise. Et di-
xit. Ubi est deus Elie etiam nunc?
Percussitq̧ aquas: et diuise sunt huc
atq̧ illuc/ꝛ transiit Heliseus. Uiden
tes autē filij prophetarū qui erant in
Hiericho/ecōtra dixerūt. Requieuit
spiritus Elie sup Heliseū. Et venien-
tes in occursum eius/adorauerunt
eum proni in terram/dixeruntq̧ illi.
Ecce cum seruis tuis sunt quinqua-
ginta viri fortes/q̄ possunt ire ꝛ que-
rere dn̄m tuum/ne forte tulerit eum
spiritus dn̄i ꝛ proiecerit eum in vnū
montium/aut in vnam vallium. Qui
ait. Nolite mittere. Coegeruntq̧ eum
donec acquiesceret et diceret. Mitti-
te. Et miserunt quinquaginta viros.
Qui cum quesissent trib⁹ diebus/non
B inuenerunt. Et reuersi sunt ad eum.
At ille habitabat in Hiericho/ꝛ dixit
eis. Numquid non dixi vobis/nolite
mittere? Dixerunt quoq̧ viri ciuita-
tis ad Heliseū. Ecce habitatio ciuita
tis huius optima est: sicut tu ipse dn̄e
prospicis: sed aque pessime sunt/et
terra sterilis. At ille ait. Afferte mi-
hi vas nouum/et mittite in illud sal.
Quod cum attulissent/egressus ad
fontē aquarum: misit in illum sal/et
ait. Hec dicit domin⁹. Sanaui aquas
has: ꝛ nō erit vltra in eis mors/neq̧
sterilitas. Sanate sunt ergo aque/
vsq̧ in diē hanc: iuxta vbum Helisei
1.ma.2.f. qđ locutus est. Ascēdit autē inde He-
liseus in Bethel. Cumq̧ ascēderet p
viā/pueri parui egressi sunt de ciui-
tate: ꝛ illudebant ei dicentes. Ascen-
de calue/ascēde calue. Qui cū respe-
xisset: vidit eos/et maledixit eis in
nomine dn̄i. Egressiq̧ sunt duo vrsi
de saltu: et lacerauerunt ex eis qua-
draginta duos pueros. Abiit autem
inde in montem Carmeli/et inde re-
uersus est in Samariam.

¶ C.S. De Joram qui fecit malum: de tribus regibus congregatis contra regem Moab: quibus Helise⁹ dat aquas sine pluuia: vincit rex Moab/ et iratus filium suum primogenitum immolat. Cap.iii.

Joram vo fili⁹ Achab regna- A
uit sup Israel in Samaria an
no decimo octauo Josaphat
regis Jude. Regnauitq̧ duodecim
annis: ꝛ fecit malum coram dn̄o: sed
non sicut pater suus et mater. Tulit
eñ statuas Baal quas fecerat pater
eius: verumtamen in peccatis Hiero
boam filij Nabat q̄ peccare fecit Is-
rael adhesit/nec recessit ab eis. Por-
ro Mesa rex Moab nutriebat peco-
ra multa: ꝛ soluebat regi Israel cen-
tum milia agnorum/et centum mi-
lia arietum cū velleribus suis. Cumq̧
mortuus fuisset Achab: preuarica-
tus est fed⁹ quod habebat cum rege
Israel. Egressus est igitur rex Jo-
ram in die illa de Samaria: ꝛ recen-
suit vniuersum Israel. Misitq̧ ad
Josaphat regem Juda/dicens. Rex
Moab recessit a me: veni mecum cō-
tra eum ad prelium. Qui respondit.
Ascēdam: qui meus est/tuus est: po- B
pulus meus/populus tuus: et equi 3.Regū
mei/equi tui. Dixitq̧. Per quā viam 22.a.
ascendemus? At ille respondit. Per
desertum Idumee. Perrexerunt igi-
tur rex Israel/et rex Juda/et rex
Edom: et circuierunt per viam se-
ptem dierum: nec erat aqua exer-
citui/et iumentis que sequebantur
eos. Dixitq̧ rex Israel. Heu/heu/heu
congregauit nos dominus tres re-
ges vt traderet in manu Moab. Et
ait Josaphat. Est ne hic propheta
dn̄i vt deprecemur dominū per eum?
Et respondit vnus de seruis regis
Israel. Est hic Helise⁹ filius Saphat/
q̄ fundebat aquam sup manus Elie.
Et ait Josaphat. Est apud eū sermo
dn̄i? Descenditq̧ ad eū rex Israel et
Josaphat rex Juda ꝛ rex Edom. Di-
xit autem Heliseus ad regem Israel.
Quid mihi et tibi est? Uade ad pro-
phetas patris tui et matris tue. Et
ait illi rex Israel. Quare congrega- 3.Re.17.
uit dominus tres reges hos/vt tra- a.ꝛ.18.c.
deret eos in manus Moab? Dixitq̧ C
ad eum Heliseus. Uiuit domin⁹ ex-
ercituum/in cuius conspectu sto: q̧

si nõ vultũ Josaphat regis Jude eru
bescerẽ non attẽdissem quidẽ te/nec
respexissem. Nũc autẽ adducite mi
hi psaltem. Cumqꝫ caneret psaltes fa
cta est sup eum man⁹ dñi:⁊ ait. Hec
dicit dñs. Facite alueũ torrentis hu
ius fossas ⁊ fossas. Hec enim dicit do
minus. Nõ videbitis ventũ neqꝫ plu
uiam:⁊ alueus iste replebit aquis et
bibetis vos ⁊ familie vestre ⁊ iumen
ta vestra. Parumqꝫ est hoc in conspe
ctu dñi:insup tradet etiam Moab in
man⁹ vestras. Et percutietis omnem
ciuitatẽ munitã ⁊ omnem vrbem ele
ctam ⁊ vniuersum lignum fructiferũ
succẽdetis:cunctosqꝫ fontes aquarũ
obturabitis:et omnẽ agrũ egregium
operietis lapidibus. Factum est igit
mane quando sacrificiũ offerri solet:
⁊ ecce aque veniebant p viam Edom.
Et repleta est terra aquis. Uniuersi
autẽ Moabite audiẽtes ꝙ ascendis
sent tres reges vt pugnarent aduer
sum eos:cõuocauerũt oẽs ꝗ accincti
erant baltheo desuper:⁊ steterunt in
terminis. Primoqꝫ mane surgentes
⁊ orto iam sole ex aduerso aquarũ:vi
derũt Moabite ecõtra aquas rubras
D quasi sanguinẽ/dixerũtqꝫ. Sanguis
gladij est:pugnauerũt reges contra
se:⁊ cesi sunt mutuo. nũc pge ad pre
dã moab. Perrexerũtqꝫ in castra Is
rael. Porro ꝯsurgens Israel:pcussit
moab. At illi fugerũt corã eis. Uene
runt igit qui vicerant et pcusserunt
moab et ciuitates destruxerũt:⁊ om
nem agrũ optimũ mittẽtes singuli la
pides repleuerunt:et vniuersos fon
tes aquarũ obturauerũt:⁊ omnia li
gna fructifera succiderunt ita vt mu
ri tantũ fictiles remanerẽt. Et circũ
data est ciuitas a fimdibularijs et
magna ex parte percussa. Quod cũ
vidisset rex Moab preualuisse scili
cet hostes tulit secum septingẽtos vi
ros educentes gladios:vt irrumpe
rent ad regem Edom ⁊ nõ potuerũt.
Arripiensqꝫ filium suum primoge
nitum qui regnaturus erat pro eo:
obtulit holocaustum super murum:⁊
facta est indignatio magna i Israel.
Statimqꝫ recesserunt ab eo:⁊ reuersi
sunt in terram suam.

¶ C.S. De vasis vacuis replet̃ oleo
de muliere magna hospita helisei: ꝗ
pregnãs pepit filiũ:de morte filij ei⁹:
de resuscitatiõe facta p heliseũ:de pa
nib⁹ ꝓmitiarũ augmẽtat̃. Ca. iiij.

A Mulier autem quedam de vxori
bus prophetarum clamabat ad
Heliseum/ dicens. Seruus tuus vir
meus mortuus est:⁊ tu nosti quia ser
uus tuus fuit timens deum. Et ecce
creditor venit vt tollat duos filios
meos ad seruiendũ sibi. Cui dixit He
liseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic
mihi quid habes in domo tua? At il
la respondit. Non habeo ancilla tua
ꝗcqꝫ in domo mea/nisi parũ olei quo
vngar. Cui ait. Uade/pete mutuo ab
omnibus vicinis tuis vasa vacua non
pauca:et ingredere et claude ostium
tuũ cũ intrinsec⁹ fueris tu et filij tui:
et mitte inde in omnia vasa hec:⁊ cũ
plena fuerint tolles. Iuit itaqꝫ mu
lier ⁊ clausit ostium sup se ⁊ super fi
lios suos. Illi offerebant vasa:et illa
infundebat. Cumqꝫ plena fuissent va
sa/dixit ad filium suũ. Affer mihi ad
huc vas. Et ille respondit. Non ha B
beo. Stetitqꝫ oleũ. Uenit autẽ illa:et
indicauit homini dei. Et ille. Uade
(inquit) vende oleũ ⁊ redde credirori
tuo:tu autẽ et filij tui viuite de reliꝗ.
Facta est autẽ quedam dies:⁊ trans
ibat Heliseus per sunam ciuitatem.
Erat autem ibi mulier magna que te
nuit eũ/vt comederet panẽ. Cũqꝫ fre
quenter inde trãsiret:diuertebat ad
eã vt comederet panẽ. Que dixit ad
virum suum. Animaduerto ꝙ vir dei
sanctus est iste qui transit p nos fre
quenter. Faciam⁹ ergo ei cenaculum
paruum ⁊ ponam⁹ ei in eo lectulum ⁊
mensam ⁊ sellã ⁊ candelabrũ:vt cum
venerit ad nos maneat ibi. Facta est
ergo dies quedã ⁊ veniẽs diuertit in
cenaculũ ⁊ requieuit ibi. Dixitqꝫ ad
Giezi puerũ suũ. Uoca sunamitidem
istam. Qui cum vocasset eam et illa C
stetisset corã eo/dixit ad puerũ suum.
Loquere ad eã. Ecce sedule in oĩbus
ministrasti nobis quid vis vt faciam
tibi? Numqd habes negociũ ⁊ vis vt
loquar regi siue ꝓncipi militie? Que
respõdit. In medio populi mei habi
to. Et ait. Quid ergo vult vt faciam
ei? Dixitqꝫ Giezi. Ne queras:filium Ge.18.b.
eñi non habet ⁊ vir ei⁹ senex est. Pre
cepit itaqꝫ vt vocaret eam. Que cũ vo
cata fuisset ⁊ stetisset ante ostium/di
xit ad eã. In tempore isto in hac ea
dẽ hora si vita comes fuerit:habebis
in vtero filiũ. At illa respondit. Noli
queso dñe mi vir dei:noli mentiri an
cille tue. Et cõcepit mulier et peperit

filiū in tēpore: ꝛ in hora eadē qua di
xerat heliseus. Creuit autē puer. Et
cū esset quedā dies et egressus isset
ad prēʒ suū ad messores ait prī suo.
Caput meū doleo: caput meū doleo.
At ille dixit puero. Tolle: duc eū ad
D matrē suā. Qui cū tulisset et duxis-
set eū ad matrē suā: posuit eū illa su
per genua sua vsq ad meridiem et
mortu⁹ est. Ascēdit aūt ꝛ collocauit
eū super lectulū hominis dei ꝛ clau
sit ostiū: ꝛ egressa vocauit virū suuʒ
et ait. Mitte mecū obsecro vnum de
pueris et asinā: vt excurram vsq ad
hominē dei ꝛ reuertar. Qui ait illi.
Quā ob causam vadis ad eū? hodie
non sunt calēde neq sabbatuʒ. Que
respōdit. Vadā. Strauitq asinam:
et precepit puero. Mina et propera
ne mihi morā facias in eūdo: et hoc
age qđ ꝑcipio tibi. Profecta est igit
ꝛ venit ad virū dei in monte carme-
.J.5.f. li. Cūq vidisset eam vir dei decōtra
ait ad giezi puerū suū. Ecce sunami
tis illa: vade ergo in occursum eius
E ꝛ dic ei. Recte ne agit circa te ꝛ cir-
ca virū tuū: ꝛ circa filium tuū? Que
respōdit recte. Cūq venisset ad virū
.J.9.a. dei in montē: apprehēdit pedes ei⁹
ꝛ accessit giezi vt amoueret eam. Et
ait homo dei. Dimitte illā: aīa enim
eius in amaritudine est: ꝛ dn̄s cela-
uit a me ꝛ nō idicauit mihi. Que di-
xit illi. Nunquid petiui filium a dn̄o
meo? Nunqđ nō dixi tibi ne illudas
me? Et ille ait ad giezi. Accinge lū-
bos tuos ꝛ tolle baculū meū in ma-
nu tua ꝛ vade. Si occurrerit tibi ho-
mo nō salutes eū: ꝛ si salutauerit te
quispiā non respōdeas illi et pones
baculū meū super faciē pueri. Por-
ro mat' pueri ait. Uiuit dn̄s ꝛ viuit
aīa tua nō dimittā te. Surrexit ergo
ꝛ secut⁹ est eā. Giezi autē ꝑcesserat
3.re.17.d ante eos ꝛ posuerat baculum sup fa
Act.20.c. ciē pueri: ꝛ nō erat vox neq sensus.
F Reuersusq est i occursum ei⁹: ꝛ nū-
ciauit ei dicēs. Nō surrexit puer. In
gressus est ergo helise⁹ domū. Et ec-
ce puer mortu⁹ iacebat i lectulo ei⁹.
Ingressusq clausit ostiū super se et
super puerum: ꝛ orauit ad dn̄m. Et
ascēdit ꝛ incubuit super pueruʒ: po-
suitq os suuʒ sup os eius et oculos
suos sup oculos eius ꝛ manus suas
super man⁹ ei⁹: et incuruauit se sup
eū ꝛ calefacta est caro pueri. At ille
reuersus deābulauit in domo semel
huc atq illuc: ꝛ ascendit ꝛ incubuit
super euʒ. Et oscitauit puer septies:
aperuitq oculos. Et ille vocauit gie
zi: ꝛ dixit ei. Uoca sunamitidē hanc. Luce.7.b
Que vocata: ingressa est ad eū. Qui .J.8.a.
ait. Tolle filiū tuū. Uenit illa ꝛ cor-
ruit ad pedes eius: et adorauit sup
terrā. Tulitq filiū suū ꝛ egressa est:
ꝛ Heliseus reuersus est in galgala.
Erat autē fames in terra ꝛ filii pro-
phetaruʒ habitabāt corā eo: dixitq
vni de pueris suis. Pone ollā gran-
dē ꝛ coque pulmentum filiis ꝓphe- B
tarū. Et egressus est vn⁹ in agrum:
vt colligeret herbas agrestes. Inue-
nitq quasi vitē siluestrē et collegit
ex ea colocynthidas agri: et īpleuit
palliū suū et reuersus cōcidit in ol-
lā pulmēti: nesciebat enī quid esset.
Infuderunt ergo sociis vt comede-
rent. Cūq gustassent de coctione: ex
clamauerunt dicētes. Mors in olla
vir dei. Et nō potuerūt comedere. At
ille. Afferte inquit farinā. Cūq tu-
lissent: misit in ollam ꝛ ait. Infunde
turbe: vt comedāt. Et nō fuit āplius
quicqͣ amaritudinis i olla. Uir au-
tē quidā venit de balsalisa deferens
viro dei panes primitiarū ꝛ viginti
panes hordeaceos et frumentū no-
uū i pera sua. At ille dixit. Da popu-
lo: vt comedat. Respōditq ei mini-
ster eius. Quantum est hoc vt appo
nā corā cētū viris? Rursum ille ait.
Da pplo: vt comedat. Hec enī dicit
dn̄s. Comedent: ꝛ supererit. Posuit
itaq coram eis. Qui comederunt: ꝛ
superfuit iuxta verbum domini.

¶ C.S. De naaman leproso curato
per heliseum prophetam: de giezi q̄
accepit argentū ꝛ vestes a naamā:
cui adheserat lepra naamā. Cap.v.

NAaman princeps milicie regis
Syrie erat vir magn⁹ apud do
minum suum et honoratus. Per il-
lum enim dedit dominus salutē sy-
rie. Erat autem vir fortis et diues:
sed leprosus. Porro de syria egressi A
fuerant latrunculi: et captiuā duxe-
rant de terra israel puellā paruulaʒ
que erat in obsequio vxoris naamā
q̄ ait ad dominā suam. Utinā fuisset
dn̄s meus ad prophetā qui est in sa-
maria: profecto curasset euʒ a lepra
quā habet. Ingressus est itaq naa-
mā ad dn̄m suū: ꝛ nūciauit ei dicēs.
Sic ꝛ sic locuta ē puella de t'ra isrl'.
Dixitq ei rex syrie. Uade: ꝛ mittam B

literas ad regē israel. Qui cū pfect⁹
esset ⁊ tulisset secū decē talēta argē-
ti ⁊ sex milia aureos ⁊ decē mutato
ria vestimentorū: detulit literas ad
regē israel in hec verba. Cū accepe-
ris epistolā hāc scito ꝙ miserim ad
te naamā seruū meū vt cures eū a le
deut.32.f pra sua. Cūq; legisset rex israel lite-
ras scidit vestimenta sua et ait. Nū
quid deus ego sum vt occidere pos-
sim ⁊ viuificare: q2 iste misit ad me
vt curē hoiem a lepra sua? Animad-
uertite et videte ꝙ occasiones que-
C rat aduersum me. Qd cum audisset
heliseus vir dei: scidisse videlicet re-
gē israel vestimenta sua misit ad eū
dicēs. Quare scidisti vestimēta tua.
Veniat ad me: ⁊ sciat esse prophetā
in israel. Venit ergo naamā cū eq̄s
⁊ currib⁹: ⁊ stetit ad ostiū dom⁹ heli-
sei. Misitq; ad eū heliseus nūciū di-
cens. Vade ⁊ lauare septies in ior-
dane: ⁊ recipiet sanitatē caro tua at
ꝙ mūdaberis. Irat⁹ Naaman rece-
debat dicens. Putabā ꝙ egrederet
ad me / ⁊ stans inuocaret nomē dñi
D dei sui: ⁊ tangeret manu sua locū le-
pre ⁊ curaret me. Nunqd nō melio-
res sūt abana ⁊ pharphar fluuij da-
masci oibus aquis israel vt lauer in
eis ⁊ mūder? Cū ergo vertisset se et
abiret idignās accesserūt ad eū serui
sui ⁊ locuti sunt ei. Pater ⁊ si rē grā-
dē dixisset tibi ppheta certe facere
debueras: quāto magis q2 nūc dixit
tibi. Lauare ⁊ mūdaberis? Descen-
dit ⁊ lauit in iordane septies iuxta
Luc.4.e. sermonē viri dei: ⁊ restituta est caro
eius sicut caro pueri paruuli ⁊ mun
datus est. Reuersusq; ad virum dei
cū vniuerso comitatu suo venit ⁊ ste
tit coram eo ⁊ ait. Vere scio ꝙ nō sit
alius deus in vniuersa terra nisi tm̄
E in Israel. Obsecro itaq; vt accipias
benedictionē a seruo tuo. At ille re-
spondit. Viuit dñs ante quem sto: q2
nō accipiā. Cūq; vim faceret: penit⁹
nō acquieuit. Dixitq; Naaman. Vt
vis: sed obsecro concede mihi seruo
tuo vt tollā onus duoꝝ burdonū de
terra. Nō enī faciet vltra seru⁹ tuus
holocaustū aut victimā diis alienis
nisi dño. Hoc aūt solū est de quo de-
preceris dñm p seruo tuo. Qn̄ igre-
dit dñs me⁹ tēplū remmō vt adoret:
⁊ illo innitēte sup manū meā si ado-
rauero in tēplo remmon: adorāte eo
ī eodē loco: vt ignoscat mihi dñs ser

uo tuo p hac re. Qui dixit ei. Vade F
in pace. Abijt ergo ab eo electo tem-
pore. Dixitq; giezi puer viri dei. Pe-
percit dñs me⁹ naaman syro isti vt
non acciperet ab eo q̄ attulit. Viuit
dñs q2 currā post eū ⁊ accipiā ab eo
aliquid. Et secutus est giezi post ter-
gū naamā. Quē cū vidisset ille cur-
rentē ad se desilijt de curru in occur-
sum ei⁹ ⁊ ait. Recte ne sunt oīa? Et il
le ait. Recte. Dñs me⁹ misit me ad 3.4.b.
te dicēs. Modo venerūt ad me duo
adolescētes de mōte ephraim ex fi-
lijs prophetarū: da eis talētū argen
ti ⁊ vestes mutatorias duplices. Di-
xitq; naaman. Melius est vt accipi-
as duo talēta. Et coegit eū: ligauitq; G
duo talenta argenti in duob⁹ saccis
⁊ duplicia vestimenta et iposuit duo
bus pueris suis qui et portauerunt
corā eo. Cūq; venisset iā vesperi tu-
lit de manu eorū ⁊ reposuit in domo
dimisitq; viros ⁊ abierūt: ipse autē
ingressus stetit corā dño suo. Et di-
xit helise⁹. Vñ venis giezi? Qui re-
dit. Nō iuit seruus tu⁹ quoq̄. At il-
le ait. Nōne cor meū in p̄senti erat:
qn̄ reuersus est hō de curru suo in oc
cursum tuū? Nūc igit accepisti argē 1.q.1.ca.q
tum ⁊ accepisti vestes vt emas oli- studet.
ueta et vineas ⁊ oues et boues ⁊ ser
uos ⁊ ancillas. Sed et lepra naamā
adherebit tibi et semini tuo vsq; in
sempiternum. Et egressus est ab eo
leprosus quasi nix.

C.S. Helise⁹ ferrū dilapsum reuo
cat ad lignū: rex syrie pugnat cōtra
isrl' dirigit p heliseo q̄ secreta eccli
rū pādit israeli: excecant directi ⁊ in
samariā ducti: ⁊ refecti dimittūt sal-
ui: vēditur .lxxx. argēteis caput asi-
ni: ⁊ q̄rta pars cabi stercoris colum-
barū quinq; argēteis: due mulieres
comedūt ifantes p̄ fame: homicida
mittit vt p̄dat caput helisei. C.vi.

Dixerūt autem filij prophetarū A
ad heliseum. Ecce locus in quo 2.pa.26.
habitamus corā te angustus est no- b.
bis. Eamus vsq; ad iordanem: ⁊ tol-
lāt singuli de silua materias singu-
las vt edificemus nobis ibi locū ad
habitādū. Qui dixit. Ite. Et ait vn⁹
ex illis. Veni ergo et tu cū seruis tuis.
Rn̄dit. Ego veniā. Et abijt cum eis. De cōse.
Cūq; venissent ad iordanē cedebāt di.2.c.res
ligna. Accidit aūt vt cū vn⁹ materiā uera.
succidisset caderet ferrū securis in
aquā. Exclamauitq; ille ⁊ ait. Heu

heu heu dñe mi: et hoc ipsum mutuo
B acceperā. Dixit autē homo dei. Ubi
cecidit? At ille monstrauit ei locū.
Precidit ergo lignū & misit illuc: na
tauitq; ferrū: & ait. Tolle. Qui exten
dit manū: et tulit illud. Rex autem
syrie pugnabat ꝯtra israel: cōsiliūq;
iniit cū seruis suis: dicēs. In loco il
lo & illo ponam⁹ īsidias. Misit itaq;
vir dei ad regem israel: dicēs. Caue
ne trāseas in locū illū / qr ibi syri in
insidijs sunt. Misit itaq; rex Israel
ad locū quē dixerat ei vir dei et pre
C occupauit eū et obseruauit se ibi: nō
semel / neq; bis. Cōturbatūq; est cor
regis syrie pro hac re: et conuocatis
seruis suis ait. Quare nō indicatis
mihi quis proditor mei sit apud re
gē israel? Dixitq; vn⁹ seruorū eius.
Nequaq̄ dñe mi rex: sed helise⁹ pro
pheta q̄ est ī israel: indicat regi isrl
oīa verba quecunq; locut⁹ fueris in
cōclaui tuo. Dixitq; eis. Ite & vide
te vbi sit: vt mittā & capiā eum. An
nūciauerūtq; ei dicētes. Ecce in do
thaim. Misit ergo illuc equos & cur
rus & robur exercitus. Qui cū venis
sent nocte: circundederunt ciuitatē.
Cōsurgēs autē diluculo minister vi
ri dei egressus est: viditq; exercitū
D in circuitu ciuitatis et equos & cur
rus. Nūciauitq; ei: dicens. Heu heu
heu dñe mi: quid faciem⁹? At ille re
spōdit. Noli timere: plures enim no
2. Para. biscū sūt: q̄ cū illis. Cūq; orasset he
32.b. liseus ait. Dñe aperi oculos hui⁹ vt
videat. Et aperuit dñs oculos pueri
et vidit: & ecce mons plenus equoꝝ
et curruū igneoꝝ in circuitu helisei.
Hostes vero descenderunt ad eū.
Gen.19.a. Porro Heliseus orauit ad dominū
dicens. Percute obsecro gentē hāc
cecitate. Percussitq; eos dñs ne vi
derent iuxta verbū helisei. Dixit au
tem ad eos helise⁹. Non est hec via:
neq; ista est ciuitas: sequimini me: &
ostendā vobis virū quē q̄ritis. Di
xit ergo eos ī samariā. Cūq; ingres
E si fuissent in samariā: dixit heliseus.
Dñe aperi oculos istorum / vt vide
ant. Aperuitq; dominus oculos eo
rū: & viderūt se esse in medio Sama
rie. Dixitq; rex Israel ad heliseū: cū
vidisset eos. Nunquid percutiam
eos pater mi? Et ille ait. Non percu
ties: neq; enim cepisti eos gladio et
arcu tuo vt percutias: sed pone pa
nem & aquā corā eis vt comedant
et bibāt & vadāt ad dñm suū. Appo
sitaq; est eis ciboꝝ magna p̄paratio
et comederūt & biberūt & dimisit eos:
abierūtq; ad dominum suum. Et vl
tra non venerunt latrones Syrie in
terrā israel. Factū est autē post hec
cōgregauit Benadad rex syrie vni
uersum exercitum suū: & ascendit et
obsidebat samariam. Factaq; est fa Deu.28.f.
F mes magna in samaria: & tādiu ob
sessa est donec venundaretur caput
asini octoginta argenteis: & quarta 2. Regū.
pars cabi stercoris columbaꝝ q̄nq; 14.a.
argenteis. Cūq; rex israel transiret Tre.4.b.
per murum: mulier quedam excla
mauit ad eum: dicens. Salua me do
mine mi rex. Qui ait. Non / te saluet
dominus: vnde te possū saluare? de
area / vel de torculari? Dixitq; ad eā
rex. Quid tibi vis? Que respondit.
Mulier ista dixit mihi. Da filiū tuū
vt comedamus eum hodie et filium
meū comedemus cras. Coximus er
go filiū meū: & comedimus. Dixitq;
ei die altera. Da filiū tuū vt comeda
mus eum. Que abscondit filiū suū.
Quod cū audisset rex scidit vestimen
ta sua & trāsibat per murū. Viditq; A
oīs populus ciliciū: quo vestitus
erat rex ad carnē intrinsecus. Et ait
rex. Hec mihi faciat deus et hec ad
dat si steterit caput Helisei filij Sa
phat super ipsum hodie. Helise⁹ autē
sedebat ī domo sua: & senes sedebāt
cū eo. Premisit itaq; virū: et antē q̄ 3. Regū.
veniret nuncius ille dixit ad senes. 19.a.
Nunquid scitis q̄ miserit filius ho
micide huc: vt precidat caput meū?
Uidete ergo cū venerit nūcius clau
dite ostium: et non sinatis eum in
troire: ecce enim sonitus pedum do
mini eius post eum est. Adhuc illo
loquente eis apparuit nuncius / qui
veniebat ad eum: et ait. Ecce tantū
malum a domino est: quid amplius
expectabo a domino?

¶ C. S. Premittit̄ consolatio vberta
tis abundātis: de quatuor viris le
prosis qui nūciant fugā syroꝝ: de co
pia simile et hordei / de morte ducis
non credentis Heliseo. Capm. vij.

Dixit autem heliseus. Audite
verbū dñi. Hec dicit domin⁹. A
In tempore hoc cras modi⁹
simile vno statere erit: & duo modij
hordei statere vno in porta Sama
rie. Respōdens vn⁹ de ducib⁹ super
cuius manum rex incumbebat ho

mini dei ait. Si dn̄s fecerit etiā cata
ractas i celo: nunqd poterit esse qđ
loqueris? Qui ait. Uidebis oculis
tuis: ⁊ inde non comedes. Quatuor
ergo viri erant leprosi iuxta introi
tum porte: q̄ dixerūt ad inuicē. Quid
hic esse volumus donec moriamur?
Siue ingredi voluerimus ciuitatē
fame moriemur: siue manserim⁹ hic
moriendū nobis est. Uenite ergo: et
transfugiamus ad castra Syrie. Si
pepercerint nobis viuem⁹: si aūt oc
cidere voluerint / nihilomin⁹ morie
B mur. Surrexerūt ergo vesperi: vt ve
nirent ad castra syrie. Cumqꝫ venis
sent ad principiū castrorū syrie nul
lū ibidē repererūt. Siquidē dn̄s so
nitū audiri fecerat in castris Syrie
curruū ⁊ equorū et exercitus pluri
mi. Dixerūtqꝫ ad inuicem. Ecce mer
cede coduxit aduersum nos rex isrl'
reges gethęorꝫ ⁊ egyptiorꝫ ⁊ venerūt
super nos. Surrexerūt ergo et fuge
runt in tenebris: ⁊ dereliquerūt ten
toria sua et equos ⁊ asinos i castris
fugerūtqꝫ alas tm̄ suas saluare cu
pientes. Igit cū venissent leprosi il
li ad principiū castrorꝫ ingressi sunt
vnū tabernaculū ⁊ comederūt et bi
berunt. Tulerūtqꝫ inde argentum ⁊
aurū ⁊ vestes ⁊ abierūt et absconde
rūt. Et rursum reuersi sunt ad aliud
tabernaculū: ⁊ inde similiter auferē
tes abscōderunt. Dixerūtqꝫ ad inui
cem. Non recte facim⁹. Hec em̄ dies
boni nūcii est. Si tacuerim⁹ ⁊ nolue
rim⁹ nūciare vsqꝫ mane: sceleris ar
guemur. Uenite: eam⁹ ⁊ nunciemus
in aula regis. Cūqꝫ venissent ad por
C tā ciuitatis: narrauerūt eis dicētes.
Iuimus ad castra syrie ⁊ nullū ibi
dem reperim⁹ hoiez nisi equos ⁊ asi
nos alligatos ⁊ fixa tentoria. Iuerūt
ergo portarii: ⁊ nūciauerūt in pala
tio regis intrinsecus. Qui surrexit
nocte: ⁊ ait ad seruos suos. Dico vo
bis quid fecerint nobis syri. Sciunt
qꝛ fame laboramus ⁊ idcirco egressi
sunt de castris: ⁊ latitāt in agris di
cētes. Cū egressi fuerint de ciuitate
capiemus eos viuos: ⁊ tūc ciuitatez
ingredi poterimus. Respōdit autez
vnus seruorū ei⁹. Tollamus quinqꝫ
equos qui remāserūt in vrbe: qꝛ ipsi
tantū sunt in vniuersa multitudine
israel / alii enī consumpti sunt: ⁊ mit
tentes explorare poterim⁹. Adduxe
rūt ergo duos equos: misitqꝫ rex in
castra Syrorū dicens. Ite ⁊ videte.
Qui abierūt post eos vsqꝫ ad iorda
nē. Ecce aūt ōis via plena erat vesti
bus ⁊ vasis q̄ ꝓiecerāt Syri cū turba
rent. Reuersiqꝫ nuncii indicaue
runt regi. Et egressus ppl's diripuit D
castra syrie. Factusqꝫ est modius si
mile statere vno: et duo modii hor
dei statere vno iuxta verbū domini.
Porro rex ducē illū in cuius manu
incubuerat cōstituit ad portā: quem
cōculcauit turba in introitu porte et
mortu⁹ est iuxta qđ locutus fuerat
vir dei quādo descēderat rex ad eū.
Factūqꝫ est scđm sermonem viri dei
quē dixerat regi qn̄ ait. Duo modii
hordei statere vno erūt ⁊ modi⁹ simi
le statere vno: hoc eodē tēpore eras
in porta samarie: quādo respōderat
dux ille viro dei ⁊ dixerat. Etiā si do
min⁹ fecerit cataractas in celo: nū
quid poterit fieri qđ loqris? Et dixit
ei. Uidebis oculis tuis: et inde non
comedes. Euenit ergo ei sicut predi
ctum erat et conculcauit eum popu
lus in porta ⁊ mortuus est.
¶ C. S. De fame septē annorū ⁊ su
namite peregrinante / de morte be
nadad ⁊ regno azahel recedit edom
ab iuda facto sibi rege morit rex iu
A da ⁊ regnat ochozias fili⁹ ei⁹. Cꝫ. viii.
Heliseus autem locutus est ad
mulierem cui⁹ viuere fecerat 4.4.f.
filium dicens. Surge ⁊ vade tu ⁊ do
mus tua: ⁊ peregrinare vbicunqꝫ re
pereris. Uocabit enim dominus fa
mem: et veniet super terrā septē an
nis. Que surrexit et fecit iuxta ver
bū hois dei: ⁊ vadēs cum domo sua:
peregrinata est in ťra philistiim die
bus multis. Cūqꝫ finiti essent ānī se
ptem reuersa est mulier de ťra phili
stiim. Et igressa est vt interpellaret re
gē ꝓ domo sua ⁊ ꝓ agris suis. Rex
aūt loquebať cū giezi puero viri dei
dicens. Narra mihi omnia magna
B lia q̄ fecit heliseus. Cumqꝫ ille narra
ret regi quō mortuum suscitasset ap
paruit mulier cuius viuificauerat fi
liū clamās ad regē pro domo sua: et
ꝓ agris suis. Dixitqꝫ Giezi. Dn̄e mi
rex hec est mulier: ⁊ hic est fili⁹ eius
quē suscitauit helise⁹. Et interroga
uit rex mulierē. Que narrauit ei va
esse. Deditqꝫ ei rex eunuchū vnū di
cēs. Restitue ei oīa q̄ sua sūt ⁊ vni
uersos reddit⁹ agrorum a die qua
reliquit terrā vsqꝫ ad ꝑsens. Uenit

quoq helyseus damascum / et benadad rex syrie egrotabat. Nunciaueruntq ei: dicētes. Uenit vir dei huc.
C
3. Regū. 19.a. Et ait rex ad azahel. Tolle tecū munera / et vade in occursum viri dei: et consule dñm per eum dicens. Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igit azahel in occursum eiꝰ / habens secum munera / et oīa bona damasci: onera quadraginta camelorꝫ. Cumq stetisset corā eo: ait. Filius tuus benadad rex syrie / misit me ad te dicēs. Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitque ei helyseus. Uade / dic ei. Sanaberꝭ. Porro ostendit mihi dñs quia morte morietur.
D Stetitq cū eo: et cōturbatus est vsq ad suffusionem vultus. Fleuitq vir dei. Cui azahel ait. Quare dñs meus flet? At ille dixit. Quia scio que facturus sis filiis israel mala. Ciuitates eorū munitas igne succendes: ꝛ iuuenes eorū interficies gladio: et paruulos eorꝫ elides: et pregnātes diuides. Dixitq azahel. Quid enī sum seruꝰ tuus canis vt faciā rem istā magnā. Et ait heliseus. Ostendit mihi dñs te regē syrie fore. Qui cū recessisset ab heliseo: venit ad dñm suū: qui ait ei. Quid dixit tibi helyseus? At ille rñdit. Dixit mihi. Recipies sanitatē. Cūq venisset dies altera: tulit stragulū et infudit aquā: et expandit sup faciem eius. Quo mortuo regnauit azahel pro eo. Anno quinto Ioram filii achab regis israel: regnauit
E Ioram filiꝰ iosaphat rex iuda. Triginta duorū annorū erat cū regnare cepisset:
2. Para. 21.b. et octo annis regnauit in hierusalē. Ambulauitq in viis regū israel: sicut ambulauerat domꝰ achab. Filia enī achab erat vxor eius. Et fecit quod malum est in cōspectu dñi. Noluit aūt dñs disperdere iudā pro-
2.re.7.b. pter dauid seruū suū: sicut promiserat ei: vt daret illi lucernā et filiis eiꝰ cunctis diebꝰ. In diebus eius recessit edom ne esset sub iuda: et consti-
F tuit sibi regē. Uenitq ioram seira: et oīs exercitus cū eo. Et surrexit nocte: percussitq idumeos qui eū circumdederant: et principes curruum. Populus autē fugit in tabernacula sua. Recessit ergo edom ne esset sub iuda: vsq ad diem hanc. Tunc recessit et lobna in tempore illo. Reliqua autē sermonū ioram: et vniuersa que fecit: nonne hec scripta sunt in libro verborū dierum regum iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus suis: sepultusq est cū eis in ciuitate dauid et regnauit ochozias filius eiꝰ ꝑ eo.
Anno duodecimo ioram filii achab regis israel: regnauit ochozias filius 2. Para. 22.a.
ioram regis iude. Uiginti duorū annorum erat Ochozias cum regnare cepisset: et vno anno regnauit in hierusalem. Nomen matris eius athalia filia amri regis israel: et ambulauit in viis domꝰ achab: et fecit quod B
malum est corā domino sicut domꝰ achab. Gener enī domus achab fuit. Abiit quoque cū ioram filio Achab ad preliandū contra azahel regē syrie in ramoth galaad: et vulnerauerunt syri ioram: qui reuersus est vt curaretur in iezrahel: quia vulnerauerant eū syri in ramoth preliantē contra azahel regem syrie. Porro ochozias filius ioram rex iuda: descendit inuisere Ioram filium Achab in iezrahel / quia egrotabat ibi.

¶ C. S. De vnctione iehu i regē sup isrl' q pcussit ioiā: et interfecit ochoziā et iezabel quā cōederūt canes. Ca. ix.

Heliseus autem propheta voca- A
uit vnum de filiis prophetarū: 3.14.c.
et ait illi. Accinge lumbos tuos / ꝛ tolle lenticulam olei hanc in manu tua et vade in ramoth galaad. Cumque 3. Regū.
veneris illuc: videbis iehu filium io- 19.c.
saphat filii namsi. Et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum et introduces in interius cubiculum tenensq lenticulā olei / fundes super caput eius / et dices. Hec dicit dominus. Unxi te regē super israel. Aperiesq ostiū et fugies: et non ibi subsistes. Abiit ergo adolescens puer prophete in ramoth galaad: ꝛ ingressus est illuc. Ecce aūt principes exercitꝰ sedebāt / et ait. Uerbum mihi ad te o princeps. Dixitq iehu. Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit. Ad te o B
princeps. Et surrexit et ingressus est cubiculū. At ille fudit oleū super caput eius: et ait. Hec dicit dñs deus israel. Unxi te regē super populum domini israel / et percuties domū achab dñi tui: et vlciscar sanguinē seruorū meorū prophetarum / et sanguinem omniū seruorū domini de manu Iezabel / perdamq oēm domū Achab. Et interficiā de domo achab mingentem ad parietē: et clausum et nouissi- 3. Regū.
mum in israel: et dabo domū achab / 21.f.

3.Regū. ſicut domū hieroboam filij nabat : et
15.g. ſicut domum baaſa filij ahia. Jezabel
3.Regū. quoqꝫ comedent canes in agro iezra
16.a. hel: nec erit q̄ ſepeliat eaꝫ. Aperuitqꝫ
oſtium et fugit. Jehu autē egreſſus
eſt ad ſeruos domini ſui / qui dixerūt
E ei. Recte ne ſunt oīa? quid venit in-
ſanus iſte ad te? Qui ait eis. Noſtis
hominē / et quid locut⁹ ſit? At illi re-
ſponderunt. Falſum eſt : ſed magis
narra nobis. Qui ait eis. Hec et hec
locut⁹ eſt mihi: et ait. Hec dicit dñs.
Unxi te regem ſuper iſrael. Feſtina-
uerunt itaqꝫ: et vnuſquiſqꝫ tollens pal-
lium ſuum poſuerunt ſub pedibus
eius in ſimilitudinē tribunalis: et ce-
cinerunt tuba / atqꝫ dixerunt. Regna
bit Jehu. Cōiurauit ergo iehu filius
ioſaphat filij Namſi cōtra ioram. Por
ro ioram obſederat ramoth galaad
ipſe et omīs iſrael cōtra azahel regē
Syrie: et reuerſus fuerat vt curaret
in Jezrahel propter vulnera: q2 per-
cuſſerant eum Syri / preliantē cōtra
azahel regem ſyrie. Dixitqꝫ iehu. Si
placet vobis / nemo egrediat profu-
D gus de ciuitate : ne vadat et nunciet
3.8.g. in iezrahel. Et aſcēdit: et profect⁹ eſt
in Jezrahel. Joram enim egrotabat
ibi: et ochozias rex iuda deſcenderat
ad viſitandum ioram. Igitur ſpecu-
lator qui ſtabat ſuper turrim iezra-
hel / vidit globū iehu venientis / et ait.
Uideo ego globum. Dixitque ioram.
Tolle currū: et mitte in occurſum eo
rum: et dicat vadens. Recte ne ſunt
omnia? Abiit ergo qui aſcēderat cur-
rum in occurſum eius: et ait. Hec di-
cit rex. Pacata ne ſunt oīa? Dixitqꝫ
iehu. Quid tibi et paci? trāſi et ſeque
re me. Nunciauit quoqꝫ ſpeculator
dicens. Uenit nuncius ad eos: ⁊ non
reuertit. Miſit etiam currum equo-
E rum ſecundū. Uenitqꝫ ad eos et ait.
Hec dicit rex. Nunquid pax eſt? Et
ait iehu. Quid tibi et paci? trāſi et ſe-
quere me. Nūciauit autē ſpeculator
dicens. Uenit vſque ad eos / et nō re-
uertitur: eſt aūt inceſſus quaſi inceſ-
ſus iehu filii namſi: preceps eni gra-
ditur. Et ait ioram. Jungite currum.
Junxeruntqꝫ currū eius. Et egreſſus
eſt ioram rex iſrael / et Ochozias rex
iuda ſinguli in curribus ſuis. Egreſ-
ſiqꝫ ſunt in occurſum iehu: ⁊ inuene-
runt eū in agro naboth Jezrahelite.
Cūqꝫ vidiſſet ioram iehu: dixit. Pax
eſt iehu? At ille reſpōdit. Que pax?

Adhuc fornicationes iezabel matris
tue / et veneficia eius multa vigent.
Cōuertit aūt ioram manū ſuā : et fu-
giens ait ad ochoziā. Inſidie Ocho-
zia. Porro iehu tetendit arcū manu /
et percuſſit ioram inter ſcapulas. Et
egreſſa eſt ſagitta per cor eius: ſtatiſ-
que corruit in curru ſuo. Dixitque ie-
hu ad badacer ducem. Tolle / proiice F
eū in agro naboth Jezrahelite. Me-
mini enim quando ego et tu ſedētes i
curru ſequebamur achab patrem hu 3.Regū.
ius / ꝙ dñs onus hoc leuauerit ſuper 21.f.
eum dicens. Si non pro ſanguine na
both / et pro ſanguine filiorū ei⁹ quē
vidi heri: ait dominus: reddam tibi
i agro iſto dicit dñs. Nunc ergo tolle
et proiice eū in agro iuxta verbū do
mini. Ochozias aūt rex iuda videns
hoc / fugit per viā domus horti: per-
ſecutuſqꝫ eſt eū iehu / et ait. Etiā hūc
percutite in curru ſuo. Et percuſſe-
runt eum in aſcenſu gaber / qui eſt iu-
xta ieblaam. Qui fugit in mageddo
et mortuus eſt ibi. Et impoſuerūt eū
ſerui eius ſuper currum ſuum / et tu-
lerunt in hieruſalē: ſepelieruntqꝫ eum
in ſepulchro cum patribus ſuis in ci
uitate dauid. Anno vndecimo ioram
filii achab regis iſrl' / regnauit ocho-
zias ſup iudā / venitqꝫ iehu in iezra-
hel. Porro iezabel introitu eius au-
dito / depinxit oculos ſuos ſtibio / ⁊ or
nauit caput ſuum et reſpexit per fe-
neſtrā ingredientem iehu per portam /
et ait. Nunquid pax poteſt eſſe zamri G
qui interfecit dñm ſuū? Leuauitqꝫ ie- 3.Regū.
hu faciē ſuā ad feneſtrā / ⁊ ait. Que 16.a.
eſt iſta? Et inclinauerunt ſe ad eum
duo vel tres eunuchi (⁊ dixerūt. Hec nō eſt in
eſt illa Jezabel.) At ille dixit eis. Pre hebreo.
cipitate eam deorſum. Et precipita-
uerūt eā : aſperſuſqꝫ eſt ſanguine pa-
ries: et equorū vngulis cōculcauerunt
eam. Cūqꝫ introgreſſus eſſet vt com-
ederet biberetque / ait. Ite / et videte
maledictā illā / et ſepelite eam: q2 filia
regis eſt. Cumqꝫ iiſſent vt ſepelirent
eam / non inuenerunt niſi caluariā / ⁊
pedes / et ſummas man⁹. Reuerſiqꝫ
nunciauerunt ei. Et ait iehu. Sermo
domini eſt quē locutus eſt per ſeruū
ſuū eliam theſbitem: dicēs. In agro 3.re.21.f.
ei homo dei. Habet dñs vñ tibi dare
possit multo his plura. Separauit
itaq; amasias exercitum qui vene=
rat ad eũ ex ephraim vt reuerteret
in locũ suum. At illi cõtra iudã ve=
hementer irati reuersi sunt in regio
D nem suam. Porro amasias confidẽ=
ter eduxit populũ suũ et abiit in val
lem salinarũ: percussitq; filios seir de
cẽ milia. Et alia decẽ milia virorum
ceperũt filii iuda et adduxerunt ad
preruptũ cuiusdã petre: precipitaue
rũtq; eos de summo in preceps: qui
vniuersi crepuerunt. At ille exercitꝰ
quẽ remiserat amasias ne secũ iret
ad preliũ: diffusus est in ciuitatibꝰ
iuda a samaria vsq; ad bethoron et
interfectis tribꝰ milibꝰ diripuit pre=
dã magnã. Amasias vero post cedẽ
idumeorũ ꝛ allatos deos filiorũ seir
statuit illos in deos sibi et adorabat
eos ꝛ illis adolebat incẽsum. Quam E
ob rem iratus dñs cõtra Amasiam:
misit ad illũ prophetã qui diceret ei.
Cur adorasti deos q̃ nõ liberauerũt
populũ suũ de manu tua? Cumq; hec
ille loqueretẽ respõdit ei. Num cõsi=
liarius regis es? Quiesce: ne interfi
ciam te. Descendẽsq; propheta: scio
inquit q̃d cogitauerit dñs occidere
te qui ꝛ fecisti hoc malum ꝛ insuper
non acquieuisti cõsilio meo. Igitur
Amasias rex iuda inito pessimo cõ=
silio misit ad ioas filiũ ioachaz filii
iehu regẽ israel dicens. Ueni videa=
mus nos mutuo. At ille remisit nũ=
cios dicens. Carduꝰ qui est in liba= F
no misit ad cedrũ libani dicens. Da
filiã tuã filio meo vxorẽ. Et ecce be=
stie q̃ erãt in silua libani trãsierunt
ꝛ ꝯculcauerũt carduũ. Dixisti. Per
cussi edom: ꝛ idcirco erigit cor tuũ i
superbiã. Sede in domo tua: cur ma
lum aduersum te ꝓuocas vt cadas
ꝛ tu et iudas tecũ? Noluit autẽ au=
dire Amasias eo q̃ dñi esset volun=
tas vt traderetur in manus hostiũ
propter deos edom. Ascendit igitur
ioas rex israel: ꝛ mutuos sibi p̃bue=
re cõspectus. Amasias autẽ rex iu=
da erat in bethsames iude. Corruit
q; iudas corã israel: ꝛ fugit in taber
nacula sua. Porro amasiam regem
iuda filiũ ioas filii ioachaz cepit io=
as rex israel in bethsames et addu=
xit in hierusalẽ: destruxitq; murum
eius a porta ephraim vsq; ad portã G
anguli quadringẽtis cubitis. Omne
quoq; aurũ ꝛ argentum ꝛ vniuersa
vasa q̃ repererat in domo dei et apud
obededom in thesauris etiã domus
regie necnõ ꝛ filios obsidum redu=
xit in samariã. Uixit autẽ Amasias
filius ioas rex Juda postq̃ mortuꝰ
est Joas filius ioachaz rex israel q̃n
decim annis. Reliqua autẽ sermo
num amasie priorũ ꝛ nouissimorum
scripta sunt i libro regũ iuda et isra=
el. Qui postq̃ recessit a dño: tetẽde=
rũt ei insidias in hierusalem. Cumq;

fugisset lachis miserunt et interfece-
runt eum ibi: reportantesque super equos
sepelierunt eum cum patribus suis
in ciuitate dauid.

¶ C.S. De ozia rege iuda qui primo fe-
cit quod rectum erat in oculis domini: sed ro-
boratus in regno eleuatus est: et adolens
incensum contra legem lepra percussus est. C. xxvi.

A
4. Regum
14. c.
OMnis autem populus iuda filium
eius Oziam annorum sedecim
constituit regem pro amasia patre suo.
Ipse edificauit ahilath et restituit eam
ditioni iude postque dormiuit rex cum
patribus suis. Sedecim annorum erat
ozias cum regnare cepisset et quin-
quaginta duobus annis regnauit in
hierusalem. Nomen matris eius ie-
chelia de hierusalem. Fecitque quod
erat rectum in oculis domini iuxta omnia
que fecerat amasias pater eius: et exqui-
siuit deum in diebus zacharie intelli-
gentis et videntis deum. Cumque requireret
dominum: direxit eum in omnibus. Denique egres-
sus est et pugnauit contra philistiim
et destruxit murum geth et murum iab-
ne murumque azoti. Edificauit quoque
oppida in azoto et in philistiim et ad-
iuuit eum deus contra philistiim et con-
B
tra arabes qui habitabant in gurba-
al et contra ammonitas. Appende-
bantque ammonite munera ozie et diuul-
gatum est nomen eius vsque ad introitum
egypti propter crebras victorias.
Edificauitque ozias turres in hieru-
salem super portam anguli et super por-
tam vallis et reliquas in eodem mu-
ri latere: firmauitque eas. Extruxitque
turres in solitudine et effodit cister-
nas plurimas eo quod haberet multa
pecora tam in campestribus quam in ere-
mi vastitate. Vineas quoque habuit
et vinitores in montibus et in carmelo:
erat quippe homo agriculture dedi-
tus. Fuit autem exercitus bellato-
rum eius qui procedebant ad prelia
sub manu iehiel scribe Maasieque do-
ctoris et sub manu ananie qui erat
de ducibus regis. Omnisque numerus prin-
cipum per familias virorum fortium duo-
rum milium sexcentorum et sub eis vni-
uersus exercitus trecentorum et septem
milium quingentorum: qui erant apti
ad bella et pro rege contra aduersari-
C
os dimicabant. Preparauit quoque eis
ozias id est cuncto exercitui clypeos
et hastas et galeas et loricas: arcusque
et fundas ad iaciendos lapides et fe-
cit in hierusalem diuersi generis ma-

chinas quas in turribus collocauit
et in angulis murorum vt mitterent sa-
gittas et saxa grandia. Egressumque
est nomen eius procul eo quod auxiliare-
tur ei dominus et corroborasset illum. Sed
cum corroboratus esset eleuatum est cor
eius in interitum suum et neglexit dominum
deum suum: ingressusque templum domini ado-
lere voluit incensum super altare thy-
miamatis. Statimque ingressus post
eum azarias sacerdos et cum eo sacer-
dotes domini octoginta viri fortissimi:
restiterunt regi atque dixerunt. Non
est tui officii ozia vt adoleas incen-
sum domino: sed sacerdotum hoc est filio-
rum aaron qui consecrati sunt ad hu-
iuscemodi ministerium. Egredere de
sanctuario ne contempseris: quia non
reputabitur tibi in gloriam hoc a domino
deo. Iratusque ozias et tenens in ma- D
nu thuribulum vt adoleret incensum
minabatur sacerdotibus. Statimque Iac. 14. a.
orta est lepra in fronte eius coram sa- 2. q. 7. c.
cerdotibus in domo domini super alta- nos si inco
re thymiamatis. Cumque respexisset eum petenter.
azarias pontifex et omnes reliqui sacer-
dotes viderunt lepram in fronte eius
et festinato expulerunt eum. Sed et ipse
perterritus accelerauit egredi eo quod
sensisset ilico plagam domini. Fugit igitur 4. re. 15.
ozias rex leprosus vsque ad diem mor- a.
tis sue et habitauit in domo separa-
ta plenus lepra ob quam eiectus fue-
rat de domo domini. Porro ioatham filius
eius rexit domum regis et iudicauit
populum terre. Reliqua autem sermonum
ozie priorum et nouissimorum scripsit
Esaias filius Amos propheta. Dor-
miuitque ozias cum patribus suis et se-
pelierunt eum in agro regalium sepul-
chrorum: eo quod esset leprosus: regna-
uitque ioatham filius eius pro eo.

¶ C.S. De ioathan filio ozie qui vi-
cit regem filiorum ammon et de mor-
te eius. Capitulum. xxvij.

VIgintiquinque annorum erat ioa- A
tham cum regnare cepisset et sede- 4. re. 15.
cim annis regnauit in hieru- g.
salem. Nomen matris eius hierusa
filia sadoch. Fecitque quod rectum erat
coram domino iuxta omnia que fecerat
Ozias pater suus excepto quod non est
ingressus templum domini: et adhuc popu-
lus delinquebat. Ipse edificauit por- B
tam domus domini excelsam et in muro
ophel multa construxit. Urbes quo-
que edificauit in montibus iuda et in
saltibus castella et turres. Ipse pu-

gnauit cōtra regem filiorū ammon: et vicit eū.
C Dederūtq; ei filij ammō in tempore illo centum talenta argē ti, ⁊ decem milia coros tritici ac totidem coros hordei. Hec ei prebuerunt filij Ammon in anno secūdo ⁊ tertio. Corroboratusq; est ioatham eo q̄d direxisset vias suas corā dn̄o
D deo suo. Reliqua autem sermonum ioatham ⁊ omnes pugne eius et opera scripta sunt in libro regum israel et iuda. Uiginti quinq; annorū erat cū regnare cepisset et sedecim annis regnauit in hierusalem. Dormiuitq; ioatham cū patribus suis: ⁊ sepelierūt eū in ciuitate dauid: ⁊ regnauit achaz filius eius pro eo.

¶ C. S. De regno Achaz regis iude et sceleribus eius: que fecit ei filius romelie rex israel: de oded propheta q̄ locutus est p̄ captiuis: de populatiōe terre a theglathphalasar rege assyriorum: Achaz spoliata domo dn̄i: et principum dedit regi assyriorū ⁊ nihil ei profuit: q̄ fecit victimas dijs damasci: q̄ extruxit aras ⁊ fecit altaria i angulis hierl'm clausa porta domus dn̄i: de morte eius cui successit Ezechias filius eius. Capi. xxviii.

A
4. Regū
16.a.
Uiginti annorū erat Achaz cū regnare cepisset: ⁊ sedecim annis regnauit in Hierusalem. Non fecit rectū in conspectu dn̄i sicut Dauid pater eius: sed ambulauit in vijs regum israel insup ⁊ statuas fudit baalim. Ipse est qui adoleuit incēsum in valle benhennom: ⁊ lustrauit filios suos in igne iuxta ritū gentiū quas interfecit dominus i aduentu filiorum israel. Sacrificabat quoq; et thymiama succendebat in excelsis et in collibus ⁊ sub omni ligno frondoso. Tradiditq; eū dominus deus eius i manu regis Syrie: qui percussit eū, magnāq; predā cepit de eius imperio ⁊ adduxit in damascū. Manibus quoq; regis israel traditus est ⁊ percussus plaga grandi. Occiditq; Phacee filius romelie de iuda cētū viginti milia in die vno omnes viros bellatores: eo q̄ reliquissent dominū deum patrū suorū. Eodem tēpore occidit zechri vir potēs ex ephraim Maasiam filiū regis et Ezricā ducē domus eius helcanam
B quoq; secundū a rege. Ceperūtq; filij israel de fratribus suis ducenta milia mulierum puerorum ⁊ puellarum et infinitam predam, pertuleruntq; eam in Samariam. Ea tempestate erat ibi ꝓpheta domini nomine oded: qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam dixit eis. Ecce iratus dominus deus patrum vestrorū contra iudam tradidit eos in manibus vestris ⁊ occidistis eos atrociter, ita vt ad celū pertingeret vestra crudelitas. Insuper filios iuda ⁊ Hierusalem vultis vobis subijcere in seruos et ancillas: quod nequaq̄ facto opus est: peccatis enim super hoc dn̄o deo vestro. Sed audite consilium meū ⁊ reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris, quia magnus furor dn̄i imminet vobis. Steterunt itaq; viri de principibus filiorū ephraim azarias filius iohanan barachias filius mosollamoth ezechias filius sellum ⁊ amasias filius hadali contra eos qui veniebāt de prelio ⁊ dixerūt eis. Non introducetis huc captiuos ne peccemus dn̄o. Quare vultis adijcere super peccata n̄ra: ⁊ vetera cumulare delicta: Grande quippe peccatū est: ⁊ ira furoris dn̄i imminet super israel. C
Dimiseruntq; viri israel bellatores predā et vniuersa que ceperāt corā principibus ⁊ omni multitudine: steteruntq; viri quos supra memorauimus ⁊ apprehēdētes captiuos oēsq; qui nudi erant vestierūt de spolijs. Cūq; vestissent eos et calciassēt ⁊ refecissent cibo ac potu: vnxissētq; ꝓpter laborē et adhibuissent eis curam: quicūq; ambulare non poterāt et erant imbecillo corpore imposuerunt eos iumētis ⁊ adduxerunt hiericho ciuitatē palmarū ad fratres eorū: ipsiq; reuersi sunt in samariā. Tēpore illo misit rex achaz ad regē Assyriorū postulās auxilium. Ueneruntq; idumei ⁊ percusserūt multos ex iuda ⁊ ceperūt p̄dā magnā. Philistijm quoq; diffusi sunt p vrbes cāpestres ⁊ ad meridiē iude: ceperūtq; bethsames et aialon et gaderoth socho quoq; ⁊ thamnā ⁊ gāzo cū viculis suis: ⁊ habitauerūt in eis.
Humiliauerat eñi dn̄s iudā ꝓpter achaz regē iuda eo q̄ nudasset eū auxilio ⁊ cōtēptui habuisset dn̄m: adduxitq; contra eum theglath phalasar regē assyriorū q̄ ⁊ afflixit eū ⁊ nullo resistente vastauit. Igit achaz spoliata domo dn̄i ⁊ domo regū ac principū dedit regi assyriorum D

rum munera: et tñ nihil ei profuit.
Insup ꝛ tpe angustie sue auxit con-
temptũ in dñm. Ipse p se rex achaz
imolauit diis damasci victimas per
cussoribꝰ suis ꝛ dixit. Dii regũ syrie
auxiliant eis quos ego placabo ho-
stiis ꝛ aderũt mihi: cũ ecõtrario ipi
fuerint ruine ei/ ꝛ vniuerso Israel.
Direptis itaqꝫ achaz oibꝰ vasis do-
mus dei atqꝫ confractis/ cl'sit ia-
nuas tẽpli dei/ ꝛ fecit sibi altaria in
vniuersis angulis hierl'm. In oibus
quoqꝫ vrbibꝰ iuda extruxit aras ad
cremandũ thus; atqꝫ ad iracũdiam
prouocauit dñm deum patrũ suorũ.
Reliqua aũt sermonũ eius ꝛ omniũ
operũ suoꝝ prioꝝ ꝛ nouissimoꝝ scri-
pta sunt in libro regũ iuda ꝛ israel.
Dormiuitqꝫ achaz cum patribꝰ suis
et sepelierũt eum in ciuitate hieru-
salẽ: neqꝫ enim receperũt eum in se-
pulchro regum israel. Regnauitqꝫ
Ezechias filius eius pro eo.

¶ Ca. Sum. De regno Ezechie qui
templum aperiri mandauit et resti-
tuit sacerdotes. Capitulum.xxix.

A 4. Regũ 18.a.

Igitur ezechias regnare cepit
cũ vigintiquinqꝫ esset annoꝝ
et vigintinouẽ annis regna-
uit in hierusalẽ. Nomẽ matris eius
abia filia Zacharie: fecitqꝫ qđ erat
placitũ in conspectu dñi: iuxta oia q̃
fecerat dauid pater eius. In ipo an
no ꝛ mense primo regni sui aperuit
valuas domꝰ dñi/ ꝛ instaurauit eas
adduxitqꝫ sacerdotes: atqꝫ leuitas
et cõgregauit eos in plateã orientalẽ:
dixitqꝫ ad eos. Audite me leui-
te ꝛ sanctificamini/ mundate domũ
B dñi dei patrũ vestroꝝ: ꝛ auferte om-
nem immũdiciã de sanctuario. Pec
cauerũt patres nostri ꝛ fecerũt ma-
lum in conspectu dñi dei nostri dere
linquẽtes eũ: auerterũt facies suas
a tabernaculo domini dei nostri/ et
prebuerunt dorsum: clauserũt ostia
que erant in porticu: et extinxerunt
lucernas/ incensumqꝫ non adoleue
runt: ꝛ holocausta nõ obtulerunt in
sanctuario deo israel. Cõcitatus est
itaqꝫ furor dñi sup iudam et hierl'm:
tradiditqꝫ eos in cõmotionem et in
interitũ ꝛ in sibilum: sicut ipsi cerni-
tis oculis vestris. En corruerũt pa-
tres nostri gladiis. Filii nostri et fi-
lie nostre et coniuges captiue ducte
sunt propter hoc scelus. Nunc ergo
placet mihi/ vt ineamus fedus cum
dño deo israel: ꝛ auertet a nobis fu
rorẽ ire sue. Filii mei nolite neglige C
re: vos elegit dñs vt stetis corã eo et
ministretis illi: colatisqꝫ eũ ꝛ creme
tis ei incẽsum. Surrexerũt ergo leui
te Mahath filius amasie ꝛ iohel filiꝰ
azarie đ filiis caath. Porro de filiis
merari: cis filius abdai ꝛ azarias fi-
lius ialaleel. De filiis autẽ gersom:
ioha filius zẽma ꝛ edẽ filius ioahe.
At vero de filiis elisphan: samri ꝛ ia
hiel. De filiis quoqꝫ asaph: zachari-
as et mathanias. Necnon de filiis
heman iahihel et semei. Sed ꝛ de fi-
liis idithun semeias et oziel. Cõgre-
gaueruntqꝫ fratres suos ꝛ sanctifica
ti sũt ꝛ ingressi sũt iuxta mãdatũ re- D
gis ꝛ imperiũ dñi vt expiarẽt domũ
dei. Sacerdotes quoqꝫ ingressi tem-
plũ dñi vt sanctificarent illud extu-
lerũt oẽm immũdiciã quã intro re-
pererãt in vestibulo domꝰ dñi/ quã
tulerũt leuite ꝛ asportauerũt ad tor-
rentẽ cedron foras. Ceperunt autẽ
prima die mẽsis primi mũdare ꝛ in
die octauo eiusdẽ mẽsis ingressi sunt
porticũ tẽpli dñi: expiaueruntqꝫ tem-
plũ diebꝰ octo: ꝛ in die sextadecima
mẽsis eiusdẽ qđ ceperãt impleuerunt.
Ingressi quoqꝫ sunt ad ezechiã regẽ
et dixerũt ei. Sãctificauimus omnẽ
domũ dñi ꝛ altare holocausti vasaqꝫ
eius: necnon et mẽsam propositio-
nis cũ oibus vasis suis: cunctãqꝫ tẽ-
pli supellectilem quã pollueras rex
achaz in regno suo postq̃ preuarica
tus est: ꝛ ecce exposita sunt oia corã E
altari dñi. Cõsurgensqꝫ diluculo eze-
chias rex adunauit oẽs principes
ciuitatis ꝛ ascendit in domũ dñi: ob
tulerũtqꝫ simul tauros septẽ ꝛ arie-
tes septem/ agnos septem/ ꝛ hircos
septẽ ꝓ peccato/ pro regno pro sanctua
rio pro iuda. Dixitqꝫ sacerdotibus
filiis aaron vt offerrent super alta-
re dñi. Mactauerũt igitur tauros et
susceperũt sanguinem sacerdotes ꝛ
fuderũt illũ super altare. Mactaue-
runt etiã arietes ꝛ illoꝝ sanguinẽ
super altare fuderunt. Immolaue-
runt agnos et fuderunt super alta-
re sanguinem. Applicuerũt hircos
ꝓ peccato corã rege ꝛ vniuersa mul
titudine: imposueruntqꝫ manus suas
super eos ꝛ imolauerũt illos sacer-
dotes ꝛ asperserũt sanguinẽ eorũ corã
altari pro piaculo vniuersi israelis. F
Pro oĩ quippe israel p̃ceperat rex

vt holocaustuz fieret pro peccato. Cō
F stituit quoque leuitas in domo dñi cū
cymbalis ꝛ psalterijs ꝛ citharis scđ'z
dispositionem dauid regis et gad vi-
dentis et nathan prophete: siquidez
dñi preceptū fuit per manū prophe-
tarū eius. Steteruntq; leuite tenen-
2. Para. 15.d. tes organa dauid: et sacerdotes tu-
bas: et iussit ezechias vt offerrent ho
locausta sup altare. Cūq; offerrentur
holocausta / ceperunt laudes canere
domino / et clāgere tubis / atq; i diuer
sis organis q̄ Dauid rex israel repe-
rerat concrepare. Omni autez turba
adorāte / cantores et hi qui tenebant
tubas erāt in officio suo / donec com-
pleretur holocaustū. Cūq; finita esset
oblatio / incuruat' est rex / et oēs qui
erant cum eo / et adorauerunt. Prece
pitq; ezechias et principes leuitis vt
laudarent dñz sermonibus dauid et
asaph videntis: qui laudauerūt deuz
magna leticia: ꝛ icuruato genu ado-
B rauerunt. Ezechias autē etiā hec ad-
didit. Implestis man' vestras dño /
accedite: et offerte victimas / et lau-
des i domo domini. Obtulit ergo vni
uersa multitudo hostias et laudes / ꝛ
holocausta mente deuota. Porro nu-
merus holocaustorum q̄ obtulit mul-
titudo / hic fuit: tauros septuaginta /
arietes centum: agnos ducentos: san
ctificaueruntque dño boues sexcen-
tos: et oues tria milia. Sacerdotes
vero pauci erant: nec poterant suffi-
cere vt pelles holocaustorū detrahe-
rent. Unde et leuite fratres eoruz ad
iuuerunt eos / donec iplreretur opus ꝛ
sanctificarent antistites. Leuite q̄p-
pe faciliori ritu sanctificantur / q̄ sa-
cerdotes. Fuerunt ergo holocausta
plurima / adipes pacificorum / et liba
mina holocaustorum: et complet' est
cultus domus domini. Letatusq; est
Ezechias / et omnis populus / eo q̄ mi
nisterium domini esset expletum / de
repente quippe hoc fieri placuerat.
¶ C.S. De cursoribus quos ezechias
misit in omnē israel vt venirent et ce-
lebrarent phase dño: et de pascha eze
D chie dño celebrato. Capitulum. xxx.

Misit quoq; ezechias ad oēm
israel et iudā: scripsitq; ep̄las
ad ephraī et manassen vt ve
nirent ad domū dñi in hierusalem: et
facerent phase dño deo israel. Inito
ergo consilio regis et principum / et
vniuersi cetus hierusalem / decreue-
runt vt facerent phase mense secun-
do. Non enim occurrerat facere in
tēpore suo: quia sacerdotes qui pos-
sent sufficere: sanctificati nō fuerāt:
et populus nodum congregatus fue-
rat in hierusalē. Placuitq; sermo re-
gi / ꝛ omni multitudini: et decreuerūt
vt mitterēt nūcios in vniuersum isrl'
de bersabee vsq; dan / vt venirent et
facerent phase dño deo israel in hie-
rusalē. Multi enim non fecerant sicut
in lege prescriptuz est. Perrexeruntq;
cursores cū epistolis ex regis impe-
rio / et principum eius in vniuersum
israel et iuda, iuxta id quod rex iusse
rat predicantes. Filij israel reuerti-
mini ad dñm deuz abraam / et Isaac /
et Israel: et reuertetur ad reliquias
que effugerunt manus regis assyrio
B rū. Nolite fieri sicut patres vestri: et
fratres qui recesserunt a dño deo pa-
trū suorū: et tradidit eos in interitū:
vt ipsi cernitis. Nolite indurare cer-
uices vestras: sicut patres vestri. Tra
dite manus vestras domino et veni-
te ad sanctuarium eius quod sancti-
ficauit in eternum. Seruite domino
deo patrum vestrorum: et auertetur
a vobis ira furoris eius. Si enim vos
reuersi fueritis ad dominum: fratres
vestri: et filij habebunt misericordiā
coram dominis suis qui illos duxe-
runt captiuos: et reuertentur in ter-
ram hanc. Pius enim et clemens est
dominus de' vester: et non auertet fa
ciē suaz a vobis: si reuersi fueritis ad
eū. Igitur cursores pergebant veloci
ter de ciuitate in ciuitatem per terrā
Ephraim et manasse: vsque ad zabu-
lon: illis irridentibus et subsannan-
tibus eos. Attamen quidam viri ex
Aser et manasse: et zabulon acquie-
scentes consilio: venerunt hierusalē.
In Juda vero facta est man' domini:
vt daret eis cor vnuz: vt facerent iux
ta preceptū regis et principū verbuz
dñi. Congregatiq; sunt in hierusalem
populi multi: vt facerent solennitatē
azymorum in mense secundo. Et sur-
C gentes destruxerunt altaria que erāt
in hierusalez: atq; vniuersa in quibus
idolis adolebatur incensum: subuer-
tētes: proiecerunt in torrentē cedrō.
Immolauerunt autez phase quarta-
decima die mensis secundi. Sacerdo
tes quoq; atq; leuite tandem scifica
ti obtulerunt holocausta i domo dñi:
steteruntq; in ordine suo iuxta dispō-

ſtionē ⁊ legē moyſi hoīs dei. Sacer-
dotes vero ſuſcipiebant effundendū
ſanguinē de manibus leuitarū: eo ꝙ
multa turba ſctificata nō eſſet: et id-
circo immolarent leuite phaſe his q̄
non occurrerāt ſanctificari dn̄o. Ma-
gna etiaꝫ pars populi de ephraim et
manaſſe et Iſſachar et zabulon / que
ſanctificata nō fuerat/comedit pha-
ſe/non iuxta quod ſcriptū eſt: et ora-
uit pro eis ezechias: dicens. Dn̄s bo-
nus propiciabitur cūctis qui in toto
corde requirunt dn̄m deū patruꝫ ſuo-
rum/et non imputabit eis ꝙ minus
ſctificati ſunt. Quem exaudiuit dn̄s
⁊ placatus eſt populo. Feceruntq̄ filij
iſrael q̄ inuēti ſunt in hierl'm ſolēni-
tatem azimorū ſeptē dieb⁹ in leticia
D magna: laudantes dn̄m per ſingulos
dies. Leuite quoq̄ ⁊ ſacerdotes per
organa q̄ ſuo officio congruebant. Et
locutus eſt Ezechias ad cor oīm leui-
tarum qui habebant intelligentiam
bonam ſuper dn̄o/⁊ comederūt ſeptē
diebus ſolennitatis immolātes victi-
mas pacificoꝝ: ⁊ laudātes dn̄m deuꝫ
pr̄m ſuoꝝ. Placuitq̄ vniuerſe mul-
titudini vt celebrarēt etiā alios dies
ſeptē: qđ ⁊ fecerūt cū ingenti gaudio.
Ezechias autēꝫ rex Iuda prebuerat
multitudini mille tauros et ſeptem
milia ouiū. Principes vero dederant
populo tauros mille / et oues decem
milia. Sctificata eſt ergo ſacerdotuꝫ
plurima multitudo: et hilaritate per-
fuſa oīs turba Iuda tam ſacerdotuꝫ
et leuitarum/q̄ꝫ vniuerſe frequentie
que venerat ex iſrl': ꝓſel ytoꝝ quoq̄
de terra iſrael: et habitantiū in iuda.
Factaq̄ eſt grādis celebritas in hie-
ruſalē qualis a diebus ſalomonis fi-
lij dauid regis Iſrael in ea vrbe non
fuerat. Surrexerunt aūt ſacerdotes
atq̄ leuite benedicētes populo: et ex-
audita eſt vox eoꝝ: peruenitq̄ ora-
tio in habitaculum ſanctum celi.

¶ C. S. Ezechias ſacerdotū et leuita-
rū diuiſit offertoriū: de collatione de-
cimarū danť colligunť diſtribuunťur
repelluntť bona que fecit ezechias: et
quomodo ꝓſperatus eſt. Cap. xxxi.

A Cumq̄ hec fuiſſent rite celebra-
ta/egreſſus eſt oīs iſrael qui i-
uentus fuerat in vrbibus iu-
da/et fregerunt ſimulachra: ſuccide-
runtq̄ lucos/demoliti ſunt excelſa: ⁊
altaria deſtruxerunt: nō ſolū de vni-
uerſo iuda et bēiamin: ſꝫ et de ephraī
quoq̄ et manaſſe: donec penit⁹ euer-
terent. Reuerſiq̄ ſunt oēs filij iſrael
in poſſeſſiones et ciuitates ſuas. Eze-
chias autē conſtituit turmas ſacer-
dotales / et leuiticas per diuiſiones
ſuas / vnumquenq̄ ī officio proprio:
tam ſacerdotuꝫ videlicet q̄ꝫ leuitarū
ad holocauſta et pacifica: vt miniſtra-
rent et cōfiterentur: canerentque ī por-
tis caſtroꝝ dn̄i. Pars aūt regis eoꝝ
erat/vt de ꝓpria eius ſubſtantia of-
ferretur holocauſtum mane ſemꝑ et
veſpere / ſabbatis quoq̄ et calendis
et ſolennitatib⁹ ceteris: ſicut ſcriptū
eſt in lege moyſi. Precepit etiam po- B
pulo habitantiū hieruſalē: vt darent leu. 34. c.
partes ſacerdotib⁹ et leuitis: vt poſ- nu. 18. b.
ſent vacare legi dn̄i. Q̄d cum percre-
bruiſſet in auribus multitudinis plu-
rimas obtulere primitias filij iſrael
frumenti vini et olei: mellis quoq̄ et
oīm que gignit humus decimas ob-
tulerūt. Sed et filij iſrael et iuda qui
habitabant in vrbibus iuda / obtule-
runt decimas boum et ouium: deci-
maſq̄ ſctōꝝ que vouerāt domino deo
ſuo: atq̄ vniuerſa portantes / fecerūt
aceruos plurimos. Menſe tertio ce-
perūt aceruoꝝ iacere fundamenta
et menſe ſeptimo compleuerunt eos.
Cūq̄ ingreſſi fuiſſent ezechias ⁊ prin-
cipes ei⁹ /viderūt aceruos et bn̄dixe-
rūt dn̄o ac ppl'o iſrl'. Interrogauitq̄
Ezechias ſacerdotes ⁊ Leuitas: cur
ita iacerent acerui. Reſpōdit illi Aza-
rias ſacerdos prim⁹ de ſtirpe ſadoc
dicens. Ex quo ceperūt offerri primi- C
tie in domo dn̄i/comedim⁹ et ſatura-
ti ſumus /et remanſerūt plurima / eo
ꝙ bn̄dixerit dn̄s ppl'o ſuo: reliquia-
rum autē copia eſt iſta quam cernis.
Precepit igiť Ezechias vt prepara-
rent horrea in domo dn̄i. Q̄d cum fe-
ciſſent / intulerunt tam primitias q̄ꝫ
decimas / et quecūq̄ vouerant fideli-
ter. Fuit autēꝫ prefectus eoꝝ chone-
nias leuita / et ſemei frater eius ſecūn-
dus: poſt quē Iehiel et azarias ⁊ na-
oth et Aſahel et Hierimoth / iozabad
q̄ꝫ et Elihel ⁊ ieſmachias et maath:
et banaias ꝓpoſiti ſub manibus cho-
nenie ⁊ ſemei fratris ei⁹ ex imperio
ezechie regis et azarie pontificis do-
mus dn̄i / ad quos oīa pertinebant.
Core vero filius iemna leuites et ia-
nitor orientalis porte / prepoſit⁹ erat
his que ſponte offerebantur dn̄o: pri-
mitijs et cōſecratis in ſancta ſctōꝝ

et sub cura eius eden et beniamin: ie-
sue et semeias: amarias quoque et se-
chenias in ciuitatibus sacerdotū: vt
fideliter distribuerent fratrib⁹ suis
partes minorib⁹ atque maioribus: ex-
ceptis marib⁹ ab annis tribus et su-
D pra/cunctis q̄ ingrediebantur templum
dn̄i. Et quicq̄d per singulos dies con
ducebant in ministerio atque obserua-
tionibus iuxta diuisiones suas/sacer
dotibus per familias/et leuitis a vi-
cesimo anno et supra per ordines et
turmas suas/vniuerseque multitu-
dini tam vxoribus q̄ liberis eorum
vtriusque sexus fideliter cibi de his q̄
sanctificata fuerant prebebant. Sed
et filiorum aaron per agros/et subur
bana vrbium singularū dispositi erāt
viri qui partes distribuerent vniuer
so sexui masculino de sacerdotibus et
leuitis. Fecit ergo ezechias vniuersa
que diximus in omni iuda: operatusque
est bonū et rectū et verū coram dn̄o
deo suo: in vniuersa cultura ministe-
rii domus domini iuxta legem et ce-
remonias volens requirere deum su-
um in toto corde suo. Fecitque/et pro-
speratus est.

¶ C. S. De strage facta ab angelo in
castris sennacherib: de morte ipsius:
de egritudine ezechie: de supbia cor-
dis eius et humilitate: de diuitiis ei⁹
de peccato ei⁹ in nunciis babylonis
eis ostendendo oīa: de morte eius: de
regno manasses filii eius. Cap. xxxii.

A
4.re.18.e
esa.36.a.
Post q̄ et huiuscemodi verita-
tem venit sennacherib rex as-
syriorum et ingressus iudā/obse-
dit ciuitates munitas: volens eas
capere. Quod cum vidisset Ezechias
venisse scz sennacherib et totum belli
impetū verti contra hierl'm inito cū
principibus consilio virisque fortissi-
mis: vt obturarent capita fontiū qui
erant extra vrbē: et hoc oīm decernē-
te sententia/cōgregauit plurimā mul-
titudinē/et obturauerūt cūctos fon-
tes et riuum q̄ fluebat in medio ter-
re: dicētes. Ne veniant reges assyrio-
rum et inueniāt aquaꝝ abundantiā.
Edificauit quoque agēs industrie om-
nem murū qui fuerat dissipat⁹: et ex-
truxit turres desup et forinsecus al-
terū murū. Instaurauitque mello in
B ciuitate dauid: et fecit vniuersi gene-
ris armaturā/et clypeos. Constituit-
que principes bellatorum in exercitu.
Et conuocauit vniuersos in platea

porte ciuitatis: ac locutus est ad cor
eorū dicens. Viriliter agite et confor-
tamini/nolite timere: nec paueatis
regē assyriorum/et vniuersam multitu-
dinē que est cum eo. Multo enim plu-
res nobiscū sunt: q̄ cum illo. Cum illo
enim est brachiū carneum: nobiscum 4.re.6.d.
dn̄s deus nr̄: q̄ auxiliator est nr̄: pu-
gnatque pro nobis. Cōfortatusque est
populus huiuscemodi verbis ezechie
regis iuda. Que postq̄ gesta sūt: mi-
sit sennacherib rex assyriorū seruos
suos hierl'm. (Ipse eīn cum vniuerso
exercitu obsidebat lachis) ad ezechi-
am regem iuda: et ad oēm ppl'm q̄ erat
in vrbe dicēs. Hec dicit sennacherib
rex assyriorū. In quo habētes fiduci- C
am / sedetis obsessi in hierusalem? 4.re.18.f
Nū ezechias decepit vos: vt tradat
morti in fame et siti: affirmās q dn̄s
deus vester liberet vos de manu re-
gis assyriorū? Nunqd nō iste est eze-
chias q̄ destruxit excelsa illi⁹ et alta-
ria: et precepit iude et hierl'm dicens.
Corā altari vno adorabitis: et in ipso
comburetis incensum. An ignoratis
que ego fecerim: et patres mei cunctis
terrarū ppl'is? Nunquid preualue-
runt dii gentiū oīmque terrarum libera-
re regionē suā de manu mea? Quis
est de vniuersis diis gentiū quas va-
stauerūt patres mei q̄ potuerit erue-
re populum suum de manu mea: vt
possit etiam deus vester eruere vos
de hac manu? Non vos ergo decipi-
at ezechias nec vana persuasione de-
ludat: neque credatis ei. Si enim nul-
lus potuit deus cunctarū gentiū at- D
que regionum liberare populum suum
de manu mea et de manu patrū meo-
rum: consequenter nec deus vester
poterit eruere vos de hac manu. Sed
et alia multa locuti sunt serui ei⁹ con
tra dominum deum/et contra ezechi-
am seruum eius. Epistolas quoque scri-
psit plenas blasphemie in dominū de-
um israel: et locutus est aduersum
eum. Sicut dii gentium ceterarū nō
potuerunt liberare populum suum
de manu mea: sic et deus ezechie erue-
re nō poterit populum suum de ma- A
nu ista. Insuper et clamore magno
lingua iudaica contra populum qui
sedebat in muris hierusalem perso-
nabat: vt terreret eos et caperet ciui-
tatem. Locutusque est contra deum
hierl'm / sicut aduersum deos popu-
lorum terre opera manuum hominū.

Orauerūt igit̄ ezechias rex/ꝛ esaias
filiꝰ amos ꝓphetes aduersum hanc
blasphemiā/ac vociferati sunt vsque
in celū. Et misit dñs angelū suū qui
percussit omnem virū robustū ꝛ bel-
latorē/ꝛ principē exercitus regis as-
syriorū. Reuersusq; est cum ignomi-
nia in terrā suā. Cumq; ingressus es-
set domū dei sui/filij qui egressi fue-
rant de vtero eius/interfecerunt eū
gladio. Saluauitq; dñs ezechiam: et
habitatores hierl'm de manu senna-
cherib regis assyriorū/ꝛ de manu oīm
et prestitit ei quietem per circuitum.
F Multi etiā deferebāt hostias et sacri
ficia dño i hierl'm et munera ezechie
regi iuda. Qui exaltatꝰ est post hec
4.re.20.a. coram cunctis gentibus. In diebꝰ il-
esa.38.a. lis egrotauit ezechias vsq; ad mortē
et orauit dominū. Exaudiuitq; eū: et
dedit ei signū: sz nō iuxta beneficia q̄
acceperat/retribuit: qr eleuatum est
cor eiꝰ. Et facta est contra eum ira: et
contra iudā et hierl'z. Humiliatusque
est postea: eo ꝙ exaltatum fuisset cor
eius: tam ipse q̄ habitatores hierl'm:
et idcirco non venit sup eos ira dñi in
diebꝰ ezechie. Fuit autē ezechias di-
ues/et inclytus valde: et thesauros si
bi plurimos congregauit/argenti et
auri et lapidis p̄ciosi aromatū et ar-
morū vniuersi generis et vasorū ma
gni precij: apothecas quoq; frumen-
ti vini et olei et presepia oīm iumēto-
rum: caulasq; pecoribus/et vrbes sex
edificauit. Habebat quippe greges
ouiū et armentorū innumerabiles eo
ꝙ dedisset ei dñs substantiā multam
nimis. Ipse est ezechias qui obtura-
uit superiorē fontē aquarum gyon: ꝛ
auertit eas subter ad occidentem vr-
bis dauid. In oībus operibꝰ suis fe-
cit prospere q̄ voluit. Attamen in le-
gatione principū babylonis q̄ missi
fuerant ad eū vt interrogarēt de por-
tēto qđ acciderat super terrā: dereli-
quit eū dñs vt tentaret: et nota fierēt
oīa que erant in corde eius. Reliqua
aūt sermonū ezechie et misericordia
rum eiꝰ scripta sunt in visione esaie
filij amos ꝓphete/et in libro regum
iuda et israel. Dormiuitq; Ezechias
cum patribus suis: et sepelierūt eum
super sepulchra filiorum Dauid. Et
celebrauit eius exequias vniuersus
iuda: et oēs habitatores hierusalem.
Regnauitq; manasses filiꝰ eiꝰ ꝓ eo.
C. S. De regno manasses ꝛ sceleri
bus eius: capitur ab assyrijs/et duci-
tur in babyloniā: penitet et orat do-
minum: ꝛ reducit in hierl'm: destruit
idola de domo dñi et aras quas fece-
rat ipse: sed populus adhuc immola-
bat in excelsis: de morte eius et de re
gno filij eius amon et occisione eius
a seruis suis proprijs: cui successit fi-
lius eius iosias. Capitulum. xxxiij.
Duodecim annorū erat manas- A
ses cū regnare cepisset/et quin 4.re.21.a.
quaginta quinque annis regnauit in
hierl'm. Fecit autē malū coram dño
iuxta abominationes gentium quas
subuertit dominus coram filijs israel
et cōuersus instaurauit excelsa q̄ de-
moliuus fuerat ezechias pater eius.
Cōstruxitq; aras baalim et fecit lu-
cos et adorauit oēm militiā celi: et co
luit eam. Edificauit quoq; altaria in 2.re.7.b.
domo dñi de qua dixerat dñs/in hie-
rusalē erit nomen meū in eternum.
Edificauit aūt ea cūcto exercitui ce-
li: in duobꝰ atrijs domꝰ dñi: transire-
q; fecit filios suos per ignē in valle
beenom. Obseruabat somnia/secta-
batur auguria/maleficijs artibus in
seruiebat: habebat secū magos et in-
cantatores: multaq; mala operatus
est corā dño: vt irritaret eū. Sculpti- B
le quoq; et cōflatile signū posuit i do
mo dñi: de qua locutꝰ est dñs ad da-
uid et ad salomonē filiū eius dicens.
In domo hac et in hierl'm quā elegi
de cunctis tribubꝰ israel: ponam no-
mē meū in sempiternū: et mouere nō
faciā pedē israel de terra quā tradi-
di patribus eorum: ita dūtaxat/si cu-
stodierint facere que precepi eis/cū-
ctamq; legē et ceremonias atq; iudi-
cia que mandaui per manum moysi.
Igitur manasses seduxit iudā et ha-
bitatores hierl'm: vt facerēt malum
super oēs gētes quas subuerterat
dñs a facie filiorū isrl'. Locutusq; est
dñs ad eū/et ad populū illiꝰ: et atten
dere noluerunt. Idcirco supinduxit 1.q.7.c.1.
eis principes exercitꝰ regis assyrior. De pe.di.
ceperuntq; manassen: et vinctū cate- 2.c.si enim
nis atq; cōpedibꝰ duxerunt in baby- ante fi.
lonē. Qui postq̄ coangustatus est: C
orauit dñm deū suū/et egit peniten-
tiam valde corā deo patrum suorū.
Deprecatusq; est eū: ꝛ obsecrauit in
tente: et exaudiuit orationē eius: re-
duxitq; eum hierusalē in regnū su-
um. Et cognouit Manasses ꝙ dñs ip-
se esset deus. Post hec edificauit mu-

rum extra ciuitatē dauid/ ad occidē-
tem gyon in cōualle ab introitu por-
te pisciū per circuitū vsq; ad ophel:
et exaltauit illū vehemēter. Cōstitui-
tq; pricipes exercitus in cunctis ci-
uitatib⁹ iuda munitis/ et abstulit de-
os alienos et simulachrum de domo
dn̄i: aras quoq; quas fecerat in mon
te domus dn̄i/ et in hierl'm: et proiecit
omnia extra vrbem. Porro instaura-
uit altare dn̄i/ et immolauit super il-
lud victimas et pacifica et laudem.
D Precepitq; iude vt seruiret dn̄o deo
israel. Attamen adhuc populus im-
molabat in excelsis dn̄o deo suo. Re-
liqua aūt gestorū manasse et obsecra-
tio eius ad deum suū/ verba quoq; vi
dentiū: que loquebant ad eū in noīe
dn̄i dei israel/ cōtinētur in sermonib⁹
regū israel. Oratio quoq; eius et ex-
auditio et cūcta peccata atq; contem-
ptus: loca etiā in quib⁹ edificauit ex-
celsa et fecit lucos: et statuas anteq̄
ageret penitentiā: scripta sunt in ser
monib⁹ ozai. Dormiuit ergo manas-
ses cum patribus suis: et sepelierunt
eum in domo sua. Regnauitq; pro eo
filius eius amon. Uigintiduorum an
norum erat amon/ cum regnare ce-
pisset: et duob⁹ annis regnauit in hie-
rusalē. Fecitq; malū in cōspectu dn̄i
sicut fecerat manasses pater ei⁹: et
cunctis idolis q̄ manasses fuerat fa
bricat⁹: immolauit atq; seruiuit: et nō
est reuerit⁹ faciē dn̄i/ sicut reuerit⁹
est manasses pater eius/ et multo ma
iora deliquit. Cumq; coniurassent ad
uersus eū serui sui/ interfecerunt eū
in domo sua. Porro reliqua populi
multitudo/ cesis his qui amon per-
cusserant constituit regem Josiam fi
lium eius pro eo.

¶ C.S. De regno iosie et eius pieta-
te: de inuentione Deuteronomii: de
Olda prophetissa: de federe populi
ad dominum. Capitulum.xxxiiii.

A
4. Regū
22.a.

Octo annorum erat iosias cū
regnare cepisset: et triginta
et vno anno regnauit in hie-
rusalem. Fecitq; qđ erat rectū in cō-
spectu domini/ et ambulauit i vijs da
uid patris sui/ nō declinauit neq; ad
dexteram/ neq; ad sinistram. Octauo
autē anno regni sui cum adhuc esset
puer/ cepit querere deum patris sui
Dauid: et duodecimo anno postq̄
regnare ceperat mundauit iudam et
hierusalē ab excelsis et lucis: simula-
chrisq; et sculptilib⁹. Destruxeruntq;
corā eo aras baalim et simulachra q
superposita fuerant demoliti sunt.
Lucos etiā et sculptilia succidit atq;
comminuit: et sup tumulos eorū qui
eis immolare consueuerant fragmē
ta dispersit. Ossa preterea sacerdo- B
tum combussit in altarib⁹ idolorum:
mundauitq; iudā et Hierusalē. Sed
et in vrbibus manasse et ephraim et
Symeō vsq; nepthalim cūcta subuer-
tit. Cūq; altaria dissipasset et lucos
et sculptilia cōtriuisset in frusta: cun
ctaq; delubra demolitus esset de vni
uersa terra israel: reuersus est in hie
rusalē. Igitur anno octauodecimo
regni sui mūdata iam terra et tēplo
dn̄i misit saphā filiū eselie et maasi-
am principē ciuitatis et ioha filiū io-
achaz a commētarijs vt instaurarēt
domum dn̄i dei sui. Qui venerunt ad
Helchiā sacerdotē magnū: acceptā-
q; ab eo pecuniā que illata fuerat in
domū dn̄i et quā cōgregauerant leui-
te et ianitores de manasse et ephraim
et vniuersis reliquijs israel ab omni
quoq; iuda et beniamin et habitato-
ribus hierusalē: tradiderūt in mani-
bus eorum qui preerant operarijs in
domo dn̄i vt instaurarent templū et C
infirma queq; sarcirent. At illi dede-
rūt eā artificib⁹ et cemētarijs vt eme-
rent lapides de lapidicinis et ligna
ad cōmissuras edificij et ad cōtigna-
tionē domorū quas destruxerant re-
ges iuda: q fideliter cūcta faciebāt.
Erant autē prepositi operātium Ja-
bath et Abdias de filijs merari Za-
charias et mosollam de filijs Caath
qui vrgebāt opus omnes leuite sciē-
tes organis canere. Sup eos vero qui
ad diuersos vsus onera portabant
erant scribe et magistri de leuitis ia-
nitores. Cūq; efferrēt pecuniam que
illata fuerat in tēplū dn̄i reperit hel
chias sacerdos librū legis dn̄i q da-
tus fuerat p manū Moysi/ et ait ad
saphan scribā. Librum legis inueni
i domo domini. Et tradidit ei. At ille D
intulit volumē ad regem et nuncia-
uit ei dicens. Ois que dedisti in ma-
nu seruorum tuorum: ecce cōplētur.
Argētum quod repertū est in domo
dn̄i cōflauerūt: datūq; est prefectis ar-
tificū et diuersa opera fabricantium.
Preterea tradidit mihi Helchias
sacerdos hunc librū. Quem cum re-
ge presente recitasset: audissetq; ille

verba legis/scidit vestimenta sua: et
precepit helchie et ahicham filio sa-
phan/et abdon filio micha: saphan
quoq; scribe et asaie seruo regis di-
cens. Ite et orate dñm pro me: et pro
reliquiis israel et iuda: super vniuer-
sis sermonib⁹ libri istius qui reper-
tus est. Magnus enim furor dñi stil-
lauit sup nos: eo q non custodierint
patres nostri verba dñi vt facerent
omnia q̃ scripta sunt in isto volumi-
C ne. Abiit ergo helchias: et hi qui si-
mul a rege missi fuerãt ad oldam pro-
phetadẽ vxorẽ sellum filii thecuath/
filii asra custodis vestium/que habi-
tabat in hierl'm in secunda: et locuti
sunt ei verba que supra narrauimus.
At illa respõdit eis. Hec dicit domi-
nus deus israel: dicite viro qui misit
vos ad me. Hec dicit dñs. Ecce ego
inducã mala super locũ istũ/et super
habitatores eius: cunctaq; maledi-
cta que scripta sunt in libro hoc quẽ
legerũt corã rege iuda: qr dereliquẽ-
runt me et sacrificauerunt diis alie-
nis vt me ad iracũdiam prouocarẽt
in cũctis operibus manuum suarũ.
D Idcirco stillabit furor me⁹ super lo-
cum istũ/et nõ extinguetur. Ad regẽ
autẽ iuda qui misit vos pro dño de-
precãdo/sic loquimini. Hec dicit do-
minus de⁹ israel. Quoniam audisti
verba voluminis/atq; emollitum est
cor tuum: et humiliatus es in cõspe-
ctu dñi super his que dicta sunt con-
tra locum hunc et habitatores hieru-
salem: reueritusq; faciẽ meã scidisti
vestimẽta tua/ et fleuisti coram me:
ego quoq; exaudiui te dicit domin⁹.
Iam enim colligã te ad patres tuos/
et infereris i sepulchrum tuũ in pa-
ce: nec videbũt oculi tui omne malũ
quod ego inducturus sum super locũ
4. Regũ 23.a. istum/et sup habitatores eius. Retu-
lerunt itaq; regi cũcta q̃ dixerat. At
ille conuocatis vniuersis maioribus
natu iuda et hierl'm/ ascẽdit i domũ
dñi: vnaq; oẽs viri iuda et habitato-
res hierusalẽ sacerdotes et leuite: et
cunctus pplś a minimo vsq; ad ma-
E ximũ. Quib⁹ audientib⁹ in domo dñi
legit rex oĩa verba voluminis: et stans
in tribunali suo percussit fedus co-
ram dño vt ambularet post eũ: et cu-
stodiret precepta et testimonia et iu-
stificationes eius in toto corde suo:
et in tota anima sua: faceretq; q̃ scri-
pta sunt in volumine illo quod lege-
rat. Adiurauit quoq; super hoc om-
nes qui reperti fuerant in hierusalem
et beniamin: et fecerunt habitatores
hierusalẽ iuxta pactũ domini dei pa-
trum suorũ. Abstulit ergo iosias cun-
ctas abominationes de vniuersis re-
gionibus filiorũ israel: et fecit oẽs qui
residui erãt in israel seruire dño deo
suo. Cũctis dieb⁹ vite sue non reces-
serunt a dño deo patrum suorum.
¶ Ca. B. De phase quod fecit iosias et
de morte eius: de lamentationibus
suorum super eum. Cap. xxxv.
Fecit adẽ iosias in hierl'm pha- A
se domio/ quod immolatum est 4. re. 23. c
quartadecima die mensis primi. Et 3. esd. 1. a.
constituit sacerdotes in officiis su-
is: hortatusq; est eos / vt ministra-
rent in domo dñi. Leuitis quoq; ad
quorum eruditionem omnis israel
sanctificabatur dño locutus est. Po-
nite arcam in sanctuario tẽpli quod
edificauit salomon filius dauid rex
israel. nequaq̃ enim eam vltra por-
tabitis. Nũc ergo ministrate domi-
no deo vestro et populo eius israel: et
preparate vos per domos et cogna-
tiones vestras in diuisionib⁹ singu-
lorũ/ sicut precepit dauid rex israel/
et descripsit salomon filius ei⁹/et mi-
nistrate in sanctuario eius per fami-
lias turmasq; leuiticas: et sanctifica-
ti immolate phase. Fratres etiam ve-
stros / vt possint iuxta verba q̃ locu-
tus est dñs i manu moysi facere pre-
parate. Dedit preterea iosias omni
populo qui ibi fuerat inuentus in so-
lennitate phase: agnos et hedos de
gregibus / et reliqui pecoris trigin-
ta milia: boum quoq; tria milia. hec
de regis vniuersa substantia. Duces
quoq; ei⁹ sponte quod vouerant/ ob-
tulerũt tam populo q̃ sacerdotibus
et leuitis. Porro helchias et zacha- B
rias et iehiel principes domus dñi
dederunt sacerdotib⁹ ad faciendum
phase pecora commixtim duo milia
sexcenta/et boues trecẽtos. Chonen-
ias autẽ et semeias etiã et nathanael
fratres eius: necnõ asabias et iahiel
et iozabad principes leuitarũ dede-
runt ceteris leuitis ad celebrandum
phase quinq; milia pecorũ/ et boues
quingẽtos. Preparatumq; est mini-
sterium: et steterũt sacerdotes in of-
ficio suo. Leuite quoq; in turmis iux-
ta regis imperiũ: et immolatum est
phase. Asperserũtq; sacerdotes ma-

tuas suas sanguine: et leuite detraxe-
rūt pelles holocaustorum/ et separa
uerunt ea vt darent per domos et fa
milias singulorū: et offerrent dño/ si-
cut scriptum est in libro moysi. de bo-
bus quoque fecerunt similiter. Et assa
uerunt phase super ignē: iuxta quod
in lege preceptū est. Pacificas vero
hostias coxerunt in lebetis/ et cacca-
bis/ et ollis: et festinato distribuerūt
vniuerse plebi. sibi autē et sacerdoti-
bus postea parauerunt. Nā in obla-
tione holocaustorum et adipū/ vsque
ad noctē sacerdotes fuerūt occupa-
ti: vnde et leuite sibi et sacerdotibus
filijs aaron parauerunt nouissimis.
C Porro cātores filij asaph stabant in
ordine suo iuxta preceptum dauid: et
asaph et emani et idithun propheta-
rū regis dauid. Janitores vero per
portas singulas obseruabant: ita vt
nec puncto quidē discederēt a mini-
sterio. quā ob rem et fratres eorū le-
uite parauerūt eis cibos. Omnis igi
tur cultura dñi rite cōpleta est in die
illa vt facerent phase/ et offerrēt ho-
locausta super altare dñi/ iuxta pre-
ceptum regis iosie. Feceruntque filij is-
rael qui reperti fuerant ibi/ phase in
tēpore illo et solennitatē azimorū se-
ptem diebus. Non fuit phase simile
huic in israel a diebus samuelis pro-
phete: sed nec quisquā de cunctis regib⁹
israel fecit phase/ sicut iosias sacer-
dotibus/ et leuitis/ et omni iude/ et is-
rael qui repert⁹ fuerat: et habitanti-
bus in hierusalē. Octauodecimo an-
no regni Josie: hoc phase celebratū
4. Regū 23.f. est. Postquam instaurauerat Josias tē-
plum/ ascēdit nechao rex egypti ad
pugnandū in charchamis iuxta eu-
phratē: et processit in occursum eius
Josias. At ille missis ad eum nūcijs
D ait. Quid mihi et tibi est rex iuda? nō
aduersum te hodie venio: sed contra
aliā pugno domum: ad quā me deus
festinato ire precepit. Desine aduer-
sum deum facere qui mecū est/ ne in-
terficiat te. Noluit iosias reuerti: sed
preparauit cōtra eum bellū: nec ac-
quieuit sermonibus Nechao ex ore
dei: verū perrexit vt dimicaret in cā-
Za.12.d. po mageddo. Ibique vulneratus a sa-
gittarijs/ dixit pueris suis. Educite
me de prelio: quia oppido vulneratus sum.
Qui trāstulerūt eū de curru in alte-
rum currū/ qui sequebatur eum more
regio: et asportauerunt eum in hieru

salem. Mortuusque est/ et sepultus in
mausoleo patrum suorū. Et vniuer-
sus iuda et hierusalē luxerunt eum.
Hieremias maxime: cuius oēs cāto-
res atque cātatrices/ vsque in presentē
diem lamētationes super iosiam re-
plicant/ et quasi lex obtinuit in isra-
el: ecce scriptū fertur in lamētationi-
bus. Reliqua autem sermonum iosie
et misericordiarū eius que lege pre-
cepta sunt domini: opera quoque illi⁹
prima et nouissima scripta sunt in li-
bro regum iuda et israel.
C Ca. S. De ioachaz rege captiuato
in egyptū: de eliachim frē eius quo-
modo captiuauit eum rex babylonis
et de sedechia et de destructiōe hierl'm
et de syro rege persarum. Cap. xxxvi.
Tulit ergo populus terre ioachaz A
filiū iosie/ et cōstituit regē pro 4. Regū
patre suo in hierl'm. Viginti triū 23.f.
um annorū erat ioachaz cū regnare
cepisset: et tribus mensibus regnauit
in hierl'm. Amouit aūt eum rex egy-
pti cum venisset in hierl'm: et condē-
nauit terrā centū talētis argenti/ et
talento auri. Constituitque pro eo re-
gem Eliachim fratrē eius super iu- Mat.1.b.
dam et hierusalem: et vertit nomen
eius ioacim. Ipsum vero ioachaz tu-
lit secum: et adduxit in egyptum. Vi-
ginti quinque annorū erat ioacim cum
regnare cepisset: et vndecim ānis re-
gnauit in hierl'm. Fecitque malum co-
ram dño deo suo. Contra hunc ascen-
dit nabuchodonosor rex chaldeorū/
et vinctū catenis duxit in babylonē
ad quā et vasa dñi trāstulit: et posuit
ea in templo suo. Reliqua autē ver- B
borum ioacim et abominationū eius
quas operatus est/ et que inuenta
sunt in eo: continentur in libro regū
iuda et israel. Regnauit autem ioa-
chim filius eius pro eo. Octo anno-
rum erat ioachin cum regnare cepis-
set: et tribus mēsibus/ ac decem die-
bus regnauit in hierusalem: fecitque
malum in conspectu dñi. Cumque an-
ni circulus volueretur/ misit nabu-
chodonosor rex nuncios qui/ et ad-
duxerunt eum in babylonem/ asporta-
tatis simul preciosissimis vasis do-
mus dñi. Regem vero constituit se- 4. Regū
dechiam patruum eius super iudam 24.d.
et hierusalem. Viginti et vnius an- hie.37.a.
ni erat Sedechias/ cum regnare ce-
pisset: et vndecim annis regnauit in
hierusalem. Fecitque malum in ocu-

tis dñi dei sui / nec erubuit faciē hie-
remie pphete loquentis ad se ex ore
hie.38.a. dñi. A rege quoq; nabuchodonosor
E recessit qui adiurauerat eū p deū: ꝛ
indurauit ceruicem suā ꝛ cor vt nō
reuerteref ad dñm deū israel. Sed ꝛ
vniuersi principes sacerdotum ꝛ po-
pulus preuaricati sunt inique iuxta
vniuersas abominationes gētium:
et polluerūt domum dñi quā sancti-
ficauerat sibi in hierusalē. Mittebat
aūt dñs deus patrū suorū ad illos p
manū nunciorū suoꝝ / de nocte ɔsur-
gens ꝛ quotidie cōmonēs: eo ꝙ par-
ceret populo et habitaculo suo. At il-
li subsannabant nūcios dei / ꝛ paruī-
pendebāt sermones eiꝰ / illudebātq;
prophetis donec ascēderet furor do-
mini in populum eius / et esset nulla
curatio. Adduxit enim sup eos regē
chaldeorū et interfecit iuuenes eoꝝ
gladio in domo sanctuarii. Non est
misertus adolescentis et virginis et
senis: nec decrepiti quidē: sꝫ oēs tra-
didit in manibꝰ eius: vniuersaq; va-
sa domus domini tā maiora ꝙ mino-
ra: et thesauros tēpli ꝛ regis ꝛ prin-
D cipum transtulit in babilonē. Incen-
derunt hostes domum dei / destruxe-
runtq; murū hierlm. Uniuersas tur-
res cōbusserūt: et quicqd preciosum
fuerat / demoliti sunt. Si quis euase-
rat gladium / ductus in babylonē ser-
uiuit regi et filiis eius / donec impe-
raret rex persarū: et cōpleref sermo
dñi ex ore hieremie: et celebraret ter-
ra sabbata sua. Cūctis enim diebꝰ de-
solationis egit sabbatū / vsq; dū com-
pleref septuaginta anni. Anno au-
tem primo cyri regis persarum / ad
explēdum sermonē dñi / quē locutus
fuerat p os hieremie: suscitauit dñs
hie.25.c. spiritū Cyri regis persarū / qui iussit
et.29.c. predicari in vniuerso regno suo / etiā
1.esd.1.a. p scripturā dicens. Hec dicit Cyrus
rex persarum. Oia regna terre dedit
mihi dñs deus celi et ipse pcepit mi-
hi vt edificarē ei domū i hierlm que
est in iudea. Quis ex vobis est in oī
populo eius? Sit dominus deus suꝰ
cum eo / et ascendat.

¶ Explicit liber Dibre haiamim:
siue paralipomenon secundus.

¶ Oratio Manasses regis Juda /
cū captiuus teneretur in Babylone
que non est in hebreo nec greco.

Domine deus oīpotens patrum
nostrorū abrahā isaac et iacob /
et semini eorum iusto / qui fecisti ce-
lum ꝛ terram cum omni ornatu eoꝝ.
qui signasti mare verbo precepti tui.
qui conclusisti abyssum ꝛ signasti ter-
ribili et laudabili noi tuo qd oēs pa-
uent ꝛ tremunt: et vultu virtutis tue.
et insustenabilis ira super peccato-
res cōminationis tue / immensa vero
et inuestigabilis mia promissionis
tue: qm tu es dñs deꝰ altissimꝰ super
omnē terrā longanimis ꝛ multū mi-
sericors et penitēs sup malitiam ho-
minum. Tu autem dñe sm bonitatē
tuā promisisti penitentiam remissio-
nis pctōꝝ: et tu deꝰ iustorū nō posui- 2
sti penitētiā iustis / abraā isaac / et ia-
cob: his qui tibi nō peccauerunt: qm
peccaui super numeꝝ arene maris /
multiplicate sunt iniquitates mee /
incuruatus sum multo vinculo fer-
ri: ꝛ nō est respiratio mihi: qꝛ excita-
ui iracundiā tuā et malum corām te
feci statuēs abominationes / et mul-
tiplicans offensiones. Et nunc fle-
cto genua cordis mei / precans a te
bonitatem dñe. Peccaui dñe pecca-
ui: et iniquitatem meā agnosco. Pe-
to rogās te dñe: remitte mihi remit-
te mihi: ne simul perdas me cum ini-
quitatibus meis / neq; in eternuꝫ re-
serues mala mihi: qꝛ indignū salua-
bis me sm magnā misericordiā tuā
et laudabo te semp oībus diebꝰ vite
mee: qm te laudat oīs virtꝰ celorū: et
tibi est glīa in secla seculorū. Amen.

¶ Explicit oratio Manasses
regis Juda.

¶ Hieronymus ad Domnionem et
Rogationum / in Esdram ꝛ Neemi-
am prefatio.

Utrum difficilius sit facere qd
poscitis / an negare necdū sta-
tui. Nam neq; vobis aliquid
imperātibus abnuere / sententie est:
et magnitudo oneris ipositi ita cer-
uices premit / vt ante sub fasce ruen-
dum sit ꝙ leuādū. Accedunt ad hoc
inuidorū studia / qui omne qd scribi-
mus reprehendēdum putant. Et in-
terdū contra se cōscientia repugnā-
te / publice lacerant que occulte le-
gunt: intantū vt clamare cōpellar et
dicere. Dñe libera animam meā a la-
bis iniquis: et a lingua dolosa. Ter- Ps.119.
tius annus est ꝙ semp scribitis atq;
rescribitis vt esdre librū ꝛ hester vo-

bis de hebreo transferam: quasi non habeatis greca et latina volumina: aut quicquid illud est quod a nobis vertit/non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autē (vt ait quidam) niti/neq̄ aliud fatigando nisi odium querere extreme dementie est. Itaq̄ obsecro vos mi Domnion ⁊ rogatione charissimi, vt priuata lectione contenti/librū nō offeratis in publicum/nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetisq̄ eorū supercilium qui iudicare tantum de aliis/⁊ ipsi facere nihil nouerūt. Si qui autē fratrū sunt quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar: admonentes vt hebrea nōia quorum grandis in hoc volumine copia est/distincte et p interualla transcribant. Nihil enim proderit emēdasse librum/nisi emendatio librariorū diligētia ꝯseruet. Nec quēq̄ moueat q̄ vnus a nobis liber editus est: nec apocriphorum tertii et quarti libri somniis delectetur: quia et apud Hebreos Esdre Neemieq̄ sermones in vnum volumen coartantur ⁊ que non habent apud illos/nec de vigintiquatuor senibus sunt procul abiicienda. Si quis autē septuaginta vobis opposuerit interpretes: quorū exemplaria varietas ipsa lacerata ⁊ inuersa demōstrat/nec potest vtiq̄ verum asseri quod diuersum est: mittite eum ad euangelia/in quibus multa ponunt quasi de veteri testamento/que apud septuaginta interpretes non habent: velut illud. Quoniam
Osee.11.a
nazarenus vocabit. ⁊: Ex Egypto voca
Mat.2.c.
ui filium meum. ⁊: Videbūt in quem
Zac.12.c.
cōpunxerunt. multaq̄ alia que latiori operi reseruamus: ⁊ querite ab eo vbi scripta sunt. Cumq̄ proferre non potuerit/vos legite de his exemplaribus que nuper a nobis edita/maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed vt ad cōpendium veniā/certe qđ illaturus sum/equissimum est. Edidi aliquid quod nō habet in greco/aut aliter habetur q̄ a me versum est. Quid interpretem laniant? Interrogēt hebreos: et in ipsis authoribus/translationi mee vel arrogent vel derogent fidem. Porro aliud est si clausis (quod dicitur) oculis mihi volunt maledicere et non imitantur grecorū studium ⁊ beneuolētiam/qui post septuaginta translatores/iam Christi euāgelio coruscante/Iudeos et Hebionitas legis veteris interpretes: Aquilā videlicet ⁊ Symmachū/et Theodotionem/⁊ curiose legunt/et per origenis laborem in hexaplis ecclesiis dedicarunt. Quanto magis latini grati esse deberent/q̄ exultantem cernerent greciam a se aliquid mutuari? Primū enim magnorū sumptuum est ⁊ infinite difficultatis/exemplaria posse habere oīa: deinde etiā q̄ habuerint/⁊ hebrei sermonis ignari sunt/magis errabunt: ignorātes quo e multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidā nuper apud grecos accidit/vt interdū scripture sensum relinquens: vniuscuiuslibet interpretis sequeret errorē. Nos autē qui hebree lingue saltē paruam habemus scientiam: ⁊ latinus nobis vtcūq̄ sermo nō deest: ⁊ de aliis magis possumus iudicare/⁊ ea que ipsi intelligimus in nostra lingua ꝓmere. Itaq̄ licet hydra sibilet/victorq̄ Sinon incendia iactet: nunq̄ meū iuuante Christo/silebit eloquiū: etiam precisa lingua balbutiet. Legāt q̄ volūt: q̄ nolunt/abiiciāt. Euētilēt apices: literas calumniēt. Magis vestra charitate ꝓuocabor ad studium/q̄ illorū detractione ⁊ odio deterrebor.

Explicit prefatio.

Esdre liber primus.

C.S. Cyrus soluit captiuitatem populi: et redditis vasis ac numeratis precepit populum ire in Hierusalē ⁊ edificare templum. Ca.i.

In anno primo Cyri re- A
gis Persarū: vt cōple-
ret vbū dñi ex ore Hie-
remie/suscitauit domi- Hie.25.c.
nus spiritum Cyri re- ⁊.29.c.
gis Persarū: ⁊ tradu- 1.pa.36.d
xit vocē in omni regno suo/etiā p scri 3.esd.2.a.
pturā dicēs. Hec dicit Cyrus rex Per-
sarū. Omnia regna terre dedit mihi
dñs deus celi: ⁊ ipse precepit mihi vt
edificarē ei domū in Hierusalē q̄ est in
Iudea. Quis est in vobis de vniuer-
so populo eius? Sit deus illius cū ipso. B
Ascēdat in Hierusalē que est in Iu-
dea/et edificet domū dñi dei Israel.
ipse est deus qui est in Hierusalem.
Et omnes reliq̄ in cunctis locis vbi-
cunq̄ habitant/adiuuēt eum viri de

loco suo argento et auro et substan-
tia et pecoribus: excepto quod voluntarie
offerunt templo dei quod est in Hieru-
C salem. Et surrexerunt principes pa-
trum de Juda et Beniamin et sacerdo-
tes et leuite: et omnis cuius deus suscita-
uit spiritum vt ascenderet ad edifi-
candum templum domini quod erat in Hieru-
salem. Uniuersique qui erant in circui-
tu/adiuuerunt manus eorum in vasis
argenteis et aureis in substantia et
iumentis in supellectili: exceptis his
que sponte obtulerant. Rex quoque Cy-
rus protulit vasa templi domini que
tulerat Nabuchodonosor de Hieru-
salem/et posuerat ea in templo dei sui.
D Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per
manum mitridat/filii gazabar/et annu-
merauit ea Sassabasar principi Iu-
de. Et hic est numerus eorum. Phiale au-
ree triginta/phiale argentee mille/cul-
tri viginti nouem/cyphi aurei triginta:
cyphi argentei secundi quadringenti
decem/vasa alia mille: omnia vasa aurea
et argentea quinque milia quadringen-
ta. Uniuersa tulit Sassabasar cum his
qui ascendebant de transmigratione
Babylonis in Hierusalem.

C. S. Numerus reuertentium in Iu-
deam cum duce Zorobabel: et de sum-
ma pecunie que templi instauratio-
ni offertur. Ca. ii.

A Hi sunt autem prouincie filii qui
3.Esd.5. ascenderunt de captiuitate quam
transtulerat Nabuchodonosor rex Ba-
bylonis in Babylonem: et reuersi sunt
in Hierusalem et Iudeam vnusquisque
in ciuitatem suam/qui venerunt cum
zorobabel et Iesua/Neemia/Saraia/
Rahelaia/Mardochai/Belsan/mes-
phar/Beguai/Reum/Baana. Nu-
merus virorum populi Israel filii
pharos duo milia centum septuagin-
taduo. filii Saphatia trecenti septua-
gintaduo. filii area septingenti septua-
gintaquinque. filii Phethmoab filiorum
Joasue Joab duo milia octigenti duo-
decim. filii Helam mille ducenti quin-
quagintaquatuor. filii Zethua nonge-
ti quadragintaquinque. filii zachai se-
ptingenti sexaginta. filii Baani sex-
centi quadragintaduo. filii Bebai sex-
centi vigintitres. Filii Azgad mille
ducenti vigintiduo. filii Adonicam sex-
centa sexagintasex. filii Beguai duo
milia quinquagintasex. filii Adin qua-
dringenti quinquagintaquatuor. fi-
B lii Ather qui erant ex Ezechia nona-
gintaocto. filii Besai trecenti viginti
tres. filii Iora centum duodecim. fi-
lii Asum ducenti vigintitres. filii Geb-
bar nonagintaquinque. filii Bethleem
centum vigintitres. Uiri Netupha
quinquagintasex. Uiri Anathoth cen-
tum vigintiocto. filii Azmaueth qua-
dragintaduo. filii Cariathiarim/Ce-
phira/et Beroth septingenti quadra-
gintatres. filii Rama et Gabaa sex-
centi viginti vnus. Uiri machmas
centum vigintiduo. Uiri Bethel et
Hai ducenti vigintitres. Filii Nebo
quinquagintaduo. Filii Megbis cen-
tum quinquagintasex. Filii Helam al-
terius mille ducenti quinquaginta-
quatuor. filii Arim trecenti viginti. filii
Lodadid et Ono septingenti viginti-
quinque. filii Hiericho trecenti quadra-
gintaquinque. filii Senaa tria milia sex-
centi triginta. Sacerdotes filii Idaia
in domo Iesue nongenti septuaginta-
tres. Filii Emmer mille quinquagin-
taduo. filii Phessur mille ducenti qua-
dragintaseptem. filii Arim mille de-
E cem et septem. Leuite filii Iesue et Ced-
mihel filiorum Odouie septuagintaqua-
tuor. Cantores filii Asaph centum vi-
gintiocto. filii Ianitor/filii Sellum/fi-
lii Ather/filii Thelmon/filii Accub/
filii Atita/filii Sobai/vniuersi centum
trigintanouem. Nathinei filii Sia/fi-
lii Asupha/filii Thabbaoth/filii Ce-
ros/filii Siaa/filii Phadon/filii Leba-
na/filii Agaba/filii accub/filii agab/
filii Selmai/filii Anan/filii Saddel/fi-
lii Gaer/filii Raahia/filii Rasin/filii
nechoda/filii gazam/filii asa/filii pha-
sea/filii besee/filii asena/filii munim/
filii Nephusim/filii baghue/filii acu-
pha/filii Azur/filii besluth/filii mai-
da/filii Arsa/filii bercos/filii sisara/
filii thema/filii nasia/filii Atupha/fi-
lii seruorum Salomonis/filii sothai/filii
sophereth/filii pharuda/filii Iala/fi-
lii Dercon/filii geddel/filii saphatia/
filii Atil/filii phochereth qui erant de
asebaim/filii Ami. omnes nathinei et fi-
lii seruorum Salomonis trecenti nona-
gintaduo. Et hi qui ascenderunt de
thelmela/thelarsa/cherub/et don/et
mer: et non potuerunt indicare domum
patrum suorum et semen suum: vtrum ex
Israel essent. Filii dalaia/filii tobia/
filii Nechoda: sexcenti quinquagin-
taduo. Et de filiis sacerdotum/filii
Obia/filii accos/filii berzellai qui ac-
cepit de filiabus Berzellai Galaaditis

D vxorem: ⁊ vocatꝰ est nomine eorum: hi quesierunt scripturam genealogie sue et non inuenerunt: ⁊ eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit Athersatha eis vt non comederent de sanctosanctorum donec surgeret sacerdos doctus atq; perfectus. Omnis multitudo quasi vir vnus quadragintaduo milia trecēti sexaginta: exceptis seruis eorum ⁊ ancillis qui erāt septem milia trecenti trigintaseptem: et in ipsis cantores atq; cantatrices ducenti. Equi eorum/ sexcenti trigintasex: muli eorum/ ducenti quadragintaquinq;: cameli eorum/ quadringenti trigintaquinq;: asini eorū sex milia septingenti viginti. Et de principibꝰ patrum cum ingrederētur templum domini/ quod est in Hierusalē sponte obtulerunt in domum dei ad extruendam eam in loco suo ſm vires suas dederunt impensas operis/ auri solidos quadraginta milia et mille: argenti minas quinq; milia: ⁊ vestes sacerdotales cētum. Habitauerunt ergo sacerdotes ⁊ leuite ⁊ de populo/ et cantores/ ⁊ ianitores/ ⁊ Nathinei in vrbibus suis: vniuersusq; Israel in ciuitatibus suis.

¶ C.S. Congratulatur populus in Hierusalem: et facto altari fecit scenophegia et ceteras solemnitates tabernaculorū: alij vociferant gaudentes: alij flentes. Cap.iij.

A 3.esd.5.c. 50.dist.c. Jesus. Iamq; venerat mensis septimus: ⁊ erant filij Israel in ciuitatibꝰ suis. Congregatus est ergo populus quasi vir vnus in Hierusalem: ⁊ surrexit Josue filius Josedech/ et fratres eius sacerdotes/ ⁊ zorobabel filiꝰ Salathiel ⁊ fratres eiꝰ/ et edificauerunt altare dei Israel: vt offerrent in eo holocaustomata/ sicut scriptum est in lege Moysi viri dei. Collocauerūt autē altare dei sup bases suas/ deterrentibus eos per circuitum populis terrarum: et obtulerunt sup illud holocaustum dn̄o mane et vespere. B Feceruntq; solennitatem tabernaculorum sicut scriptum est: et holocaustum diebus singulis per ordinem ſm preceptum opus diei in die suo: et post hec holocaustum iuge tam in calendis/ q̄ in vniuersis solennitatibus domini que erant consecrate: et in omnibus in quibus vltro offerebatur munus domino. A primo die mensis septimi ceperunt offerre holocaustum domino. Porro tēplum dei nondum fundatum erat. Dederunt autem pecunias latomis et cementarijs/ cibum quoq; et potum et oleum sidonijs tyrijsq; vt deferrent ligna cedrina de libano ad mare Joppen/ iuxta quod preceperat Cyrus rex Persarum eis. Anno C autem secundo aduentus eorum ad templum dei in Hierusalem mense secundo ceperunt Zorobabel filius Salathiel/ ⁊ Josue filiꝰ Josedec: ⁊ reliqui de fratribus eorum sacerdotes et leuite ⁊ omnes qui venerant de captiuitate in Hierusalem: ⁊ constituerunt Leuitas a viginti annis et supra: vt vrgerent opus domini. Stetitq; Josue ⁊ filij eius et fratres eius Cedmihel ⁊ filij eiꝰ ⁊ filij Juda: quasi vir vnus: vt instarent super eos qui faciebant opus in templo dei/ filij Enadab ⁊ filij eorum ⁊ fratres eorū Leuite. Fundato igitur a cementarijs templo domini/ steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis: ⁊ leuite filij Asaph in cymbalis/ vt laudarent deum per manus Dauid regis Israel. Et cōcinebant in hymnis D et confessione domino quoniam bonus: quoniam in eternum misericordia eius super Israel. Omnis quoq; populus vociferabatur clamore magno in laudādo dominum/ eo ꝙ fundatum esset templum domini. Plurimi etiam de sacerdotibus ⁊ leuitis E et principes patrum: et seniores qui viderant templum prius cum fundatum esset: et hoc templum in oculis eorum/ flebāt voce magna: ⁊ multi vociferantes in letitia/ eleuabant vocem: nec poterat quisq; agnoscere vocem clamoris letantium: et vocem fletus populi. Commixtim enim populꝰ vociferabatur clamore magno ⁊ vox audiebatur procul.

¶ C.S. Impedit edificatio ab hostibus Samarie: scribūt epistolas accusationis: ⁊ dicūt ꝙ si edificat ciuitas tributa regi Persarū non dabunt: ꝓhibetur opus templi. Ca.iiij.

A 3.esd.5.g. Audierunt autē hostes Jude et Beniamin: qꝛ filij captiuitatis edificarēt templum dn̄o deo Israel: et accedentes ad zorobabel ⁊ ad principes patrū/ dixerunt eis. Edificemꝰ vobiscū: qꝛ ita vt vos querimꝰ deum vestrum: ecce nos immolauimus victimas a diebꝰ Asoradan regis As-

tur q̄ adduxit nos huc. Et dixit eis
Zorobabel ⁊ Josue ⁊ reliqui p̄ncipes
patrū Israel. Non est nobis ⁊ vobis
vt edificemus domum deo nostro: sꝫ
nosipsi soli edificabimus dn̄o deo no-
stro Israel sicut precepit nobis Cyrus
rex Persarū. Factum est igit̄ vt po-
pulus terre impediret manus popu
li Jude/⁊ turbaret eos in edificādo.
Cōduxerunt quoq; aduersus eos cō-
siliatores vt destruerent consiliū eo-
rum cūctis dieb⁹ Cyri regis Persarum:
⁊ vsq; ad regnū Darii reg' Persarū.
3.esd.2.d. In regno autē Assueri (ipse est arta-
xerxes) in principio regni eius scri-
pserunt accusationē aduersus habi-
tatores Jude ⁊ Hierusalē. Et in die-
bus Artaxerxis scripsit beselam mi-
B thridates ⁊ thabeel ⁊ reliqui q̄ erant
in consilio eorum ad Artaxerxem regē
Persarum. Epistola autem accusa-
tionis scripta erat syriace/et legeba-
tur sermone Syro. Reum Beelthēē
⁊ Samsai scriba scripserunt epistolā
vnā de Hierusalē Artaxerxi regi hu-
iuscemodi reū beelteē ⁊ Samsai scri-
ba ⁊ reliqui cōsiliatores eorum Dinei et
Apharsathachei. Terphalei/Arpha
sei/erculei/babylonii/susanechei de
ei ⁊ elamite: ⁊ ceteri de gētibus quas
transtulit Assenaphar magn⁹ ⁊ glo-
riosus: et habitare eas fecit in ciuita
tib⁹ Samarie ⁊ in reliquis regionib⁹
C trans flumen in pace. (Hoc est exem
plar epistole quā miserūt ad eū) Ar-
taxerxi regi serui tui viri q̄ sunt trās
fluuiū salutē dicunt. Notū sit regi qꝛ
Judei qui ascēderunt a te ad nos ve-
nerunt in Hierusalē ciuitatē rebellē:
et pessimā quam edificant extruētes
muros eius ⁊ parietes componētes.
Nunc igit̄ notum sit regi: quia si ciui
tas illa edificata fuerit et muri eius
instaurati tributum ⁊ vectigal/⁊ an-
nuos reddit⁹ nō dabunt/⁊ vsq; ad
reges hec nora puenient. Nos autem
memores salis qd' in palatio comedi
mus: ⁊ qꝛ lesiones reg' videre nefas
ducimus: idcirco misimus ⁊ nuncia-
uimus regi: vt recenseas in libris hi-
storiarum patrum tuorū et inuenias
scriptum in commētariis: ⁊ scies qm̄
vrbs illa vrbs rebellis est: ⁊ nocens
regibus ⁊ prouinciis ⁊ bella concitā-
tur in ea ex diebus antiquis: quā ob-
rē ⁊ ciuitas ipsa destructa est. Nūcia
mus nos regi quoniā si ciuitas illa
edificata fuerit ⁊ muri ipsius instau-
rati possessionē trans fluuiū non ha
bebis. Uerbū misit rex ad reum beel- D
theē ⁊ Samsai scribā ⁊ ad reliquos
qui erāt in consilio eorū habitatores
Samarie: ⁊ ceteris trans fluuiū salu
tem dicens ⁊ pacē. Accusationē quā
misistis ad nos manifeste lecta est co
rā me/⁊ a me preceptū est: ⁊ recēsue-
rūt: inueneruntq; quoniā ciuitas illa
a dieb⁹ antiq̄s aduersum reges rebel
lat/⁊ seditiones ⁊ prelia cōcitant in
ea. Nā ⁊ reges fortissimi fuerunt in
Hierusalē: q ⁊ dominati sunt omni re
gioni que trans fluuiū est. Tributum
quoq; ⁊ vectigal ⁊ reddit⁹ accipiebāt.
Nunc ergo audite sententiā. Prohi-
bete viros illos vt vrbs illa nō edi-
ficet donec si forte a me iussum fue-
rit. Uidete ne negligēter hoc implea
tis: ⁊ paulatim crescat malū contra
reges. Itaq; exēplum edicti artaxer-
xis regis lectū est corā reū Beelthēē
et Samsai scriba ⁊ consiliariis eorū.
Et abierunt festini in Hierusalē ad
Judeos/⁊ phibuerūt eos in brachio
⁊ robore. Tunc intermissum est op⁹
domus dei in Hierusalē: ⁊ non fiebat
vsq; ad annum secundum regni Da-
rii regis Persarum.

¶ C. 5. Ad exhortationē Aggei ⁊ za-
charie/Zorobabel ⁊ Josue iterū edifi
care tēplum incipiūt: ⁊ regionis dux
trans flumē consuluit Darium p epi
stolas super hoc. Ca. v.

A
Prophetauerunt autē Agge⁹
propheta et Zacharias filius 3.esd.6.a
Addo prophetantes ad Ju-
deos q̄ erant in Juda ⁊ Hierusalē in
noīe dei Israel. Tunc surrexerūt zo-
robabel fili⁹ Salathiel ⁊ Josue filius
Josedec: ⁊ ceperūt edificare tēplum
dei in Hierusalē/⁊ cū eis pphete dei
adiuuantes eos. In ipso autem tem-
pore venit ad eos Tharanai qui erat
dux trans flumen ⁊ Starbuzanai et
consiliarii eorum: sicq; dixerunt eis.
Quis dedit vobis consilium vt domū
hāc edificaretis ⁊ muros eius instau
raretis? Ad quod respondimus eis q̄
essent nomina hominū authorū edi-
ficationis illius. Oculus autem dei B
eorum factus est sup senes Judeorum:
et non potuerunt inhibere eos. Pla-
cuitq; vt res ad Darium referret: et
tunc satisfaceret aduersus accusatio
nem illam. Exēplar epistole quā mi-
sit Tharanai dux regiōis trās flumē
et Starbuzanai et consiliatores eius

arphasachei qui erant trās flumen
ad dariū regē. Sermo quē miserant
ei sic scriptus erat. Dario regi pax oīs.
Notū sit regi isse nos ad iudeā pro=
uinciā ad domū dei magni que edi=
ficat lapide impolito ⁊ ligna ponū=
tur i parietibus: opusqꝫ illud dilligē
ter exstruitur ⁊ crescit in manibꝰ eo=
C rū. Interrogauimꝰ ergo senes illos
⁊ ita diximus eis. Quis dedit vobis
potestatē vt domū hanc edificaretis
⁊ muros hos instauraretis? Sed et
nomina eorū quesiuimus ab eis vt
nūciaremus tibi: scripsimusqꝫ nomia
eorū virorū qui sunt pricipes i eis.
Huiuscemodi autē sermonē respon=
derūt nobis dicētes. Nos sumus ser
ui dei celi ⁊ terre ⁊ edificamꝰ tēplū
qd erat extructum ante hos annos
multos: qdqꝫ rex israel magnꝰ edifi=
cauerat et extruxerat. Postqꝫ autē
ad iracundiā prouocauerūt patres
nostri deū celi tradidit eos in manꝰ
nabuchodonosor regis babylonis
chaldei: domū quoqꝫ hāc destruxit
⁊ populū eius transtulit in babylo=
ne. Anno autē primo cyri regis ba=
D bylonis cyrus rex proposuit edictū
vt domus dei edificaret. Nā ⁊ vasa
templi dei aurea ⁊ argentea que na
buchodonosor tulerat d tēplo quod
erat in hierusalē ⁊ asportauerat ea
in templū babylonis: ptulit cyrus
rex de tēplo babylonis et data sunt
sassabasar vocabulo quē ⁊ principē
cōstituit dixitqꝫ ei. Hec vasa tolle et
vade: et pone ea in templo qd est in
hierusalē ⁊ domus dei edificetur in
loco suo. Tunc itaqꝫ sassabasar ille
venit et posuit fundamenta templi
dei in hierusalē: et ex eo tempore vs=
qꝫ nunc edificatur et necdū cōpletū
est. Nunc ergo si videtur regi bonū
recēseat in bibliotheca regis que est
in babylone: vtrum nam a cyro rege
iussum fuerit vt edificaretur domꝰ
dei in hierusalem ⁊ voluntatem re=
gis super hac remittat ad nos.

¶ C.S. Darius bibliothecas baby=
lonis pqri faciēs inuenit decretū cy
ri regis pcepisse: ⁊ q ipse tēplū edifi
cauerit ppriis sūptibꝰ: dat ⁊ ipse pce
ptū q edificet domꝰ dn̄i / ⁊ dedit iu=
deis fortissimū priuilegiū: celebran
tur solēnitates azymorū. Capm.vi.

A TUnc darius rex precepit: ⁊ re=
censuerunt in bibliotheca libro
3.esd.6.c. rum qui erant repositi in babylone
⁊ inuentum est in ecbathanis quod
est castrū in medena pruincia volu=
men vnū: taliterqꝫ scriptus erat in eo
comentarius. Anno primo cyri re=
gis cyrus rex decreuit vt domus dei
edificaretur que est i hierusalem in
loco vbi immolant hostias: ⁊ vt po=
nāt fundamenta supportātia altitu=
dinē cubitorū sexaginta et latitudi=
nē cubitor sexaginta: ordines de la=
pidibꝰ impolitis tres et sic ordines
de lignis nouis. Sumptus autē de
domo regis dabunt. Sed ⁊ vasa tem
pli dei aurea ⁊ argentea q nabucho=
donosor tulerat de tēplo hierusalē
⁊ attulerat ea in babylonē reddan=
tur ⁊ referant in templū hierusalē
in locū suū que ⁊ posita sunt in tem=
plo dei. Nunc ergo thathanai dux re= B
gionis que est trans flumē stharbu=
zanai et ɔsiliarii vestri apharsachei
qui estis trans flumē: procul recedi=
te ab illis ⁊ dimittite fieri tēplū dei
illud a duce iudeorū et a senioribus
eorū ⁊ domū dei illā edificent in lo=
co suo. Sz ⁊ a me preceptū est quid
oporteat fieri a presbyteris iudeorū
illis vt edificet domus dei scilicet vt
de arca regis id est de tributis que
dantur de regiōe trās flumē studio=
se sumptus dent viris illis ne impe=
diatur opꝰ. Qd si necesse fuerit ⁊ vi=
tulos ⁊ agnos et hedos in holocau=
stū deo celi frumētū sal vinū ⁊ oleū
secundū ritū sacerdotū qui sunt in
hierusalē dent eis per singulos dies:
ne sit i aliquo querimonia ⁊ offerāt
oblatiōes deo celi: orentqꝫ pro vita
regis ⁊ filior eiꝰ. A me ergo positū
est decretū. Ut omnis homo q hanc
mutauerit iussionē tollatur lignum
de domo ipsius ⁊ erigatur et cōfigat
in eo: domus autē eiꝰ publicet. Deꝰ
autē qui habitare fecit nomē suum C
ibi dissipet omnia regna et populū q
extenderit manū suā vt repugnet ⁊
dissipet domū dei illā que est in hie=
rusalē. Ego darius statui decretum
qd studiose impleri volo. Igit tha=
thanai dux regionis trans flumē et
Starbuzanai ⁊ cōsiliarii eius secun 3.esd.7.a
dū q preceperat darius rex: sic dili=
genter executi sunt. Seniores autē
iudeorū edificabant et prosperabā=
tur iuxta prophetiā aggei prophe=
te ⁊ zacharie filii Addo. Et edifica=
uerunt et construxerunt iubēte deo
israel ⁊ iubente cyro ⁊ dario et arta=

xerxe regib⁹ persarum: ꝛ complene-
runt domum dei istam vsq; ad diem
tertium mensis adar: qui est annus
sextus regni Darii regis. Fecerunt
D autem filii Israel sacerdotes ꝛ leui-
te ꝛ reliqui filiorum transmigratio-
nis dedicationem dom⁹ dei in gau-
dio: ꝛ obtulerunt in dedicationē do-
mus dei vitulos centum arietes du-
centos agnos quadringētos hircos
caprarum pro peccato totius Israel
duodecim iuxta numerum tribuum
israel. Et statuerunt sacerdotes in
ordinibus suis ꝛ leuitas in vicibus
suis super opera dei in hierusalem
sicut scriptum est in libro moysi. Fe-
cerunt autem filii israel transmigra-
tiōis pascha quartadecima die mē-
sis primi. Purificati enim fuerāt sa-
cerdotes ꝛ leuite quasi vnus: omes
mundi ad immolandū pascha vni-
uersis filiis transmigrationis ꝛ fra-
tribus suis sacerdotibus ꝛ sibi. Et
comederunt filii Israel qui reuersi
fuerant de transmigratione ꝛ omes
qui se separauerāt a coinquinatiōe
gentium terre ad eos vt quererent
dn̄m deum israel. Et fecerunt solen-
nitatem azymorū septem diebus in
letitia: quoniā letificauerat eos dn̄s
ꝛ cōuerterat cor regis assur ad eos
vt adiuuaret manus eorum in ope-
re domus domini dei israel.

¶ C. A. Ascendit esdras de babylo-
ne de edicto Artaxerxis: d honore tē-
pli: de libertate ministrorum eius.
Capitulum. vii.

A Post hec autē verba in regno
3.esd.8.a Artaxerxis regis persarum
esdras filius saraie filii aza-
rie filii helchie filii sellum filii sadoc
filii achitob filii amarie filii azarie
filii maraioth filii zaraie filii ozi fi-
lii bocci filii abisue filii phinees filii
eleazar filii aaron sacerdotis: ab ini-
tio ipse esdras ascendit de babylone
ꝛ ipse scriba velox in lege moysi quā
dominus deus dedit israel. Et dedit
ei rex secundū manum domini dei
eius bonam super eum omnem peti-
tionem eius: ꝛ ascenderunt de filiis
israel ꝛ de filiis sacerdotū ꝛ de filiis
leuitarum ꝛ de cātoribus et de iani-
toribus ꝛ de nathineis in hierusalē
anno septimo artaxerxis regis: ꝛ ve-
nerunt in hierusalem mense quinto
ipse est annus septim⁹ regis. Quia in
primo die mensis primi cepit ascen-
dere de babylone: ꝛ in primo die mē-
sis quinti venit in hierusalem iuxta
manū dei sui bonā super se. Esdras B
autem parauit cor suū vt inuestiga-
ret legē dn̄i ꝛ faceret ꝛ doceret in is-
rael preceptū ꝛ iudiciū. Hoc est au-
tē exemplar epistole edicti qd̄ dedit
rex artaxerxes esdre sacerdoti scri-
be erudito in sermonibus ꝛ precepti͛
dn̄i ꝛ ceremoniis eius in israel. Ar-
taxerxes rex regum esdre sacerdoti
scribe leg͛ dei celi doctissimo salutē.
A me decretū est vt cuicunq; placue-
rit in regno meo de populo israel et
de sacerdotibus eius ꝛ de leuiti͛ ire
in hierusalē tecū vadat. A facie enī
regis et septem cōsiliatorū eius mis-
sus es vt visites Iudeā ꝛ hierusalē
in lege dei tui que est in manu tua: ꝛ
vt feras argentum ꝛ aurū qd̄ rex et
cōsiliatores eius sponte obtulerunt
deo israel cuius in hierusalē taber-
naculū est. Et omne argentū ꝛ aurū C
quodcūq; inueneris in vniuersa p-
uincia babylonis ꝛ populus offerre
voluerit ꝛ de sacerdotibus qui spon-
te obtulerit domui dei sui que est in
hierusalem: libere accipe et studiose
eme de hac pecunia vitulos arietes
agnos ꝛ sacrificia ꝛ libamina eorū:
ꝛ offer ea super altare templi dei ve-
stri qd̄ est in hierusalē. Sed et si qd̄
tibi ꝛ fratribus tuis placuerit de re-
liquo argento ꝛ auro vt faciatis: iu-
xta voluntatem dei vestri facite. Va-
sa quoq; que dantur tibi in ministe-
rium domus dei tui: trade in conspe-
ctu dei tui in hierusalem. Sed et ce-
tera quibus opus fuerit i domo dei
tui quantumcunq; necesse est vt ex-
pendas dabis de thesauro et de fis-
co regis et a me. Ego Artaxerxes
rex statui atq; decreui omnibus cu-
stodibus arce publice qui sunt trās
flumen vt quodcunq; petierit a vo-
bis esdras sacerdos scriba legis
dei celi absq; mora detis vsq; ad ar-
genti talenta centum ꝛ vsq; ad fru-
menti coros centum ꝛ vsq; ad vini
batos centū ꝛ vsq; ad batos olei cē-
tum sal vero absq; mensura. Omne D
qd̄ ad ritum dei celi ptinet tribuat
diligenter in domo dei celi: ne forte
irascatur cōtra regnū regis et filio-
rū eius. Vobis quoq; notū facimus
de vniuersis sacerdotib⁹ ꝛ leuitis ꝛ
cantorib⁹ ꝛ ianitorib⁹ nathineis et
ministris dom⁹ dei hui⁹ vt vectigal

et tributū ⁊ annonas non habeatis
potestatem imponendi super eos.
Tu autem Esdra secundum sapien-
tiam dei tui que est in manu tua: cō-
stitue iudices et presides vt iudicēt
omni pplo q̄ est trās flumen his vi-
delicet qui nouerūt legē dei tui: sed
et imperitos docete libere. Et ois q̄
nō fecerit legē dei tui: ⁊ legem regis
diligēter iudicium erit de eo: siue in
mortē siue in exiliū siue in condēna-
tionē substātie ei⁹ vel certe in carce-
rem. Bndictus dñs de⁹ patrū nostro-
rum qui dedit hoc in corde regis vt
glorificaret domū dñi q̄ est in hieru-
salē ⁊ in me inclinauit miām suā co-
ram rege ⁊ cōsiliatorib⁹ eius et vni-
uersis principib⁹ regis potētibus: ⁊
ego cōfortat⁹ manu dñi dei mei que
erat in me cōgregaui de israel prin-
cipes qui ascenderent mecum.

C.C.S. De his q̄ ascēderūt cū esdra
et directiōe itineris post fletū ⁊ ieiu-
niū appēdunt vasa tēpli ⁊ offerūt ea
cū holocaustomatib⁹ i hierl'm. C.viii.

A
1.esd.8.c. Hi sunt ergo principes familia-
rum et genealogia eorum qui
ascenderūt mecum i regno artaxer-
xis regis de Babylone: de filiis phi-
nees Gersom. De filiis Ithamar da-
niel. De filiis Dauid attus. De fi-
liis sechenie/⁊ de filiis Pharos Za-
charias: ⁊ cū eo numerati sunt viri
centū q̄nquaginta. De filiis Pheth
moab elioenai fili⁹ zaree: ⁊ cū eo du-
centi viri. De filiis sechenie fili⁹ eze-
chiel: ⁊ cū eo trecenti viri. De filiis
adan nabed filius Ionathā: ⁊ cū eo
q̄nquaginta viri. De filiis helā esa-
ias filius Athalie: ⁊ cū eo septuagin-
ta viri. De filiis Saphatie zebedia fi-
lius michael: ⁊ cū eo octoginta viri.
B De filiis Ioab obedia filius iehihel
et cū eo ducēti decē ⁊ octo viri. De fi-
liis Selomith filius iosphie: ⁊ cū eo
centū sexaginta viri. De filiis bebai
zacharias fili⁹ bebai: ⁊ cū eo viginti
octo viri. De filiis ezead iohanan fi-
lius eccetan: ⁊ cū eo centū ⁊ decē vi-
ri. De filiis adonicam qui erant no-
uissimi: ⁊ hec nomina eorū helipheleth
⁊ iehihel ⁊ samaias: ⁊ cū eis sexa-
ginta viri. De filiis beguai vthai ⁊ zac-
cur: ⁊ cū eis septuaginta viri. Cōgre-
gauit autē eos ad fluuiū qui decur-
rit ad ahaua: et māsimus ibi tribus
diebus. Quesiuiq; in populo: ⁊ in sa-
cerdotib⁹ de filiis leui et non inueni

ibi. Itaq; misit Heliezer ⁊ ariel ⁊ se- C
meiā ⁊ helnathā ⁊ iarib ⁊ alterū hel-
nathā ⁊ nathan ⁊ zachariā ⁊ mosol-
lā principes: ⁊ ioarib ⁊ helnathā sa-
piētes: ⁊ misi eos ad heddo q̄ est pri-
mus in Casphie loco/et posui in ore
eorū verba q̄ loq̄rent ad heddo: ⁊ ad
fratres eius nathineos in loco Cas-
phie vt adducerēt nobis ministros
dom⁹ dei nostri. Et adduxerūt nob̄
per manū dei nostri bonā sup nos
virū doctissimū de filiis Mooli filii
leui filii israel ⁊ sarabiā ⁊ filios ei⁹ ⁊
fratres ei⁹ decē ⁊ octo: ⁊ asabiā ⁊ cū
eo Esaiā de filiis Merari: fr̄esq; ei⁹ D
et filios eius viginti. Et de nathineis
quos dederat dauid ⁊ principes ad
ministeria leuitarū nathineos ducē-
tos viginti. omnes hi suis noībus vo-
cabant. Et p̄dicaui ibi ieiuniū iuxta
fluuiū Ahaua/vt affligeremur corā
dño deo nr̄o: ⁊ peteremus ab eo viam
rectam nobis ⁊ filiis nostris: vniuer-
seq; substantie nr̄e. Erubui enī pete-
re a rege auxiliū et eq̄tes qui defen-
derēt nos ab inimico in via: q2 dixe-
ram⁹ regi. Man⁹ dei nostri est super
oēs q̄ q̄rūt eū i bonitate: ⁊ imperiū
eius ⁊ fortitudo ei⁹/⁊ furor sup oēs
qui dereliquūt eū. Ieiunauim⁹ au-
tē et rogauim⁹ deū nostrū pro hoc:
et euenit nobis prospere. Et separa-
ui de p̄ncipib⁹ sacerdotū duodecim
sarabiam ⁊ asabiam ⁊ cū eis de fra-
tribus eorū decem: appēdiq; eis ar-
gentū ⁊ aurū ⁊ vasa ꝯsecrata dom⁹
dei nr̄i q̄ obtulerat rex ⁊ ꝯsiliatores
eius et principes ei⁹: vniuersusq; is-
rael eorū qui inuenti fuerant. et ap-
pēdi in manibus eorū argēti talēta
sexcēta quinquaginta ⁊ vasa argen-
tea centū auri centū talenta: ⁊ cra-
teres aureos viginti qui habebāt so-
lidos millenos et vasa eris fulgētis
optimi duo pulchra vt aurū: et dixi
eis. Uos sancti dñi ⁊ vasa sancta et
argentū ⁊ aurū qđ sponte oblatum
est dño deo patrum vestrorū vigila-
te ⁊ custodite donec appendatis co-
ram principib⁹ sacerdotum et leui-
tarū ⁊ ducibus familiarū Israel in
hierusalem: in thesaurū domus dñi.
Susceperunt autem sacerdotes ⁊ le-
uite pondus argenti et auri/ et va-
sorum/vt deferrent Hierusalem in
domū dei nostri. Promouim⁹ ergo
a flumine Ahaua duodecimo die mē-
sis primi vt pergeremus hierusalē

et manus dei nostri fuit super nos:
et liberauit nos de manu inimici: et
insidiatoris in via: et venimus hie-
B rusalem et mansimus ibi tribus die-
bus. Die autē quarta appensum est
argentū et aurū et vasa in domo dei
nostri per manū Remoth filii Urie
sacerdotis: et cum eo Eleazar filius
phinees: et cum eis iosabed filius io-
sue: et Noadaia filius bennoi leuite:
iuxta numerum et pondus oim. De-
scriptūq; est omne pondus in tpe il-
lo. Sed et qui venerant de captiuita-
te filii transmigrationis: obtulerūt
holocaustomata deo israel: vitulos
duodecim pro oi populo israel: arie-
tes nonaginta sex: agnos septuagin
ta septem: hircos pro peccato duo-
decim: oia in holocaustū dño. Dede-
rūt autē edicta regis satrapis q̄ erāt
de ɔspectu regis et ducib⁹ trans flu-
mē: et eleuauerūt ppl'm et domū dei.
¶ Capi. Sū. Nunciatur esdre ꝙ filii
israel nō sunt separati a populo ter-
re: immo etiā duxerunt in vxores fi-
lias eorum sibi et filiis suis: hoc au-
dito Esdras scidit pallium suum et
tunicam euellit pilos capitis eius et
sedens plorat. Capitulum. ix.

A
3. esd. 8. e
POstq̄ autē hec cōpleta sunt:
accesserunt ad me principes
dicentes. Non est separatus
populus israel et sacerdotes et leui-
te a populis terrarū: et de abomina-
tionibus eoꝝ: Chananei videlicet et
Ethei et Pherezei et Iebusei et Am-
monitarū et Moabitarū et Egyptio-
rū et Amorreoꝝ: tulerūt eñi de filiab⁹
eoꝝ sibi et filiis suis vxores: et cōmi-
scuerunt semen sanctū cum populis
terraꝝ. Manus etiā principū et ma-
gistratuū fuit in transgressione hac
prima. Cūq; audissem sermonē istū
scidi pallium meū et tunicam et euel
li capillos capitis mei et barbe: et se-
di merens. Conuenerūt autē ad me
oēs qui timebant verbū dei israel ꝓ
transgressione eoꝝ qui de captiuita-
te venerāt: et ego sedebā tristis vsq;
B ad sacrificiū vespertinū. Et in sacri
ficio vespertino surrexi de afflictio-
ne mea: et scisso pallio: et tunica: cur-
uaui genua mea: et expandi manus
meas ad dñm deū meū: et dixi. De⁹
meus ɔfundor et erubesco leuare fa-
ciem meā ad te: qm̄ iniquitates no-
stre multiplicate sunt sup caput no
strū: et delicta nostra creuerunt vsq;
ad celum: a diebus patrū nostroꝝ.
Sed et nosipsi peccauimus grauiter
vsq; ad diem hāc: et in iniquitatibus
nostris traditi sumus ipsi: et reges
nostri: et sacerdotes nostri in manū
regum terrarū: et in gladiū: in capti
uitatē: et rapinam: et confusionē vul-
tus sicut in die hac. Et nunc quasi
parū et ad momentū facta est depre
catio nostra ad dñm deū nostrū: vt
dimitterentur nobis reliquie: et dare-
tur pax illius in loco sancto eius: et
C illuminaret oculos nostros deus no
ster: et daret nobis vitam modicā in
seruitute nostra: quia serui sumus: et
in seruitute nostra non dereliqt nos
deus noster: et inclinauit super nos
miam corā rege persarū vt daret no
bis vitā/ et sublimaret domū dei no-
stri: et extrueret solitudines eius: et
daret nobis spem in iuda et hierl'm.
Et nunc quid dicemus dñe deus no
ster post hec: q: dereliquimus man-
data tua que precepisti in manu ser
uoꝝ tuoꝝ prophetaꝝ: dicens. Ter- deu. 7. a.
ra ad quā vos ingredimini vt possi-
deatis eā: terra immunda est iuxta
immundiciā ppłoꝝ ceterarūq; ter-
rarū: abominationib⁹ eoꝝ qui reple
uerunt eā ab ore vsq; ad os coinqui-
D natiōe sua. Nūc ergo filias vestras
ne detis filiis eorum: et filias eorum
ne accipiatis filiis vestris: et nō que
ratis pacē eoꝝ et prosperitatē eoꝝ
vsq; in eternū: vt ɔfortemini et come-
datis que bona sunt terre: et here-
des habeatis filios vestros vsq; in
seculū. Et post oia que venerunt su-
per nos in operib⁹ nostris pessimis
et in delicto nostro magno: q: tu de⁹
noster liberasti nos de iniqtate no-
stra: et dedisti nobis salutē sicut est
hodie vt nō ɔuerteremur et irrita fa
ceremus mandata tua: neq; matri-
monia iungeremus cū populis abo-
minationū istarum. Nūquid iratus
es nobis vsq; ad consummationem:
ne dimitteres nobis reliquias ad sa
lutem? Domine deus israel iustus
es tu: quoniam derelicti sumus: qui
saluaremur sicut die hac. Ecce corā
te sumus in delicto nostro. Non eñi
stari potest coram te super hoc.
¶ Ca. S. Penitet et luget ppl's: sepa-
rant vxores alienigene: describūtur
illi qui eas abiecerunt. Capitulū. x.
SIc ergo orante Esdra et implo- A
rante deū: et flente et iacente an 3. esd. 8. g

te templum dei:collectus est ad eum
de israel cetus grandis nimis viro=
rum et mulierum et puerorum. Et fleuit
populus fletu multo. Et respondit Se=
chenias filius iehiel de filiis helam
et dixit Esdre. Nos preuaricati su=
mus in deum nostrū:⁊ duximus vxo=
res alienigenas de populis terre. Et
nunc si est penitentia in israel super
hoc/percutiamus fedus cum domi=
no deo nostro: vt proiiciamus vniuer
sas vxores/et eos q̄ de his nati sunt
iuxta voluntatem dn̄i / et eorum qui
timent preceptū dn̄i dei nostri: scdm̄
legem fiat. Surge/tuum est discerne=
re:nosq̄ erimus tecum: confortare/et
fac. Surrexit ergo esdras/et adiura=
uit principes sacerdotū ⁊ leuitarum/
et oēm israel vt facerent scdm̄ verbū
3. Es.9.a. hoc. Et iurauerūt. Et surrexit esdras
ante domum dei/et abijt ad cubiculum
iohanam filij eliasib/et ingressus est
illuc. Panē non comedit:⁊ aquā non
B bibit. Lugebat enim trāsgressionem
eorū qui venerant de captiuitate. Et
missa est vox in Juda:et in hierusalē
oībus filiis transmigrationis vt con
gregarent in hier̄l'm/et omnis q̄ non
venerit in tribus diebus iuxta consi=
lium principū et seniorū/auferet vni
uersa substantia eius:et ipse abiicietur
de cetu transmigrationis. Conuene=
runt igitur oēs viri iuda et bēiamin
in hier̄l'm tribus diebus/ipse est mē=
sis nonus/vicesima die mensis/et se=
dit oīs populus in platea domus dei
trementes pro pctō et pluuiis. Et sur
rexit esdras sacerdos ⁊ dixit ad eos.
Uos trāsgressi estis/et duxistis vxo=
res alienigenas/vt adderetis super
delictū israel. Et nunc date confessio
nem dn̄o deo patrū vestrorū:et facite
placitum eius:et separamini a popu
lis terre/et ab vxoribus alienigenis.
Et rn̄dit vniuersa multitudo: dixitq̄
voce magna. Juxta verbum tuum ad
nos/sic fiat. Uerumtamē q̄a populus
multus est:et tēpus pluuie: et non su
stinemus stare foris/et opus non est
diei vnius vel duorum (vehemēter quip=
pe peccauimus in sermone isto) consti
tuantur principes in vniuersa multi=
tudine:et oēs ī ciuitatibus nostris qui
duxerunt vxores alienigenas/veni=
ant in temporibus statutis:et cū his
seniores per ciuitatē ⁊ ciuitatē: et iu=
dices eius/donec auertatur ira dei no=
C stri a nobis sup peccato hoc. Igitur
ionathan filius azahel/et iaazia filius
thecue steterunt super hoc: et mosol=
lam et Sebethai leuites adiuuerunt
eos:fecerūtq̄ sic filij transmigratio=
nis. Et abierunt esdras sacerdos/et
viri pricipes familiarum in domos pa=
trum suorū:et oēs per noīa sua:et se=
derunt in die primo mēsis decimi vt
quererent rem. Et consummati sunt
oēs viri qui duxerāt vxores alienige
nas vsq̄ ad diem primam mensis pri=
mi. Et inuenti sunt de filiis sacerdo=
tum/qui duxerāt vxores alienigenas.
De filiis iosue filij iosedec et fratres
eius Maasia et eliezer et iarib:et go=
dalia. Et dederunt manus suas/vt
eiicerent vxores suas: et pro delicto
suo arietē de ouibus offerrent. Et de fi=
liis emmer anani et zebedia. Et de fi= D
lijs erim: Maasia et helia ⁊ semeia ⁊
Jehiel et Ozias. Et de filijs phessur:
elioenai maasia hismael nathanael
iosabed et elasa. Et de filiis leuitarū/
iozabed ⁊ semei ⁊ celaia/ipse est ca=
lita phathaia Juda et Eliezer. Et de
cantoribus Eliasub. Et de ianitoribus:
sellum et telem et vri. Et ex israel: de
filiis Pharos/remia/et Ezia/et mel=
chia et miamin ⁊ eliezer et melchia ⁊
banea. Et de filiis helan/mathania
Zacharias et Jehiel et Abdi ⁊ Jeri=
moth et helia. Et de filiis zethua elioe
nai eliasib mathania ⁊ hierimuth et
zabed et Aziza. Et de filijs bebai/io=
hanā anania zabbai Athalai. Et de
filiis bani mosollā/et melluch et ada
ia iasub et saal et ramoth. Et de filiis
phaethmoab edna ⁊ chalal banaias
et maasias mathanias beseleel ben=
nui et manasse. Et de filiis herē: elie=
zer iesue/melchias/semeias simeon
beniamin Maloch/samarias. Et de
filiis ason: mathanai mathet zabad/
elipheleth iermai manasse semei. De
filiis bani maaddi amram et Huel/
baneas/et badaias cheliau vania/
marimuth et eliasib mathanias ma=
thanai et iasi et bani ⁊ bennui semei:
et salmias ⁊ nathā ⁊ adaias mechne
debai sisai sarai Ezrel ⁊ seleman se=
meria sellū amaria ioseph. De filiis
nebui Jahiel mathathias zabed za=
bina ieddu et iohel et banai. Omnes
hi acceperant vxores alienigenas/et
fuerunt ex eis mulieres que pepere=
rant filios.

¶ Explicit liber Esdre primus.

¶ Incipit liber Neemie/qui et
Esdre secundus dicitur.
¶ C.S. Neemias pincerna regis ar
taxerxis audita afflictione iudeorū
qui erant in hierusalem ieiunat:ōrāt
A misericordiam a deo. Capitulum.i.



Erba Neemie filii hel-
chie. Et factū est i men
se casleu āno vicesimo
⁊ ego erā i susis castro.
Et venit ad me anani
vnus de fratrib⁹ meis
ipse et viri ex iuda. Et
interrogaui eos de iudeis qui reman
serant ⁊ supererant de captiuitate/⁊
de hierl'm. Et dixerunt mihi. Qui re-
manserūt et derelicti sunt de captiui
tate ibi in ꝓuincia:in afflictione ma-
gna sunt/et in opprobrio/et murus
B hierl'm dissipat⁹ est:et porte eius cō-
buste sunt igni. Cumq; audissem ver-
ba huiuscemodi:sedi/et fleui/et luxi
Dan.9.a. dieb⁹ multis: et ieiunabā et orabam
ante faciē dei celi/et dixi. Queso dñe
deus celi fortis magne atq; terribi-
lis/qui custodis pactū et miam cum
his q̄ te diligūt et custodiunt manda
ta tua:fiant aures tue auscultantes:
et oculi tui aperti: vt audias oratio-
nem serui tui/quam ego oro coram te
C hodie:nocte et die pro filiis israel ser
uis tuis:et cōfiteor pro peccatis filiorū
israel quibus peccauerūt tibi. Et ego
et dom⁹ p̄ris mei peccauim⁹:vanita-
te seducti sum⁹/et nō custodiuimus
mādatū tuū/et ceremonias/et iudi-
Deu.30.a. cia q̄ precepisti Moysi famulo tuo.
Memento verbi qd' mandasti moysi
seruo tuo:dicens. Cū trāsgressi fueri-
tis:ego disperdam vos in pp'los. Et si
reuertamini ad me:et custodiatis pre
cepta mea et faciatis ea:etiā si abdu-
cti fueritis ad extrema celi/inde con
D gregabo vos et reducā in locū quem
elegi/vt habitaret nomē meum ibi.
Et ipsi serui tui et popul⁹ tuus quos
redemisti in fortitudine tua magna
et in manu tua valida:obsecro domi-
ne/sit auris tua attendens ad oratio
nem serui tui/et ad orationē seruorū
tuorum qui volunt timere nomen tu-
um:et dirige seruum tuum hodie: et
da ei misericordiam ante virum hūc.
Ego enim eram pincerna regis.
¶ C.S. Neemias ab artaxerxe impe
trat l'ras ad duces regiōis trans flu-
men:cū quib⁹ venit in hierl'm: consi-
derat ruinas murorū de nocte et cau-
sam itineris sui aperit pp'lo:ad edifi
candū confortat muros. Capi'm.ii.
Actū est autē in mense Nisan A
anno vicesimo Artaxerxis re-
gis/et vinū erat ante eū. Et le-
uaui vinū/et dedi regi:et eram quasi
lāguid⁹ ante faciez ei⁹. Dixitq; mihi
rex. Quare vultus tu⁹ tristis est/cuz
te egrotū nō videā? Non est hoc fru-
stra:sed malū nescio qd' in corde tuo
est. Et timui valde ac nimis/et dixi
regi. Rex in eternū viue. Quare non
mereat vult⁹ me⁹: q̄a ciuitas domus
sepulchrorū patris mei deserta est:et
porte eius combuste sunt igni? Et ait
mihi rex. Pro qua re postulas? Et o-
raui deum celi/et dixi ad regez. Si vi-
det regi bonū/et si placet seru⁹ tuus
ante faciē tuā/vt mittas me in iudeā
ad ciuitatem sepulchri p̄ris mei/⁊ e-
dificabo eam. Dixitq; mihi rex ⁊ regi B
na q̄ sedebat iuxta euz. Usque ad qd'
tēpus erit iter tuū: et qn̄ reuerteris?
Et placuit ante vultum regis:et misit
me. Et constitui ei tēpus/et dixi regi.
Si regi videt bonum/ep'las det mihi
ad duces regionis trans flumen/vt
traducant me/donec veniā in iudeā:
et ep'lam ad asaph custodez saltus re
gis:vt det mihi ligna/vt tegere pos-
sim portas templi/turres domus/et
muros ciuitatis/et domū quam in-
gressus fuero. Et dedit mihi rex iu-
xta manuz dei mei bonā mecū. Et ve-
ni ad duces regionis trans flumen/
dediq; eis ep'las regis. Miserat autē
rex mecum principes militum ⁊ eq-
tes. Et audierunt sanaballat horoni-
tes/et Tobias seruus ammanites/⁊
contristati sunt afflictione magna/q
venisset homo q̄ quereret prosperita-
tem filiorū israel. Et veni hierl'm/et
eram ibi trib⁹ dieb⁹: et surrexi nocte C
ego/et viri pauci mecū:et non indica
ui cuiq; quid dñs dedisset in corde
meo/vt facerē in hierl'm:et iumentū
non erat mecū/nisi aial cui insidebā:
et egressus sum per portam vallis no
cte:et ante fontez draconis/⁊ ad por
tā stercoris/et cōsiderabam murum
hierl'm dissipatū:et portas eius con-
sumptas igni. Et transiui ad portam
fontis/et ad aqueductū regis:et non
erat loc⁹ iumēto cui sedebā/vt transi
ret. Et ascendi per torrentē nocte/et
considerabā murū: et reuersus veni
ad portā vallis et redii. Magistrat⁹
aūt nesciebāt q̄ abiissem: aut qd' ego

facerē. Sed et iudeis et sacerdotibus
et optimatib⁹/et magistratib⁹/⁊ reli
quis q̄ faciebant opus vsq; ad id loci
D nihil indicaueram. Et dixi eis. Uos no-
stis afflictionē in q̄ sum⁹/quia hierl'z
deserta est:et porte e⁹ consumpte sunt
igni. Uenite et edificem⁹ muros hie-
rusalē:et nō sim⁹ vltra opprobrium.
Et indicaui eis manū dei mei q̄ es-
set bona mecū:et vba regis q̄ locut⁹
esset mihi:et aio. Surgam⁹/⁊ edifice
mus. Et cōfortate sunt manus eoꝝ
in bono. Audierunt autē sanaballat
horonites/et tobias seruus ammani
tes/et gosem arabs et subsannaue-
rūt nos/et despexerunt / dixerūtque.
Que est hec res quā facitis? Numq̄d
contra regē vos rebellatis? Et reddi-
di eis sermonem / dixiq; ad eos. De⁹
celi ipse nos iuuat:et nos serui eius
sumus:surgam⁹/et edificemus: vo-
bis autem non est pars/et iustitia/⁊
memoria in hierusalem.

¶ C.S. Muri/turres/porte edifican
tur: incipit eliasib sacerdos magn⁹:
noianturq; viri iuxta q̄s edificēt. C.iii.

A Et surrexit Eliasib sacerdos ma-
gnus/et fratres e⁹ sacerdotes:
et edificauerunt portam gregis:ipsi
sanctificauerunt eam/et statuerunt
valuas e⁹:et vsq; ad turrī centum cu-
bitorū sctificauerūt eā / vsq; ad turrī
ananeel. Et iuxta eū edificauerūt vi-
ri hierico:et iuxta eū edificauit zac-
chur fili⁹ amri. Portā aūt pisciū edifi
cauerunt filii asnaa:et ipsi texerūt eā:
et statuerunt valuas eius/et seras/⁊
vectes. Et iuxta eos edificauit ma-
rimuth filius vrie/filii accus. Et iu-
xta eos edificauit mosollā fili⁹ bara-
chie/filii Mesezabel. Et iuxta eos edi
B ficauit Sadoc filius Baana. Et iu-
xta eos edificauerūt Thecueni. Opti
mates autem eorū nō supposuerunt
colla sua in ope dn̄i dei sui. Et portā
veterē edificauerūt ioiada fili⁹ pha-
sea/et mosollā fili⁹ besodia:ipsi texe
rūt eā:et statuerūt valuas eius/et se-
ras et vectes. Et iuxta eos edificaue-
runt melchias gabaonites: et iadon
meronathites viri de gabaon:et mas
pha: p duce q̄ erat i regione trās flu-
mē. Et iuxta eū edificauit eziel filius
araia aurifex. Et iuxta eū edificauit
C ananias fili⁹ pigmētarii:et dimiserūt
hierl'm vsq; ad murū platee latioris.
Et iuxta eū edificauit raphaia filius
hur princeps vici hierl'm. Et iuxta

eos edificauit ieiada filius aromaph
contra domū suā. Et iuxta eū edifica
uit acc⁹ fili⁹ asebonie. Mediā partem
vici edificauit melchias fili⁹ herē:et
asub fili⁹ phaethmoab/et turriꝫ furno
rū. Et iuxta eū edificauit sellū filius
alohes princeps medie partis vici hie
rusalem/ipse et filii ei⁹. Et portā val-
lis edificauit anū/et habitatores zanoe
ipsi edificauerunt eā/et statuerūt val-
uas ei⁹/et seras/⁊ vectes/⁊ mille cu-
bitos in muro vsq; ad portā sterquili-
nii. Et portam sterquilinii edificauit
melchias filius rechab/ princeps vici
bethacharā:ipse edificauit eā/et sta- D
tuit valuas e⁹/et seras et vectes. Et
portā fōtis edificauit sellū fili⁹ colo-
zai princeps pagi masphe:ipse edifica
uit eam et texit et statuit valuas e⁹/
et seras et vectes ⁊ muros piscine si-
loe in hortū regis/et vsq; ad grad⁹ q̄
descēdūt de ciuitate dauid. Post eū edi
ficauit neemias fili⁹ azboc / princeps
dimidie partis vici bethsur vsq; cōtra
sepulchrū dauid:⁊ vsq; ad piscinā q̄
grādi ope cōstructa est/et vsq; ad do-
mū fortiū. Post eū edificauerunt le-
uite/reū fili⁹ benni. Post eū edifica-
uit asebias princeps dimidie partis vi-
ci ceile i vico suo. Post eū edificaue-
rūt fr̄es eorū bauai fili⁹ enadad prin- E
ceps dimidie partis ceile. Et edifica-
uit iuxta eū azer filius iosue princeps
maspha mēsurā scđam cōtra ascēsuꝫ
firmissimi anguli. Post eum in mōte
edificauit baruch fili⁹ zachai mēsu-
rā scđam/ab āgulo vsq; ad portā do-
mus eliasib sacerdotis magni. Post
eū edificauit merimuth filius vrie fi
lii acc⁹ mēsurā scđam: a porta dom⁹
eliasib donec extēderet dom⁹ eliasib.
Et post eū edificauerūt sacerdotes
viri de cāpestrib⁹ iordanis. Post eos F
edificauit bēiami et asub cōtra domū
suā. Et post eū edificauit azarias fili-
us maasie filii ananie cōtra domū su-
am. Post eū edificauit bennui filius
enadad mensurā scđam a domo aza-
rie vsq; ad flexurā et vsq; ad angulū.
P⁹ eū edificauit phalel fili⁹ ozi cōtra
flexurā et turrī q̄ eminet de domo re-
gis excelsa:id ē i atrio carceris. Post
eū edificauit phadaia filius pheros.
Nathinei aūt hitabāt in ophel vsq;
cōtra portā aq̄rū ad orientē et turrim
q̄ pminebat. Post eū edificauerunt
thecueni mensurā scđaꝫ e regione/a
turre magna ⁊ eminēti vsq; ad muꝝ

templi. Sursum autẽ ad portã equorum edificauerunt sacerdotes / vnusquisq; contra domũ suam. Post eos edificauit seddo fili⁹ emmer contra domũ suã. Et post eum edificauit semaia fili⁹ sechenie custos porte orientalis. Post eum edificauit anania filius selemie / et anon filius seleph sextus mensurã secũdam. Post euʒ edificauit mosollã filius barachie contra gazophylaciũ suuʒ. Post eũ edificauit melchias filius aurificis / vsq; ad domũ nathineorum / et scuta vendentiũ contra portã iudicialẽ: et vsq; ad cenaculũ anguli. Et inter cenaculum anguli ĩ porta gregis edificauerunt artifices et negociatores.

A ¶ C. S. Sanaballat et Tobias edificantes subsannabãt ꝛ ꝓhibere volebant: ꝛ moliunt̃ isidias: at illi armati muros edificabant: vna manu ꝑpẽ edificat: altera tenet gladiũ. Cpʒ. iiij.

Factum est autem cum audisset sanaballat ꝙ edificarem⁹ murum / iratus est valde: et mot⁹ nimis subsannauit iudeos: et dixit coram fratribus suis / et frequentia samaritanorum. Quid iudei faciunt imbecilles? Num dimittent eos gentes? Num sacrificabunt et complebunt ĩ vna die? Nunquid edificare poterũt lapides de aceruis pulueris / q̃ combusti sunt? Sʒ et tobias ammanites ꝓximus eius ait. Edificẽt: si ascenderit vulpes: transiliet murum eorum lapideum. Et dixit Neemias. Audi deus noster / quia facti sumus despectui. Conuerte opprobrium super caput eorũ: et da eos in despectionẽ in terra captiuitatis. Ne operias iniquitatẽ eorũ: et peccatũ eorũ corã facie tua non deleatur: qꝛ irriserũt edificãtes. Itaq; edificauimus murũ / et coniunximus totũ vsq; ad partẽ dimidiã: et prouocatum est cor populi ad operanduʒ.

B Factũ est autem cum audisset sanaballat ꝛ tobias et arabes ꝛ ammonite et azotii / ꝙ obducta eẽt cicatrix muri hierl̃m: et qꝺ cepissent interrupta cõcludi: irati sunt nimis. Et congregati sunt omnes pariter vt venirẽt ꝛ pugnarent cõtra hierusalẽ / et molirent̃ insidias. Et orauimus deum nostrũ: et posuim⁹ custodes super muruʒ die ac nocte contra eos. Dixit autẽ iudas. Debilitata est fortitudo portantis / ꝛ humus nimia est: et nos nõ poterim⁹ edificare murum. Et dixerũt hostes nr̃i. Nesciant et ignorent donec veniamus in mediũ eorũ / ꝛ interficiam⁹ eos: et cessare faciamus opus. Factũ est aũt venientibus iudeis q̃ habitabant iuxta eos: et dicentibus nobis ꝑ decẽ vices ex oib⁹ locis q̃bus venerant ad nos / statui in loco post murũ per circuitũ populũ in ordinẽ cum gladijs suis ꝛ lanceis / et arcubus. Et perspexi atq; surrexi: et aio ad optimates et magistratus / et ad reliquaʒ partem vulgi. C

Nolite timere a facie eorũ. Dñi magni et terribilis memẽtote et pugnate pro fratribus vestris filiis vr̃is et filiab⁹ vr̃is / et vxorib⁹ vr̃is / et domibus vr̃is. Factũ est aũt cũ audissent inimici nr̃i nũciatũ esse nobis: dissipauit de⁹ consiliũ eorũ. Et reuersi sumus oẽs ad muros: vnusquisque ad opus suũ. Et factuʒ est a die illa media pars iuuenũ eorũ faciebat op⁹ et media ps parata erat ad bellũ: et lãcee / et scuta / et arcus / ꝛ lorice: et principes post eos in oĩ domo iuda edificantium in muro / et portantiũ onera: et imponentiũ: vna manu sua faciebat opus: et altera tenebat gladium. Edificantiũ eniʒ vnusquisq; gladio erat accinctus renes. Et edificabant ꝛ clangebant buccina iuxta me. D

Et dixi ad optimates ꝛ ad magistratus: et ad reliquã partem vulgi. Op⁹ grande est et latũ / et nos separati sumus in muro ꝑcul alter ab altero: in loco quocũq; audieritis clangorẽ tube / illuc cõcurrite ad nos. De⁹ noster pugnabit pro nobis: et nosipsi faciamus opus. Et media pars nr̃m teneat lanceas ab ascensu aurore / donec egrediant̃ astra. In tẽpore quoq; illo dixi populo. Unusquisq; cum puero suo maneat ĩ medio hierusalẽ: ꝛ sint vobis vices per noctẽ et diẽ ad operandum. Ego autem et fratres mei / et pueri mei / et custodes q̃ erant post me non deponebam⁹ vestimenta nr̃a vnusq̃sq; tñi nudabat̃ ad baptismuʒ.

¶ C. S. Clamat populus fame pressus: Neemias prohibet vsuras: annonas que ducibus debent̃ non exigit: de cibo mense eius. Capitulũ. v.

Et factus est clamor populi / et vxorum eius magn⁹ aduersus fratres suos iudeos. Et erant qui dicerent. Filii nr̃i et filie nr̃e multe sunt nimis: accipiam⁹ pro precio eorũ frumentũ: ꝛ comedamus et viuamus. A

num⁹. Et erant q̄ dicerent. Agros no
stros et vineas / ꝛ dom⁹ nostras op-
ponamus: ꝛ accipiam⁹ frumētum in
fame. Et alij dicebant. Mutuo suma
mus pecunias in tributa regis / de-
musq̄ agros nr̄os ꝛ vineas: et nunc
sicut carnes fratrū nostrorū / sic car-
nes nostre sunt / et sicut filij eorū ita
et filij nr̄i. Ecce nos subiugauimus
filios nostros / ꝛ filias nostras in ser
uitutē: et de filiab⁹ nr̄is sunt famule
B nec habemus vnde possint redimi:
et agros nr̄os et vineas nostras alij
possident. Et iratus sum nimis cum
audissem clamorem eorū sm̄ verba
hec / cogitauitq̄ cor meum. Et increpa-
ui optimates ꝛ magistratus: ꝛ di-
xi eis. Usuras ne singuli a fratribus
vestris exigitis? Et congregaui aduer-
sum eos concionē magnā: ꝛ dixi eis.
Nos vt scitis redemim⁹ fratres no-
stros iudeos qui vēditi fuerant gen-
tibus sm̄ possibilitatē nostrā. Et vos
igitur vendetis fratres vr̄os: ꝛ redi-
memus eos? Et siluerunt nec inuene-
rūt quid respōderēt. Dixiq̄ ad eos.
Nō est bona res quā facitis. Quare
non in timore dei nostri ambulatis /
ne exprobretur nobis a gentib⁹ inimi-
cis nostris? Et ego / et fratres mei et
pueri mei cōmodauim⁹ plurimis pe-
cuniā ꝛ frumentū. Non repetam⁹ in
commune istud / es alienum cōceda-
C mus qd̄ debetur nobis. Reddite eis
hodie agros suos et vineas suas et
oliueta sua et domos suas quinpo-
tius et cētesimam pecunie frumenti
vini ꝛ olei quā exigere soletis ab eis
date pro illis. Et dixerūt. Reddem⁹
et ab eis nihil queremus: sicq̄ facie-
mus vt loqueris. Et vocaui sacerdo-
tes et adiuraui eos vt facerent iuxta
qd̄ dixerā. Insup excussi sinum meū
et dixi. Sic excutiat deus omnē virū
qui non cōpleuerit verbum istud de
domo sua ꝛ de laborib⁹ suis: sic excu-
tiatur ꝛ vacuus fiat. Et dixit vniuer-
sa multitudo / Amē. Et laudauerunt
deum. Fecit ergo populus sicut erat
dictū. A die autē illa qua preceperat
rex mihi vt essem dux in terra iuda
ab anno vicesimo vsq̄ ad annum tri
D cesimūsecūdū artaxerxis regis per
annos duodecim: ego et fratres mei
annonas q̄ ducib⁹ debebantur nō cōme-
dim⁹. Duces autē primi qui fuerant
ante me grauauerunt ppl̄m et acce-
perunt ab eis in pane ꝛ vino ꝛ pecu
nia q̄tidie siclos quadraginta. Sed
et ministri eorū depresserant ppl̄m.
Ego autē non feci ita ꝓpē timorē dei
quin potius in opere muri edificaui
et agrū nō emi: et oēs pueri mei con-
gregati ad opus erant. Iudei quoq̄
et magistrat⁹ cētū quinquaginta vi-
ri: et qui veniebāt ad nos de gētibus
que in circuitu nr̄o sunt / in mēsa mea
erant. Parabatur autē mihi p dies sin-
gulos bos vnus: arietes sex electi:
exceptis volatilib⁹: ꝛ inter dies decē
vina diuersa et alia multa tribuebā.
Insup et annonas ducatus mei non
quesiui: valde enī attenuat⁹ erat po-
pulus. Memēto mei deus me⁹ in bo-
num: sm̄ oia que feci populo huic.
¶ Ca. S. Sanaballat et socij eius ad
neemiā pro federe faciēdo mittunt:
retrahere ab edificatiōe murorū vo-
lūt: opus tn̄ ad plenū complet: mul-
te epl'e mittūt ab optimatib⁹ iudeo-
rum ad tobiā et econtra. Capm̄. vi.
Actum est autē cū audisset sa- A
naballat et tobias et Gosem
Arabs: et ceteri inimici nr̄i q̄
edificassem ego murū ꝛ nō esset i ipso
residua interruptio (vsq̄ ad tp̄s autē
illud valuas non posuerā in portis)
miserūt sanaballat ꝛ tobias ꝛ gosem
arabs ad me dicētes. Ueni et percu-
tiamus fedus pariter in viculis in
cāpo Ono. Ipsi autē cogitabant vt fa
cerent mihi malū. Misi ergo ad eos
nuncios dicēs. Opus grande ego fa
cio / ꝛ non possum descēdere ne forte
negligatur cū venero et descēdero ad
vos. Miserūt autē ad me sm̄ verbum
hoc p quatuor vices: et respondi eis
iuxta sermonem priorem. Et misit ad B
me sanaballat iuxta verbum prius
quinta vice puerū suū: ꝛ epistolā ha-
bebat in manu sua scriptam hoc mo
do. In gentibus auditum est et go-
sem dixit q̄ tu et iudei cogitetis re-
bellare: ꝛ ꝓpterea edifices murum /
leuare te velis sup eos regem: ꝓpter
quā causam et ꝓphetas posueris q̄
p̄dicēt de te in hierl'm dicentes. Rex
in iudea est. Auditurus est rex ver-
ba hec. Idcirco nūc veni vt ineam⁹
cōsiliū pariter. Et misi ad eos dicēs.
Non est factū sm̄ vba hec que tu lo-
queris: de corde enim tuo tu cōponis
hec. Oēs enī hi terrebāt nos cogitan
tes q̄ cessarēt manus nostre ab ope-
re et quiescceremus. Quā ob causam
magis confortaui manus meas. Et C

ingressus sum domū samaie filij da-
laie filij metabehel secreto. Qui ait.
Tractemus nobiscū in domo dei in
medio templi: et claudamus portas
edis: quia venturi sunt vt interficiant
te: et nocte venturi sunt ad occiden-
dum te. Et dixi. Num quisq̄ similis
mei fugit? Et quis vt ego ingredietur
templū / et viuet? Non ingrediar. Et
intellexi q̄ deus non misisset eū: sed
quasi vaticinans locut⁹ esset ad me:
et tobias et sanaballat conduxissent
eū. Acceperat eñ preciū vt territus
facerem et peccarē: et haberent ma-
A.5.b. lum qđ exprobrarent mihi. Memen-
to mei dñe p̄ Tobia et Sanaballat
D iuxta opera eorū talia: sed et noadie
prophete et ceterorum prophetarū
qui terrebant me. Cōpletus est autē
murus vicesimoquinto die mensis
elul quinquagintaduob⁹ diebus. Fa-
ctū est ergo cū audissent omnes ini-
mici nostri: vt timerēt vniuerse gen-
tes que erant in circuitu nostro: et
conciderent intra semetipsos: et sci-
rent q̄ a dño factum esset opus hoc.
Sed et in dieb⁹ illis multe optimatū
iudeorū epistole mittebant ad tobiā
et a tobia veniebant ad eos. Multi
eñ erant in iudea habētes iuramen
tum eius: quia gener erat sechenie fi-
lij orei: et iohanan filius eius accē-
perat filiā mosollā filij barachie: sed
et laudabant eum corā me: et verba
mea nunciabant ei. Et tobias mitte-
bat epistolas vt terreret me.

¶ C. S. Murata ciuitate porte clau-
dunt̄ ⁊ apponūtur custodes: legitur
liber cēsus eorū q̄ ascenderant de ba-
bylonia et reuersi sunt ī hierl'm et in
iudeā: eiiciunt̄ de sacerdotio qui suā
genealogiā non inuenerūt hucusq; re-
fertur sine decreto historia: neemie
dantur munera in opus. Capm. vij.

A
Ecclesia.
49.d.

Postq̄ autē edificatus est mu-
rus / et posui valuas et recen-
sui ianitores ⁊ cantores et le-
uitas: precepi anani fratri meo: et
ananie principi domus de hierusa-
lem. Ipse enim quasi vir verax et ti-
mens deū pl⁹ ceteris videbatur. Et
dixi eis. Non aperiant̄ porte hieru-
salem vsq; ad calorem solis. Cumq;
adhuc assisterēt / clause porte sunt et
oppilate. Et posui custodes de habi-
tatoribus hierl'm singulos per vices
suas: et vnūquēq; cōtra domū suam.
Ciuitas aūt erat lata nimis et gran-
dis: ⁊ pp̄l's paruus in medio eius: et
non erāt domus edificate. Deus aūt B
dedit in corde meo ⁊ cōgregaui opti-
mates et magistratus et vulgus vt
recenserem eos. Et inueni librū cen- 1.Esd.2.a.
sus eorū qui ascēderant primū: et in-
uētum est scriptū in eo. Isti filij pro-
uincie qui ascēderunt de captiuita-
te migrātium quos transtulerat na-
buchodonosor rex babylonis: et re-
uersi sunt in hierl'm ⁊ in iudeā / vnus-
quisq; in ciuitatē suam: qui venerūt
cum zorobabel / iosue / neemias / aza-
rias / raamias / naamin / mardoche⁹ /
belsar / mespharat / begoai / naū / ba-
ana. Numerus virorū pp̄li isrl': filij
pharos duo milia cētum septuagin-
taduo. Filij saphatia trecēti septua-
gintaduo. Filij area sexcenti quin-
quagintaduo. Filij phaethmoab fi-
liorū iosue ⁊ ioab duo milia octingen-
ti decē et octo. Filij helam mille du-
centi quinquagintaquatuor. Filij ze- C
thua octingēti quadragintaquinq;.
Filij zacchai septingenti sexaginta.
Filij bannui sexcenti quadragintaa-
octo. Filij bebai sexcēti vigintiocto.
Filij azgad duo milia trecēti viginti-
duo. Filij adonicam sexcēti sexagin-
taseptē. Filij baguai duo milia sexa-
gintaseptē. Filij adin sexcenti quin-
quagintaquinq;. Filij ather: filij eze-
chie nonagintaocto. Filij Asem tre-
centi vigintiocto. Filij besai trecen-
ti vigintiquatuor. Filij areph centū
duodecim. Filij gabaon nonaginta-
quinq;. Filij bethleē et netupha cen- D
tum octogintaocto. Uiri anathoth /
centū vigintiocto. Uiri bethazmoth
quadragintaduo. Uiri cariathiarim
cephira et beroth septingēti quadra-
gintatres. Uiri rama et geba sexcen-
ti viginti vnus. Uiri machmas cen-
tum vigintiduo. Uiri bethel et hai /
cētum vigintitres. Uiri nebo alteri⁹
quinquagintaduo. Uiri helam alte-
rius mille ducēti quinquagintaqua-
tuor. Filij arem trecēti viginti. Filij
hierico trecēti quadragintaquinq;.
Filij lodadid ⁊ ono septingēti vigin-
tivn⁹. Filij senaa tria milia nōgenti
triginta. Sacerdotes / filij idaia ī do-
mo iesua nōgēti septuagintatres. Fi-
lij emmer mille quinquagintaduo.
Filij phassur mille ducēti quadragi-
taseptē. Filij arē mille decē et septē.
Leuite: filij iosue et cadmihel filiorū E
oduie septuagintaquatuor. Cātores

filii asaph centum quadragintaocto.
Janitores: filii sellum filii atter filii
telmon filii accub filii attra filii so-
bai: centum trigintaocto. Nathinei
filii soa filii asupha filii tebbaoth:
filii ceros: filii siaa: filii phadon: filii
lebana: filii agaba filii selmon: filii
anan: filii geddel: filii gaer: filii Ra-
aia: filii rasin: filii necoda: filii Gezē:
filii Aza: filii Phasea: filii besai: filii
munim: filii nephusim: filii bacbuc:
filii acupha: filii arur: filii besloth: fi-
lii meida: filii arsa: filii bercos: filii si-
sara: filii thema: filii Nesia: filii Ati-
pha filii seruorū salomonis: filii So-
tai: filii sophereth: filii pherida: filii
iahala: filii dercon: filii ieddel: filii sa-
F pharia: filii attil: filii Phochereth q̄
erat ortus ex sabaim filio amon. Om-
nes nathinei et filii seruorū salomo-
nis trecenti nonagintaduo. Hi sunt
autē qui ascenderunt de thelmalath
thelarsar cherub addon et emmer: et
nō potuerūt indicare domū patrum
suorum et semen suū vtrū ex Israel es-
sent. Filii dalaia: filii tobia: filii Ne-
coda sexcēti quadragintaduo. Et de
sacerdotibus filii abia: filii accos filii
berzellai q̄ accepit de filiabus berzel
lai gaaladitis vxorē et vocatus est no-
mine eorū. hi quesierunt scripturam
suam in cēsu et nō inuenerūt: et electi
sunt de sacerdotio. Dixitque athersa-
tha eis vt nō māducarēt de sanctis
sanctorum donec staret sacerdos do-
ctus et eruditus. Ois multitudo quasi
vir vnus quadragintaduo milia sex-
centi sexaginta: absque seruis et ancil-
lis eorū qui erāt septē milia trecenti
triginta septē: et inter eos cātores et
G cātatrices ducenti quadragintaqu-
que. Equi eorum sexcenti trigintase-
ptem: muli eorū ducēti quadragin-
taquinque. cameli eorum quadringēti
trigintaquinque. asini sex milia septin-
genti viginti. ¶ Hucusque refert q̄ in
cōmentario scriptū fuerit et in nee-
mie historia textū. ¶ Nōnulli autem
de principibus familiarū dederunt in
opus. Athersatha dedit in thesaurū
auri drachmas mille phialas quin-
quaginta tunicas sacerdotales quin-
quagita triginta. Et de principibus
familiarū dederūt in thesaurū ope-
ris auri drachmas viginti milia: et
argenti mnas duo milia ducentas.
Et qd̄ dedit reliquus ppl's auri dra-
chmas viginti milia et argēti mnas
duo milia et tunicas sacerdotales se-
xagintaseptem. Habitauerūt aūt sa-
cerdotes et leuite et ianitores et cāto-
res et reliquū vulgus et Nathinei et
omnis israel in ciuitatibus suis.
¶ C. S. Cōgregat ppl's in hierlm es-
dras stat super gradū ligneū et leui
tis imperantibus silentiū aperte et di-
stincte legit pplo legem dei: afferūt
populi de mōte frondes et celebrant
tabernaculorum festum. Cap̄m. viii.
Et venerat mensis septimus: fi- A
lii autem israel erāt in ciuita-
tibus suis. Congregatusque est
ois ppl's quasi vir vnus ad plateam
que est ante portā aquarū: et dixerūt
esdre scribe vt afferret librum legis
moysi quam preceperat dn̄s Israeli.
Attulit ergo Esdras sacerdos legem
coram multitudine virorū et mulie-
rum: cunctisque qui poterāt intellige-
re in die prima mensis septimi. Et le-
git in eo aperte in platea q̄ erat an-
te portam aquarum de mane vsque ad
mediam diem in conspectu virorum
et mulierū et sapiētiū. Et aures om-
nis populi erāt erecte ad librū. Ste-
tit aūt esdras scriba super gradū li-
gneum quē fecerat ad loquēdum: et
steterunt iuxta eum Mathathias et
semeia et ania et vria et helcia et maa-
sia ad dexteram eius: et ad sinistram
phadaia misahel et melchia et asum
et aseph dana zacharia et mosollam.
Et aperuit esdras librum corā omni B
populo: super vniuersum quippe po
pulum eminebat. Et cum aperuisset
eum: stetit omnis populus. Et bn̄di-
xit Esdras dn̄o deo voce magna. Et
respondit omnis populus Amen a-
men: eleuans manus suas. et incur-
uati sunt et adorauerūt deum proni
in terram. Porro iosue et Bani et se-
rabia Jamin Accub Sebthai Odia
Maasia Celita Azarias Jozabed
Anani Phalaia Leuite: silentium
faciebant in populo ad audiendam
legē. Populus autem stabat in gra-
du suo. Et legerunt in libro legis dei
distincte et aperte ad intelligendum:
et intellexerunt cū legeret. Dixit au-
tem neemias (ipse est athersatha) et
esdras sacerdos et scriba et leuite in-
terpretantes vniuerso populo. Di- C
es sanctificatus est domino deo no-
stro / nolite lugere et nolite flere.
Flebat enim omnis populus cum au-
diret verba legis. Et dixit eis. Ite

comedite pinguia: et bibite mulsum
et mittite partes his qui non prepa-
rauerunt sibi: quia sanctus dies domini est:
et nolite contristari: gaudium etenim domini
est fortitudo nostra. Leuite autem si-
lentium faciebant in omni populo dicentes.
Tacete / quia dies sanctus est: et nolite
dolere. Abiit itaque omnis populus ut com-
ederet et biberet: et mitteret partes /
et faceret leticiam magnam: quia intellexe-
rant verba que docuerant eos. Et in
die secundo congregati sunt principes
familiarum vniuersi populi: sacerdo-
tes et leuite ad Esdram scribam: ut in-
terpretaretur eis verba legis. Et inue-
nerunt scriptum in lege precepisse do-
minum in manu moysi ut habitent fi-
lii israel in tabernaculis in die solem-
ni mense septimo: et ut predicent et
diuulgent vocem in vniuersis vrbibus
D suis et in hierusalem dicentes. Egredimini
in montem: et afferte frondes oliue
et frondes ligni pulcherrimi / fron-
des myrti / et ramos palmarum / et fron-
des ligni nemorosi ut fiant taberna-
cula sicut scriptum est. Et egressus
est populus et attulerunt. Feceruntque sibi
tabernacula vnusquisque in domate
suo et in atriis suis et in atriis domus
dei et in platea porte aquarum et in
platea porte Ephraim. Fecit ergo
vniuersa ecclesia eorum qui redierant
de captiuitate tabernacula: et habi-
tauerunt in tabernaculis. Non enim
fecerant a diebus iosue filii nun tali-
ter filii israel usque ad diem illum. Et fuit
leticia magna nimis. Legit autem es-
dras in libro legis dei per dies singu-
los a die primo usque ad diem nouissimum.
Et fecerunt solennitatem septem diebus: et
in die octauo collectam iuxta ritum.

¶ C. S. De penitentia populi alienige-
ne vxores et filii abiciuntur: esdras
narrat domini beneficia: et peccata prin-
cipum commemorat: fedus percutiunt cum
domino tam populus quam esdras. Capitulum .ix.

A IN die autem vicesimoquarto
mensis huius conuenerunt filii is-
rael in ieiunio et in saccis: et hu-
mus super eos. Et separatum est semen
filiorum israel ab omni filio alienigena.
3. Esdre. 9. c. Et steterunt et confitebantur peccata sua et
iniquitates patrum suorum. Et consurrexe-
runt ad standum. Et legerunt in volumi-
ne legis domini dei sui quater in die: et qua-
ter in nocte confitebantur et adorabant
dominum deum suum. Surrexerunt autem super
gradum leuitarum iosue et bani et ced-
mihel / sabania / bonni / sarebias / ba-
ni et chanani: et clamauerunt voce ma-
gna ad dominum deum suum. Et dixerunt leui-
te iosue et cedmihel / bonni / asebnia /
serebia / odaia / sebna / pharaia. Sur-
gite / benedicite domino deo vestro ab e-
terno usque in eternum. Et benedicant
nomini glorie tue excelso in omni benedictio-
ne et laude. Et dixit esdras. Tu ipse
domine solus: tu fecisti celum et celum celorum
et omnem exercitum eorum / terram et vniuer-
sa que in ea sunt: maria et omnia que in eis sunt
et tu viuificas omnia hec: et exercitus ce-
li te adorat. Tu ipse domine deus qui ele- B
gisti abram et eduxisti eum de igne
chaldeorum: et posuisti nomen eius
abraam: et inuenisti cor eius fidele co-
ram te: et percussisti cum eo fedus: ut da-
res ei terram chananei / ethei / et euei /
et amorei / et pherezei / et iebusei / et
gergesei: ut dares semini eius. Et im-
plesti verba tua quoniam iustus es. Et vi-
disti afflictionem patrum nostrorum in
egypto: clamoremque eorum audisti super
mare rubrum: et dedisti signa atque por-
tenta in pharaone et in vniuersis ser-
uis eius: et in omni populo terre illius.
Cognouisti enim quia superbe egerant
contra eos: et fecisti tibi nomen sicut
et in hac die. Et mare diuisisti ante
eos: et transierunt per medium maris
in sicco. Persecutores autem eorum pro-
iecisti in profundum quasi lapidem in
aquas validas: et in columna nubis
ductor eorum fuisti per diem: et in co-
lumna ignis per noctem: ut appare-
ret eis via per quam ingrediebantur.
Ad montem quoque synai descendisti C
et locutus es cum eis de celo: et dedisti
eis iudicia recta et legem veritatis
ceremonias et precepta bona. Et sab-
batum sanctificatum tuum ostendisti eis:
et mandata et ceremonias: et legem
precepisti eis in manu Moysi serui
tui. Panem quoque de celo dedisti eis:
in fame eorum: et aquam de petra eduxi-
sti eis sitientibus. Et dixisti eis ut in-
grederentur et possiderent terram super
quam leuasti manum tuam: ut traderes
eis. Ipsi vero et patres nostri superbe
egerunt: et indurauerunt ceruices su-
as: et non audierunt mandata tua / et
noluerunt audire et non sunt recor-
dati mirabilium tuorum que feceras eis.
Et indurauerunt ceruices suas: et de-
derunt caput ut conuerterentur ad
seruitutem suam quasi per contentio-
nem. Tu autem deus propitius clemens

et misericors: longanimis et multe
miserationis non dereliquisti eos: et
quidē cum fecissent sibi vitulum con-
D flatilē/ et dixissent. Iste est deus tuus
qui eduxit te de Egypto. Feceruntq;
blasphemias magnas: tu autē in mi-
sericordijs tuis multis non dimisisti
eos in deserto. Columna nubis non
recessit ab eis per diem / vt duceret
eos in viā: et colūna ignis per noctē
vt ostenderet eis iter p quod ingre-
derent. Et spiritum tuum bonū de-
disti qui doceret eos: et manna tuum
non prohibuisti ab ore eorum: et aquam
Exo.16.g dedisti eis in siti. Quadraginta an-
nis pauisti eos in deserto: nihilq; eis
defuit. Vestimēta eorum non inuetera-
uerunt: et pedes eorum non sunt attriti.
Et dedisti eis regna et populos: et par
titus es eis sortes. Et possederunt
terrā Seon/ et terrā regis Esebon/ et
terram Og regis Basan. Et multipli
casti filios eorum sicut stellas celi: et
adduxisti eos ad terram de qua dixe-
ras patribus eorum vt ingrederent
et possiderent. Et venerunt filij et pos
sederunt terram: et humiliasti coram
eis habitatores terre Chananeos: et
dedisti eos in manu eorū: et reges eo-
rum et populos terre: vt facerent eis
E sicut placebat illis. Ceperūt itaq; vr-
bes munitas et humū pinguē: et pos-
sederunt domos plenas cunctis bo-
nis: cisternas ab eis fabricatas / vi-
neas et oliueta / et ligna pomifera
multa. Et comederūt et saturati sunt
et impinguati sunt: et abundauerunt
delicijs in bonitate tua magna. Pro-
uocauerūt autē te ad iracundiam: et
recesserunt a te: et proiecerunt legem
tuam post terga sua. Et prophetas
tuos occiderunt qui contestabantur
eos vt reuerterent ad te. Feceruntq;
blasphemias grandes. Et dedisti
eos in manum hostium suorum: et af-
flixerūt eos. Et in tēpore tribulatio-
nis sue clamauerūt ad te/ et tu de celo
audisti: et sm miserationes tuas mul
tas dedisti eis saluatores qui salua-
F rent eos de manu hostium suorum.
Cumq; requieuissent/ reuersi sunt vt
facerent malum in conspectu tuo: et
dereliquisti eos in manu inimicorum
suorum: et possederunt eos. Conuer-
siq; sunt et clamauerūt ad te: tu autē
de celo exaudisti/ et liberasti eos in
misericordijs tuis multis tempori-
bus: et contestatus es eos vt reuerte-
rent ad legem tuam. Ipsi vero super-
be egerunt: et non audierunt mādata
tua: et in iudicijs tuis peccauerunt
que faciet homo et viuet in eis. Et
dederunt humerum recedentem: et
ceruicem suam indurauerunt / nec
audierunt. Et protraxisti super eos
annos multos: et contestatus es eos
in spiritu tuo per manum propheta-
rū tuorū: et non audierūt: et tradidisti
eos in manum populorū terrarum.
In misericordijs autē tuis plurimis 1.b.
non fecisti eos in consumptionem/ nec
dereliquisti eos quoniam deus mise-
rationū et clemens es tu. Nunc itaq;
deus noster magne fortis et terribi-
lis/ custodiens pactum et misericor-
diam: ne auertas a facie tua omnem
laborem qui inuenit nos/ reges no-
stros et principes nostros et sacer-
dotes nostros et prophetas nostros
et patres nostros: et omnem populū
tuū a diebus regis Assur vsq; in diē
hanc. Et tu iustus es in omnib⁹ que
venerunt sup nos: quia veritatem fe-
cisti nobis: nos autē impie egimus.
Reges nostri / principes nostri/ sa- B
cerdotes nostri/ et patres nostri non
fecerunt legem tuā/ et nō attenderūt
mandata tua et testimonia tua que
testificat⁹ es in eis. Et ipsi in regnis
suis bonis: et in bonitate tua multa
quam dederas eis: et in terra latissi-
ma et pingui quā tradideras in con-
spectu eorum nō seruierunt tibi/ nec re-
uersi sunt a studijs suis pessimis. Ec-
ce nosipsi hodie serui sumus: et terra
quā dedisti patrib⁹ nostris vt comede
rēt panem eius: et que bona sunt ei⁹:
et nosipsi serui sumus in ea. Et fru-
ges eius multiplicant regibus quos
posuisti sup nos propter peccata no-
stra: et corporibus nostris dominant:
et iumentis nostris sm voluntatem
suā: et in tribulatione magna sumus.
Sup omnibus ergo his nosipsi per-
cutimus fedus/ et scribimus/ et signāt
principes nostri/ leuite nostri/ et sa-
cerdotes nostri.

¶ C.S. De signatoribus federis ad dñm: statuerūt de oblationib⁹ facien dis: offerunt primitie: dant decime de terris: de operibus. Ca.x.

Signatores autē fuerunt: Nee-
mias / Athersatha filius Ache- A
lai/ et Sedecias / Saraias / Aza-
rias / Hieremias / phessur / Amarias/
Melchias / attus / Sebenia / melluch/

Arem/merimuth/obdias/daniel/gē
thon/Baruch/mosollam/Abia/mia-
min/mazia/belgua/semeia:hi sacer-
dotes. Porro leuite Josue filius aza-
rie:bennui de filijs Enadad Cedmi-
hel ꝛ fratres eoꝝ:Sechenia/odeuia/
Celita/phalaia/Anan/micha/roob/
Asebia/zacchur/Serebia/Sabania/
Odia/bani/baninu. Capita ppl'i phe
ros/Phaetmoab/Elam/zethu/Ba-
ni/bonni/azgad/bebai/adonia/Beg
goai/adin/ather/ezechia/Azur/ode-
uia/Asum/Besai/areph/Anathoth/
nebai/megphias/mosollā/Azir/me-
sizabel/Sadoch/Jeddua/Pheltia/
Anan/anaia/osee/anania/asub/alo-
heo/Phalea/Sobec/reum/Asebna/
Maasia/Ethaia/hanan/Anan/mel-
luc/Arē/Baana:ꝛ reliq̄ de populo sa-
B cerdotes/leuite/ianitores/et canto-
res Nathinei:ꝛ oēs q̄ se separauerūt
de populis terrarū ad legē dei vxores
eoꝝ:filij eoꝝ ꝛ filie eoꝝ: omnes q̄ po-
terant sapere spondentes ꝓ fratrib⁹
suis optimates eoꝝ:ꝛ q̄ veniebāt ad
pollicendum ꝛ iurandum vt ambula-
rent in lege dei quam dederat in ma-
nu Moysi serui sui:vt facerent et cu-
stodirent vniuersa mandata domini
dei nostri ꝛ iudicia ei⁹ ꝛ ceremonias
eius:ꝛ vt non daremus filias nostras
populo terre:ꝛ filias eorum non acci-
peremus filijs nostris. Populi quoq̄
terre qui important venalia ꝛ omnia
ad vsum per diem sabbati vt vēdant:
non accipiemus ab eis in sabbato et
C in die sanctificato. Et dimittem⁹ an-
num septimum ꝛ exactionem vniuer
se manus. Et statuemus super nos
precepta vt demus terciam partem
sicli per annum ad opus domus dei
nostri ad panes ꝓpositionis ꝛ ad sa-
crificium sempiternum:ꝛ in holocau
stum sempiternū in sabbatis/in ca-
lendis/in solēnitatibus/et in sancti-
ficatis et pro peccato:vt exoret pro
Israel:ꝛ in omnē vsum domus dei no
stri. Sortes ergo misim⁹ sup oblatio-
nem lignoꝝ inter sacerdotes leuitas
ꝛ populum:vt inferrent in domū dei
nostri p domos patrū nostroꝝ p tem
pora a tēporib⁹ anni vsq̄ ad annū:vt
arderent sup altare dn̄i dei nostri:si-
cut scriptū est in lege Moysi:ꝛ vt af-
ferremus primogenita terre nostre:
et primitiua vniuersi fruct⁹ omnis li-
gni ab anno in annum in domo dn̄i:
et primitiua filioꝝ nostrorū ꝛ pecorū

nostroꝝ sicut scriptū est in lege dn̄i:ꝛ
primitiua boum nostrorū ꝛ ouiū no-
strarum vt offerrent in domo dei no-
stri sacerdotibus q̄ ministrant in do-
mo dei nostri. Et primitias ciborum D
nostrorū ꝛ libaminum nostroꝝ:ꝛ po-
ma ois ligni:vindemie quoq̄ et olei
afferemus sacerdotibus ad gazophy
lacium dei nostri:ꝛ decimam partem
terre nostre leuitis. Ipsi leuite deci-
mas accipient ex omnibus ciuitati-
bus operum nostroꝝ. Erit autē sacer
dos filius Aaron cum leuitis in deci
mis leuitarū:ꝛ leuite offerēt decimā
partē decime sue in domo dei nostri
ad gazophylacium in domo thesau-
ri. Ad gazophylaciū eni deportabunt
filij Israel ꝛ filij Leui primitias fru-
menti vini ꝛ olei:ꝛ ibi erunt vasa dn̄i
sanctificata:ꝛ sacerdotes:ꝛ cātores/
ꝛ ianitores:ꝛ ministri:ꝛ non dimitte
mus domum dei nostri.

¶ C.S. Decima pars populi tollitur
ad habitandum in Hierusalem:qui-
dam sponte se offerunt:nominantur
qui habitauerunt in Hierusalem ꝛ in
ciuitatibus Juda. Ca. xi.

Habitauerunt autem principes A
populi in Hierusalem. Reliqua
vero plebs misit sortem vt tolleret
vnam partem de decem qui habita-
turi essent in Hierusalē ciuitate san-
cta:nouē vo partes in ciuitatib⁹. Bn̄-
dixit autē popul⁹ oib⁹ viris q̄ se sponte
obtulerāt vt habitarēt in Hierusalē.
Hi sunt itaq̄ principes prouincie q̄ ha
bitauerūt in Hierusalē ꝛ in ciuitati-
bus Juda. Habitauit autē vnusq̄sq̄
in possessione sua:in vrbibus suis Is-
rael/sacerdotes/leuite/Nathinei/et
filij seruoꝝ Salomonis. Et in Hieru-
salē habitauerunt de filijs Juda:ꝛ de
filijs beniamin. De filijs iuda athaias
filius aziā:filij zacharie/filij amarie/
filij saphatie/filij malaleel. De filijs
phares maasia filius Baruch:filius
Colloza:filius azia:filius Adaia:fili⁹
Joiarib:filius zacharie:filius siloni-
tis. omnes hi filij Phares q̄ habitaue- B
runt in Hierusalē:quadringēti sexa-
ginta nouem viri fortes. Hi sunt au-
tem filij Beniamin:sellum filius mo-
sollam:filius Joed:filius Phadaia:
fili⁹ Colaia:filius Masia:fili⁹ etheel:
filius Isaia:ꝛ post eū Gebbai:Sellai
nongenti viginti octo:et Johel filius
zechri prepositus eorū:ꝛ Judas fili⁹
Senuua super ciuitatē secundus. Et

de sacerdotibus Idaia filius Ioarib:
Iachin: saraia filius helcie: filiꝰ Mo-
sollam: filius Sadoch: filiꝰ meraioth:
filius Achitob princeps domus dei:
et fratres eorū facientes opera tem-
pli: octingenti vigintiduo. Et Adaia
filius Ieroam: filius Phelleta: filius
Amzi: filius zacharie: filius phessur:
filius Melchie et fratres eius princi-
pes patrū: ducenti quadragintaduo.
Et Amassai filius Azrihel: filiꝰ aazi:
filius Mosollamoth: filius Emmer et
fratres eorum potentes nimis: cen-
tum vigintiocto: et prepositus eorum
C zabdihel filius potentium. Et de leui-
tis Semeia filius asob: filius azaricā
filius Asabia: filius boni et sabathai
et Iosabed: super oīa opera que erāt
forinsecus in domo dei a principibꝰ
leuitarū. Et mathania filius mi-cha:
filius zebedei filius Asaph princeps
ad laudandū et ad confitendū in ora
tione et becbecia secundus de fratri-
bus eius: et Abda filius sammuha: fi-
lius galal: filius Idithun. oēs leuite
in ciuitate sancta ducenti octogintaa-
quatuor. Et ianitores accub / telmon/
et fratres eorū qui custodiebant ostia
centum septuagintaduo. Et reliqui
ex Israel sacerdotes et leuite in vni-
uersis ciuitatibus Iuda vnusquisqꝫ
in possessione sua: et Nathinei qui ha
bitabant in Ophel et siaha et gaspha
de Nathineis. Et episcopus leuitarū
in Hierusalē: azzi filius bani / filiꝰ asa-
bie / filius mathanie / filiꝰ Miche. De
filiis Asaph cantores in ministerio
D domus dei. Preceptum quippe regis
sup eos erat: et ordo in cantoribꝰ per
dies singulos: et phathaia filius me-
sezebel de filiis zara filii Iuda in ma-
nu regis iuxta omne verbum populi:
et in domibꝰ p omnes regiones eorū.
De filiis Iuda habitauerunt in Ca-
riatharbe et in filiabꝰ eius: et in dibon
et in filiabꝰ eius: et in Cabseel et in vi-
culis eius: et in Iesue: et in molada: et
in bethphalet: et in asersual: et in ber-
sabee: et in filiabꝰ eiꝰ: et in Siceleg: et
in Mochona: et in filiabus eius: et in
Remmon: et in sara: et in Hierimuth /
zonoa / Odollam / et in villis earum:
lachis et in regionibus eius: azecha et
in filiabꝰ eius. Et manserunt in ber-
sabee vsqꝫ in vallem Hennom. Filii
autem Beniamin a geba / mechmas /
et hai / et Bethel / et filiabus eius ana-
thoth / Nob / anania / asor / Rama / ge-

thaim / hadid / seboim et neballat: lod
et ono valle artificum. Et de leuitis
portiones Iude et Beniamin.
CC.S. Recensentur sacerdotes et le
uite qui venerunt cum zorobabel: de-
dicatur murus ciuitatis: populo in
Hierusalem congregato recensen-
tur custodes thesaurorum ad oblatio
nem sanctorum. A

Capitulum .xii.

Hi sunt autem sacerdotes et le-
uite qui ascenderunt cum Zo-
robabel filio Salathiel: et Iosue / Sa-
raia / Hieremias / Esdras / Amaria /
Melluch / Attus / Sechenias / Reū /
merimuth: addo: genthon: abia: Mia-
min: madia: belga: semaia: et ioiarib:
Idaia: sellū. amoc: elchela: idaia: isti
principes sacerdotū et fratres eorū in
diebꝰ Iosue. Porro leuite / iesua / ben-
nui / cedmihel / sarabia: iuda / Matha-
nias super hymnos ipsi et fratres
eorum, et Becbecia atqꝫ Ethanni / et
fratres eorum vnusquisqꝫ in officio
suo. Iosue autem genuit Ioacim: et
Ioacim genuit heliasib / et heliasib ge-
nuit Ioiada / et Ioiada genuit Iona-
than / et Ionathā genuit Ieddoa. In
diebus autē Ioacim erāt sacerdotes
et principes familiarum / Saraia /
Maraia / Hieremia: Anania: Esdra:
Mesollam: Amaria: Iohanan: Mi-
licho / Ionathan / Sebenie / Ioseph /
Arem / Edna / maraioth / Elci / adaia /
Zacharia / Genthon / Mosollā / abie /
Zechri / Miamin / et Moadie / Phelti /
Belgi / sammua / Semaia / Ionathā /
Ioiarib / Mathanai / Iodaia / Azzi /
Sellai / Celai / Amoc / Heber / Elcie / B
Asebie / Idaie / Nathanahel / Leuite
in diebus Eliasib / et Ioiada / et Io-
hanan / et Ieddoa scripti principes
familiarum / et sacerdotes in regno
Darii Perse. Filii Leui principes fa-
miliarum: scripti in libro verborū die-
rum / et vsqꝫ ad dies Ionathā filii Elia
sib. Et principes leuitarum / Asebia /
Serebia / et Iesue filius Cedmihel / et
fratres eorum per vices suas: vt lau-
darent et confiterentur iuxta prece-
ptum Dauid viri dei: et obseruarent
eque per ordinem. Mathania / et bec-
becia / Obedia / mosollam / Thelmon /
Accub / custodes portarum / et vesti-
bulorum ante portas. Hi in diebus
Ioacim filii Iosue / filii Iosedec: et in
diebus Neemie ducis et Esdre sacer-
dotis scribeqꝫ. In dedicatione autē

muri Hierusalē requisierunt leuitas
de omnibus locis suis vt adducerent
eos in Hierusalē: ⁊ facerēt dedicatio
nē ⁊ leticiā in actione gratiarū ⁊ can
tico/ ⁊ in cymbalis/ psalterijs/ ⁊ cytha
ris. Congregati sunt autē filij canto-
rum de campestrib⁹ circa Hierusalē/
⁊ de villis Netuphati ⁊ de domo Gal-
gal ⁊ de regionib⁹ geba ⁊ azmaueth:
quoniā villas edificauerūt sibi canto
res in circuitu Hierusalem. Et mūda
ti sunt sacerdotes ⁊ leuite: ⁊ munda-
uerunt populum ⁊ portas ⁊ murum.
C Ascendere autē feci principes Iuda
super murū: et statui duos magnos
choros laudantiū. Et ierūt ad dexte-
ram sup murum ad portam sterquili
nij. Et iuit post eos Osaias et media
pars ꝑncipū Iuda ⁊ azarias/ esdras
et mosollā/ Iuda ⁊ bēiamin ⁊ semeia
et Hieremias. Et de filijs sacerdotū
in tubis zacharias filius Ionathan/
filius semeie/ filius mathanie/ filius
Michaie/ filius zechur/ filius Asaph
et fratres eius semeia ⁊ Azarel ma-
lalai/ galalai/ maai/ nathanael ⁊ Iu-
da ⁊ anani in vasis cātici Dauid viri
dei/ ⁊ Esdras scriba ante eos in por-
ta fontis. Et contra eos ascenderunt
in gradib⁹ ciuitatis Dauid in ascēsu
muri super domum Dauid ⁊ vsq₃ ad
portam aquarum ad orientē. Et cho-
rus secūdus gratias referentiū ibat
ex aduerso et ego post eum: et media
pars populi super murum ⁊ sup tur-
rim furnorū ⁊ vsq₃ ad murum latissi-
mū: ⁊ super portam Ephraim/ ⁊ sup
portā antiquā/ ⁊ super portā pisciū:
⁊ turrim ananehel/ ⁊ turrim emath/
⁊ vsq₃ ad portā gregis: ⁊ steterunt in
porta custodie. steteruntq₃ duo chori
laudantiū in domo dei/ ⁊ ego ⁊ dimi-
D dia pars magistratuum mecū. Et sa-
cerdotes eliacim/ maasia/ miniamin
michea/ elioenai/ zacharia/ Anania i
tubis: et maasia ⁊ semeia et eleazar ⁊
ozzi ⁊ Iohanan ⁊ melchia ⁊ Elam et
Ezer. Et clare cecinerunt cantores et
Iezraia prepositus: ⁊ immolauerunt
in die illa victimas magnas et letati
sunt: deus enim letificauerat eos le-
ticia magna. Sed et vxores eorū et li
beri gauisi sunt: et audita est leticia
Hierusalē procul. Recēsuerūt quoq₃
in die illa viros super gazophylacia
thesauri ad libamina ⁊ ad primitias
⁊ ad decimas vt introferrent per eos
principes ciuitatis in decore gratia-
rum actiones sacerdotes et leuitas:
quia letificatus est Iuda in sacerdo-
tibus et leuitis astantibus. Et custo-
dierunt obseruationē dei sui ⁊ obser-
uationē expiationis/ ⁊ cantores ⁊ ia-
nitores iuxta preceptū Dauid et Sa-
lomonis filij eius: q2 in dieb⁹ Dauid
⁊ Asaph ab exordio erant principes
constituti cantorū in carmine laudā-
tiū ⁊ cōfitentiū deo. Et omnis Israel
in diebus zorobabel ⁊ in diebus Nee
mie dabāt partes cātoribus ⁊ ianito-
ribus per dies singulos: ⁊ sanctifica-
bant leuitas/ ⁊ leuite sanctificabant
filios Aaron.

¶ C.S. Deuteronomiū legit: separa-
tur a Hierusalē alienigene: sacerdo-
tū partes ⁊ leuitarū ponunt in gazo-
phylaciū dom⁹ dñi: de vasis Tobie q̄
Esdras ꝓiecit extra gazophylaciū:
ministris tēpli reddunt partes de nō
faciēdo opus in sabbato. Cap. xiij.

IN die autē illo lectū est in vo- A
lumine Moysi audiēte popu- Deu. 23. d
lo. Et inuētum est scriptum in Nūe. 22.
eo ꝙ non debeant introire ammoni-
tes ⁊ moabites in ecclesiā dei vsq₃ in
eternū: eo ꝙ nō occurrerint filijs Is-
rael cum pane ⁊ aqua: ⁊ conduxerint
aduersum eos Balaam ad maledicē
dum eis: ⁊ conuertit deus noster ma
ledictionē in benedictionē. Factum
est autem cum audissent legē: separa
uerūt omnē alienigenā ab Israel: et
sup hoc erat Eliasib sacerdos qui fue
rat prepositus in gazophylacio do-
mus dei nostri ⁊ proxim⁹ Tobie. Fe-
cit ergo sibi gazophylaciū grande: et
ibi erant ante eū reponētes munera
⁊ thus ⁊ vasa/ ⁊ decimā frumenti vi-
ni ⁊ olei partes leuitarū ⁊ cantorum
et ianitoꝝ ⁊ primitias sacerdotales.
In oībus autem his nō fui in Hieru-
salem: q2 anno tricesimosecundo Ar-
taxerxis regis Babylonis veni ad re
gē. Et in fine dierū rogaui regē: ⁊ ve-
ni in Hierusalē. Et intellexi malū qđ
fecerat Eliasib Tobie vt faceret ei
thesaurū in vestibulis domus dei: et
malum mihi visum est valde. Et ꝓie- B
ci vasa domus Tobie foras de gazo-
phylacio: precepiq₃ et emūdauerunt
gazophylaciū. Et retuli ibi vasa do-
mus dei sacrificiū ⁊ thus. Et cogno-
ui ꝙ partes leuitarū non fuissent eis
date: ⁊ fugisset vnusquisq₃ in regionem
suam de leuitis ⁊ cantoribus ⁊ de his
qui ministrabāt: ⁊ egi causam aduer-

sum magistratꝰ ⁊ dixi. Quare dere-
liquimus domũ dei? Et congregaui
eos: ⁊ feci stare in stationibꝰ suis. Et
omnis iuda apportabat decimã fru-
menti vini ⁊ olei in horrea. Et cõsti-
tuimus super horrea selemiã sacer-
dotẽ ⁊ sadoc scribã ⁊ phadaiam de
leuitis ⁊ iuxta eos anan filium Zac-
chur filiũ mathanie: quia fideles cõ-
probati sunt ⁊ ipsis credite sunt par
tes fratrũ suorũ. Memento mei deꝰ
meꝰ pro hoc/ ⁊ ne deleas miseratiões
meas quas feci in domo dei mei: ⁊ in
ceremoniis eius. In diebus illis vi-
di in iuda calcãtes torcularia in sab-
bato portãtes aceruos et onerantes
super asinos vinũ ⁊ vuas et ficus et
omne onus: ⁊ inferẽtes in hierusalẽ
die sabbati. Et cõtestatꝰ sum eos vt
in die qua vendere liceret venderẽt.
Et tyrii habitauerũt in ea inferẽtes
pisces ⁊ oĩa venalia: ⁊ vendebãt in
sabbatis filiis iuda ⁊ hierusalem et
C obiurgaui optimates iuda et dixi
eis. Que est hec res mala quam vos
facitꝭ ⁊ prophanatis diem sabbati?
Nunquid nõ hec fecerũt patres no
stri: et adduxit deus noster sup nos
omẽ malũ hoc ⁊ super ciuitatẽ hãc?
Et vos additis iracundiã super Is-
rael violãdo sabbatũ. Factũ est au-
tem cũ quieuissent porte hierusalez
in die sabbati dixi: ⁊ clauserũt ianu-
as ⁊ precepi vt non aperirẽt eas vsq
post sabbatũ. Et de pueris meis con
stitui super portas vt nullus infer-
ret onus in die sabbati. Et mãserunt
negociatores ⁊ vendẽtes vniuersa
venalia foris hierusalẽ semel et bis:
⁊ contestatꝰ sum eos et dixi eis. Quare
manetis ex aduerso muri? Si secun
do hoc feceritis: manũ mittã in vos.
Itaq ex tẽpore illo non venerunt in
sabbato. Dixi quoq leuitis vt mun-
darentur et venirent ad custodien-
das portas et sanctificandã diẽ sab
D bati: ⁊ pro hoc ergo memento mei deꝰ
meus et parce mihi secundũ multi-
tudinem miserationũ tuarũ. Sed et
in diebus illis vidi iudeos ducẽtes
vxores Azotidas Ammonitidas et
Moabitidas. Et filii eorũ ex media
parte loquebantur azotice ⁊ nescie-
bant loqui iudaice et loquebant iu-
xta linguã populi et populi. Et obiur-
gaui eos ⁊ maledixi. Et cecidi ex eis
viros et decaluaui eos et adiuraui
in deo vt nõ darent filias suas filiis

eorũ: ⁊ non acciperẽt de filiabus eo-
rum filiis suis ⁊ sibimetipsis dicẽs.
Nunquid nõ in huiuscemodi pecca
uit salomõ rex israel? Et certe in gẽ- 3.re.3.b.
tibus multꝭ nõ erat rex similis ei: et
dilectus deo suo erat ⁊ posuit eũ deꝰ
regem super oẽm israel: ⁊ ipsum er- 3.re.11.a.
go duxerunt ad peccatum mulieres
alienigene. Nunquid ⁊ nos inobedi
entes faciemus omne malũ grande
hoc: vt preuaricemur in deo nostro
⁊ ducamus vxores peregrinas? De
filiis autem ioiada filii eliasib sacer
dotis magni gener erat sanaballat
horonitis quẽ fugaui a me. Recor-
dare dñe deus meus aduersum eos
qui polluunt sacerdotium: iusq sa-
cerdotale ⁊ leuiticũ. Igitur munda
ui eos ab oĩbus alienigenis: ⁊ cõsti-
tui ordines sacerdotũ et leuitarum:
vnũquẽq in ministerio suo: ⁊ in obla-
tione lignorum in temporibus con-
stitutis ⁊ in primitiis. Memẽto mei
deus meus in bonum. Amen.

¶ Finis secundi libri Esdre.

¶ Liber esdre tertius qui inter
apocripha ponitur.

¶ C.S. Quomodo iosias celebrans
pascha dedit populo oues et agnos
moritur iosias et constituitur iecho
nias filius eius pro eo quem amouit
rex egypti constituens fratrez eius
ioachim pro eo: de ioachim ⁊ transmi
gratiõe babylonis: de sedechia ⁊ de
structione hierusalẽ. Capitulum.i.

ET fecit iosias pascha A
in hierosolymis dño ⁊ 4.re.23.e
imolauit phase quar- 2.pa.35.a
tadecima luna primi
mensis statuens sacer
dotes per vices dierũ
stolis amictos in templo dñi: et di-
xit leuitis sacris seruis israel vt san
ctificarent se dño in positiõe sancte
arce dñi in domo quã edificauit Sa-
lomon filius dauid rex. Nõ erit vo-
bis tollere super humeros eã. Et nunc
deseruite dño vestro ⁊ curã agite gẽ
tis illius israel ex parte secundũ pa
gos ⁊ tribus vestras secundum scri
pturã dauid regis isrl' ⁊ secũdũ ma-
gnificentiam salomonis filii eiꝰ: oẽs
in templo ⁊ secundũ particulã prin-
cipatus paternã vestram eorum qui
stant in conspectu fratrũ filiorũ isrl'.
Immolate pascha ⁊ sacrificia para

de fratribus vestris ⁊ facite secūdū
preceptū dñi qđ datū est Moysi. Et
donauit iosias in plebē que inuenta
est / ouiū agnoꝝ ⁊ hedoꝝ ⁊ capraꝝ
triginta milia / vitulos tria milia. hec
de regalibus data sunt secundū pro
B missionem populo: et sacerdotibus
in pascha oues numero duo milia ac
vitulli centum. Et iechonias ⁊ semei-
as ⁊ nathanael fratres ⁊ asabias et
oziel ⁊ corabain phase oues quinqȝ
milia vitulos quingētos. Et hec cū
fierent eleganter steterūt sacerdotes
⁊ leuite habentes azyma ꝑ tribus.
Et secūdū partes principat⁹ patrū
in cōspectu populi offerebāt dño se-
cundū ea que in libro moysi scripta
sunt: ⁊ assauerunt phase igni prout
oportebat: ⁊ hostias coxerūt i eneo-
lis et in ollis cū beneuolētia: ⁊ attu-
lerunt omnibus qui erant ex plebe: et
post hec parauerūt sibi ⁊ sacerdoti-
bus. Sacerdotes enī offerebant adi-
pes vsqȝ dū finita esset hora: et leui-
te parauerūt sibi et fratrib⁹ suis fi-
liis aaron. Et sacrificatores filii a-
saph erant per ordinē secundū pre-
ceptum dauid: ⁊ asaph et zacharias
⁊ ieddin⁹ qui erat a rege. Et ostia-
rii per singulas ianuas ita vt nō p̄-
uaricaretur vnusq̄sqȝ suam: fratres
enī illorū parauerūt illis. Et cōsum-
mata sunt q̄ pertinebant ad sacrifi-
C ciū dñi. In illa die egerūt phase ⁊ of-
ferebant hostias sup̄ dñi sacrificiū
secundū preceptū regis iosie. Et ege-
runt filii israel qui inuenti sunt in tē-
pore illo phase: ⁊ diē festū azymoꝝ
per dies septē: ⁊ non est celebratum
phase tale in israel a tēporib⁹ samu-
el prophete: ⁊ oēs reges israel nō ce-
lebrauerūt tale pascha quale egit io-
sias et sacerdotes et leuite ⁊ iudei et
omnis israel qui inuenti sunt in cō-
moratione hierosolymis. Octauode-
cimo anno regnāte Josia celebratū
est phase. Et directa sūt opera iosie
in conspectu dñi sui in corde pleno
timoris: ⁊ que circa illū quidē cō-
scripta sunt in pristinis tēporib⁹ de
eis qui peccauerūt quiqȝ irreligiosi
fuerunt in dominū pre omni gente
⁊ qui non quesierūt verba dñi super
4.re.23. israel. Et post omnē actū hunc iosie
2.pa.35. ascēdit pharao rex Egypti veniens
c. in charcamis ab itinere sup̄ euphra-
ten: ⁊ exiit obuiā illi Josias. Et mi-
sit rex egypti ad iosiā dicens. Quid
mihi ⁊ tibi est rex iude? Nō sū missus
sus a dño vt pugnem cōtra te: super
euphraten enim bellū meū est festi-
nans descēde. Et nō est reuersus io- D
sias super currū: sed expugnare eū
conabat non attendens verbū pro-
phete ex ore dñi: sed cōstituit ad eū
belluū in campo mageddo. Et descen-
derunt principes ad regem iosiam.
Et dixit rex pueris suis. Amouete
me a prelio: infirmatus sum enī val-
de. Et statim amouerūt eū pueri ip-
sius de acie. Et ascēdit super currū
secundarium suū: ⁊ perueniens hie-
rosolymā vita functus est et sepul-
tus est i paterno sepulchro. Et in to-
ta iudea luxerunt iosiam: et qui pre-
sidebāt cū vxoribus lamentabāt eū
vsqȝ in hunc diem. Et datum est hoc
fieri semper in omne gen⁹ israel. Hec
autem prescripta sunt in libro histo-
riarum regum iude: ⁊ singula gesta
actus iosie ⁊ eius gloria ⁊ intellect⁹
eius in lege dñi: queqȝ gesta sunt ab
eo et que nō scripta sunt in libro re-
gum israel ⁊ iude. Et assumentes q̄ E
erant ex gēte iechoniā filiū iosie cō-
stituerūt regē ꝓ Josia patre suo cū
esset annoꝝ triginta triū. Et regna-
uit super Israel mensibus trib⁹. Et
amouit eū rex egypti ne regnaret in
hierosolymis: ⁊ mulctauit gentē ar-
genti talenta centum et auri talentū
vnū. Et cōstituit rex egypti ioacim
fratrē ipsius regem iude et hierusa-
lem: ⁊ alligauit magistrat⁹ Joacim
⁊ zaracelem fratrē suū ⁊ apprehen-
dens reduxit in egyptū. Annorum
erat ioacim vigintiquinqȝ cū regna-
re cepisset in terra iuda ⁊ hierusalē:
⁊ fecit malū in conspectu dñi. Post
hunc autē ascendit Nabuchodono-
sor rex Babylonis et alligans eū in
ereo vinculo perduxit in Babyloni-
am: ⁊ sacra vasa domini accepit na-
buchodonosor et tulit et consecrauit
in templo suo i babylonia. Nā de im-
mūdicia illi⁹ et irreligiositate scri-
ptū est i libro tēpoꝝ regū. Et regna- F
uit ioachin fili⁹ eius pro eo. Cū autē
cōstitutus esset rex erat annoꝝ de-
cē ⁊ octo. Regnauit autē mēses tres
⁊ dies decē in hierusalē: ⁊ fecit malū
in cōspectu dñi et post annū misit
nabuchodonosor transmigrauit eū
in babyloniā simul cum sacris vasis
dñi. Et cōstituit sedechiā regē iuda
⁊ hierusalē cū esset annoꝝ viginti

vnus. Regnauit autem annis vnde-
cim. Et fecit malum in conspectu do
mini ꝛ non est veritus a verbis q̄ di
hier.38. cta sunt ab hieremia ꝓpheta ex ore
dn̄i: ꝛ adiuratus a rege nabuchodo-
nosor peruirans discessit: et indura-
ta ceruice sua et corde suo transgres
sus est legitima dn̄i dei israel. Et du-
ces populi dn̄i multa inique gesserūt
et impie egerūt super oēs immundi
tias gentiū: et polluerūt templū dn̄i
quod sanctū erat i hierosolymis. Et
misit deus patrū ipsorum per ange-
lū suū reuocare eos propter qd par-
ceret illis ꝛ tabernaculo suo. Ipsi ve
ro subsannabāt in angelis suis: et q̄
B die locutus est dn̄s erant illudentes
prophetis eius. Qui vsq ad iracun
diam cōcitatus est super gentē suaz
propter irreligiositatem suā ꝛ prece
pit ascēdere reges chaldeorū. Hi oc
ciderūt iuuenes eorum in gladio in
circuitu sancti templi eoꝝ et nō pe-
percerūt iuueni ꝛ seni ꝛ virgini ꝛ ado
lescenti: sed omnes traditi sunt in ma
nus ipsorum ꝛ oia sacra vasa dn̄i/ et
regales apothecas resumentes tule
runt in babyloniam: et incenderunt
domū dn̄i ꝛ demolierunt muros hie-
rusalē: ꝛ turres eiꝰ incēderunt igne
et consummauerunt oia honorifica
eius ꝛ ad nihilum redegerunt ꝛ reli
quos a gladio duxerūt in babylonē.
Et erant serui illius vsq dū regna-
rent Perse i repletione verbi dn̄i in
hie.25.c. ore Hieremie quousq benigne age-
et.29.c. ret terra sabbata sua oī tpe desertio
nis sue sabbatizauit in applicatione
annorum septuaginta septem.

¶ C.S. Cyrus dat licentiam iudeis vt redeant in hierl'm dās etiā eis va sa tēpli: mittit artaxerxi epistola accusans iudeos ne redificent ciuitatem: intermittit edificatio vsq ad secundum annum darii. Capitulū.ij.

A
1.esd.1.a. Regnante cyro rege Persarū
in ꝯsummatione verbi dn̄i in
ore Hieremie suscitauit dn̄s
spiritum Cyri regis Persarū ꝛ pre-
dicauit in toto regno suo simul per
scripturā dicēs. Hec dicit cyrus rex
persarū. Me cōstituit regē orbi ter-
rarū dn̄s israel dn̄s excelsus ꝛ signi-
ficauit mihi edificare domuz sibi in
hierusalem que est in iudea. Si quis
est ex genere vestro dominus ipsius
ascendat cū eo in Hierusalē. Quot-
quot ergo circa loca habitant adiu-
uent eos qui sunt in loco ipso in au-
ro et argēto in dationibus cū equis
et iumētis: cūq aliis que secūdū vo
ta apponunt in edē dn̄i que est i hie
rusalē. Et stātes principes tribuum
pagorū et iudee ex tribu Beniamin
ꝛ sacerdotes ꝛ leuite quos excitauit
dn̄s ascendere et edificare domū do
mini q̄ est in hierusalē ꝛ qui erant in
circuitu eorū adiuuerunt in omni au-
ro ꝛ argento eius et iumētis ꝛ votis
q̄ pluribus: multi quorum sensus ex-
citatus est. Et cyrus rex protulit va- B
sa sacra dn̄i que transtulit nabucho-
donosor rex babylonis ex hierusalē:
et consecrauit ea idolo suo: et profe-
rens ea Cyrus rex Persarum tradi
dit mithridato q̄ erat super thesau-
ros ipsius. Per hunc autem tradita
sunt salmanasaro presidi iudee. Nu
rū autē hic nūerꝰ. Libatoria argen-
tea duo milia quadrigēta/ athisce ar
gētee triginta/ phiale auree trigīta/
itē argētee duo milia quadrigēte/ et
alia vasa mille: oia autē vasa aurea
et argētea q̄nq milia octigēta sexa-
gīta. Et enūerata sūt salmanasaro
simul cū his q̄ ex captiuitate Baby-
lonie venerāt in hierosolymā. In ar 1.es.4.a.
taxerxis autē regis persarū tēpibus
scripserūt ei de his q̄ inhabitabāt in
iudea et hierusalē balsamꝰ ꝛ mithri-
datꝰ ꝛ sebelliꝰ ꝛ rathimꝰ balthemus
sameliꝰ scriba ꝛ reliq̄ inhabitātes in
samaria ꝛ ceteris locis subiectā epi C
stolā regi artaxerxi. Dn̄e pueri tui
rathimus ab accidētibꝰ ꝛ sabellius
scriba et reliq̄ curie tue iudices i ce-
lesyria ꝛ phenice. Et nūc notū sit do
mino regi qm̄ iudei q̄ ascenderunt a
vobis ad nos veniētes in hierusalē
ciuitatē refugā et pessimā/ edificant
furnos eius ꝛ statuūt muros ꝛ tem-
plum suscitant. Qd si ciuitas ista et
muri cōsummati fuerint: non tāntū
tributa nō sustinebunt pendere/ sed
etiā regibus resistēt. Et qr id agitur
circa templū recte haberi arbitrati
sumꝰ nō despicere hoc ipsum: sed no
tum facere domino regi vt si videbi
tur regi queratur in libris patrum
suorum ꝛ inuenies in admonitioni-
bus scripta de his: et scies quoniam
ciuitas fuit refuga ꝛ reges ꝛ ciuita-
tes cōcutiēs ꝛ iudei refuge et prelia
cōmittentes in ea ab eterno: ob quā D
causam ciuitas ista deserta est. Nūc
ergo notum facimus domine rex/

quoniã si ciuitas hec edificata fue-
rit ⁊ huius muri erecti fuerint desceñ
sus tibi nõ erit in celesyriã ⁊ phenis
cẽ. Tunc scripsit rex rathimo q̃ scri-
bebat accidẽtia ⁊ balthemo ⁊ sabel-
lio scribe ⁊ ceteris cõstitutis ⁊ inha-
bitantib⁹ in Syria ⁊ phenice ea que
subiecta sunt. Legi epistolã quã mi-
sistis mihi. Precepi ergo inquiri ⁊ in-
uentũ est quoniã ciuitas illa est ab
euo regibus resistens et hoies refu-
ge ⁊ bella in ea efficiẽtes ⁊ reges for-
tissimi erãt in hierusalẽ dominãtes
et tributa exigentes celesyria ⁊ phe
nice. Nũc ergo p̃cepi ꝓhibere hoies
illos edificare ciuitatem ⁊ prohibe-
re ne quid vltra hec fiat sed nec pro
cedant in plurimũ ex quo sunt mali
tie: ita vt regibus molestia inferre-
tur. Tũc recitatis his que a rege ar-
taxerxe scripta fuerant rathimus/⁊
sabellius scriba et qui cũ his ꝯstitu-
ti erant iungentes festinanter vene
runt in hierusalẽ cũ equitatu ⁊ tur-
ba et agmine: ceperũtq̃ edificantes
prohibere ⁊ vacabãt ab edificatione
templi in hierusalem vsq̃ secũdo an
no regni darij regis Persarum.

¶ Ca. S. De dario rege persarũ q̃ fe-
cit cenã magnã: de trib⁹ custodienti
bus corp⁹ regis: de fortitudie cõtẽdẽ
tib⁹ primus hoiũ sua ꝓponit. Cap. iii.

A R Et Darius fecit cenã magnã
oibus vernaculis suis ⁊ omni-
bus magistratibus Medie ⁊
Persidis ⁊ oibus purpuratis ⁊ pre-
toribus ⁊ cõsulibus/ ⁊ prefectis sub
illo ab india vsq̃ ethiopiã centũ vi-
gintiseptẽ prouinciis. Et cũ mandu
cassent ⁊ bibissent et saturati reuerte-
rentur: tunc darius rex ascẽdit in cu
biculo suo et dormiuit ⁊ expergefa-
ctus est. Tunc illi tres iuuenes cor-
poris custodes: qui custodiebãt cor-
B pus regis dixerũt alter alteri. Dica
mus vnusquisq̃ nr̃z sermonẽ q̃ precel
lat: ⁊ cuiuscũq̃ apparuerit sermo sa
pientior alterius dabit illi rex darius
dona magna purpura cooperiri ⁊ in
auro bibere ⁊ super aurũ dormire ⁊
currũ aureofreno et cydarim byssi-
nam ⁊ torquẽ circa collũ: ⁊ secundo
loco sedebit a Dario propter sapien
vidi in monte sion turbã magnã quã
numerare nõ potui:⁊ oẽs cãticis col-
laudabãt dñm. Et in medio eorũ erat
iuuenis statura celsus eminẽtior o-
bus illis ⁊ singulis eorum capitibus
imponebat coronas et magis exalta
batur. Ego autem miraculo tenebar.
Tũc interrogaui angelũ/ ⁊ dixi. Qui
sunt hi dñe? Qui respondẽs/dixit mi
hi. Hi sunt qui mortalẽ tunicam depo
suerũt:⁊ immortalẽ sumpserũt ⁊ con
fessi sunt nomen dei. Modo coronan
tur:⁊ accipiũt palmas. Et dixi ange-
Apoc.1.c. lo. Ille iuuenis q̃s est q̃ eis coronas
imponit:⁊ palmas in manus tradit?
Et respondens dixit mihi. Ipse est fi-
lius dei quẽ in seculo cõfessi sunt:ego
autẽ magnificare eos cepi q̃ fortiter
ꝓ nomine dñi steterunt. Tunc dixit
mihi angelus. Uade annuncia popu
lo meo:qualia ⁊ quanta mirabilia do
mini dei vidisti. Cap.iii.
A Anno tricesimo ruine ciuitatis
eram in Babylone: et contur-
batus sum super cubiculo meo recũ-
bens et cogitationes mee ascende-
bant super cor meum:quoniã vidi de-
sertionẽ sion ⁊ abundãtiam eorũ qui
habitabant in Babylone: ⁊ ventilat⁹
est spiritus meus valde:⁊ cepi loqui
ad altissimũ verba timorata/et dixi.
O dñator dñe tu dixisti ab initio qñ
plantasti terrã ⁊ hoc solus etimpera
sti populo:et dedisti Adã corp⁹ mor-
tuum:sed ⁊ ipsum figmentũ manuũ
tuarũ erat:⁊ insufflasti in eum spiri-
tum vite/et factus est viuens coram
te/⁊ induxisti eum in paradiso quem
plantauerat dextera tua anteq̃ ter-
ra aduentaret. Et huic mandasti dili
gere viam tuã ⁊ preteriuit eam:⁊ sta
tim instituisti in eo mortem et in na-
tionibus eius:et nate sunt gentes et
tribus et populi et cognationes qua-
rum non est numerus. Et ambulauit
vnaqueq̃ gens in voluntate sua: et B
mira agebant coram te ⁊ spernebant
precepta tua. Iterũ autẽ in tempore
induxisti diluuiũ super inhabitãtes
seculum ⁊ perdidisti eos. Et factũ est
in vnoquoq̃ eorũ sicut Ade mori sic
his diluuiũ. Dereliquisti autẽ vnum
ex his Noe cũ domo sua:⁊ ex eo iusti
oẽs. Et factũ est cũ cepissent multi-
plicari qui habitabant super terram:
et multiplicauerãt filios et populos
et gentes multas:⁊ ceperunt iterato
impietatẽ facere plus q̃ priores. Et
factũ est cum iniquitatẽ facerent co-
ram te elegisti tibi virũ ex his cui no-
mẽ erat Abraam. Et dilexisti eũ ⁊ de-
monstrasti ei soli voluntatem tuam:
et disposuisti ei testamentũ eternũ/⁊
dixisti ei vt non vnq̃ derelinqueres
semẽ ei⁹. Et dedisti ei Isaac:⁊ Isaac
dedisti Jacob ⁊ Esau. Et segregasti ti
bi Jacob/Esau autẽ separasti. Et fa-
ct⁹ est Jacob in multitudine magna.
Et factũ est cum educeres semẽ eius
ex Egypto:adduxisti super montem C
Sina. Et inclinasti celos et statuisti
terram ⁊ cõmouisti orbem:et treme-
re fecisti abyssos ⁊ conturbasti secu-
lum ⁊ transiit gloria tua portas qua-
tuor ignis:⁊ terremotus et spirit⁹ et
gelu vt dares semini Jacob legem et
generationi Israel diligẽtiam. Et nõ
abstulisti ab eis cor malignum vt fa-
ceret lex tua in eis fructũ. Cor enim
malignũ baiulãs prim⁹ Adam trans-
gressus ⁊ vict⁹ est: sed ⁊ omnes q̃ de
eo nati sunt. Et facta est permanens
infirmitas ⁊ lex cum corde populi cũ
malignitate radicis:⁊ discessit q̃ bo-
num est ⁊ mãsit malignũ. Et transie-
runt tempora ⁊ finiti sunt anni:⁊ su-
scitasti tibi seruũ nomine Dauid ⁊ di
xisti ei edificare ciuitatem nominis
tui ⁊ offerre tibi in eadẽ thus ⁊ obla-
tiones. Et factũ est hoc annis multis/
et dereliquerunt qui habitabant ciui-
tatem in omnib⁹ facientes sicut fecit
Adam ⁊ omnes generationes ei⁹. vte-
bantur enim ⁊ ipsi corde maligno. Et
tradidisti ciuitatẽ tuam in manibus D
inimicorum tuorum. Nunquid melio-
ra faciunt qui habitãt Babylonem?

Et propter hoc dominabitur sion. Factum est cū venissem huc ⁊ vidissem impietates quarū non est numerus: ⁊ delinquētes multos vidit aīa mea hoc tricesimo anno ⁊ excessit cor meū quoniā vidi quomodo sustines eos peccantes et pepercisti impie agentibus et perdidisti populum tuum et conseruasti inimicos tuos et non significasti. Nihil memini quomodo debeat dereliqui via hec. Nunquid meliora facit babylon q̄ sion? aut alia gens cognouit te preter Israel? Aut que tribus crediderunt testamentis tuis sicut iacob? Quarū merces non comparuit neq̧ labor fructificauit. Pertransiens enī pertransiui in gentibus ⁊ vidi abundātes eas et non memorantes mandatorum tuorū. Nūc ergo pondera in statera nostras iniquitates ⁊ eorum qui habitant in seculo: ⁊ nō inuenietur nomen tuum nisi in israel. Aut quando non peccauerūt in conspectu tuo qui habitant terram? aut q̄ gens sic obseruauit mandata tua? Hos quidem per nomina inuenies seruasse mandata tua: gentes autē non inuenies. Capitulum.iiii.

A Et respondit ad me angelus q̄ missus est ad me cui nomē Uriel ⁊ dixit mihi. Excedēs excessit cor tuum in seculo hoc ⁊ comprehendere cogitas viam altissimi. Et dixi. Ita dn̄e meus. Et respondit mihi et dixit. Tres vias missus sum ostendere tibi ⁊ tres similitudines proponere coram te: de quibus mihi si renunciaueris vnam ex his ⁊ ego tibi demonstrabo viam quam desideras videre ⁊ docebo te vnde sit cor malignum. Et dixi. Loquere dn̄e meus. Et dixit ad me. Uade pondera mihi ignis pondus aut mensura mihi flatū venti aut reuoca mihi diem que preterijt. Et respondi et dixi. Quis natorū poterit facere: vt me interroges de his? Et dixit ad me. Si essem interrogans et dicens. Quante habitationes sunt in corde maris aut quāte vene sunt in principio abyssi: aut quāte vene sunt super firmamētū aut qui sunt exitus paradisi: diceres mihi fortassis. In abyssum non descēdi neq̧ in infernū adhuc neq̧ in celum vnq̄ ascēdi: nunc autē non interrogaui te nisi de igne ⁊ vento ⁊ die per quē transisti et a quibus separari non potes: et non respōdisti mihi de eis. Et dixit mihi. Tu q̄ tua sunt tecū condolescētia nō potes cognoscere: ⁊ quomō poterit vas tuū capere altissimi viam et iam exteri⁹ corrupto seculo intelligere corruptionem euidentem in facie mea? Et dixi illi. Melius erat nos nō eē q̄ adhuc viuentes viuere in impietatib⁹ et pati et non intelligere de qua re. Et respondit ad me et dixit. Proficiscens profectus sum ad syluā lignorum campi et cogitauerunt cogitationem et dixerunt. Uenite et eamus ⁊ faciamus ad mare bellū vt recedat corā nobis et faciamus nobis alias syluas. Et similiter fluctus maris et ipsi cogitauerūt cogitationem et dixerunt. Uenite ascendentes debellemus syluas campi vt et ibi cōsumemus nobismetipsis aliam regionē. B Et factus est cogitat⁹ sylue i vanū: venit enim ignis: ⁊ cōsumpsit eam. Similiter ⁊ cogitatus fluctuū maris: stetit eī arena et prohibuit eos. Si enī esses iudex horum quē inciperes iustificare aut quem condemnares? Et respondi ⁊ dixi. Utriq̧ vanā cogitationē cogitauerūt. Terra enī data est sylue et mari locus portare fluctus suos. Et respondit ad me et dixit. Bene tu iudicasti: et quare nō iudicasti tibimetipsi? Quēadmodū enim terra sylue data est ⁊ mare fluctibus suis: sic qui super terram inhabitāt que sunt super terrā intelligere solūmodo possunt: ⁊ qui super celos que sup altitudinem celorum. Et respondi: ⁊ dixi. Deprecor te dn̄e vt mihi detur sensus intelligēdi: nō enim volui interrogare de superioribus tuis sed de his que pertranseūt per nos quotidie: propter quid israel datus in opprobriū gentibus quem dilexisti populū datus est tribubus impijs: ⁊ lex patrū nostrorum in interitum deducta est ⁊ dispositiones scripte nusq̄ sunt: et pertransiuim⁹ de seculo vt locuste ⁊ vita nostra stupor ⁊ pauor ⁊ nec digni sumus misericordiā consequi. Sed q̄d faciet nomini suo qd̄ inuocatum est sup nos? C Et de his interrogaui. Et respondit ad me: ⁊ dixit. Si fueris plurimum scrutat⁹ frequenter miraberis: quoniā festinās festinat seculū pertrāsire et nō capit portare que i futuris tēporib⁹ iustis repromissa sunt: quīa

plenū iniusticia est seculū hoc ⁊ infir-
mitatibꝰ. De quibꝰ autē interrogas
dicā. Seminatū enī est malū ⁊ nec-
dū venit destructio ipsius. Si ergo
nō inuersum fuerit qđ seminatū est
⁊ discesserit locus vbi seminatū est
malū: nō veniet vbi seminatū est bo
nū. Quoniā granū seminis mali seminatū
est i corde adā ab initio: ⁊ quātū īpie-
tatis generauit vsq; nūc ⁊ generat vsq;
cū veniat area? Estima autē apud te
granū mali seminis quantū fructū
impietatis generauit: quādo secate
fuerint spice quarū nō est numerus
q̄ magnā aream incipiēt facere? Et
respōdi ⁊ dixi. Quomodo ⁊ qñ hec?
Quare modici et mali anni nostri?
Et respōdit ad me: ⁊ dixit mihi. Nō
festines tu super altissimū. Tu enim
festinas inaniter esse super ipsum.
nam excessus tuus multus. Nonne
de his interrogauerunt aīe iustorum
in promptuariis suis dicētes. Usq;
quo spero sic: et quando veniet fru-
ctus aree mercedis nr̄e? Et respōdit
ad eas hieremiel archāgelus et dixit.
Quādo īpletus fuerit numerus se-
minū in vobis quoniā in statera pō-
derauit seculum ⁊ mēsura mensura
uit tempora ⁊ nūero numerauit tē-
pora ⁊ nō cōmouit: nec excitauit vs-
q; dū impleat̄ p̄dicta mēsura? Et re-
D spōdi ⁊ dixi. O dñator dñe: sed ⁊ nos
omēs pleni sumus impietate. Et ne
forte propter nos non impleant̄ iu-
storū aree: propter peccata inhabi-
tantiū super terram. Et respōdit ad
me: ⁊ dixit. Uade ⁊ interroga pregnā
tem si quādo impleuerit nouē men-
ses suos adhuc poterit matrix eius
retinere partum in semetipsa? Et di
xi. Non potest dñe. Et dixit ad me.
In inferno promptuaria animarum
matrici assimilata sunt. Quēadmo-
dū enim illa festinat que parit effu-
gere necessitatē partus: sic et hec fe
stinat reddere ea que commendata
sunt. Ab initio tibi demonstrabit̄ de
his que cōcupiscis videre. Et respō-
di et dixi. Si inueni gratiā ante ocu-
los tuos ⁊ si possibile est ⁊ si idoneꝰ
sum demōstra mihi si plus q̄ preter-
itū sit habet venire: aut plura ptrans
ierit̄ supra q̄ futurū est. Quid per-
trāsiuit scio: quid autem futurum sit
ignoro. Et dixit ad me. Sta super de
xterā partē: ⁊ demōstrabo tibi inter-
pretationē similitudinis. Et steti et

vidi: ⁊ ecce fornax ardens trāsiit co-
ram me: ⁊ factū est cū transiret flā-
ma vidi ⁊ ecce superauit fumꝰ. Post
hec trāsiit corā me nubes plena aq̄-
⁊ inmisit pluuiā impetu multā. et cum
transisset impetus pluuie superaue-
runt in ea gutte. Et dixit ad me. Co-
gita tibi sicut crescit pluuia ampliꝰ
q̄ gutte et ignis q̄ fumus: sic super-
abundauit q̄ trāsiuit mensura. Su-
perauerunt autē gutte ⁊ fumꝰ ⁊ ora
ui ⁊ dixi. Putas viuo vsq; in diebus
illis? vel quid erit in diebꝰ illis? Re-
spōdit ad me: ⁊ dixit. De signis de q̄
bus me interrogas ex parte possum
tibi dicere: de vita autē tua nō sū mis-
sus dicere tibi, sed nescio. Capm. v.
DE signis autē: ecce dies venient A
in quibus apprehendentur qui
inhabitant terram in censu multo: ⁊
abscondetur veritatis via: ⁊ sterilis
erit a fide regio: et multiplicabitur
iniusticia super hanc quā ipse tu vi-
des ⁊ super quā audisti olim: et erit
imposito vestigio quam nūc vides
regnare regionem ⁊ videbunt eam
desertam. Si autē tibi dederit altissi-
mus viuere videbis post tertiam tu-
bā et relucescet subito sol noctu ⁊ lu-
na ter in die ⁊ de ligno sanguis stil-
labit et lapis dabit vocem suā ⁊ po-
puli commouebunt̄: ⁊ regnabit quē
non sperāt qui inhabitant super ter
ram ⁊ volatilia cōmigrationem fa-
cient: ⁊ mare sodomiticū pisces reii-
ciet ⁊ dabit vocē noctu quā non no-
uerāt multi. omēs autē audient vo-
cē eius et chaos fiet per loca multa
⁊ ignis frequenter remittet̄ ⁊ bestie
agrestes trāsmigrabunt ⁊ mulieres
mēstruate parient monstra ⁊ in dul
cibus aquis salse inuenient̄ ⁊ amici
oēs semetipsos expugnabūt: et abs-
condetur tūc sensus ⁊ intellectus se
parabitur in promptuariū suū: ⁊ q̄-
retur a multis et nō inuenietur: ⁊ mul
tiplicabitur iniusticia et incōtinētia
sup terrā. Et interrogabit regio pro
ximā suam et dicet. Nunquid per te p-
trāsiit iusticia iustū faciens? Et hoc
negabit. Et erit i illo tēpore ⁊ sperā-
būt homines et nō impetrabunt: la-
borabunt ⁊ non dirigent̄ vie eorum.
Hec signa dicere tibi permissum est
mihi: et si oraueris iterum ⁊ ploraue
ris, sicut et nūc et ieiunaueris septē
diebus audies iterato horū maiora.
Et euigilaui ⁊ corpus meum horruit B

valde: ⁊ anima mea laborauit vt de-
ficeret: et tenuit me qui venit angelus
qui loquebatur in me et confortauit
me: et statuit me super pedes. Et fa-
ctū est i nocte secūda ⁊ venit ad me
Salathiel dux populi et dixit mihi.
Ubi eras? ⁊ quare vultus tuus tri-
stis? An nescis: qm̄ tibi creditus est
israel in regiōe transmigratiōis eo-
rū? Exurge ergo et gusta panē ⁊ nō
d. relinquas nos sicut pastor gregē
suum in manib⁹ luporū malignorū.
Et dixi ei. Uade a me: et non appro-
pies ad me. Et audiuit vt dixi: et re-
cessit a me: et ego ieiunaui diebus se-
ptē vlulās ⁊ plorans sicut mihi mā-
dauit Uriel angelus. Et factum est
post dies septem: et iterū cogitatio-
nes cordis mei moleste erant mihi
valde et resumpsit anima mea spiri-
tum intellectus: ⁊ iterū cepi loqui co-
ram altissimo sermones: et dixi. Do
minator dñe ex oīni sylua terre ⁊ o-
bus arboribus eius elegisti vineam
vnicā: ⁊ ex oī terra orbis elegisti ti-
bi foueā vnam: ⁊ ex oībus floribus
orbis elegisti tibi liliū vnū: ⁊ ex oī-
bus abyssis maris replesti tibi riuū
vnū: ⁊ ex omnib⁹ edificatis ciuitati-
bus sanctificasti tibimetipsi Sion ⁊
ex oībus creatis volatilib⁹ nomina-
sti tibi columbam vnā: et ex oībus
plasmatis pecoribus prouidisti tibi
ouem vnā: ⁊ ex omnibus multiplica-
tis populis acquisiuisti tibi populū
vnum: ⁊ ab omnib⁹ probatam legē
donasti huic quem desiderasti popu
C lo. Et nunc dñe: vt quid tradidisti v-
num pluribus? Et preparasti super
vnā radicē alias ⁊ disperdidisti vni
cū tuū in multis: ⁊ cōculcauerūt eū
qui cōtradicebāt sponsionibus tuis:
quiq₃ tuis testamentis nō credebāt.
Et si odiens odisti populū tuū: tuis
manib⁹ debet castigari. Et factū est
cū locut⁹ essem sermōes ⁊ missus est
angel⁹ ad me q̄ ante venerat ad me
preterita nocte: ⁊ dixit mihi. Audi me
et instruā te: ⁊ intēde mihi ⁊ adijciā
corā te. Et dixi. Loq̄re dñe meus. Et
dixit ad me. Ualde tu in excessu mē-
tis factus es pro israel: an plus dile-
xisti eū q̄ qui eū fecit? Et dixi ad eū.
Nō dñe: sed dolens locut⁹ sum. Tor-
quēt enī me renes mei p oēm horā:
querentē apprehēdere semitā altissi-
mi: ⁊ inuestigare partē iudicij eius.
Et dixit ad me. Non potes. Et dixi.

Quare dñe? Ad quid nascebar aut
quare nō fiebat matrix matris mee
mihi sepulchrū vt nō viderē laborē
Jacob: ⁊ defatigationē gñis isrl? Et
dixit ad me. Numera mihi q̄ necdū ve-
nerunt/et collige mihi dispersas gut-
tas ⁊ reuirida mihi aridos flores et
aperi mihi clausa promptuaria ⁊ pro-
duc mihi inclusos in eis flat⁹: demō-
stra mihi vocis imaginē: ⁊ tūc osten
dā tibi laborē quē rogas videre. Et
dixi. Dñator dñe/ q̄s eni est qui pot
hec scire nisi q̄ cū hominib⁹ habita-
tionē nō habet? Ego autē insipiens
et quomō potero dicere de his q̄bus
me interrogasti? Et dixit ad me. Quo
D modo nō potes facere vnū de his q̄
dicta sunt. sic nō poteris inuenire iu-
diciū meū: aut i fine charitatē quā
pplo promisi. Et dixi. Sed ecce dñe tu
prope es his q̄ in finē sunt: ⁊ q̄d facient
q̄ añ me fuerūt aut nos aut hi q̄ post
nos? Et dixit ad me. Corone assimi-
labo iudiciū meū. Sicut nō nouissi-
morū tarditas: sic nec priorū veloci-
tas. Et rñdi: ⁊ dixi. Nec poteras fa-
cere eos q̄ facti sunt: ⁊ q̄ sunt ⁊ q̄ fu-
turi sunt in vnū: vt celerius iudiciū
tuū ostēdas? Et rñdit ad me ⁊ dixit.
Nō pōt festinare creatura sup crea
torē: nec sustinere seculū eos q̄ in eo
creādi sunt in vnū. Et dixi. Quomo
do dixisti seruo tuo qm̄ viuificās vi-
uificasti a te creatā creaturā in vnū
et sustinebat creatura: poterit ⁊ nūc
portare pñtes i vnū. Et dixit ad me.
Interroga matricē mulieris: et dices
ad eam. Et si paris q̄re p tpa? Roga
ergo eā: vt det decē in vnum. Et dixi.
Non vtiq₃ poterit: sed scdm tpa. Et
dixit ad me. Et ego dedi matricē ter-
re his q̄ seminati sunt sup eā p tpa.
Quēadmodū eñi īfans nō parit ea
q̄ senū sūt: sic ego disposui a me crea
tū seculū. Et interrogaui: et dixi. Cū
iā dederis mihi viā loq̄r corā te: nā
mat̄ nr̄a de q̄ dixisti mihi adhuc iu-
uenis est iā senectuti appropiquat.
Et respōdit ad me: et dixit. Interro-
ga eā q̄ parit: ⁊ dicet tibi. Dices eñi
ei. Quare quos peperisti nūc nō sūt
similes his q̄ ante te: sȝ minores sta-
tura? Et dicet tibi ⁊ ipsa. Alij sunt q̄
in iuuētute virtutis nati sunt: ⁊ alij
qui sub tempore senectutis deficiēte
matrice sunt nati. Considera ergo ⁊
tu quoniā minori statura estis pre
his q̄ ante vos et q̄ post vos minori

ꝙ vos quasi iam senescentes creatu
re ⁊ fortitudinem iuuentutis preter
euntes. Et dixi. Rogo domine si in-
ueni gratiam ante oculos tuos de-
monstra seruo tuo per quem visites
creaturam tuam. Capitulum. vi.
A Et dixit ad me. Initio terreni
orbis et anteꝙ starent exitus
seculi ⁊ anteꝙ spirarent con-
uentiones ventorum et anteꝙ sona
rent voces tonitruum et anteꝙ splē
derent nitores coruscationum ⁊ an-
teꝙ cōfirmarentur fundamenta pa
radisi et anteꝙ viderētur decori flo-
res ⁊ anteꝙ confirmarent̄ mote vir
tutes ⁊ anteꝙ colligerētur innume-
rabiles milicie angelorū ⁊ anteꝙ ex
tollerent̄ altitudines aeris ⁊ anteꝙ
nominarent mensure firmamentoꝝ
et anteꝙ estuarent camini in sion ⁊
anteꝙ inuestigarētur presentes an-
ni ⁊ anteꝙ abalienarent eorū q̄ nūc
peccant adinuētiones ⁊ anteꝙ cōsi
gnati essent qui fidem thesaurizaue
rūt: tūc cogitaui ⁊ facta sunt per me
solū ⁊ nō per aliū. Et finis per me et
nō per aliū. Et respondi ⁊ dixi. Que
erit separatio temporū: aut quando
prioris finis et sequentis initiū? Et
dixit ad me. Ab abraā vsq; ad isaac
quando nati sunt ab eo iacob ⁊ esau
manus iacob tenebat ab initio calca-
neū esau: finis enim huiꝰ seculi esau
et principiū sequētis iacob. Hominis
manꝰ inter calcaneū ⁊ manū. Aliud
noli querere esdra. Et respondi ⁊ di
xi. O dn̄ator dn̄e si inueni gratiā an-
te oculos tuos oro vt demōstres ser-
uo tuo finē signoꝝ tuorū quorū par-
tem mihi demōstrasti nocte precedē
te. Et respondit: et dixit ad me. Sur-
ge super pedes tuos: et audi vocem
plenissimā sonitus. Et erit sicut com
motio/ nec cōmouebit̄ locus in quo
stas super eū. Ideo cū loquit̄ tu non
expauescas quoniam de fine verbū et
fundamētum terre intelligitur: qm̄
de ipsis sermo tremiscit ⁊ cōmouet̄.
B Scit enim quoniā finē eorū oportet
cōmutari. Et factū est cū audissem
surrexi super pedes meos ⁊ audiui:
et ecce vox loquens ⁊ sonus eiꝰ sicut
sonus aquarum multarum et dixit.
Ecce dies veniunt et erit quādo ap-
propinquare incipiā/ vt visitem ha-
bitantes in terra: ⁊ quando inquire-
re incipiam ab eis qui iniuste nocue
runt iniustitia sua et quando supple
ta fuerit humilitas sion: et cū superse-
gnabit̄ seculū qđ incipiet pertransi-
re: hec signa faciā. Libri aperientur
ante faciem firmamenti: ⁊ oēs vide
bunt simul: et anniculi infantes lo-
quentur vocibus suis: ⁊ pregnantes
immaturos parient infantes trium
et quatuor mensium ⁊ viuent ⁊ susci
tabuntur: ⁊ subito apparebunt se-
minata loca non seminata: et plena
promptuaria subito inuenientur va
cua: ⁊ tuba canet cum sono: quā cum
omnes audierint/ subito expauescent
et erit in illo tp̄e/ debellabunt amici
amicos vt inimici/ ⁊ expauescet ter-
ra cum his: ⁊ vene fontiū stabunt et
non decurrent in horis tribꝰ: et erit:
oīs qui derelictus fuerit ex omnibꝰ
istis quibꝰ predixi tibi/ ipse saluabi-
tur et videbit salutare meū: ⁊ finem
seculi vestri: et videbunt qui recepti
sunt hoies qui mortem non gustaue
runt a natiuitate sua: et mutabitur
cor inhabitantiū ⁊ cōuertetur in sen
sum aliud. Delebitur enī malum: et
extinguet̄ dolus. Florebit aūt fides
et vincetur corruptela: ⁊ ostendetur
veritas que sine fructu fuit diebus
tantis: et factū est cum loqueretur
mihi: et ecce paulatim intuebar sup
eum ante que stabam: ⁊ dixit ad me
hec. Ueni tibi ostendere tēpus ven-
ture noctis. Si ergo iterum rogaue
ris: ⁊ iterum ieiunaueris septem die
bus: iterū tibi renunciabo horū ma-
iora per diē quā audiui. Audita est
enim vox tua apud altissimū. Uidit C
enī fortis directionem tuā: ⁊ ꝓuidit
pudicitiam quā a iuuentute tua ha-
buisti: ⁊ ꝓpter hoc misit me demon-
strare tibi hec oīa et dicere tibi. Con
fide ⁊ noli timere ⁊ noli festinare cū
prioribus temporibꝰ cogitare vana
vt nō properes a nouissimis tempo-
ribus: et factum est post hec: et fleui
iterum: et similiter ieiunaui septem
diebus: vt suppleam tres hebdoma-
das que dicte sunt mihi et factū est
in octaua nocte: ⁊ cor meū turbaba-
tur iterato in me: ⁊ cepi loqui coram
altissimo. Inflammabatur enī spūs
meus valde: et aīa mea anxiabatur
et dixi. O dn̄e loquens locutus es ab
initio creature in primo die: dicens.
Fiat celum et terra: ⁊ tuum verbum
opus perfectū: et erat tunc spiritus
et tenebre circumferebantur: ⁊ silen-
tium/ sonus vocis hoīs nōdum erat

abs te. Tūc dixisti de thesauris tuis
proferri lumen luminosum: quo ap-
pareret opus tuū. Et die scdo creasti
spiritū firmamēti: et imperasti ei vt di-
uideret & diuisionē faceret inter aqˉs
vt pars qdā sursum recederet / pars
vo deorsū maneret. Et tertia die im-
perasti aqˉs ꝯgregari in septima par
te terre: sex vero partes siccasti & cō-
seruasti: vt ex eis sint corā te mini-
strātia seminata a deo et culta. Uer-
bum em̄ tuū ꝓcessit: et opus stati fie-
bat. Processit em̄ subito fruct⁹ mul-
titudinis immēs⁹: et cōcupiscētie gu-
stus multiformes: et flores colore im
mutabili: et odores odoramēti inue-
D stigabilis: et die tertia hec facta sūt.
Quarta autē die impasti fieri solis
splēdorē: lune lumen stellax̄ disposi-
tionē: et impasti eis vt deseruirēt fu-
turo plasmato hoi. Quinto autē die
dixisti septime parti vbi erat aqˉ con-
gregata: vt ꝓcrearet aialia: et vola-
tilia: et pisces: et ita fiebat: aqua mu-
ta et sine aia q̄ dei nutu iubebāt: aia-
lia faciebat: vt ex hoc mirabilia tua
nationes enarrēt. Et tunc cōseruasti
duas aias: nomē vni vocasti Enoch
et nomen scde vocasti leuiathan / et
separasti ea ab alterutro. Non enim
poterat septima pars vbi erat aqua
cōgregata cape ea. Et dedisti enoch
vnā partē q̄ siccata est tertio die: vt
habitet in ea vbi sunt montes mille.
Leuiathan aūt dedisti septimā par-
tē humidā et seruasti eā: vt fiat in de-
uorationē quibus vis: et qñ vis. Sex-
to aūt die imperasti terre: vt crearet
corā te iumēta: et bestias / et reptilia /
et sup his Adā: quē cōstituisti ducem
sup oīb⁹ factis q̄ fecisti: et ex eo edu-
cimur nos oēs quē elegisti populū.
Hec aūt oīa dixi corām te dñe: qr pro
pter nos creasti sclm. Residuas au-
tē gentes ab adā natas dixisti / eas
nil esse / et qsi saliue assimilate sūt / et
qsi stillicidiū de vase similasti abun-
dātiā eox. Et nūc dñe ecce iste gētes
q̄ i nihilū deputate sūt ceperūt dñari
nostri et deuorare: nos autē pplˉs tu⁹
quem vocasti primogenitū vnigeni-
tū emulatorē tuū traditi sum⁹ in ma-
nib⁹ eorū: et si propter nos creatū est
sclm: q̄re nō hereditatē possidemus
cum seculo? Usq̄ quo hec? Ca. vii.

P Et factū est cum finissem loq̄
verba hec: miss⁹ est ad me an-
gelus q̄ missus fuerat ad me

primis noctibus: & dixit ad me. Sur-
ge esdra / et audi sermones quos ve-
ni loqui ad te. Et dixi. Loquere deus
me⁹. Et dixit ad me. Mare positū est
in spatioso loco / vt esset altum et im-
mēsum: erit aūt ei introitus in angu
sto loco posit⁹: vt esset similis flumi-
nibus. Quis enī volens voluerit in-
gredi mare / et videre eum vel dñari
eius: si non transierit angustū in lati
tudinem quomodo venire poterit?
Item aliud. Ciuitas est edificata / et
posita in loco cāpestri: est autē plena
omniū bonorū. Introitus eius angu
stus et in precipiti positus: vt esset a
dextris quidē ignis: a sinistris aqua
alta: semita aūt est vna sola inter eos
posita: hoc est inter ignem & aquā: vt
nō capiat semita / nisi solūmodo ve-
stigiū hois. Si autē dabitur ciuitas
hoi in hereditatē / si nunq̄ antepositū
tum periculū pertransierit: quomo-
do accipiet hereditatē suā? Et dixi.
Sic dñe. Et dixit ad me. Sic est et is-
rael pars. Propter eos em̄ feci sclm
et quādo trāsgressus est Adā consti-
tutiones meas / iudicatum est quod
factū est. Et facti sunt introitus hu-
ius scli angusti / et dolentes / et labo-
riosi / pauci aūt et mali / et periculorū
pleni / et labore magnopere fulti. Nā
maioris scli introitus spatiosi et se-
curi / et facientes immortalitatis fru-
ctum. Si ergo ingredientes non fue-
runt ingressi qui viuunt / angusta et
vana hec: nō poterūt recipere q̄ sunt
reposita. Nūc ergo quare tu contur-
baris / cum sis corruptibilis? et quid
moueris tu / cū sis mortalis? Et qua-
re nō accepisti in corde tuo quod est
futurū: sed quod in presenti? Respō-
di / et dixi. Dominator dñe / ecce dis-
posuisti lege tua / quoniā iusti here-
ditabunt hec / impii autē peribunt /
iusti autē ferent angusta / sperantes
spatiosa: qui enim impie gesserūt / et
angusta passi sunt: & spatiosa non vi-
debunt. Et dixit ad me. Non est iu-
dex super deū / neq̄ intelligēs super
altissimū. Pereunt enī multi presen-
tes: quia negligūt que anteposita est
dei lex. Mādans enim mādauit de⁹
venientibus / quando venerunt: quid
facientes viuerent / et q̄d obseruantes
nō punirent. Illi aūt non sunt persua-
si / et cōtradixerūt ei / et cōstituerūt si-
bi cogitamen vanitatis: et ꝓposue-
rūt sibi circūuentiones delictorū: & su-

p̄dixerũt altissimo nõ esse: et vias ei⁹ nõ cognouerũt: et legẽ ei⁹ spreuerunt et spõsiones eius abnegauerũt: et in legitimis eius fidẽ non habuerũt: et opera eius nõ perfecerũt: ꝓpter hoc esdra vacua vacuis: et plena plenis. Ecce tempus veniet: et erit qñ venient signa q̃ predixi tibi ⁊ apparebit sponsa: et apparescẽs ostendet q̃ nũc subducit terra/et ois qui liberat⁹ est de predictis malis: ipse videbit mirabilia mea. Reuelabit eni fili⁹ meus iesus cũ his q̃ cũ eo sunt: et iocũdabũtur q̃ relicti sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos: ⁊ morietur fili⁹ me⁹ christus: et oẽs q̃ spiramentũ habẽt hoies: et cõuertet seclm in antiquũ silentiũ dieb⁹ septem sicut in priorib⁹ iudiciis: ita vt nemo derelinquat. Et erit post dies septẽ: et excitabit qd nondũ vigilat seclm: et morietur corruptũ. et terra reddet q̃ in ea dormiũt: et puluis q̃ in eo silentio habitãt: et promptuaria reddẽt q̃ eis commẽdate sunt aie. Et reuelabit altissimus sup sedẽ iudicii: et pertransibunt miserie: et lõganimitas cõgregabit. Iudiciũ autẽ solũ remanebit: veritas
C stabit: et fides cõualescet: et opus subsequet: ⁊ merces ostendet: et iustitie vigilabũt: et iniustitie non dñabunt. Et dixi. Prim⁹ abraam ꝓpter sodomitas orauit: et moyses ꝓ patribus qui in deserto peccauerunt: et q̃ post eũ ꝓ israel in dieb⁹ achaz et Samuelis ⁊ Dauid pro confractione: et salomon ꝓ eis q̃ venerunt in sctificationẽ/et helias ꝓ his q̃ pluuiaz acceperũt: ⁊ ꝓ mortuo vt viueret: ⁊ ezechias pro populo in dieb⁹ Sennacherib/ et multi ꝓ multis. Si ergo modo quando corruptibile increuit: et iniustitia multiplicata est: et orauerũt iusti ꝓ impiis: quare et nũc sic nõ erit? Et respõdit ad me/et dixit. Presens seclm nõ est finis: gloria in eo frequẽs manet: ꝓpter hoc orauerunt pro inualidis. Dies eni iudicii erit finis tẽporis hui⁹: et initiũ tẽporis future immortalitatis in quo transiuit corruptela/soluta est intẽperãtia/abscissa est incredulitas: creuit autem iustitia: orta est veritas. Tunc eniz nemo poterit saluare eum qui perit: neque demergere q̃ vicit. Et respõdi et dixi. Hic est sermo me⁹ primus ⁊ nouissimus: qm̃ melius erat non dare terrã Adam: vel cum iam dedisset coercere eum: vt non peccaret. Quid enim prodest hoibus in presenti viuere in tristitia et mortuos sperare punitionem? O tu qd fecisti Adam? Si enim tu peccasti/non est fact⁹ solius tuus casus: sed et noster qui ex te aduenimus. Quid enim ꝓdest nobis si promissum est nobis immortale tẽpus/ nos autez mortalia opa egimus? Et quoniã predicta est nobis perennis spes: nos vero pessimi vani facti sumus. Et qm̃ reposita sunt nobis habitacula sanitatis et securitatis/nos vero male cõuersati sumus. Et quoniam reposita est gloria altissimi protegere eos qui tarde cõuersati sunt/ nos aũt pessimis viis ambulauim⁹.
Et quoniã ostendet paradisus/cui⁹ fructus incorruptus perseuerat/in quo est securitas et medela: nos vero non ingrediemur: in ingratis enim locis cõuersati sumus. Et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum qui abstinentiam habuerunt: nostre autẽ facies sup tenebras nigre. Non eniz cogitauim⁹ viuentes quando iniquitatẽ faciebamus: qd incipiemus post mortez pati. Et respondit: et dixit. Hoc est cogitamẽtuz certaminis qd certabit: qui super terrã natus est homo: vt si vict⁹ fuerit/patiat quod dixisti: si aũt vicerit recipiet qd dico quoniã hec est via quã Moyses dixit cũ viueret ad populũ dicens. Elige tibi vitam/vt viuas. Nõ crediderunt autẽ ei: sed nec post eum ꝓphetis: sed nec mihi qui locutus sum ad eos: quoniã non esset tristitia in perditionẽ eorũ/sicut futurũ est gaudiũ super eos quibus persuasa est salus. Et respondi: et dixi. Scio dñe quoniã vocatus est altissimus misericors in eo q̄ misereat his qui nondũ in seclo aduenerũt: et q̄ miseret illis qui conuersionẽ faciunt in lege ei⁹: et longanimis est: quoniam longanimitatem prestat his q̃ peccauerunt quasi suis operibus: et munificus est: quoniam quidem donare vult pro exigentiis ⁊ multe misericordie/quoniam multiplicat magis misericordias his q̃ presentes sunt/et qui preterierunt/⁊ qui futuri sunt. Si enim non multiplicauerit misericordias suas/non viuificabitur seculũ cum his qui inhereditabant in eo: et donat: quoniã si non donauerit de bonitate sua: vt alleuietur hi qui iniquitatem fecerunt/de

suis inhabitantibus/ non poterit decies
millesima pars viuificari hominũ: et
iudex si non ignouerit his qui curati
sunt verbo eius/ et deleuerit multitu-
dinez contemptionum: nõ forsitan de
relinquerentur in innumerabili multi
tudine/ nisi pauci valde. Capitulum. viii.

A Et respondit ad me ꝛ dixit. Hoc
seculum fecit altissimus ꝓpter
multos: futurũ autem propter pau-
cos. Dicã autem coraz te similitudi-
nem Esdra. Quomodo autem inter-
rogabis terrã: et dicet tibi: quoniam
dabit terram multam magis vnde
fiat fictile/ paruũ autez puluerẽ vnde
aurum fit: sic et actus presentis seculi.
Multi quidẽ creati sunt: pauci autez
saluabunt. Et respondi/ et dixi. Ab-
sorbe ergo aĩa sensuz/ et deuora quod
sapit. conuenisti eniz obaudire/ ꝛ pro
phetare volens. Nec enim tibi da-
tum est spatium/ nisi solummodo vi-
uere. O domine/ si nõ permittas ser-
uo tuo vt oremus coram te/ et des no
bis semen cordi/ et sensui culturam
vnde fructus fiat/ vnde viuere pos-
sit omnis corruptus: qui portabit lo-
cum hominis? Solus enim es/ et vna
plasmatio non sumus manuũ tuarũ
sicut locutus es: et quomodo nunc in
matrice plasmatũ est corpus/ et pre-
stas mẽbra: cõseruat in igne et aqua
tua creatio: et nouẽ mẽsibus patitur
tua plasmatio tuam creaturam que
in ea creata est: ipsum autem quod
seruat/ et quod seruat/ vtraqꝫ serua-
buntur: seruataqꝫ quandoqꝫ iterum
reddit matrix que in ea creuerunt.
Imperasti enim ex ipsis membris/
hoc est mammillis prebere lac fru-
ctui mãmillaruz: vt nutriat id quod
plasmatũ est vsqꝫ in tẽpus aliquod:
et postea disponas eũ tue misericor-
die: enutristi eum tua iustitia: et eru-
disti eum ĩ lege tua: et corripuisti eũ
tuo intellectu: et mortificabis eum/
B vt tuam creaturã: et viuificabis euz/
vt opus tuum. Si ergo perdideris
eum qui tantis laboribus plasmatus
est: tuo iussu facile est ordinari: vt et
id quod fiebat seruaret. Et nunc dñe
dicaz: de omni homine tu magis scis:
de pp'lo aũt tuo ob quem doleo: et de
hereditate tua propter quã lugeo: et
propter israel ꝓpter quez tristis sũ:
et de iacob ꝓpter quẽ doleo: ideo in-
cipiã orare corã te ꝓ me et ꝓ eis: qm̃
video lapsus nr̃os q̃ inhabitamus
terrã. Sed audiui celeritatẽ iudicis
qui futurus est. Ideo audi vocẽ meaz/
et intellige sermonẽ meum: et loquar
corã te. Initiũ verborum Esdre priusq̃
assumeret: ꝛ dixit. Dñe/ qui inhabitas
seculum: cuius oculi eleuati in superna et
aere: et cuius thronus inestimabilis/ ꝛ
gloria incõprehẽsibilis: cui astat ex
ercitus angelorũ cũ tremore/ quoruz
seruatio in vẽto et igni conuertit: cu-
ius verbũ verũ/ et dicta pseuerãtia:
cuius iussio fortis/ ꝛ dispositio terribi-
lis: cuius aspectus arefacit abyssos: et
indignatio tabescere facit montes/ ꝛ
veritas testificat: exaudi orõnez ser-
ui tui: et auribus percipe precationẽ fi-
gmenti tui. Dũ eñ viuo/ loquar: ꝛ dũ
sapio/ rñdebo. Nec respicias populi
tui delicta: sed q̃ tibi in veritate serui
unt. Nec intendas impia gẽtiũ stu-
dia: sz q̃ tua testimonia cũ doloribus
custodierũt. Nec cogites q̃ in cõspe-
ctu tuo false conuersati sunt: sed me
morare q̃ ex voluntate tua timorẽ co
gnouerunt. Neqꝫ volueris pdere/ q̃
pecudũ mores habuerunt: sed respi-
cias eos/ q̃ legẽ tuã splendide docue-
rũt. Nec indigneris eis/ q̃ bestijs pe
iores iudicati sunt: sed diligas eos:
qui semper in tua iustitia cõfidũt/ et
C gl'ia. Qm̃ nos et pres nr̃i talibus mor-
bis lãguemus: tu aũt ꝓpter nos peccã-
res misericors vocaberis. Si eñ desi-
deraueris vt nr̃i miserearis: tũc mi-
sericors vocaberis/ nobis autẽ nõ ha-
bentibus opera iustitie. Iusti eniz quibus
sunt opa multa reposita/ ex proprijs
operibus recipiẽt mercedẽ. Quid est
eñ homo/ vt ei indigneris? aut genus
corruptibile/ vt ita amarus sis de ipso?
In veritate eniz nemo de genitis est
qui nõ impie gessit: et de cõfitẽtibus/ q̃
nõ deliq̃t. In hoc eñ annũciabit iu-
stitia tua/ et bonitas tua dñe: cuz mi-
sertus fueris eis q̃ non habẽt substan-
tiã bonorũ operum. Et rñdit ad me: ꝛ di
xit. Recte locutus es aliq̃: ꝛ iuxta ser-
mones tuos/ sic et fiet: qm̃ non vere
cogitabo sup plasma eorũ qui pecca-
uerũt ante mortẽ/ ante iudiciũ/ ante
perditionẽ: sed iocundabor super iu-
storũ figmẽtũ: ꝛ memorabor peregri
nationis quoqꝫ/ ꝛ saluationis/ et mer-
cedis receptionis. Quomodo ergo lo
cutus sum/ sic et est. Sicut eniz agri-
cola serit super terraz semina multa:
et plantationes multitudinis plan-
tas: sed non in tempore omnia que

seminata sunt saluantur: sed nec oia
que plātata sunt / radicabunt: sic et q̄
in seculo seminati sunt / non oēs sal-
uabunt. Et respondi / et dixi. Si inue-
ni gratiā / loquar. Quomodo semen
agricole si nō ascēderit / aut nō acce-
perit pluuiā tuā in tēpore / aut si cor-
ruptum fuerit multitudine pluuie:
sic perit et similiter homo q̄ manib⁹
tuis plasmatus est / et tu ei imago no-
minat⁹: qm̄ similat⁹ es ei / ꝓpter quē
omnia plasmasti: et similasti semini
agricole. Non irascaris sup̄ nos / sed
parce ppl'o tuo / et miserere heredita-
ti tue. Tu autē creature tue misere-
D ris. Et r̄ndit ad me / et dixit. Que sūt
presentia presentibus: et que futura
futuris. Multum enim tibi restat / vt
possis diligere meā creaturam super
me: tibi aūt frequenter et ipsi ꝓxima-
ui: tu aūt nunq̄. Sed et in hoc
mirabilis es corā altissimo / qm̄ hu-
miliasti te sicut decet te: et nō iudica-
sti te / vt inter iustos plurimū glorifi-
ceris. Propter quod miserie multe /
et miserabiles efficiētur eis qui habi-
tant seculū in nouissimis: qui in mul-
ta supbia ambulauerunt. Tu autē ꝓ
te intellige: et de similib⁹ tuis inqui-
re gloriā. Vobis enī apertus est pa-
radisus / et plātata est arbor vite / pre-
paratū est futurū tēpus: preparata
est abundantia: edificata est ciuitas:
probata est requies: perfecta est bo-
nitas: et pfecta sapiētia. Radix mali
signata est a vobis: infirmitas et ti-
nea a vobis abscōsa est: et in infernū
fugit corruptio in obliuione. Trāsie-
rūt dolores: et ostensus est in fine the-
saur⁹ imortalitatis. Noli ergo adiice-
re inquirendo de multitudine eorū
qui pereunt. Nā et ipsi accipiētes li-
bertatē / spreuerūt altissimū: et legē
eius contēpserunt: et vias eius dere-
liquerunt. Adhuc aūt iustos eius cō-
culcauerūt / et dixerunt in corde suo
nō esse deū: et quidē scientes qm̄ mo-
riunt. Sicut enī vos suscipient q̄ pre-
dicta sunt: sic eos sitis et cruciatus
que preparata sunt. Non enī voluit
hominē disperdi. Sed et ipsi q̄ creati
sunt / coinquinauerūt nomen eius q̄
fecit eos: et ingrati fuerūt ei q̄ prepa-
rauit eis vitā. Quapropter iudicium
meū modo appropinquat. Que non
oībus demōstraui nisi tibi: et tibi si-
milibus paucis. Et respondi / et dixi.
Ecce nunc domine demonstrasti mi-
hi multitudinem signorum que inci-
pies facere in nouissimis: sed nō de-
mōstrasti mihi quo tēpore. Capitulū .ix.
Et respondit ad me et dixit. Me- A
tiens metire tēpus in temetip-
so: et erit. Cū videris quando trāsie-
rit pars quedam signorū que predi-
cta sunt / tūc intelliges quoniam ip-
sum est tēpus in quo incipiet altissi-
mus visitare seculum quod ab eo fa-
ctū est. Et qn̄ videbit in seculo motio
locorum / et populorū turbatio: tunc
intelliges qm̄ de his erat altissimus
locutus a diebus qui fuerunt ante te
ab initio. Sicut enī omne qđ factum
est in sc'lo initiū habet / pariter et cō-
summationē / et cōsummatio est ma-
nifesta: sic et altissimi tēpora initia
habēt manifesta in ꝓdigijs / et virtu-
tib⁹ / et cōsummationes in actu et in
signis. Et erit / oīs qui saluus factus
fuerit: et qui poterit effugere per ope-
ra sua et per fidē in qua credidistis
relinquet de ꝑdictis periculis / et vi-
debit salutare meū in terra mea / et
in finibus meis: qm̄ sanctificaui me a
seculo. Et tūc miserebūtur / qui nunc
abusi sunt vias meas: et in tormentis
commorabuntur hi qui eas proiece-
runt in contēptu. Qui enim non co-
gnouerunt me / viuētes bn̄ficia conse-
cuti: et qui fastidierūt legē meā / cum
adhuc erant habentes libertatē: et cū
adhuc esset eis apertus penitētie lo-
cus non intellexerūt / sed spreuerunt:
hos oportet post mortem in crucia-
mento cognoscere. Tu ergo noli ad-
huc curiosus esse / quomodo impii cru-
ciabuntur: sed inqre quomodo iusti
saluabuntur: et quorū sc'lm: et ꝓpter B
quos seculū / et quādo. Et respondi: et
dixi. Olim locut⁹ sum / et nūc dico / et
postea dicā: qm̄ plures sunt q̄ pere-
unt / q̄ qui saluabunt: sicut multipli-
cat fluct⁹ sup̄ guttā. Et r̄ndit ad me et
dixit. Qualis ager / talia et semina: et
quales flores / tales et tincture: et q̄-
lis operator: talis et creatio: et qua-
lis agricola: talis cultura: quoniam
tempus erat seculi. Et nunc cū essem
parans eis his qui nunc sunt / anteq̄
fieret sc'lm / in quo habitarent: et ne-
mo mihi contradixit: tunc enī quisq̄
et nunc creatur in mūdo hoc parato /
et messe indeficienti: et lege inuestiga-
bili corrupti sunt mores eorū. Et con-
sideraui sc'lm / et ecce erat periculum
ꝓpter cogitationes q̄ in eo aduene-

runt. Et vidi/ et peperci ei valde: et
seruaui mihi acinū de botro/ ꝛ plan-
tationem de tribu multa. Pereat er-
go multitudo/ que sine causa nata est
et seruet acinꝰ meꝰ/et plātatio mea:
qꝛ cū multo labore perfeci. Tu autē
si adhuc intromittas septē dies ali-
os/sed non ieiunabis in eis: ibis in
cāpum flor / vbi domus non est edi-
ficata: et māducabis solummodo de
floribꝰ cāpi:et carnē non gustabis:ꝛ
E vinū nō bibes /sed solūmodo flores.
Depcare altissimū sine intermissio-
ne: et veniā/ꝛ loquar tecū. Et ꝑfecꝰ
sum/sicut dixit mihi in campum/qui
vocat ardad; et sedi ibi in floribꝰ. Et
de herbis agri māducaui: et factā est
esca earum mihi in saturitatē. Et fa-
ctum est post dies septē:et ego disci-
bebā sup̄ a terrā:ꝛ cor meū iterū tur-
babatur sicut ante. Et apertū est os
meū: ꝛ inchoaui dicere coram altissi
mo/ꝛ dixi. O dñe te nobis ostendens
ostēsus es pr̄ibus nr̄is in deserto qd
nō calcat ꝛ infructuoso qñ erant ex-
eūtes de egypto: et dicēs dixisti. Tu
isrl̄ audi me:ꝛ semē iacob intēde ser-
monibus meis. Ecce eñ ego semino
in vobis legē meā: et faciet in vobis
fructū: et glorificabimini in eo p̄ se-
culū. Nā patres vr̄i accipiētes legē
nō seruauerunt: ꝛ legitima mea non
custodierunt:et factꝰ est fructꝰ legis
non parēs: nec eñ poterat/qñ tuus
erat. Nā qui acceperūt perierūt: nō
custodientes qd in eis seminatū fue-
rat. Et ecce cōsuetudo est:vt cū acce-
perit terra semen: vel nauem mare:
vel vas aliqd escam vel potū:cū fue-
rit exterminatū id in quo seminatū
est:vel in qd missum est: simul id qd
seminatū vel missū est:vel que susce-
pta sunt exterminant: et suscepta iā
D non manet apud nos. Sed nobis sic
nō factū est. Nos quidē q legē acce-
pimꝰ:peccātes periuimus:et cor no-
strū qd suscepit eā:nā lex non perit:
sed permansit in suo labore. Et cū lo-
querer hec in corde meo: respexi ocu-
lis meis ꝛ vidi mulierem in dextera
parte. Et ecce hec lugebat: et plora-
bat cum voce magna: et aio dolebat
valde:ꝛ vestimēta eius discissa: ꝛ ci-
nis sup caput eiꝰ. Et dimisi cogitatꝰ
in quibꝰ erā cogitās:et cōuersus sum
ad eā: et dixi ei. Ut qd fles? et qd do-
les animo? Et dixit ad me. Dimitte
me dñe meus vt defleā me et adaugeā

dolorem: quoniam valde amaro sum
animo et humiliata sum valde. Et dixi
ei. Quid passa es? Dic mihi. Et dixit
ad me. Sterilis fui ego famula tua
et nō peperi: habēs maritū annis tri-
ginta. Ego enim p̄ singulas horas ꝛ
p̄ singulos dies:ꝛ ānos triginta hos
depcor altissimū nocte ac die. Et fa-
ctū est post trigita annos exaudiuit
me deus ancillam tuā et vidit humi-
litatem meā et attendit tribulationē
mee et dedit mihi filiū: et iocundata
sum super eū valde ego et vir meus
et omnes ciues mei et honorificaba-
mus valde fortē. Et nutriui eū cū la-
bore multo. Et factum est cū creuis-
set et venisset accipere vxorem feci
diem epuli. Capitulum.x.

Et factū est cū introisset filius A
meus in thalamo suo cecidit
et mortuus est: et euertimus
oēs lumina et surrexerunt oēs ciues
mei ad cōsolandū me: et quieui vsq
in aliū diē vsq nocte. Et factum est
cū oēs quieuissent vt me cōsolarētur
vt quiescerē:et surrexi nocte et fugi:
et veni sicut vides in hoc cāpo:et co-
gito iā non reuerti in ciuitatē sed hic
consistere: et neq māducare neq bi-
bere:sed sine intermissione lugere et
ieiunare vsq dū moriar. Et dereliqui
sermones in quibus erā: et respondi
cū iracūdia ad eā et dixi. Stulta sup
omnes mulieres non vides luctū no-
strū et que nobis cōtingūt? Qm̄ syon
mater nostra omni tristitia cōtristat
et humilitate hūiliata est ꝛ luget va-
lidissime. Et nūc quoniā omes luge-
mus et tristes sumꝰ: quoniā oēs con-
tristati sumꝰ/ tu autē contristaris in
vno filio? Interroga enim terrā ꝛ di-
cet tibi: qm̄ hec est que debeat luge-
re casum tantorū super eā germinā-
tiū. Et ex ipsa ab initio omes nati et
alij venient: et ecce pene oēs in per-
ditionē ābulāt et exterminiū fit mul-
titudo eor. Et quis ergo debet luge-
re magis nisi hec q tā magnā multi-
tudinē perdidit q̄ tu que ꝑ vno do-
les? Si autē dicis mihi. Qm̄ non est
planctꝰ meꝰ similis terre: qm̄ fructū
ventris mei p̄didi quē cū meroribus
peperi et cū doloribꝰ genui:terra au-
tē scdm viā terre: abiitq in ea multi-
tudo p̄sens quo modo euenit: et ego
tibi dico sicut tu cū labore peperisti
sic et terra dat fructū suū homini ab
initio ei q fecit eā. Nūc ergo retine

apud temetipsam dolorē tuū: et fortiter fer qui tibi cōtigerūt casus. Si enī iustificaueris terminū dei/ et consilium suū recipies in tēpore/ et in talib⁹ collaudaberis. Ingredere ergo in ciuitatē ad virū tuum. Et dixit ad me. Nō faciā/ neq₃ ingrediar ciuitatem: sed hic moriar. Et apposui adhuc loqui ad eā: et dixi. Noli facere hunc sermonē: sed cōsenti persuadēti. Quod enim casus sion? Consolare propter dolorē hierl'm. Uides enim quoniam sctificatio nr̄a deserta effecta est: et altare nr̄m demolitū est: et tēplū nostrū destructū est: et psalteriū nr̄m humiliatū est: et hymn⁹ cōticuit: et exultatio nr̄a dissoluta est: et lumē cādelabri nr̄i extinctū est: et arca testamēti nr̄i direpta est: et sancta nr̄a contaminata sunt: et nomen quod inuocatum est super nos/ pene prophanatū est: et liberi nostri cōtumeliam passi sunt: et sacerdotes nr̄i succensi sunt: et leuite nr̄i in captiuitatē abierūt: et virgines nr̄e coinquinate sunt: et mulieres nr̄e vim passe sunt: et iusti nr̄i rapti sunt: et paruuli nr̄i perditi sunt: et iuuenes nr̄i seruierūt: et fortes nr̄i inualidi facti sunt: et quod omnium maius signaculum sion/ quoniā resignata est de gloria sua. Nā et tradita est in manib⁹ eorum/ qui nos oderūt. Tu ergo excute tuā tristitiā multā: et depone abs te multitudinē dolorū: vt tibi repropicietur fortis: et requiem faciet tibi altissimus requietionē laborū. Et factum est cū loquebar ad eam: facies eius fulgebat subito et species/ coruscus fiebat visus eius/ vt essem pauens valde ad eam: et cogitarē quid esset hoc. Et ecce subito emisit sonitum vocis magnū timore plenū: vt cōmoueretur terra a mulieris sono. Et vidi: et ecce amplius mulier nō cōparebat mihi: sed ciuitas edificabatur: et loc⁹ demōstrabatur de fundamentis magnis: et timui et clamaui voce magna: et dixi. Ubi est vriel āgelus/ qui a principio venit ad me? quoniam ipse me fecit venire in multitudine in excessu mētis hui⁹: et fact⁹ est finis meus in corruptionē: et oratio mea in improperiū. Et cū essem loquens ego hec: ecce venit ad me/ et vidit me: et ecce erā posit⁹ vt mortu⁹: et intellectus meus alienat⁹ erat/ et tenuit dexterā meā: et cōfortauit me: et statuit me super pedes meos/ et dixit mihi. Quid tibi est? et quare coturbat⁹ est intellectus tu⁹/ et sensus cordis tui? et quare conturbaris? Et dixi. Quoniam dereliquisti me et ego quidē feci scd'm sermones tuos: et exiui in campū: et ecce vidi et video qd' nō possum enarrare. Et dixit ad me. Sta vt vir: et commouebo te. Et dixi. Loq̄re dn̄e me⁹ tu in me: noli me derelinquere vt nō frustra moriar quoniam vidi q̄ non sciebā: et audio q̄ non scio. Aut nunquid sensus me⁹ fallitur: et aīa mea somniat? Nūc ergo deprecor te: vt demōstres seruo tuo de excessu hoc. Et rn̄dit ad me et dixit. Audi me/ et doceā te: et dicā tibi de quib⁹ times: quoniam altissim⁹ reuelauit tibi mysteria multa. Uidit rectā viam tuā: quoniam sine intermissione cōtristabaris pro pplo tuo: et valde lugebas propter sion. Hic ergo intellectus visionis q̄ tibi apparuit ante paululum. Quā vidisti lugētem/ inchoasti consolari eā. Nūc aūt iam speciem mulieris nō vides/ sed apparuit tibi ciuitas edificari: et quoniam enarrabat tibi de casu filii sui: hec absolutio est. Hec mulier quam vidisti: hec est sion: et quoniam dixit tibi: quā et nūc conspicies vt ciuitatem edificatā. Et quoniam dixit tibi: quia sterilis fuit annis triginta: propter quod erant anni scilicet triginta quoniam nō erat in ea adhuc oblatio oblata. Et factum est post annos D
triginta: edificauit salomon ciuitatē: et obtulit oblationes: tunc fuit quoniam peperit sterilis filium. Et qd' tibi dixit quoniā nutriuit eū cum labore: hoc erat habitatio in hierl'm. Et quoniam dixit tibi: quod filius me⁹ veniens in suo thalamo mortuus esset: et contigisset ei casus: hoc erat que facta est ruina hierl'm. Et ecce vidisti similitudinem ei⁹: et quoniā filiū lugeret: inchoasti cōsolari eā: et de his que contigerunt: hec erant tibi aperiēda. Et nunc videt altissimus: quoniam ex animo contristatus es: et quoniā ex toto corde pateris pro ea: ostendit tibi claritatē glorie eius: et pulchritudinem decoris eius. Propterea enim dixi tibi: vt maneres in cāpo vbi domus nō est edificata. Sciebam enim ego: quoniam altissimus incipiebat tibi ostendere hec: propterea dixi tibi: vt venires in agrum vbi non est fundamentum edificii. Nec enim poterat opus edificii hominis sustinere

ri in loco vbi incipiebatur altissimi
ciuitas ostendi. Tu ergo noli time-
re neq; expauescat cor tuū: sed ingre-
dere ⁊ vide splendorē et magnitudi-
nem edificij quātū capax est tibi vi-
sus oculorum videre: ⁊ post hec audies
quātum capit auditus auriū tuarū
audire. Tu enim beatus es pre multis:
et vocatus es apud altissimum sicut
et pauci. Nocte autē que in crastinū
futura est / manebis hic: et ostendet
tibi altissimus has visiones supre-
morū que faciet altissim⁹ his qui ha-
bitāt sup terrā in nouissimis diebus.
Et dormiui illā noctē et aliā: sicut di-
xerat mihi. Capitulum. xi.

A Et vidi somnium / et ecce ascen-
debat de mari aquila / cui erant
duodecim ale pennarum et capita
tria. Et vidi ⁊ ecce expandebat alas
suas in omnem terram: et oēs venti
celi insufflabāt in eā: et colligebant.
Et vidi / ⁊ de pennis eius nascebant
cōtrarie penne: et ipse fiebant in pē-
naculis minutis et modicis. Nā ca-
pita eius erāt quiescētia: et dimidiū
caput erat maius aliorū capitū: sed
ipsa quiescebat cū eis. Et vidi ⁊ ecce
aquila volauit in pennis suis / et re-
gnauit sup terrā et sup eos qui habi-
tant in ea. Et vidi qm̄ subiecta erant
ei oīa sub celo: ⁊ nemo illi cōtradice-
bat: neq; vn⁹ de creatura q̄ est super
terrā. Et vidi / et ecce surrexit aquila
sup vngues suos: et misit vocem pē-
nis suis dicens. Nolite oēs simul vi-
gilare / dormite vnusq̄sq; in loco suo
et p tpe vigilate. Capita autē in no-
uissimo seruent. Et vidi / et ecce vox
nō exibat de capitib⁹ ei⁹: sed de me-
dietate corporis eius. Et numeraui
cōtrarias pēnas ei⁹: et ecce ipse erāt
B octo. Et vidi / et ecce a dextera parte
surrexit vna pēna: et regnauit super
oēm terrā. Et factū est cū regnaret /
venit ei finis: et non apparuit locus
ei⁹: et sequēs exurrexit et regnabat.
Ipsa multū tenuit tps. Et factū est
cum regnaret / et veniebat finis eius
vt non appareret sicut prior. Et ecce
vox emissa est illi dicēs. Audi tu que
tanto tpe tenuisti terrā: hec annun-
cio tibi antequā incipias non appare-
re. Nemo post te tenebit tps tuum:
sed nec dimidiū eius. Et leuauit ter-
tia: et tenuit principatū sicut et prio-
res. et nō apparuit ⁊ ipsa. Et sic con
tingebat et omnib⁹ aliis singulatim

principatum gerere et iterum nusq̄
comparere. Et vidi et ecce in tēpore
sequentes penne erigebantur a de-
xtera parte vt tenerent et ipse prin-
cipatū: et ex his erant que tenebant
sed tamē statim non cōparescebant.
Nam et alique ex eis erigebant: sed
non tenebāt principatū. Et vidi post
hec et ecce nō cōparuerūt duodecim
penne ⁊ duo pennacula: ⁊ nihil sup-
erat in corpore aquile nisi duo capi-
ta quiescentia et sex pēnacula. Et vi-
di et ecce sex pennaculis diuise sunt
due et māserunt sub capite: quod est
ad dexterā partē. Nā quatuor māse- C
runt in loco suo. Et vidi et ecce sub-
alares cogitabāt se erigere et tenere
principat⁹. Et vidi et ecce vna erecta
est sed statim non comparuit. Et se-
cūde velocius: quā priores nō compa-
ruerūt. Et vidi et ecce due q̄ supera-
uerunt apud semetipsas cogitabant
et ipse regnare: ⁊ in eo cū cogitarent
ecce vnū quiescentiū capitū qd̄ erat
mediū euigilabat. hoc enim erat duo-
rū capitū maius. Et vidi quomā cō-
plexa sunt duo capita secū: et ecce cō-
uersum est caput cum his qui cum eo
erāt et comedit duas subalares que
cogitabant regnare. Hoc etiam ca-
put perconterruit omnem terram et
dominabatur in ea his qui habitant
terrā cū labore multo: et potentatum
tenuit orbis terrarum super omnes
alas que fuerunt. Et vidi post hec
et ecce mediū caput subito non com
paruit et hoc sicut ale. Superauerūt
dum acciperet escam suā in vespere.
Et factū est i quarto die: holofernes
C fecit cenā seruis suis: ꝛ dixit ad Ua-
gao eunuchum suum. Uade ꝛ suade
hebreā illam vt spōte ꝯsentiat habi-
tare mecū. Fedū est eñ apud Assy-
rios si femina irrideat virū agendo
vt immunis ab eo trāseat. Tūc introi-
uit Uagao ad iudith: ꝛ dixit. Nō ve-
reatur bona puella introire ad do-
minū meū vt honorificet ante faciē
eius: ꝛ manducet cū eo et bibat vinū
in iucunditate. Cui iudith respōdit.
Que ego sum: vt ꝯtradicā dn̄o meo?
Omne qd erit ante oculos ei⁹ bonū
et optimū faciā. Quicquid autē illi
D placuerit: hoc mihi erit optimū oib⁹
dieb⁹ vite mee. Et surrexit ꝛ ornauit
se vestimēto suo: ꝛ ingressa stetit ante
faciē ei⁹. Cor autē holofernis cōcus-
sum est: erat eñ ardēs in cōcupiscē-
tia ei⁹. Et dixit ad eā holofernes. Bi-
be nunc ꝛ accūbe i iucunditate: quo-
niā inuenisti gratiā corā me. Et dixit
iudith. Bibā domine: quoniā magni-
ficata est anima mea hodie pre om-
nib⁹ dieb⁹ meis. Et accepit et man-
ducauit et bibit corā ipso: ea q̄ para-
uerat illi ancilla ei⁹. Et iucundus fa-
ctus est holofernes ad eam: bibitq̄
vinum multum nimis quantū nūq̄
biberat in vita sua.

¶ C. S. Holofernes nimia ebrietate
sopit⁹: puella ad ostium obseruat: iu-
dith caput ei⁹ pcidit / ciuib⁹ suis ca-
put holofernis defert ꝛ ostendit / iu-
dith benedicit / Achior obstupescit. Cap̄m. xiij.
A Ut autē sero factum est festina-
uerunt serui illius ad hospitia
sua et conclusit Uagao ostia cubicu-
li et abijt: erant autem oēs fatigati
a vino. Eratq̄ iudith sola in cubicu-
lo. Porro holofernes iacebat in le-
cto nimia ebrietate sopitus. Dixitq̄
iudith puelle sue vt staret foris ante
cubiculū ꝛ obseruaret. Stetitq̄ Iu-
dith ante lectū orans cū lachrymis
et labiorū motu in silentio dicēs. Cō-
firma me dn̄e de⁹ Israel: ꝛ respice in
hac hora ad opera manuū mearum
vt sicut ꝓmisisti hierl'm ciuitatē tuā
erigas ꝛ hoc qd credēs p te posse fie-
ri cogitaui pficiā. Et cū hec dixisset
accessit ad colūnā q̄ erat ad caput le-
ctuli ei⁹: ꝛ pugionē ei⁹ q̄ i ea ligat⁹ pē-
debat exoluit. Cūq̄ euaginasset illū
B apphēdit comā capitis ei⁹ ꝛ ait. Cō-
firma me dn̄e de⁹ i hac hora: ꝛ pcus-
sit bis in ceruicē ei⁹ ꝛ abscidit caput
ei⁹: ꝛ abstulit conopeū ei⁹ a colūnis
ꝛ euoluit corp⁹ ei⁹ truncū. Et post pu-
sillū exiuit ꝛ tradidit caput holofer-
nis ācille sue ꝛ iussit vt mitteret illō
in perā suā. Et exierūt due sm̄ ꝯsuetu-
dinē suā q̄si ad orōnē: ꝛ trāsierūt ca-
stra: ꝛ gyrātes vallē venerūt ad por-
tā ciuitatis. Et dixit iudith a lōge cu-
stodib⁹ murorū. Aperite portas: qm̄
nobiscū est de⁹ q̄ fecit virtutē i isrl'. Et
factū est cū audissent viri vocē ei⁹ /
vocauerūt presbyteros ciuitatis. Et
occurrerūt ad eā oēs a minimo vsq̄
ad maximū: qm̄ sperabāt eā iā nō eē
ventura. Et accēdētes luminaria ꝯgy-
rauerūt circa eā vniuersi: illa aūt ascē-
dēs i eminētiorē locū iussit fieri silē-
C tiū. Cūq̄ oēs tacuissent: dixit iudith.
Laudate dn̄m deū nr̄m q̄ nō deseruit
sperātes i se: ꝛ i me ācilla sua adimple-
uit misiam suā quā ꝓmisit domui isrl':
et interfecit i manu mea hostē popu-
li sui i hac nocte. Et ꝓferēs de pera
caput holofernis ondit illis dicens.
Ecce caput holofernis principis mi-
litie Assyriorū. Et ecce conopeū illi⁹
in quo recūbebat i ebrietate sua vbi
et p manū femine pcussit illū dn̄s de⁹
noster. Uiuit autē ipse domin⁹ quo-
niā custodiuit me angel⁹ eius ꝛ hinc
euntē ꝛ ibi commorātem: ꝛ inde huc

reuertentē: ꝛ nō permisit me dñs an-
cillā suā coinquinari / sed sine pollu-
tione peccati reuocauit me vobis gau-
dentē in victoria sua in euasiōe mea
Ps. 105. A ꝛ in liberatione vestra. Cōfitemini
106. A. illi omnes qm̄ bonꝰ: qm̄ in seculū mīa
eius. Uniuersi aūt adorātes dñm di-
xerūt ad eā. Benedixit te dñs in vir-
tute sua quia per te ad nihilū rede-
git inimicos nostros. Porro Ozias
princeps populi israel: dixit ad eaʒ.
Luce. 1. c. Benedicta es tu filia a dño deo excel-
D so pre omnibus mulieribꝰ sup terrā.
Bñdictus dñs qui creauit celū ꝛ ter-
ram qui te direxit ī vulnera capitis
principis inimicorū nostrorū qꝛ ho-
die nomē tuum ita magnificauit / vt
non recedat laus tua de ore hominū
qui memores fuerint virtutis dñi in
eternū, p quibus non pepercisti aīe
tue, ppter angustias et tribulationē
generis tui: sʒ subuenisti ruine ante
S. 10. b. ꝛ conspectū dei nostri. Et dixit oīs po-
15. D. pulus. Fiat fiat. Porro achior voca-
tus venit: ꝛ dixit ei Judith. Deꝰ isrl
cui tu testimonū dedisti qd̄ vlciscā-
tur se de inimicis suis ipse caput oīm
incredulorum incidit ī hac nocte in
manu mea. Et vt, pbes qꝛ ita est ec-
ce caput holofernis / qui in contemptu
superbie sue deū Israel cōtempsit / ꝛ
tibi interitū minabat̄ dicens. Cū ca-
S. 5. D. et ptus fuerit populꝰ israel gladio per
S. 6. a. forari pcipiā latera tua. Uidēs autē
achior caput holofernis angustiatꝰ
pre pauore cecidit in faciē suā super
terrā ꝛ estuauit aīa eiꝰ. Postea vero
q̄ resumpto spiritu recreatꝰ est pro-
cidit ad pedes eius: ꝛ adorauit eā: ꝛ
dixit. Benedicta tu a deo tuo ī omni
tabernaculo iacob quoniaʒ in omni
gente que audierit nomen tuum ma-
gnificabitur super te deus israel.
¶ Ca. S. Caput holofernis in muro
suspēdit̄: achior circūcidit̄ / facto ar-
mor strepitu assyrii volentes holo-
fernem excitare inuenerūt mortuū.
Ch. xiiii. A Dixit autē iudith ad omnē po-
pulū. Audite me fres. Suspē-
dite caput hoc super muros
nostros: ꝛ erit cū exierit sol accipiat
vnusquisq̄ arma sua et exite cū im-
petu: nō vt descendatis deorsuʒ / sed
quasi impetū facientes. Tūc explo-
ratores necesse erit vt fugiāt ad prī-
cipē suū excitandū ad pugnā. Cūq̄
duces eorū cōcurrerint ad taberna-
culū holofernis: et inuenerint eum
truncum, in suo sanguine volutatū
decidet sup eos timor. Cūq̄ cogno-
ueritis fugere eos / ite post illos secu-
ri: quoniā dñs conteret eos sub pedi- B
bus vestris. Tunc achior vidēs vir-
tutē quā fecit deus israel relicto gē-
tilitatis ritu credidit deo et circūci-
dit carnē preputii sui: et appositꝰ est
ad populū israel: et oīs successio ge-
neris eiꝰ vsq̄ in hodiernū diē. Mox
autem vt ortus est dies suspenderūt
super muros caput holofernis: acce-
pitq̄ vnusquisq̄ vir arma sua ꝛ egres-
si sunt cū grandi strepitu ꝛ vlulatu.
Q̄d videntes exploratores ad taber-
naculū holofernis cucurrerūt. Por-
ro hi qui in tabernaculo erāt venien-
tes ꝛ ante ingressum cubiculi pstre-
pētes excitādi gratia inquietudinē
arte moliebant̄ vt nō ab excitātibus
sed a sonātibus holofernes euigila- C
ret. Nullus enim audebat cubicu-
lū virtutis assyriorū pulsando / aut
intrādo aperire. Sed cum venissent Luc. 14. D
eius duces ac tribuni ꝛ vniuersi ma-
iores exercitus regis assyrior̄ dixe-
rūt cubiculariis. Intrate et excitate
illū: quoniā egressi mures de cauer-
nis suis ausi sunt prouocare nos ad
preliū. Tunc ingressus vagao cubi-
culū eius stetit ante cortinā ꝛ plau-
suʒ fecit manibꝰ suis: suspicabat̄ enim
illū cū iudith dormire. Sed cuʒ nul-
lum motū iacentis sensu aurium cape-
ret accessit proximans ad cortinā ꝛ
eleuās eā: vidēsq̄ cadauer absq̄ ca- 14
pite holofernis in suo sanguine tabe-
factū iacere super terrā exclamauit
voce magna cum fletu ꝛ scidit vesti-
mēta sua. Et ingressus tabernaculū D
iudith nō inuenit eā: ꝛ exiliuit foras
ad populum ꝛ dixit. Una mulier he-
brea fecit confusionē in domo regis
nabuchodonosor: ecce enim holofer-
nes iacet in terra et caput eius non
est in illo. Q̄d cū audissent pricipes
virtutis assyriorum sciderūt oēs ve-
stimenta sua et intolerabilis timor
et tremor cecidit super eos: ꝛ turba-
ti sunt animi eorum valde. Et factꝰ
est clamor incomparabilis ī medio
castrorum eorum.
¶ C. S. Fugerunt Assyrii et filii Is-
rael persequentes in ore gladii dira-
ti sunt spolia eorū: per triginta dies
vix spolia colligentes: venit ponti-
fex cum clero ꝛ benedixit Judith.

Capitulum decimumquintum.

A Cumq; omnis exercitus decolla-
tum holofernẽ audisset: fugit
mens et consiliũ ab eis: et solo
tremore et metu agitati / fuge presi-
diũ sumunt: ita vt nullꝰ loqueretur cum
proximo suo: sed inclinato capite / re-
lictis omnibus euadere festinabant he-
breos / quos armatos super se veni-
re audierãt / fugiẽtes per vias cam-
porum et semitas collium. Videntes
itaq; filii israel fugiẽtes / secuti sunt
illos. Descenderũtq; clangentes tu-
bis / et vlulãtes post ipsos. Et quoniã
B assyrii non adunati in fugam ibant
precipites / filii autẽ israel vno agmi-
ne persequentes: debilitabant omnes
q̃s inuenire potuissent. Misitq; ozias
nũcios per omnes ciuitates et regio-
nes Israel. Omnis itaq; regio / omnisq;
vrbs / electam iuuẽtutem armatã mi-
sit post eos / et persecuti sunt eos in
ore gladii quousq; peruenirent ad ex-
tremitatẽ finiũ suorũ. Reliqui autem
qui erant i bethulia / ingressi sunt ca-
stra assyriorũ / et predã quã fugiẽtes
assyrii reliquerant / abstulerũt: et onu-
C stati sunt valde. Hi vero qui victo-
res reuersi sunt ad bethuliam omnia
que erant illorum abstulerunt secum:
ita vt nõ esset numerus in pecoribus
et iumẽtis / et vniuersis mobilibꝰ eo-
rum / vt a minimo vsq; ad magnum
oẽs diuites fierẽt de predationibꝰ eorũ
Joachim autẽ summus pontifex de
hierl'm: venit in bethuliam cum vni-
uersis presbyteris suis: vt videret iu-
dith. Que cũ exisset ad illum / bñdixe-
D runt eam oẽs vna voce dicentes. Tu
F.13.b. gloria hierl'm: tu leticia isrl': tu hono-
rificentia populi nostri / quia fecisti
viriliter / et confortatũ est cor tuum:
eo q; castitatem amaueris / et post vi-
rum tuũ alterũ nesciens: ideo et ma-
nus dñi cõfortauit te / et ideo eris be-
nedicta in eternum. Et dixit omnis
populus. Fiat fiat. Per dies autem
triginta / vix collecta sunt spolia as-
syriorũ a populo israel. Porro autem
vniuersa que holofernis peculiaria
fuisse probata sunt / dederũt Judith
in auro et argento / et vestibus et gem-
mis / et omni supellectili / et tradita
sunt omnia illi a populo. Et omnes
populi gaudebant cum mulieribus
et virginibus / et iuuenibus / in orga-
nis / et citharis.

¶ C.S. Canticum Judith: et quomo-
do omnis populus venit in Hierl'm
adorare / de morte iudith. Capitulum .xvi.

Tunc cantauit canticũ hoc do- A
mino Judith: dicẽs. Incipite
dño in tympanis / cantate dño
i cymbalis / modulamini illi psalmum
nouum: exultate et inuocate nomen
eius. Dominus conterens bella: dñs
nomẽ est illi. Qui posuit castra sua i
medio populi sui / vt eriperet nos de
manu oim inimicorum nr̃oꝝ. Venit
assur ex montibus ab aqlone / in multi-
tudine fortitudinis sue. Cuiꝰ multi-
tudo obturauit torrẽtes: et eq̃ eorum
cooperuerũt valles. Dixit se incẽsu-
rũ fines meos: et iuuenes meos occi-
surũ gladio / infantes meos dare in
predã: et virgines in captiuitatẽ. Do-
minus aũt oipotẽs nocuit eũ: et tra-
didit eũ in manus femine / et confu- B
dit eũ. Non eñ cecidit potẽs eorũ a F.10.a.
iuuenibꝰ / nec filii titan percusserunt
eũ: nec excelsi gygãtes imposuerunt
se illi: sed Judith filia merari in spe-
cie faciei sue dissoluit eũ. Exuit enim
se vestimẽto viduitatis: et induit se
vestimẽto leticie in exultatione filio-
rum isrl'. Unxit faciẽ suã vnguẽto /
et colligauit cincinnos suos mitra ad
decipiendum illum. Sandalia eiꝰ ra-
puerunt oculos eiꝰ: pulchritudo eius
captiuã fecit aiam eius: amputauit
pugione ceruicẽ eiꝰ. Horruerunt per-
se cõstantiã eiꝰ: et medi audaciã eiꝰ.
Tũc vlulauerũt castra assyriorum qñ
apparuerũt humiles mei arescentes
in siti. Filii puellarum cõpũxerũt eos: et
sicut pueros fugientes occiderunt
eos: perierũt in prelio a facie dñi dei
mei. Hymnũ cantemus dño: hymnũ
nouũ cantemꝰ deo nr̃o. Adonai dñe
deꝰ magnꝰ es tu: et preclarus in virtute
tua: et quem superare nemo potest. C
Tibi seruiat oĩs creatura tua: q̃a di- Fo.32.b.
xisti et facta sunt: misisti spm̃ tuũ / et
creata sunt: et nõ est qui resistat voci
tue. Montes a fundamẽtis mouebũ-
tur cum aquis: petre sicut cera lique-
scent ante faciẽ tuã. Qui autẽ timẽt
te: magni erunt apud te per oĩa. Ve
genti insurgẽti sup genus meũ. Do-
minus eñ oipotẽs vindicabit in eis:
i die iudicii visitabit illos. Dabit enim
ignẽ et vermes in carnes eorum: vt vrã-
tur et sentiant vsq; ad sempiternũ. Et
factum est post hec / oĩs pp'ls post vi-
ctoriã venit in hierusalẽ adorare do-
minum: et mox vt purificati sunt: ob-
tulerunt oẽs holocausta: et vota: et

re

repromissiones suas. Porro iudith
vniuersa vasa bellica holofernis q̄
dedit illi populus et conopeū quod
ipsa sustulerat de cubili ipsius / obtu-
D lit in anathema obliuionis. Erat au-
tem populus iucundus scḋm faciem
sanctorū: et per tres menses gaudiū
huius victorie celebratū est cum iu-
dith. Post dies aūt illos vnusquisq̄
rediit in sua / et Judith magna facta
est in bethulia: et preclarior erat vni-
uerse terre israel. Erat etiam virtuti
castitas adiuncta: ita vt non cogno-
sceret virum oībus diebus vite sue /
ex quo defunctus est Manasses vir
eius. Erat aūt dieb⁹ festis procedēs
cum magna gloria. Mansit autē in
domo viri sui annos centū quinq̄: et
dimisit abram suā liberā: et defuncta
est ac sepulta cum viro suo in bethu-
lia. Luxitq̄ illā oīs popul⁹ diebus se-
ptem. In omni autē spatio vite eius /
non fuit q̄ perturbaret israel: et post
mortē eius annis multis. Dies autē
victorie hui⁹ festiuitatis ab hebreis
in numero scōrū dierum accipitur /
et colitur a iudeis ex illo tempore / vs-
que in presentem diem.

Explicit liber Judith.

Hieronymi in librū hester ꝓfatio.

Librum Hester variis transla-
toribus constat esse viciatum
quē ego de archiuis hebreorū
releuās: verbum e verbo expressius
transtuli. Quē librū editio vulgata
laciniosis hinc inde verborū funibus
trahit: addēs ea q̄ ex tēpore dici pote-
rant et audiri: sicut solitū est schola-
rib⁹ disciplinis sumpto themate: ex-
cogitare quib⁹ verbis vti potuit: qui
iniuriā passus est / vel qui iniuriā fe-
cit. Vos autē o Paula et Eustochiū
quoniā et bibliothecas hebreorum
studuistis intrare: et interpretū cer-
tamina cōprobastis / tenētes Hester
hebraicum librum per singula verba
nostrā translationē aspicite: vt pos-
sitis agnoscere me nihil etiā augmen-
tasse addendo / sed fideli testimonio
simpliciter (sicut in hebreo habetur)
historiā hebraicā latine lingue tra-
didisse. Nec affectam⁹ laudes homi-
num nec vituperationes expauesci-
mus: deo enim placere curantes: mi-
nas hominū penitus non timemus:
quoniam deus dissipat ossa eorū qui
hominibus placere desiderant: et secūdū a-
postolum qui huiusmodi sunt / serui xp̄i
esse non possunt. Rursum in libro He- Bal. I. b.
ster alphabetum ex minio vsq̄ ad
Teth litteram fecimus diuersis in lo-
cis / volentes scilicet septuaginta in-
terpretum ordinem per hoc insinua-
re studioso lectori. Nos enim iuxta
morem Hebraicū ordinem prosequu-
tum i septuaginta editione maluimus.

Incipit liber Hester.

C. S. De cōuiuio assueri regis / de
vasthi regina q̄ noluit intrare ad re-
gē / de repudiatione ei⁹ ex ꝯsilio septē
sapientū: de decreto ꝓmulgato q̄ viri
dominentur vxoribus. Capitulum. I.



In dieb⁹ assueri q̄ regna- I
uit ab india vsq̄ ethio- ·I·8·c·
piā super centū viginti ·I·16·a·
septē prouincias / quan-
do sedit in solio regni
sui: Susa ciuitas regni
eius exordium fuit. Tertio igitur an-
no imperii sui fecerat grande conui-
uium cunctis principibus / et pueris
suis fortissimis persarum et medorū
inclytis / et prefectis prouinciarum
corā se vt ostenderet diuitias glorie
regni sui: ac magnitudinē atq̄ iactā-
tiā potentie sue multo tēpore / centum
videlicet et octoginta diebus. Cumq̄
implerentur dies conuiuii / inuitauit
omnē populū qui inuentus est in su-
sis / a maximo vsq̄ ad minimū: et ius-
sit septē diebus conuiuiū preparari i
vestibulo horti et nemoris / quod re-
gio cultu / et manu cōsitū erat. Et pen-
debant ex omni parte tentoria aerei
coloris / et carbasini / ac hyacinthini
sustētata funibus byssinis / atq̄ pur-
pureis / qui eburneis circulis inser-
ti erant: et colūnis marmoreis fulcie-
bantur. Lectuli quoq̄ aurei et argen-
tei sup pauimētum smaragdino / et
pario stratum lapide dispositi erant
quod mira varietate pictura decora-
bat. Bibebant aūt qui inuitati erant
aureis poculis / et aliis atq̄ aliis va-
sis cibi inferebantur. Vinū quoq̄ vt
magnificētia regia dignū erat / abun-
dans: et precipuū ponebat. Nec erat
qui nolētes cogeret ad bibendū / sed
sic rex statuerat: preponens mensis
singulos de principib⁹ suis: vt sume-
ret vnusquisq̄ qḋ vellet. Vasthi quoq̄
regina fecit cōuiuiū feminarū in pa-
latio: vbi rex assuer⁹ manere consue-

uerat. Itaq3 die septimo cū rex esset
hilarior/et post nimiā potationē3 in-
caluisset mero/precepit mauman et
bazatha ⁊ arbona et bagatha et ab-
gatha ⁊ zethar et charcas septē eu-
nuchis q̄ in cōspectu eius ministra-
bant/vt introducerent reginā vasthi
corā rege posito super caput eius dia-
demate vt ostenderet cunctis popu-
C lis et principib⁹ pulchritudinē illi⁹:
erat enim pulchra valde. Que renuit
et ad regis imperiū quod per eunu-
chos mādauerat/venire cōtempsit.
.f.2.a. Unde irat⁹ rex/et nimio furore suc-
census/interrogauit sapiētes/qui ex
more regio semper ei aderāt: et illo3
faciebat cūcta cōsilio scientiū leges
ac iura maio3 (erāt autē primi et p̄-
ximi charsena et sethar et admatha
et tharsis et mares et marsana ⁊ ma-
muchan/septē duces Persarum atq3
Medo3/qui videbant faciē regis/et
primi post eum residere soliti erant)
cui sentētie vasthi regina subiaceret:
que assueri regis imperiū qd per eu-
nuchos mandauerat/facere noluis-
set. Rñditq3 mamuchan audiēte re-
ge atq3 p̄ncipib⁹. Non solū regē lesit
regina vasthi: s3 et oēs pp̄los et prin-
cipes q̄ sunt in cunctis prouinciis re-
gis assueri. Egredietur em̄ sermo regi-
ne ad oēs mulieres/vt cōtemnāt vi-
D ros suos et dicant. Rex assuer⁹ iussit
vt regina vasthi intraret ad eū/et il-
la noluit. Atq3 hoc exēplo oēs princi-
pum coniuges persarū atq3 medorū
paruipendēt imperia maritorū: vnde
regis iusta est idignatio. Si ergo ti-
bi placet egrediatur edictū a facie tua
et scribatur iuxta legē persarū atq3 me-
dorū/quā preteriri illicitū est/vt ne-
quaq̄ regina vasthi ingrediatur ad
regē: sed regnū illi⁹ altera q̄ melior
est illa/accipiat. Et hoc in omne (qd
latissimū est) p̄uinciar3 tuarū diuul-
getur imperiū/vt cūcte vxores tā ma-
iorū q̄3 minorū deferant maritis suis
honorē. Placuit cōsiliū eius regi et
1.re.10.f. principibus: fecitq3 iuxta ɔsiliū ma-
mucha/et misit ep̄las ad vniuersas
prouincias regni sui: vt queq3 gens
audire ⁊ legere poterat diuersis lin-
guis et literis: esse viros principes
ac maiores i domib⁹ suis: et hoc per
cunctos populos diuulgari.

¶C.S. De virginib⁹ q̄sitis regi iter q̄s
erat hest: de introitu ei⁹ ad cubiculum
reg: q̄ regina facta ē: de mardocheo
reuelāti p̄ditionē eunuchoȝ. Cap. ij.

A His itaq3 gestis/postq̄3 regis as-
sueri indignatio deferbuerat/
recordatus est vasthi/et que fecisset
vel que passa esset: dixeruntq3 pueri
regis/ac ministri ei⁹. Querantur re-
gi puelle virgines/ac speciose: ⁊ mit-
tantur qui considerent per vniuersas
prouincias puellas speciosas/et vir-
gines: et adducant eas ad ciuitatem
susan/et tradāt eas i domū femina-
rū sub manu egei eunuchi/q̄ est p̄po-
sit⁹ et custos mulierū regiarū: ⁊ acci-
piāt mundū muliebrem/et cetera ad
vsus necessaria: et q̄cunq3 inter oēs
oculis regis placuerit/ipsa regnet p̄
vasthi. Placuit sermo regi: et ita vt
suggesserant/iussit fieri. Erat vir iu-
de⁹ in Susis ciuitate/vocabulo mar-
docheus filius iair/filii semei/filii
cis de stirpe iemini: q̄ trāslatus fue-
rat de hier̄lm eo tēpore quo iechoni-
am regē iuda nabuchodonosor rex 4. Regū
babylonis transtulerat/q̄ fuit nutri- 24.d.
tius filie fr̄is sui edisse: q̄ altero noīe
vocabat hester: et vtrumq3 parente3
amiserat: pulchra nimis/⁊ decora fa-
cie. Mortuisque patre eius ac matre B
mardoche⁹ sibi eā adoptauit i filia3.
Cūq3 p̄crebruisset regis īperiū/et iu-
xta mādatū illi⁹ multe pulchre v̄gi-
nes adducerent susan/et egeo trade- S.r.c.
rent eunucho: hester quoq3 inter cete- et.f.eo.
ras puellas ei tradita est/vt seruare-
tur in numero feminaȝ. Que placu-
it ei/⁊ inuenit gratiā in cōspectu illi⁹.
Et precepit eunucho/vt acceleraret
mundū muliebrē: et traderet ei par-
tes suas: et septē puellas speciosissi-
mas de domo regis: et tā ipsam q̄3 pe-
dissequas ei⁹ ornaret atq3 excoleret.
Que noluit indicare ei pp̄lm/et pa-
triā suā3. Mardocheus em̄ p̄ceperat
ei vt de hac re omnino reticeret: q̄ deam-
bulabat q̄tidie añ vestibulum dom⁹/
in q̄ electe virgines seruabant/curā
agens salutis hester/⁊ scire volēs q̄d
ei accideret. Cū autē venisset tēpus
singularū per ordinē puellarū/vt in-
trarēt ad rege3/expletis oībus q̄ ad
cultum muliebrē pertinebant/men-
sis duodecimus vertebatur: ita dum-
taxat/vt sex mensibus oleo vngeren-
tur myrrhino/et aliis sex quibusdam
pigmētis/et aromatibus vterentur.
Ingredientesq3 ad regem/quicquid E
postulassent ad ornatū p̄tinens/ac-
cipiebant: et vt eis placuerat/com-

poſite de triclinio feminaꝝ ad regis
cubiculum trāſibāt. Et q̄ intrauerat
veſpere egrediebat̄ mane: atqꝫ inde
in ſecūdas edes deducebātur: q̄ ſub
manu ſuſagazi eunuchi erāt: qui con
cubinis regis preſidebat: nec habe-
bat poteſtatē ad regē vltra redeun-
di: niſi voluiſſet rex: et eā venire iuſ-
ſiſſet ex nomie. Euoluto autē tēpore
per ordinē / iſtabat dies quo Heſter
filia Abiahil frīs Mardochei: quam
ſibi adoptauerat in filiā / deberet in-
trare ad regē. Que non queſiuit mu-
liebrē cultū: ſed quecūqꝫ voluit ege⁹
eunuchus cuſtos virginū: hec ei ad
ſ.1.c.3.e. ornatū dedit. Erat em̄ formoſa val-
de / et incredibili pulchritudine / om-
nium oculis gratioſa ꝛ amabilis vi-
debat̄. Ducta eſt itaqꝫ ad cubiculum
regis aſſueri menſe decimo qui voca
tur tebeth: ſe primo anno regni eius.
Et adamauit eā rex pl⁹ q̄ oēs mu-
lieres: habuitqꝫ gratiā et miſericor-
diam corā eo ſuper oēs mulieres: et
poſuit diadema regni in capite eius
D feciqꝫ eā regnare in loco vaſthi. Et
iuſſit cōuiuiū preparari permagnifi-
cum cūctis principibus: et ſeruis ſuis
pro coniunctione et nuptiis Heſter.
Et dedit requiē vniuerſis ꝓuinciis
ac dona largitus eſt iuxta magnifi-
centiā principalem. Cūqꝫ et ſecundo
quererent̄ virgines / et cōgregarent̄:
mardocheus manebat ad ianuā re-
gis: necdū prodiderat heſter patriā
et populum ſuum / iuxta mandatum
eius. Quicqd enim ille precipiebat
obſeruabat heſter: et ita cūcta facie-
bat: vt eo tēpore ſolita erat / quo eam
ſ.6.a. paruulā nutriebat. Eo igit̄ tempore
quo mardocheus ad regis ianuam
morabatur: irati ſunt bagathan / et
thares duo eunuchi regis qui ianito-
res erant: et in primo palatii limine
preſidebant: volueruntqꝫ inſurgere
in regē: et occidere eū. Quod mardo
cheum non latuit: ſtatimque nunciа-
uit regine heſter: ꝛ illa regi ex nomi-
ne mardochei qui ad ſe rem detule-
rat. Queſitum eſt et inuentum: et ap
penſus eſt vterqꝫ eorum in patibulo.
Nō eſt in hebreo. (Et iuſſit rex vt i libro mēorialī ſcri-
beret̄: vt ꝓ vita ſua aliqd repenſaret
ei.) Mādatūqꝫ eſt hiſtoriis: et anna-
libus traditum coram rege.
¶ C.3. De exaltatione amā cui mar-
doche⁹ genu non flectit: ſors in vrna
mitti: a rege petiit amā vt iudei oc-
cidant̄: ſic mittūt̄ ꝑ curſores ad vni-
uerſas ꝓuincias: iudei lugent. Cap. iii.
A Oſt hec rex Aſſuerus exalta-
uit Aman filium amadathi /
qui erat de ſtirpe agag: et po-
ſuit ſolium eius ſuper oēs principes
quos habebat. Cunctiqꝫ ſerui regis
qui in foribus palatii verſabātur / fle-
ctebant genua: et adorabāt aman: ſic
enim ꝑceperat eis imperator: ſolus
mardoche⁹ non flectebat genu / neqꝫ
adorabat eū. Cui dixerunt pueri re-
gis: qui ad fores palatii reſidebant.
Cur preter ceteros nō obſeruas man
datum regis? Cūqꝫ hoc crebrius dice
rent: ꝛ ille nollet audire: nūciauerūt
B aman / ſcire cupientes vtrū perſeue-
raret in ſententia. Dixerat enim eis
ſe eſſe iudeū. Qd cum audiſſet aman
et experimento probaſſet: ꝙ mardo-
cheus non flecteret ſibi genu / nec ſe
adoraret: iratus eſt valde: et pro ni-
hilo duxit in vnū mardocheū mitte-
re manus ſuas: audierat em̄ ꝙ eſſet
gentis iudee: magiſqꝫ voluit omnem
iudeorū qui erāt in regno aſſueri per ſ.9.f.
dere nationē. Menſe primo (cuius
vocabulū eſt Niſan) anno duodeci-
mo regni aſſueri / miſſa eſt ſors in vr-
nam / q̄ hebraice dicitur phur / corā
aman: quo die et quo menſe gens iu-
deorū deberet interfici: ꝛ exiuit men
ſis duodecimus qui vocat̄ adar. Di- ſ.23.b.
xitqꝫ aman regi aſſuero. Eſt popul⁹
per oēs prouincias regni tui diſper-
ſus: et a ſe mutuo ſeparatus / nouis
vtens legib⁹ ꝛ cerimoniis / inſuper ꝛ
C regis ſcita contēnens. Et optime no
ſti ꝙ nō expediat regno tuo vt inſole
ſcat per licētiam: ſi tibi placet / decer-
ne vt pereat: et decē milia talentoꝝ
appendam arcariis gaze tue. Tulit
ergo rex anulum quo vtebat̄ de ma-
nu ſua: et dedit eum aman filio ama-
dathi de ꝓgenie agag hoſti iudeorū
dixitqꝫ ad eū. Argentū qđ tu pollice
ris tuū ſit: de ꝑplo age qđ tibi placet.
Vocatiqꝫ ſunt ſcribe regis mēſe pri-
D mo niſan: tertiadecima die eiuſdem
mēſis: et ſcriptū eſt vt iuſſerat amā /
ad oēs ſatrapas regis: et iudices ꝓ-
uinciarū / diuerſarumqꝫ gentium / vt
queqꝫ gens legere poterat et audire
pro varietate linguarū ex noie regis
aſſueri: et litere ſignate ipſius anu-
lo miſſe ſunt ꝑ curſores regis ad vni-
uerſas prouincias: vt occiderēt atqꝫ
delerent omnes iudeos / a puero vſ-

q ad senē: paruulos ꝛ mulieres vno
die / hoc est tertiodecimo mēsis duo-
decimi / q̄ vocat adar: ꝛ bona eoꝝ di-
riperent. Summa autē epl'arum hec
fuit vt oēs prouincie scirent ꝛ para-
F.g.d. rent se ad predictā diē. Festinabant
cursores qui missi erant regis impe-
15 riū explere. Statimq; in susis pepen
dit edictum / rege et aman celebrāte
conuiuium: et cunctis iudeis qui in
vrbe erant flentibus.

¶ C.S. Mardocheus mandat hester
vt ad regē intrās roget pro iudeis:
illa excusationem pretendit iterum
admonita iubet orari ꝓ se. Cap. iiij.

A 1 Que cū audisset mardoche⁹:
scidit vestimenta sua / et in-
dutus est sacco, spargens ci
nerē capiti: ꝛ in platea medie ciuita-
tis voce magna clamabat: ostēdens
2 amaritudinē animi sui: et hoc ciula-
tu vsq; ad fores palatii gradiens.
Nō enī erat licitū: indutū sacco au-
3 lam regis intrare. In omnib⁹ quoq;
prouinciis: oppidis: ac locis: ad que
crudele regis dogma puenerat: plā-
ctus ingens erat apud iudeos: ieiu-
niū: vlulatus: ꝛ fletus: sacco ꝛ cine-
re multis pro strato vtentibus. In-
gresse aūt sunt puelle hester et eunu
B chi: nunciaueruntq; ei. Quod audi-
ens consternata est: et vestē misit vt
ablato sacco indueret eam: quam ac-
cipere noluit. Accitoq; athach eunu-
cho: quem rex ministrum ei dederat:
precepit vt iret ad mardocheū: ꝛ di-
sceret ab eo cur hoc faceret. Egres-
susq; athach: iuit ad mardocheū: stan
tem in platea ciuitatis ante ostium
palatii. qui indicauit ei oīa que acci-
derant: quomodo aman promisisset
vt in thesauros regis pro iudeoꝝ ne-
ce inferret argentū. exemplar quoq;
edicti quod pēdebat in susis: dedit ei
vt regine ostēderet: et moneret eā vt
intraret ad regē: et deprecaretur eū
C pro populo suo. Regressusq; athach
nūciauit hester omnia q̄ mardoche⁹
dixerat. Que rñdit ei: ꝛ iussit vt dice-
ret mardocheo. Oēs serui regis ꝛ cū-
cte que sub ditione eius sunt nouiunt
prouincie: q̄ siue vir siue mulier non
vocat⁹ interius atrium regis intra-
uerit: absq; vlla cunctatione statim
interficiat: nisi forte rex auream vir-
gam ad eum tetenderit pro signo cle
mētie: atq; ita possit viuere. Ego igi-
tur quomodo ad regē intrare pote-
ro / q̄ triginta iā dieb⁹ non sum voca-
ta ad eū? Q̄d cū audisset mardoche-
us, rursuz mādauit hester dicēs. Ne
putes q̄ aiam tuam tm̄ liberes / q̄ in
domo regis es pre cunctis iudeis. Si
enī nunc silueris / per aliā occasionē D
liberabūtur iudei: et tu et domus pa-
tris tui peribitis. Et q̄s nouit / vtrum
idcirco ad regnuz veneris / vt in tali
tpe parareris? Rursum Hester hec
mardocheo verba mādauit. Uade et
congrega oēs iudeos quos in susis
reperieris / ꝛ orate ꝓ me. Non come-
datis et nō bibatis trib⁹ dieb⁹ et tri-
bus noctib⁹: et ego cū ancillulis me-
is similiter ieiunabo: et tūc igrediar ad
regem / cōtra legē faciēs nō vocata:
tradensq; me morti et periculo. Iuit
itaq; mardoche⁹ / et fecit omnia que
ei Hester preceperat.

¶ C.S. Hester intrat ad regē: placet
regi: dicit ei / pete q̄d vis: etiā dimidi-
um regni mei: petit vt rex et Amā se-
cū ad ꝯuiuiū veniāt sero petit vt ite-
rū altero die ambo ad ꝯuiuiū veniāt
amā mardocheo crucē parat. Cap. v.

Die autē tertio induta est hester 1 A
regalibus vestimentis / et stetit
in atrio domus regie quod erat inte-
rius contra basilicam regis. At ille
sedebat super soliū suuz in cōsistorio
palatii contra ostiū domus. Cūq; vi-
disset hester reginā stantem: placuit
oculis ei⁹ / et extendit cōtra eā virgā
aureā quā tenebat manu. Que acce-
dēs / osculata est summitatem virgē
eius. Dixitq; ad eam rex. Quid vis B
hester regina? Que est petitio tua?
etiā si dimidiā partez regni petieris
dabit tibi. At illa rñdit. Si regi pla-
cet / obsecro vt venias ad me hodie /
et aman tecū ad cōuiuiū qd̄ paraui.
Statimq; rex. Uocate (inq̄t) cito amā
vt hester obediat voluntati. Uenerūt
itaq; rex et Aman ad cōuiuiū qd̄ ei Mar. 6.
regina parauerat. Dixitq; ei rex post- b.
q̄ vinum biberat abundanter. Quid
petis vt det tibi? et pro qua re postu-
las? Etiam si dimidiā ptē regni mei C
petieris / impetrabis. Cui rñdit Hester.
Petitio mea / et pces sunt iste. Si in-
ueni in cōspectu regis gratiā / ꝛ si re-
gi placet vt det mihi quod postulo et
meā impleat petitionē / veniat rex et D
aman ad conuiuiū qd̄ paraui eis / et
cras aperiā regi voluntatem meam.
Egress⁹ est itaq; illo die aman letus
et alacer. Cūq; vidisset mardocheum

sedētem ante fores palatii/et non so
lum non assurrexisse sibi/sed nec mo
tum quidem de loco sessionis sue/in-
dignat⁹ est valde: et dissimulata ira
reuersus in domū suā/ cōuocauit ad
se amicos suos/ et zares vxorē suam:
et exposuit illis magnitudinem diui
tiarū suarū/filiorūq; turbā/ et quāta
D eū gloria sup oēs principes et ser-
uos suos rex eleuasset. Et post hec
ait. Regina quoq; hester nullū aliuz
vocauit ad cōuiuium cū rege preter
me: apud quā etiā cras cū rege pran
surus sum. Et cū hec oīa habeā/nihil
me habere puto / q̄diu videro mar-
docheū iudeū sedētem ante fores re
gias. Rñderuntq; ei zares vxor eius
et ceteri amici. Jube parari excelsā
trabē/habentē altitudinis quinqua-
ginta cubitos: et dic mane regi vt ap
pendat sup eā mardoche⁹: et sic ibis
cū rege let⁹ ad cōuiuiū. Placuitq; ei
cōsiliū: et iussit excelsā pparari crucē.
¶ C.S. Rex noctē insomnem duxit:
in annalibus fidelitatem Mardo-
chei inuenit: precepit euz honorari:
Aman confusus est. Capitulum.vi.
A N Octem illam duxit rex insom-
I.2.d. nē: iussitq; sibi afferri historias
J.12.a. et annales priorum temporum. Que
cum illo presente legerentur/ ventum
est ad illū locū vbi scriptū erat quo-
modo nūciasset mardocheus insidi-
as bagathan et thares eunuchorum
regem assuerū iugulare cupiētium.
Q̄d cuz audisset rex ait. Quid p hac
fide honoris ac premii Mardoche⁹
cōsecut⁹ est? Dixerūt ei serui illius/
B ac ministri. Nihil oīno mercedis ac-
cepit. Statimq; rex. Quis est inquit in
atrio? Amā q̄ppe interi⁹ atriū dom⁹
regis intrauerat vt suggereret regi
et iuberet mardocheū affigi patibu-
lo qd ei fuerat preparatū. Rñderunt
pueri. Amā stat in atrio. Dixitq; rex.
Ingrediatur. Cūq; esset ingressus ait
illi. Quid debet fieri viro / quem rex
honorare desiderat? Cogitās autē in
corde suo aman/ et reputans q nullū
aliū rex nisi se vellet honorare rñdit.
Hō quē rex honorare cupit/ debet in
dui vestib⁹ regiis/ et iponi sup equū
q de sella regis ē/ et accipe regiū dia-
C dema sup caput suū/ et primus de re
giis principibus ac tyrannis teneat
equū eius: et p plateā ciuitatis inces
dens/ clamet et dicat. Sic honorabi-
tur quemcumq; voluerit rex honora-
re. Dixitq; ei rex. Festina/ et sumpta
stola et equo / fac ita vt locutus es
mardocheo iudeo qui sedet ante fo-
res palatii. Caue ne quicq̄ de his que
locutus es pretermittas. Tulit itaq;
aman stolam et equū: indutūq; mar-
docheū in platea ciuitatis et imposi-
tuz equo precedebat atq; clamabat.
Hoc honore cōdignus est quemcūq; D
rex voluerit honorare. Reuersusq;
est mardocheus ad ianuā palatii: et
aman festinauit ire in domū suā lu-
gens et operto capite: narrauitq; za-
res vxori sue et amicis oīa q̄ euenis-
sent sibi. Cui rñderunt sapientes
quos secū habebat in cōsilio et vxor
ei⁹. Si de semine iudeorū est mardo-
cheus ante quem cadere cepisti non
poteris ei resistere: sed cades in con
spectu eius. Adhuc illis loquētibus
venerunt eunuchi regis: et cito eum
ad cōuiuiū quod regina parauerat/
pergere compulerunt.
¶ C.S. De accusatione hester cōtra
aman: de suspensione aman in pati-
bulo mardocheo preparato. Cap.vii.
I Ntrauit itaq; rex et aman vt A
biberent cū regina. Dixitq; ei
rex etiā secunda die postq̄ vi-
no incaluerat. Que est petitio tua
hester vt detur tibi? et quid vis fibi
fieri? Etiam si dimidiā partem regni
mei petieris/ impetrabis. Ad quem
illa respondit. Si inueni gratiam in
oculis tuis o rex et si placet dona mi-
hi aiam meā pro qua rogo: et pplm B
meuz pro quo obsecro. Traditi enim
sumus ego et ppls meus vt contera-
mur/ iugulemur/ et pereamus. Atq;
vtinā in seruos et famulas venderes-
mur: esset tolerabile malū/ et gemēs
tacerem. Nunc autē hostis noster est
cuius crudelitas redūdat in regem.
Respōdēsq; rex assuerus/ ait. Quis
est iste? et cuius potentie vt hec au-
deat facere? Dixitq; hester. Hostis
et inimicus noster pessimus iste est
amā. Q̄d ille audiēs/ ilico obstupuit: C
vultū regis ac regine ferre nō susti-
nens. Rex autē iratus surrexit: et de
loco conuiuii intrauit in hortū arbo-
rib⁹ cōsitum. Amā quoq; surrexit vt
rogaret hester reginā pro aia sua:
intellexit enī a rege sibi paratū ma-
lum. Qui cū reuersus esset de horto
nemorib⁹ consito/ et intrasset cōuiuii
locū/ reperit aman super lectulū cor-
ruisse in quo iacebat Hester / et ait.

D Etiā reginā vult opprimere me pre-
sente in domo mea. Necdū verbū de
ore regis exierat: et statim operuerūt
faciē eius. Dixitq; arbona: vnus de
eunuchis qui stabant in ministerio
regis. En lignū qđ parauerat Mar-
docheo qui locutus est pro rege stat
in domo Aman habens altitudinis
quinquaginta cubitos. Cui dixit rex.
Appendite eum in eo. Suspēsus est
itaq; amā in patibulo qđ parauerat
mardocheo: et regis ira quieuit.
¶ C.S. Mardocheꝰ exaltat a rege et
hester rogat lrās nouas fieri/irritas
faciētes amā veteres: fit gaudiū iu-
deis q̄ noua lux oriri visa est. C.viii.
A DIe illo dedit rex assuerus he-
ster regine domū aman aduer-
sarii iudeorū et mardocheus ingres-
sus est ante faciē regis. Confessa est
enim ei hester qđ esset patruus suus.
F.3.c. Tulitq; rex anulū quē ab aman re-
cipi iusserat et tradidit mardocheo.
Hester aūt constituit mardocheum
super domū suā. Nec his cōtenta ꝓ-
cidit ad pedes regis: fleuitq; ⁊ locu-
ta ad eū orauit vt malitiam Aman
agagite et machinatiōes eius pessi-
mas quas excogitauerat ɔtra iude-
os iuberet irritas fieri. At ille ex mo-
re sceptrū aureū ꝓtendit manu quo
signum clemētie monstrabat. Illaq;
B cōsurgēs stetit ante eū et ait. Si pla-
cet regi: ⁊ si inueni gratiā in oculis
eius: et deprecatio mea non ei videt̄
esse contraria obsecro vt nouis epi-
stolis veteres aman litere insidiato-
ris ⁊ hostis iudeorū quibꝰ eos in cun-
ctis regis ꝓuinciis perire ꝓceperat
corrigant. Quomodo enī potero su-
stinere necē et interfectionē populi
mei? Respōditq; rex assuerꝰ Hester
regine et Mardocheo iudeo. Domū
aman ɔcessi hester regine: ⁊ ipm̄ ius-
si affigi cruci quia ausus est manum
mittere in iudeos. Scribite ergo iu-
deis sicut vobis placet ex regis no-
F.2.d. mine signantes literas anulo meo.
Hec enim ɔsuetudo erat vt ep̄lis que
ex regis nomie mittebant̄ ⁊ illius a-
nulo signate erāt nemo auderet cō-
tradicere. Accitisq; scribis et libra-
riis regis (erat aūt tēpus tertii men-
C sis q̄ appellat̄ sibā) vicesima ⁊ tertia
die illiꝰ scripte sunt ep̄le vt mardo-
cheus voluerat ad iudeos ⁊ ad prin-
cipes procuratoresq; et iudices qui
centum viginti septem prouinciis ab
india vsq; ad ethiopiam presidebāt F.1.a.
prouincie atq; prouincie populo et J.16.a.
populo iuxta liguas et literas suas:
et iudeis prout legere poterāt et au-
dire. Ipseq; epistole que ex regis no-
mine mittebantur anulo ipsius obsi-
gnate sunt et misse per veredarios: qui
per oēs prouincias discurrentes ve-
teres literas nouis nunciis preueni-
rent. Quibus imperauit rex vt cōue-
nirēt iudeos per singulas ciuitates.
et in vnū preciperēt ɔgregari vt sta-
rent ꝓ aīabus suis: et omnes inimi-
cos suos cū coniugibus ac liberis et
vniuersis domibus interficerēt atq;
delerēt. Et cōstituta est per oēs pro-
uincias vna vltionis dies: id est ter-
tiadecima mensis duodecimi Adar.
Sūmaq; epistole hec fuit vt in omni- D
bus terris ac populis q̄ regis Assue-
ri subiacebāt imperio notū fieret pa-
ratos esse iudeos ad capiēdam vin-
dictā de hostibꝰ suis. Egressiq; sunt F.3.d.
veredarii celeres nūcios pferētes et
edictū regis pepēdit in Susis. Mar-
docheus aūt de palatio ⁊ de conspe-
ctu regis egrediens fulgebat vesti-
bus regiis hyacinthinis videlicet et
aerinis coronā aureā portans in ca-
pite: et amictꝰ serico pallio atq; pur-
pureo. Omnisq; ciuitas exultauit: atq;
letata est. Iudeis autē noua lux ori-
ri visa est: gaudium/honor/et tripu-
dium. Apud oēs populos vrbes atq;
prouincias quocūq; regis precepta
veniebant mira exultatio epule atq;
conuiuia et festus dies: in tantum vt
plures alterius gētis et secte eorum
religioni et ceremoniis iūgerentur.
Grandis enim cunctos iudaici no-
minis terror inuaserat.
¶ C.S. De cede quam exercuerūt iu-
dei i hostes suos: et de filiis amā su-
spensis: de rescripto Mardochei ad
iudeos: ⁊ diebus assignatis solenni-
ter celebrandis. Capitulum.ix.
A IGitur duodecimi mēsis quem
adar vocari ām iā diximꝰ ter-
tiadecima die qñ cūctis iude-
is interfectio parabat̄/et hostes eorū
inhiabāt sanguini: versa vice iudei su-
periores esse ceperunt ⁊ se de aduer-
sariis vindicare. Cōgregatiq; sunt ꝑ
singulas ciuitates et oppida et loca
vt extenderēt manū cōtra inimicos
et persecutores suos. Nullusq; ausus
est resistere eo q; omnes ppl'os ma-
gnitudinis eorum formido penetra-

ret. Nam ⁊ prouinciarum iudices et
duces et ꝓcuratores: omnisq̄ dignitas
q̄ singulis locis ac operibus preerat/
extollebat iudeos timore mardochei:
quē principē esse palatij et plurimū
B posse cognouerant. Fama quoq̄ no-
minis eius crescebat quotidie: ⁊ per
cunctoꝝ ora volitabat. Itaq̄ ꝑcusse-
runt iudei inimicos suos plaga ma-
gna: et occiderūt eos: reddentes eis
qđ sibi parauerāt facere: intantum vt
etiam in Susis quingētos viros in-
terficerēt extra decem filios Aman
agagite hostis iudeorum: quorū ista
sunt noīa. Pharasandatha et Del-
phon ⁊ Esphata ⁊ Phorata et Ada-
lia ⁊ Aridatha ⁊ ephermestha et A-
risai et Aridai et Vaizatha. Quos
cū occidissent/ predas de substantiis
eorū agere noluerunt. Statimq̄ nu-
merus eorū qui occisi erāt in Susis/
ad regem relatus est. Qui dixit regi
ne. In vrbe Susis interfecerunt iu-
dei quingētos viros: et alios decem
filios Aman: quātā putas eos exer-
cere cedem in vniuersis prouinciis?
C Quid vltra postulas: et quid vis vt
fieri iubeam? Cui illa rūdit. Si regi
placet: detur potestas iudeis: vt si-
cut fecerūt hodie i Susis/ sic et cras
faciant: ⁊ decem filii Amā in patibu-
lis suspēdant. Precepitq̄ rex vt ita
fieret. Statimq̄ in Susis pependit
edictum: et decē filii Aman suspensi
sunt. Congregatis iudeis quartade-
cima die mēsis Adar interfecti sunt
in Susis trecenti viri: nec eorū ab il-
lis direpta substātia est: sed et p oēs
ꝓuincias que ditioni regis subiace-
bant pro animab⁹ suis steterūt iudei
interfectis hostib⁹ ac persecutoribus
suis: intantum vt septuagintaquinq̄
milia occisorū implerētur: ⁊ null⁹ de
D substātiis eorū q̄cq̄ cōtingeret. Dies
aūt tertiusdecim⁹ mēsis Adar vnus
apud oēs interfectiōis fuit: et quar-
tadecima die cedere desierūt. Quem
cōstituerunt esse solēnem vt in eo oī
tpe deinceps vacarent epulis/ gau-
dio atq̄ cōuiuiis. At hi q̄ in vrbe su-
sis cedē exercuerant/ terciodecimo ⁊
quartodecimo die eiusdem mēsis in
cede versati sunt: quintodecimo aūt
die percutere desierūt. Et idcirco eūdē
diē cōstituerunt solēnē/ epularū atq̄
leticie. Hi vero iudei q̄ in oppidis non
muratis ac villis morabātur/ quar-
tūdecimū diē mēsis adar cōuiuiorū

et gaudij decreuerunt: ita vt exultēt
in eo: et mittāt sibi mutuo ptes epu-
larū et ciboꝝ. Scripsit itaq̄ mardo- E
cheus oīa hec/ et lrīs cōprehensa mi-
sit ad iudeos qui in oīb⁹ regis ꝓuin-
ciis morabantur tā in vicino positis
q̄ procul/ vt quartādecimam ⁊ quin-
tadecimā diem mēsis Adar ꝓ festis
susciperēt: et reuertēti semꝑ anno so-
lenni celebrarent honore: q2 in ipsis
diebus se vlti sunt iudei de inimicis
suis: et luctus atq̄ tristitia in hilari-
tatē gaudiūq̄ conuersi sunt/ essentq̄
dies isti epularꝝ atq̄ leticie/ et mitte-
rent sibi inuicē ciboꝝ partes ⁊ pau-
perib⁹ munuscula largirētur. Susce-
perūtq̄ iudei in solennē ritū cuncta
que eo tpe facere ceperāt/ et q̄ Mar-
docheus lrīs facienda mādauerat.
Aman enim fili⁹ Amadathi stirpis F
Agag/ hostis et aduersarius iudeo- S.3.b.
rū: cogitauit cōtra eos malū/ vt occi-
deret illos atq̄ deleret: et misit phur
(qđ nostra lingua vertit in sortem)
postea ingressa est hester ad regem
obsecrans vt conat⁹ ei⁹ lrīs regis ir-
riti fierēt: ⁊ malū qđ ꝯtra iudeos co-
gitauerat/ reuerteretur in caput ei⁹.
Deniq̄ et ipm ⁊ filios ei⁹ affixerunt
cruci: atq̄ ex illo tpe dies isti appel-
lati sunt phurim: id est sortium eo q̄
phur id est sors in vrnā missa fuerit.
Et cūcta que gesta sunt eplē id est li-
bri hui⁹ volumie ꝯtinent: queque su-
stinuerūt ⁊ q̄ deinceps immutata sunt
susceperūt iudei suꝑ se ⁊ semē suū: et
suꝑ cunctos qui religioni eoꝝ volue-
runt copulari: vt nulli liceat duos
hos dies absq̄ solēnitate transigerē
quos scriptura testat: et certa expe-
tunt tpa annis sibi iugiter succeden-
G tibus. Isti sunt dies quos nulla vnq̄
delebit obliuio: ⁊ ꝑ singulas genera-
tiones cūcte in toto orbe ꝓuincie ce-
lebrabūt: nec est vlla ciuitas in qua
dies phurim id est sortiū non obser-
uēt a iudeis et ab eoꝝ ꝓgenie: q̄ his
ceremoniis obligata est. Scripserūt
q̄ hester regina filia abiahil et mar-
docheus iudeus etiā secūdā episto-
lā: vt oī studio dies ista solēnis san-
ciretur in posterū. Et miserūt ad oēs
iudeos q̄ in centū viginti septē ꝓuin-
ciis regis assueri versabātur: vt habe-
rēt pacem ⁊ susciperent veritatē/ ob-
seruātes dies sortium: ⁊ suo tpe cum
gaudio celebrarēt: sicut cōstituerant
mardoche⁹ et hester. Et illi obseruan

da susceperūt a se ꝛ a semine suo ieiunia ꝛ clamores ꝛ sortium dies: ꝛ oīa que libri huius qui vocatur Hester / historia continentur.

¶ C.S. De cōsummatione dictoꝝ ad dicendū: de expositione somnij Mardochei. Capitulum. x.

A Rex vo Assuer⁹ oēm terrā, ꝛ cūctas maris insulas fecit tributarias cui⁹ fortitudo et imperium ꝛ dignitas atq₃ sublimitas qua exaltauit Mardocheū / scripta sunt in libris Medoꝝ atq₃ Persarū: ꝛ quō Mardoche⁹ iudaici gñis secūd⁹ a rege Assuero fuerit: ꝛ magn⁹ apud Iudeos: ꝛ acceptabilis plebi fratrū suorū querēs bona populo suo: ꝛ loquēs ea q̄ ad pacē seminis sui pertinerēt.

B ¶ Que habent in hebreo plena fide expressi. Hec autē q̄ sequunt scripta reperi in editione vulgata: q̄ grecoꝝ lingua ꝛ literis continentur: ꝛ interim post finem libri hoc capitulū ferebatur: quod iuxta ꝯsuetudinē nostram obelo id est veru prenotauimus.

¶ Dixitq₃ Mardoche⁹. A deo facta sunt ista. Recordat⁹ sum somnij qđ viderā / hec eadem significantis: nec

C eoꝝ quicq̄₃ irritū fuit. Paruus fons qui creuit in fluuium ꝛ in lucē solēq₃ conuersus est: et in aquas plurimas redūdauit: Hester est quam rex accepit vxorē et voluit esse reginā. Duo autē dracones / ego sum ꝛ Amā. Gentes que conuenerant, hi sunt q̄ conati sunt delere nomen Iudeorū. Gens autē mea Israel est: que clamauit ad dñm: ꝛ saluū fecit dñs populū suum: liberauitq₃ nos ab oībus malis: et fecit signa magna atq₃ portenta inter gentes, et duas sortes esse precepit: vnā populi dei / ꝛ alterā cūctarum

D gentiū. Venitq₃ vtraq₃ sors in statutum ex illo iam tēpore diem corā deo vniuersis gentibus: ꝛ recordatus est dñs populi sui / ac misertus est hereditatis sue. Et obseruabuntur dies isti in mense adar quartadecima: et quintadecima die eiusdē mēsis cum omni studio ꝛ gaudio in vnū cetū populi cōgregati: in cunctas deinceps generationes populi Israel.

¶ C.S. De diuersitate literarū qualiter in hebreos ꝓmulgata est editio: de somnio Mardochei. Cap. xi.

A Anno quarto regnantib⁹ ptolemeo ꝛ cleopatra: attulerunt dosistheus qui se sacerdotem ꝛ Leuitici generis ferebat: et Ptolemeus filius eius hanc epistolam phurim quā dixerūt interpretatā esse lysimachū Ptolemei filiū in Hierusalē.

¶ Hoc quoq₃ principium erat in editione vulgata: qđ nec in hebreo, nec apud vllum fertur interpretatum.

¶ Anno secundo regnante Artaxerxe maximo / prima die mensis nisan B vidit somniū Mardoche⁹ fili⁹ Iairi filij semei filij Cis de tribu Beniamin homo Iude⁹ q̄ habitabat in vrbe Susis: vir magn⁹ ꝛ excelsus inter primos aule regie. Erat autem de eo numero captiuorū quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Hierusalē cum Iechonia rege Iuda: ꝛ hoc eius somnium fuit. Apparuerunt vo- C ces ꝛ tumultus / tonitrua ꝛ terremotus / ꝛ cōturbatio super terram: ꝛ ecce duo dracones magni / paratiq₃ cōtra se in preliū. Ad quoꝝ clamorem cuncte concitate sunt nationes vt pugnarent contra gentē iustoꝝ. Fuitq₃ dies illa tenebrarū ꝛ discriminis: tribulationis et angustie / et ingens formido super terram. Conturbataq₃ est gens iustorū timentium mala sua: et Ꝥ.10.c. preparata ad mortē. Clamaueruntq₃ D ad deū: ꝛ illis vociferātib⁹ fons paruus creuit in fluuium maximū, et in aquas plurimas redundauit. Lux et sol ort⁹ est: ꝛ humiles exaltati sunt et deuorauerūt inclytos. Qđ cū vidisset Mardoche⁹ ꝛ surrexisset de strato: cogitabat qđ deus facere vellet: ꝛ fixū habebat in animo scire cupiēs quid significaret somnium.

¶ C.S. De iteratione manifestationis insidiarū quā misit Artaxerxes prouinciarum ducib⁹ quibus omnibus preerat. Ca. xii.

Morabat autē eo tēpore in aula regis cū Gabatha ꝛ Thares eunuchis regis: qui ianitores erant palatij. Cumq₃ intellexisset cogitationes eoꝝ ꝛ curas diligentius preuidisset: didicit q̄ conarētur in regem Artaxerxem manus mittere: ꝛ nunciauit super eo regi. Qui de vtroq₃ habita questione / cōfessos iussit duci ad mortem. Rex autem quod gestum erat / scripsit in cōmentariis: sed ꝛ Mardocheus rei memoriā literis tradidit. Precepitq₃ ei rex vt in aula palatij moraretur / datis ei pro delatione munerib⁹. Aman vo filius Amadathi bugeus erat gloriosissi-

mus corã rege: & voluit nocere Mar-
docheo & populo eius pro duobus eunuchis
regis/ q fuerant interfecti.

verba hie- ¶ Huc usq; proemiũ. Que sequunt/ in
ronymi. eo loco posita erant: vbi scriptum est
involumine. Et diripuerunt bona vel
substantias eorum: que in sola vulga-
ta editione reperimus. Epistole au-
tem hoc exemplar fuit.

¶ C.S. De edicto repẽtino: de Aman
& eius exẽplar epl'e quã misit Artaxer-
xes cẽtũ viginti puinciarũ ducibus oĩ-
bus quibus preerat: sumptum de vulgata
editione apd Judeos: de cõdẽnatione
eoꝝ: de oõne Mardochei. Ca. xiii.

A Rex maximus Artaxerxes ab In-
dia usq; Ethiopiã centum vigin-
tiseptem provinciarum principibus et
ducibus / qui eius imperio subiecti
sunt / salutem. Cum plurimis genti-
bus imperarem: & vniversum orbem
mee ditioni subiugassem: volui ne-
quaq; abuti potentie magnitudine/
sed clementia et lenitate gubernare
subiectos: vt absq; vllo terrore vitam
silentio transigentes / optata cunctis
mortalibus pace fruerent. Querens
te autem me a consiliariis meis quo-
modo posset hoc impleri: vnus q sa-
pientia et fide ceteros precellebat: et
erat post regẽ secundus Aman noĩe
B indicauit mihi in toto orbe terrarũ
populũ esse dispersum: q novis vte-
ret legibus: & cõtra omniũ gentiũ con-
suetudinẽ faciens / regum iussa con-
temneret: & vniversarũ cõcordiã na-
tionum sua dissensione violaret. Quod
cum didicissemus / videntes vnã gen-
tem rebellẽ adversus omne hoĩm ge-
nus perversis vti legibus / nostrisq;
iussionibus cõtraire: & turbare subie-
ctarum nobis provinciarũ pacẽ atq;
cõcordiã: iussimus vt quoscũq; Aman
qui oĩbus puinciis prepositus est & se-
cundus a rege: & quẽ patris loco coli-
mus monstraverit: cũ cõiugibus ac li-
beris deleant ab inimicis suis: nul-
lusq; eoꝝ misereat: quartadecima die
duodecimi mẽsis Adar / anni presen-
C tis: vt nepharii hoĩes vno die ad infe-
ros descẽdentes / reddãt imperio no-
2 stro pacẽ quam turbauerant.

verba hie- ¶ Huc usq; exẽplar epistole. q sequũ-
ronymi. tur post eũ locũ scripta reperi / vbi le-
git. Pergensq; Mardocheus fecit oĩa
que ei mãdaverat Hester. Nec tamẽ
habet in hebraico: & apud nullum pe-
nitus fertur interpretum.

¶ Mardocheus autẽ deprecatus est
dñm / memor oĩm operũ eius, et dixit.
Dñe, dñe rex oĩpotens / in ditione eñi
tua cuncta sunt posita: & nõ est q pos-
sit tue resistere voluntati / si decreve-
ris salvare Israel. Tu fecisti celũ et
terrã / & quicquid celi ambitu cõtinet:
dñs omniũ es / nec est q resistat maie-
stati tue. Cuncta nosti & scis qz nõ pro D
superbia & cõtumelia & aliqua glie cu-
piditate fecerim hoc / vt non adorarẽ
Aman superbissimũ / libenter eñi pro
salute Israel etiã vestigia pedum eius
deosculari paratus essem: sed timui ne
honorem dei mei transferrẽ ad homi-
nem: & ne quẽq; adorarẽ excepto deo
meo. Et nunc dñe rex deus Abraam
miserere populi tui: quia volunt nos
inimici nostri perdere & hereditatẽ
tuam delere. Ne despicias partẽ tuã
quam redemisti tibi de Egypto. Exau-
di deprecationem meam: & propitius
esto sorti et funiculo tuo: & converte
luctum nostrum in gaudium: vt viven-
tes laudemus nomen tuum dñe: & ne
claudas ora te canentium. Oĩs quo-
q; Israel pari mente et obsecratione
clamavit ad dominum / eo q eis cer-
ta mors impenderet.

¶ C.S. De planctu Hester: de oõne
eius qua adoravit dñm: & qd sit reper-
tum in vulgata editione. Ca. xiiii.

Hester quoq; regina confugit ad A
dominum pavẽs periculũ quod
imminebat. Cũq; deposuisset vestes 2
regias / fletibus et luctui apta indu-
menta suscepit: & pro vnguentis va-
riis / cinere et stercore implevit ca-
put / et corpus suum humiliavit ieiu-
niis: omniaq; loca in quibus antea
letari cõsueverat / crinium laceratione
cõplevit. Et deprecabatur dominum
deum Israel dicens. Dñe mi qui rex
noster es solus adiuva me solitariã /
et cuius preter te nullus est auxilia-
tor alius. Periculũ meũ in manibus
meis est. Audivi a patre meo q tu B
dñe tulisses Israel de cunctis genti-
bus: & patres nostros ex omnibus re-
Pretende miam tuā scientibus te: et
iustitiā tuam his q̄ recto sunt corde.
Non veniat mihi pes superbie: ⁊ ma
nus peccatoris non moueat me. Ibi
ceciderunt q̄ operant iniqtatē: expul
si sunt nec potuerunt stare.

¶ Ipsi Dauid. xxxvi.

Noli emulari in malignantibus:
neq3 zelaueris facientes iniqta-
tem. Quoniā tanq̄ fenum velociter
arescent: ⁊ quēadmodum olera her-
barū cito decident. Spera in dño et
fac bonitatē: ⁊ inhabita terram ⁊ pa
sceris in diuitiis eius. Delectare in
dño: ⁊ dabit tibi petitiōes cordis tui.
Reuela dño viā tuā ⁊ spera in eo: ⁊
ipse faciet. Et educet quasi lumē iusti
tiā tuā ⁊ iudicium tuum tanq̄ meri
diem: subditus esto dño ⁊ ora eum.
Noli emulari in eo qui prosperat in
via sua: in hoīe faciente iniustitias.
Desine ab ira ⁊ derelinque furorem:
noli emulari vt maligneris. Q̄m qui
malignant exterminabunt: sustinen
tes autē dominū ipsi hereditabūt ter
ram. Et adhuc pusillū ⁊ non erit pec-
cator: ⁊ queres locū eius ⁊ non inue-
nies. Mansueti autē hereditabūt ter-
ram: ⁊ delectabūtur in multitudine
pacis. Obseruabit peccator iustum: ⁊
stridebit sup eum dentib⁹ suis. Dñs
autē irridebit eū: q̄m pspicit q̄ veniat
dies ei⁹. Gladiū euaginauerūt pctō-
res: intēderunt arcū suum. Ut deci-
piant pauperē ⁊ inopē: vt trucident
rectos corde. Gladius eoꝝ intret in
corda ipsoꝝ: ⁊ arcus eoꝝ cōfringat.

Melius est modicum iusto: sup diui-
tias peccatoꝝ multas. Qm̄ brachia
peccatoꝝ conterent: confirmat autē
iustos dn̄s. Nouit dn̄s dies immacu-
latoꝝ: ꝛ hereditas eoꝝ in eternū
erit. Non cōfundent in tēpore malo/
et in dieb⁹ famis saturabunt: qꝛ pec-
catores peribunt. Inimici vero dn̄i
moꝝ vt honorificati fuerint ꝛ exalta
ti: deficiētes quēadmodum fum⁹ de-
ficiēt. Mutuabit peccator ꝛ non sol-
uet: iustus autē miseret et retribuet.
Qꝛ benedicētes ei hereditabunt ter-
rā: maledicentes autē ei disperibunt.
Apud dn̄m gressus hoīs dirigent: et
viā ei⁹ volet. Cum ceciderit nō colli-
detur: qꝛ dn̄s supponit manum suā.
Iunior fui etenī senui: ꝛ non vidi iu-
stum derelictū/ nec semē eius querēs
panē. Tota die miseret ꝛ cōmodat: ꝛ
semē illius in benedictione erit. De-
clina a malo et fac bonū: et inhabita
in seculum seculi. Qꝛ dn̄s amat iudi-
B.33. cium: ꝛ nō derelinquet sanctos suos:
in eternum cōseruabunt. Iniusti pu
nientur: et semē impioꝝ peribit. Iu-
sti autē hereditabunt terrā: ꝛ inhabi
tabunt in seculū seculi sup eā. Os iu-
sti meditabit sapientiā: et lingua ei⁹
loquet iudiciū. Lex dei eius in corde
ipsius: ꝛ nō supplantabuntur gressus
24.q.3.c. ei⁹. Cōsiderat peccator iustū: ꝛ querit
no i ppe. mortificare eum. Dn̄s autē nō dere-
linquet eum in manib⁹ ei⁹: nec dāna-
bit eum cum iudicabit illi. Expecta
dn̄m et custodi viā ei⁹: ꝛ exaltabit te
vt hereditate capias terrā. cū perie-
rint peccatores videbis. Vidi impiū
superexaltatū: ꝛ eleuatū sicut cedros
libani. Et trāsiui ꝛ ecce nō erat: quesi
ui eum/ ꝛ non est inuentus loc⁹ eius.
Custodi innocentiā ꝛ vide equitatē:
qm̄ sunt reliqe homini pacifico. Iniu
sti autē disperibūt: simul reliquie im
pioꝝ interibunt. Sal⁹ autē iustorum
a dn̄o: ꝛ protector eoꝝ in tēpore tribula
tionis. Et adiuuabit eos dn̄s ꝛ libera
bit eos: ꝛ eruet eos a peccatoribus et
saluabit eos: qꝛ sperauerunt in eo.

¶ Psalmus Dauid in rememoratio-
ne diei sabbati. xxxvii.

B.6. Domine ne in furore tuo arguas
me: neq̄ i ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt mi-
hi: et confirmasti super me manum
tuam. Non est sanitas in carne mea
a facie ire tue: nō est pax ossib⁹ meis
a facie peccatoꝝ meoꝝ. Qm̄ iniquita
tes mee supgresse sunt caput meū: et
sicut onus graue grauate sunt super
me. Putruerūt ꝛ corrupte sunt cica-
trices mee: a facie insipiētie mee. Mi De pe.di.
ser fact⁹ sum ꝛ curuatus sum vsq̄ in 3.c.totā.
finē tota die contristat⁹ ingrediebar.
Quoniā lūbi mei ipleti sunt illusioni
bus: ꝛ non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum ꝛ humiliatus sum ni-
mis: rugiebā a gemitu cordis mei.
Dn̄e ante te om̄e desideriū meum: ꝛ
gemitus meus a te nō est abscōdit⁹.
Cor meum cōturbatum est: dereliquit
me virtus mea: et lumen oculorum
meoꝝ ꝛ ipsum non est mecū. Amici
mei et ꝓximi mei: aduersum me ap-
propinquauerunt ꝛ steterunt. Et qui
iuxta me erant de longe steterunt: et
vim faciebāt q̄ querebāt animā meā.
Et qui inquirebant mala mihi/ locuti De pe.di.
sunt vanitates: ꝛ dolos tota die medi 1.c.i actio
tabant. Ego autē tanq̄ surdus nō au ne.
diebam: et sicut mutus non aperiēs
os suum. Et factus sum sicut homo
non audiēs: ꝛ nō habēs in ore suo re-
dargutiones. Qm̄ in te dn̄e speraui:
tu exaudies me dn̄e de⁹ meus. Quia
dixi nequādo supergaudeāt mihi ini
mici mei: ꝛ dū comouent pedes mei
sup me magna locuti sunt. Qm̄ ego
in flagella parat⁹ sum: ꝛ dolor meus
in cōspectu meo semper. Quoniā ini
quitatē meā annunciabo: ꝛ cogitabo
pro peccato meo. Inimici autē mei
viuunt/ ꝛ cōfirmati sunt super me: et
multiplicati sunt qui oderunt me ini
que. Qui retribuunt mala ꝓ bonis/
detrahebant mihi: quoniā sequebar
bonitatem. Ne derelinquas me dn̄e
deus meus: ne discesseris a me. Intē
de in adiutorium meum: dn̄e deus sa
lutis mee.

¶ In finem pro idithum canticum
Dauid. xxxviii.

Dixi custodiam vias meas: vt
non delinquam in lingua mea.
Posui ori meo custodiam: cum consi
steret peccator aduersum me. Obmu
tui ꝛ humiliatus sum ꝛ silui a bonis:
et dolor meus renouatus est. Conca-
luit cor meum intra me: ꝛ in medita
tione mea exardescet ignis. Locut⁹
sum in lingua mea: notū fac mihi do
mine finē meū. Et numerum dierum
meorum quis est? vt sciam quid desit
mihi. Ecce mēsurabiles posuisti dies
meos: et substantia mea tanq̄ nihi-
lum ante te. Veruntamē vniuersa va

nitas: omnis homo viuens. Uerun-
tamen in imagine pertrāsit homo:
37.dis.c. sed et frustra conturbatur. Thesau
nonne. rizat: et ignorat cui congregabit ea.
Et nunc que est expectatio mea? nōn-
ne dñs? et substātia mea apud te est?
Ab omnibus iniquitatibus meis erue me:
opprobriū insipiēti dedisti me. Ob-
mutui et non aperui os meum: quo-
niam tu fecisti / amoue a me plagas
tuas. A fortitudine manus tue ego
defeci in increpationibus: ppter ini-
quitatem corripuisti hominē. Et ta-
bescere fecisti sicut araneā animam
eius: veruntamen vane conturbatur
omnis homo. Exaudi orationē meam
dñe et deprecationē meā: auribus per-
cipe lachrymas meas. Ne sileas quo-
niā aduena ego sum apud te et pere-
grinus: sicut omnes patres mei. Re-
mitte mihi vt refrigerer priusq̄ ab-
eam: et amplius non ero.

¶ In finem Psalmus dauid. xxxix.

Expectans expectaui dñm: et in-
tendit mihi. Et exaudiuit pre-
ces meas / et eduxit me de lacu mise-
rie: et de luto fecis. Et statuit supra
petram pedes meos: et direxit gres-
sus meos. Et immisit in os meum
heb.10.b. canticum nouum: carmen deo no-
stro. Uidebūt multi et timebūt: et spe-
rabūt in dño. Beatus vir cuius est no-
men dñi spes eius: et non respexit in
vanitates / et insanias falsas. Mul-
ta fecisti tu domine deus meus mi-
rabilia tua: et cogitationibus tuis non
est qui similis sit tibi. Annunciaui et
locutus sum: multiplicati sunt sup
numerū. Sacrificiū et oblationē no-
luisti: aures autē perfecisti mihi. Ho-
locaustū et pro peccato non postula-
sti: tūc dixi ecce venio. In capite li-
bri scriptū est de me vt facerē volun-
tatem tuā: deus meus volui / et legē
tuā in medio cordis mei. Annūciaui
iustitiā tuā in ecclesia magna: ec-
ce labia mea nō phibebo dñe tu sci-
sti. Iustitiā tuā nō abscōdi in corde
meo: veritatē tuā et salutare tuū di-
xi. Non abscondi misericordiā tuā
et veritatē tuam: a cōcilio multo. Tu
autē dñe ne lōge facias miseratiōes
tuas a me: mīa tua et veritas tua sem-
per susceperūt me. Quoniā circūde-
derūt me mala quorū nō est nume-
J.68. rus: cōprehenderūt me iniquitates
mee / et nō potui vt viderē. Multipli-
cate sūt super capillos capitis mei:
et cor meū dereliquit me. Cōplaceat .J.69.
tibi dñe vt eruas me: dñe ad adiuuā-
dū me respice. Confundātur et reue-
reant simul / qui querūt animā meā
vt auferāt eā. Conuertantur retror-
sum et reuereant: q̄ volunt mihi ma-
la. Ferant cōfestim cōfusionē suam:
qui dicunt mihi euge euge. Exultent
et letentur sup te oēs querentes te: et
dicant semp magnificet dñs qui dili-
gunt salutare tuū. Ego autē mendi-
cus sum et pauper: dñs sollicitus est
mei. Adiutor meus et protector meus
tu es: deus meus ne tardaueris.

¶ In finem Psalmus Dauid. xl.

Beatus qui intelligit super ege-
nū et pauperem: in die mala li-
berabit eū dñs. Dñs conseruet eum
et viuificet eum / et beatum faciat eū
in terra: et non tradat eū in animam
inimicorū eius. Dñs opē ferat illi su-
per lectum doloris eius: vniuersum
stratum eius versasti in infirmitate
eius. Ego dixi dñe miserere mei: sa-
na animam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerūt mala mihi: quā-
do morietur et peribit nomen eius? Et
si ingrediebatur vt videret vana lo-
quebatur cor eius: cōgregauit iniq-
tatem sibi. Egrediebatur foras: et lo-
quebatur in idipsum. Aduersum me
susurrabāt omnes inimici mei: aduer- Fo.di.c.
sum me cogitabāt mala mihi. Uer- ponderet
bū iniquū constituerunt aduersum et.c.sacer-
me: nunquid qui dormit nō adiiciet vt dotes.
resurgat? Etenim homo pacis mee in
quo speraui / q̄ edebat panes meos:
magnificauit super me supplanta-
tionē. Tu autē dñe miserere mei / et
resuscita me: et retribuā eis. In hoc
cognoui quoniā voluisti me: quoniam non
gaudebit inimicus meus sup me. Me
autē propter innocentiā suscepisti:
et confirmasti me in conspectu tuo
in eternū. Bñdictus dñs deus israel
a seculo et vsq̄ in seculum: fiat fiat.

¶ In finem intellectus filijs Core
Psalmus. xli.

Quemadmodū desiderat cer-
uus ad fontes aquarum: ita
desiderat aīa mea ad te deus.
Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuū:
quādo veniam et apparebo ante fa-
ciē dei? Fuerūt mihi lachryme mee
panes die ac nocte: dū dicitur mihi
quotidie vbi est deus tuus? Hec re-
cordatus sum / et effudi in me animā
meā: quoniam trāsibo in locū tabernaculi

admirabilis vsq ad domum dei. In
voce exultationis ꝛ cōfessionis: so-
J.42. nus epulātis. Quare tristis es aīa
mea: ꝛ quare cōturbas me? Spera
in deo quoniā adhuc ꝯfitebor illi: sa-
lutare vultus mei ꝛ deus meus. Ad
meipsum aīa mea cōturbata est: ꝓ-
pterea memor ero tui de terra iorda-
nis ꝛ Hermonij a monte modico.
Abyssus abyssū inuocat: in voce ca-
taractarum tuaruꝫ. Oīa excelsa tua
ꝛ fluctus tui: sup me transierunt. In
die mādauit dñs misericordiā suā: ꝛ
nocte canticū eius. Apud me oratio
deo vite mee: dicā deo susceptor me⁹
es. Quare oblit⁹ es mei: ꝛ quare cō-
tristatus incedo dū affligit me ini-
micus? Dū cōfringuntur ossa mea: ex-
probrauerūt mihi qui tribulant me
inimici mei. Dū dicūt mihi p singu-
los dies vbi est deus tuus: quare tri-
stis es anima mea: et quare contur-
bas me? Spera in deo quoniam ad-
huc confitebor illi: salutare vultus
mei ꝛ deus meus.

Psalmus Dauid. xlij.

Iudica me deus ꝛ discerne cau-
sam meam de gēte non sctā: ab
homine iniquo ꝛ doloso erue me. Qui-
tu es deus fortitudo mea: quare me
repulisti: ꝛ quare tristis incedo dum
affligit me inimicus? Emitte lucem
tuam ꝛ veritatē tuam: ipsa me dedu-
xerūt et adduxerunt in montē san-
ctū tuū et in tabernacula tua. Et in-
troibo ad altare dei: ad deū qui letifi-
B.41. cat iuuentutem meā. Cōfitebor tibi
in cithara deus deus meus: quare
tristis es aīa mea? ꝛ quare ꝯturbas
me? Spera i deo qm̄ adhuc ꝯfitebor
illi: salutare vult⁹ mei ꝛ deus meus.

In finem filijs Core ad intelle-
ctum. xliij.

Deus auribus nostris audiui-
mus: patres nostri annūciaue-
rūt nobis. Opus quod operatus es
in diebus eorum: ꝛ in diebus antiq̄s.
Manus tua gentes disperdidit et
plantasti eos: afflixisti populos ꝛ ex-
pulisti eos. Nec enim in gladio suo
possederunt terram: ꝛ brachiū eorū
nō saluauit eos. Sed dextera tua et
brachiū tuū ꝛ illuminatio vultus tui:
qm̄ ꝯplacuisti in eis. Tu es ipse rex
me⁹ ꝛ de⁹ meus: qui mādas salutes
iacob. In te inimicos nr̄os vētilabi-
mus cornu: ꝛ in noīe tuo spernemus
insurgētes in nobis. Nō em̄ in arcu
meo sperabo: ꝛ gladius me⁹ non sal-
uabit me. Saluasti em̄ nos de affli-
gētib⁹ nos: ꝛ odiētes nos ꝯfudisti.
In deo laudabimur tota die: ꝛ in no-
mine tuo ꝯfitebimur in seculū. Nūc
aūt repulisti ꝛ cōfudisti nos: et non
egredieris de⁹ in virtutib⁹ nr̄is. Auer-
tisti nos retrorsum post inimicos no-
stros: ꝛ qui oderūt nos diripiebant
sibi. Dedisti nos tanq̄ oues escarū:
ꝛ in gētib⁹ dispersisti nos. Uendidi-
sti populū tuū sine precio: et nō fuit
multitudo in comutatiōib⁹ eorum.
Posuisti nos opprobriū vicinis no-
stris: subsannationē et derisum his
q̄ sunt in circuitu nr̄o. Posuisti nos
in similitudinē gentibus: ꝯmotionē
capitis in populis. Tota die verecū-
dia mea ꝯtra me est: ꝛ cōfusio faciei
mee cooperuit me. A voce exprobrā-
tis ꝛ obloquētis: a facie inimici ꝛ ꝑ-
sequētis. Hec oīa venerunt sup nos:
nec obliti sumus te: ꝛ iniq̄ nō egim⁹
i testamēto tuo. Et nō recessit retro
cor nostrū: et declinasti semitas no-
stras a via tua. Qm̄ hūiliasti nos i
loco afflictiōis: ꝛ cooperuit nos vm-
bra mortis. Si obliti sumus nomen
dei nostri: ꝛ si expādim⁹ manus no-
stras ad deū alienū. Nōne deus re-
quiret ista: ipse enim nouit abscōdi-
ta cordis. Qm̄ ꝓpt̄ te mortificamur Ro.8.f.
tota die: estimati sum⁹ sicut oues oc-
cisiōis. Exurge q̄re obdormis dñe?
exurge ꝛ ne repellas in finē. Quare
faciē tuā auertis? obliuisceris inopie
nr̄e: ꝛ tribulationis nr̄e? Qm̄ hūilia-
ta est in puluere aīa nr̄a: cōglutina-
tus est in terra vēter nr̄. Exurge dñe
adiuua nos: ꝛ redime nos ꝓpter no-
men tuū.

In finē ꝓ his qui cōmu-
tabuntur filijs Core ad intellectum
canticum pro delicto. xliiij.

Eructauit cor meum verbū bo-
nū: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribe: veloci-
ter scribentis. Speciosus forma pre
filijs hominum / diffusa est gratia
in labijs tuis: propterea bñdixit te
de⁹ in eternū. Accingere gladio tuo
super femur tuū: potentissime. Spe-
cie tua ꝛ pulchritudine tua: intende
ꝓspere ꝓcede ꝛ regna. Propter ve-
ritatē ꝛ māsuetudinem et iustitiā: et
deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute: populi sub te ca-
dent: in corda inimicorū regis. Se- Heb.1.a.
des tua deus in seculū seculi: virga

directiōis virga regni tui. Dilexisti
iustitiā ꝛ odisti iniquitatē: ꝓpterea
vnxit te deus de⁹ tu⁹ oleo leticie: pre
cōsortibus tuis. Myrrha ꝛ gutta et
casia a vestimentis tuis a domibus
eburneis: ex q̇bus delectauerūt te fi-
lie regū i honore tuo. Astitit regina
a dextris tuis in vestitu deaurato:
circūdata varietate. Audi filia ꝛ vi-
de ꝛ inclina aurē tuā: et obliuiscere
populū tuū et domum patris tui. Et
concupiscet rex decorē tuū: qm̄ ipse
est dn̄s de⁹ tuus/ ꝛ adorabunt eū. Et
filie tyri in munerib⁹: vultū tuū de-
precabūtur oēs diuites plebis. Oīs
gl'ia ei⁹ filie regis ab int⁹ i fimbriis
aureis: circumamicta varietatibus.
Adducētur regi virgines post eam:
proxime ei⁹ afferent̄ tibi. Afferent̄ i
68.di.c. leticia ꝛ exultatione: adducentur in
quorū vi- templū regis. Pro patrib⁹ tuis na-
ces. ti sunt tibi filii: cōstitues eos princi-
pes sup oēm t'rā. Memores erūt no-
minis tui dn̄e: i oī gn̄atiōe ꝛ gn̄atio-
nē. Propt'ea ppl'i ꝯfitebūtur tibi in
eternū: ꝛ in seculū seculi. ¶ In finē
filiis core pro arcanis Psalm⁹. xlv.

DEus noster refugium ꝛ virtus:
adiutor in tribulationib⁹ q̄ in-
uenerunt nos nimis. Propterea nō
timebimus dum turbabitur terra: et
transferētur montes in cor maris.
Sonuerunt et turbate sunt aque eo-
rum: conturbati sunt montes in for-
titudine ei⁹. Fluminis impet⁹ letifi-
cat ciuitatē dei: sanctificauit taber-
naculum suū altissim⁹. Deus in me
dio eius non cōmouebitur: adiuua-
bit eā deus mane diluculo. Cōturba-
te sunt gētes ꝛ iclinata sunt regna:
dedit vocē suā mota est terra. Dn̄s
virtutū nobiscū: susceptor noster de⁹
iacob. Uacate et videte opa dn̄i que
posuit ꝓdigia super terrā: auferens
bella vsq₃ ad finē terre. Arcū conte-
ret ꝛ confringet arma: ꝛ scuta cōbu-
ret igni. Uenite et videte qm̄ ego sū
deus: exaltabor in gentib⁹ ꝛ exalta-
bor in terra. Dn̄s virtutū nobiscum:
susceptor noster deus iacob. ¶ In fi-
nē pro filiis core. Psalmus. xlvi.

OMnes gentes plaudite ma
nibus: iubilate deo in voce
exultationis. Quoniā dn̄s
excelsus terribilis: rex magn⁹ super
omnē terram. Subiecit populos no-
bis: ꝛ gentes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatē suā: speciē
iacob quem dilexit. Ascēdit deus in
iubilo: ꝛ dn̄s in voce tube. Psallite
deo nostro psallite: psallite regi nr̄o
psallite. Quoniā rex oīs terre de⁹:
psallite sapiēter. Regnabit deus su-
per gentes: deus sedet super sedem
sanctam suam. Principes populoꝝ
congregati sunt cū deo abrahā: quo
niam dii fortes terre vehemēter ele
uati sunt. ¶ Psalmus cantici filiis
core secunda sabbati. xlvii.

MAgnus dn̄s ꝛ laudabilis ni .J.144.
mis: in ciuitate dei nostri in
monte sancto eius. Funda-
tur exultatione vniuerse terre: mōs
Sion latera aquilonis/ ciuitas re-
gis magni. Deus in domibus eius
cognoscetur: cum suscipiet eā. Quo-
niā ecce reges terre cōgregati sunt:
conuenerunt in vnum. Ipsi vidētes
sic admirati sunt/ conturbati sunt/
commoti sunt: tremor apprehendit
eos. Ibi dolores vt parturientis: in
spū vehementi cōteres naues thar-
sis. Sicut audiuimus sic vidimus
in ciuitate domini virtutum/ in ciui
tate dei nostri: deus fundauit eā in
eternum. Suscepimus deus miseri-
cordiam tuam: in medio templi tui.
Secundum nomen tuum deus sic ꝛ
laus tua in fines terre: iustitia ple-
na est dextera tua. Letetur mōs sion
ꝛ exultent filie iude: propter iudicia
tua domine. Circundate sion ꝛ com
plectimini eam: narrate in turribus
eius. Ponite corda vestra in virtute
ei⁹: ꝛ distribuite domos ei⁹: vt enar-
retis in progenie altera. Quoniam
hic est de⁹ de⁹ nr̄ in eternū ꝛ in secu-
lum seculi: ipse reget nos in secula.
¶ In finē ꝓ filiis Core. Psal. xlviii.

AUdite hec omnes gentes: au
ribus percipite oēs qui ha-
bitatis orbem. Quiq₃ terrige-
ne et filii hominum: simul in vnum
diues ꝛ pauper. Os meum loquetur
sapientiam: ꝛ meditatio cordis mei
prudentiam. Inclinabo in parabo-
lam aurem meam: aperiam in psal-
terio propositionem meam. Cur ti-
mebo in die mala? iniquitas calca-
nei mei circumdabit me. Qui confi- 13.q.2.c.
dunt in virtute sua: et in multitu- in presenti.
dine diuitiarum suarum glorian-
tur. Frater non redimit redimet ho
mo: non dabit deo placationē suam.
Et preciū redemptionis anime sue:
et laborabit in eternum/ ꝛ viuet ad-

huc in finē. Nō videbit interitū cum
viderit sapiētes moriētes: simul insi
piens ⁊ stultꝰ peribūt. Et relinquēt
alienis diuitias suas: ⁊ sepulchra eo
rū domus illorū in eternum. Taber
nacula eorū in progenie ⁊ progenie:
vocauerunt noīa sua in terris suis.
Et homo cum ī honore esset non in
tellexit: cōparatus est iumentis insi
piētibꝰ / ⁊ similis factꝰ est illis. Hec
via illorū scandalum ipsis: ⁊ postea
in ore suo complacebūt. Sicut oues
ī inferno positi sunt: mors depascet
eos. Et dominabunt eorū iusti ī ma
tutino: et auxiliū eorū veterascet in
inferno a gloria eorū. Uerumtamen
deus redimet animā meā de manu
Job.27.d inferi: cū acceperit me. Ne timueris
cum diues factꝰ fuerit homo: ⁊ cum
multiplicata fuerit gloria domꝰ eiꝰ.
Quoniā cū interierit nō sumet oīa:
neqꝫ descendet cum eo gloria eius.
Q̄r anima eius in vita ipsius bñdi
cetur: cōfitebitur tibi cū benefeceris
ei. Introibit vsqꝫ ī progenies patrū
suorū: ⁊ vsqꝫ in eternū nō videbit lu
men. Homo cū in honore esset nō in
tellexit: comparatus est iumētis in
sipiētibus: ⁊ similis factus est illis.
¶ Psalmus Asaph. xlix.
Deus deorum dñs locutus est: ⁊
vocauit terrā. A solis ortu vsqꝫ
ad occasum: ex sion species decoris
eius. Deus manifeste veniet: deꝰ no
ster ⁊ non silebit. Ignis in cōspectu
eius exardescet: ⁊ in circuitu eiꝰ tem
pestas valida. Aduocauit celum de
sursum: ⁊ terram discernere populū
suum. Congregate illi sanctos eius:
qui ordināt testamentū eius sup sa
crificia. Et annunciabūt celi iustitiā
eius: quoniā deꝰ iudex est. Audi po
pulus meus et loquar israel ⁊ testi
ficabor tibi: deus deꝰ tuus ego sum.
Non in sacrificiis tuis arguā te: ho
locausta autē tua in conspectu meo
sunt semper. Non accipiā de domo
tua vitulos: neqꝫ de gregibꝰ tuis hyr
cos. Quoniā mee sunt oēs fere silua
rū: iumenta in montibꝰ ⁊ boues. Co
gnoui oīa volatilia celi: ⁊ pulchritu
do agri mecū est. Si esuriero non di
cam tibi: meus est enim orbis terre ⁊
plenitudo eius. Nunqd mānducabo
carnes taurorū: aut sanguinē hyrco
rū potabo? Immola deo sacrificium
laudis: et redde altissimo vota tua.
Et inuoca me ī die tribulatiōis: eruā
te ⁊ honorificabis me. Peccatori au
tē dixit deꝰ: quare tu enarras iusti
tias meas: ⁊ assumis testamentum
meū per os tuū? Tu vero odisti di
sciplinā: ⁊ proiecisti sermōes meos
retrorsum. Si videbas furem / curre
bas cū eo: ⁊ cū adulteris portionem 6.q.1.c.
tuā ponebas. Os tuū abūdauit ma ex merito
licia: ⁊ lingua tua cōcinnabat dolos.
Sedens aduersus fratrē tuū loque
baris / ⁊ aduersus filium matris tue
ponebas scādalū: hec fecisti ⁊ tacui.
Existimasti inique ꝙ ero tui similis:
arguā te ⁊ statuā ꝯtra faciē tuā. In
telligite hec qui obliuiscimini deū:
nequādo rapiat ⁊ nō sit qui eripiat.
Sacrificiū laudis honorificabit me:
et illic iter q̄ ostēdā illi salutare dei.
¶ In finem Psalmꝰ dauid cum ve
nit ad eum Nathan propheta: quan
do intrauit ad Bersabee. l.
Miserere mei deꝰ: secūdū ma .f.55.
gnā miām tuā. Et scdꝫ multi .f.56.
tudinē miserationū tuarū: de pe.di.
dele iniquitatē meam. Amplius la 3.c.totā.
ua me ab iniquitate mea: ⁊ a pecca de pe.dis.
to meo munda me. Qm̄ iniquitatē 3.c.illud.
meā ego cognosco: ⁊ pctm̄ meum cō
tra me est semp. Tibi soli peccaui / et
malum corā te feci: vt iustificeris in
sermonibꝰ tuis et vincas cum iudi
caris. Ecce enim in iniquitatibꝰ ꝯce
ptus sum: ⁊ in peccatis cōcepit me
mr̄ mea. Ecce eñ veritatē dilexisti:
incerta ⁊ occulta sapientie tue ma
nifestasti mihi. Asperges me hysso 50.di.cū
po ⁊ mundabor lauabis me: ⁊ super exaudie
niuem dealbabor. Auditui meo da ro.
bis gaudium ⁊ leticiā: ⁊ exultabunt de pe.dis.
ossa humiliata. Auerte faciem tuā a 2.c.vt co
peccatis meis: ⁊ oēs iniqtates meas gnouerūt
dele. Cor mundum crea in me deus:
⁊ spiritū rectū innoua in visceribus
meis. Ne proiicias me a facie tua: ⁊
spm̄ sanctū tuum ne auferas a me.
Redde mihi leticiā salutaris tui: et
spiritu principali cōfirma me. Doce
bo iniquos vias tuas: ⁊ impii ad te
cōuertentur. Libera me de sanguini
bus deus deꝰ salutis mee: et exulta
bit lingua mea iustitiā tuā. Dñe la 50.di.c.
bia mea aperies: ⁊ os meū annūcia pōderet.
bit laudē tuam. Quoniā si voluisses
sacrificiū dedissem: vtiqꝫ holocaustis
non delectaberis. Sacrificiū deo spi
ritus cōtribulatus: cor contritum et
humiliatū deus nō despicies. Beni de pe.di.1
gne fac dñe ī bona volūtate tua syō: in actiōe.

ut edificentur muri hierusalē. Tūc acceptabis sacrificiū iustitie oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

¶ In finē intellect⁹ David cū venit Doec idumeus et annūciauit saul ⁊ dixit: venit david i domū abimelech. li.

QUid gloriaris ī malitia: qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiā cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatē magis q̄ loqui equitatem. Dilexisti oīa verba precipitationis: lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finē: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicē tuam de terra viuentium. Videbunt iusti et timebunt: et super eum ridebūt et dicēt: ecce homo q̄ nō posuit deū adiutorē suum. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: et preualuit ī vanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei: speraui in misericordia dei in eternum: ⁊ in seculū seculi. Confitebor tibi in sec̄lm q2 fecisti: et expectabo nomen tuum quoniam bonū est in conspectu sanctorum tuorum.

¶ In finem pro Amalech intelligentia David. lii.

ps.13. DIxit insipiens in corde suo: non est deus. Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitatib⁹ non est qui faciat bonum. Deus de celo prospexit super filios hominū: vt videat si est intelligēs aut requirens roma.3.b. deū. Oēs declinauerunt simul inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonū non est vsq; ad vnū. Nōne scient oēs qui operant iniquitatē: qui deuorant plebem meā vt cibū panis? Deū non inuocauerūt: illic trepidauerunt timore vbi non fuit timor. Q̄m deus dissipauit ossa eorū qui hoībus placent: confusi sunt/quoniā de⁹ spreuit eos. Quis dabit ex sion salutare israel? cū conuerterit dominus captiuitatem plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel.

¶ In finem in carminibus intellectus David cum venissent Ziphei et dixissent ad Saul/nonne David absconditus est apud nos? liii.

DEus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam auribus percipe verba oris mei. Quoniā alieni insurrexerunt aduersum me/ et fortes quesierūt aīam meā: et non proposuerūt deū ante conspectū suū. Ecce eñ de⁹ adiuuat me: et dñs susceptor est aīe mee. Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi: et 20.q.3.c. cōfitebor nomini tuo dñe q̄m bonum presens. est. Q̄m ex oī tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit oculus meus. ¶ In finē in carminibus intellectus David. liiii.

EXaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meā: intēde mihi ⁊ exaudi me. Contristat⁹ sum in exercitatione mea: et conturbatus sum a voce inimici/et a tribulatione peccatoris. Q̄m declinauerunt in me iniq̄tates: et in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me: et formido mortis cecidit super me. Timor et tremor venerunt super me: ⁊ cōtexerunt me tenebre. Et dixi/quis dabit mihi pennas sicut columbe: et volabo et requiescā? Ecce elōgaui fugiēs: et mansi in 7.q.1.ca. solitudine. Expectabā eū qui saluum aduersitas. me fecit: a pusillanimitate spiritus et tēpestate. Precipita dñe et diuide linguas eoꝝ: q̄m vidi iniquitatem et cōtradictionē in ciuitate. Die ac nocte circumdabit eā super muros eius iniq̄tas: et labor in medio eius et iniustitia. Et nō defecit de plateis eius vsura et dolus. Q̄m si inimicus me⁹ maledixisset mihi: sustinuissē vtiq;. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis: dux meus et notus me⁹. Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum consensu. Veniat mors super illos: et descendāt in infernum viuentes. Quoniā nequitie in habitaculis eorū: in medio eorū. Ego autē ad deū clamaui: et dñs saluauit me. Vespere et mane et meridie narrabo et annūciabo: de pe.di. 4.c.non et exaudiet vocē meam. Redimet in vobis. pace aīam meam ab his qui appropinquant mihi: quoniā inter multos erant mecū. Exaudiet deus et humiliabit illos: qui est ante secula. Non enim est illis commutatio et non timuerunt deum: extendit manum suam in retribuendo. Cōtaminauerūt testamentum eius: diuisi sunt ab ira vultus eius: et appropinquauit cor

filius. Molliti sunt sermones eius su-
per oleum: et ipsi sunt iacula. Iacta
super dominum curam tuam et ipse
te enutriet: et non dabit in eternū flu-
ctuationem iusto. Tu vero deus de-
duces eos: in puteum interitus. Ui-
ri sanguinum et dolosi non dimidia-
bunt dies suos: ego autem sperabo
in te domine. ¶ In finem pro populo
qui a sanctis longe factus est/ David
in tituli inscriptione cum tenuerunt
eum Allophyli in Geth. lv.

MIserere mei deus quoniam
conculcauit me homo: tota
die impugnans tribulauit
me. Conculcauerunt me inimici mei
tota die: quoniā multi bellantes ad-
uersum me. Ab altitudine diei time-
bo: ego vero in te sperabo. In deo lau-
dabo sermones meos/ in deo spera-
ui: non timebo quid faciat mihi ca-
ro. Tota die verba mea execraban-
tur: aduersum me omnes cogitatio-
nes eorum in malum. Inhabitabunt
et abscondent: ipsi calcaneum meū
obseruabunt. Sicut sustinuerunt ani-
mam meam/ pro nihilo saluos faci-
es illos: in ira populos confringes.
Deus vitam meam annunciaui tibi:
posuisti lachrymas meas in conspe-
ctu tuo. Sicut et in promissione tua:
tunc conuertentur inimici mei retror-
sum. In quacunque die inuocauero
te: ecce cognoui quoniam deus meus
es. In deo laudabo verbum/ in domi-
no laudabo sermonē: in deo speraui/ nō
timebo quid faciat mihi homo. In
me sunt deus vota tua: que reddam
laudationes tibi. Quoniam eripuisti
animam meam de morte/ et pedes
.f.144. meos de lapsu: vt placeam corā deo
in lumine viuentium.
¶ In finem ne disperdas/ David in ti-
tuli inscriptione cum fugeret a facie
Saul in speluncam. lvi.

MIserere mei deus miserere
mei: quoniam in te confidit
anima mea. Et in vmbra ala-
rum tuarum sperabo: donec trans-
eat iniquitas. Clamabo ad deum al-
tissimum: deum qui benefecit mihi.
Misit de celo et liberauit me: dedit in
opprobrium conculcantes me. Mi-
sit deus misericordiā suam et verita-
tem suam/ et eripuit animam meam
de medio catulorū leonum: dormiui
conturbatus. Filii hominum dentes
eorum arma et sagitte: et lingua eo-
rum gladius acutus. Exaltare super
celos deus: et in omnem terram glo-
ria tua. Laqueum parauerunt pedi-
bus meis: et incuruauerunt animā
meam. Foderunt ante faciem meā
foueam: et inciderunt in eam. Paratū .f.107.
cor meum deus/ paratum cor meum:
cantabo et psalmum dicam domino.
Exurge gloria mea/ exurge psalteri-
um et cythara: exurgam diluculo. Cō-
fitebor tibi in populis domine: et psal-
mum dicā tibi in gentibus. Quoni-
am magnificata est vsque ad celos
misericordia tua: et vsq̄ ad nubes ve-
ritas tua. Exaltare super celos deus:
et super omnē terram gloria tua.
¶ In finem ne disperdas/ David in
tituli inscriptione. lvii.

SI vere vtiq̄ iustitiam loquimi-
ni: recte iudicate filii homi-
num. Etenim in corde iniqui-
tates operamini in terra: iniustitias
manus vestre concinnant. Alienati
sunt peccatores a vulua: errauerunt
ab vtero: locuti sunt falsa. Furor il-
lis secundum similitudinem serpen-
tis: sicut aspidis surde et obturantis
aures suas. Que non exaudiet vo-
cem incantantium: et venefici incan-
tantis sapienter. Deus conteret den-
tes eorum in ore ipsorum: molas leo-
num confringet dominus. Ad nihi-
lum deuenient tanq̄ aqua decurrēs:
intendit arcum suum donec infirmē-
tur. Sicut cera que fluit auferentur:
supercecidit ignis/ et non viderunt
solem. Priusq̄ intelligerent spine ve- 27.q.1.c.
stre rhamnum: sicut viuentes sic in viduas.
ira absorbet eos. Letabitur iustus cū
viderit vindictam: manus suas la-
uabit in sanguine peccatoris. Et di-
cet homo si vtique est fructus iusto:
vtiq̄ est deus iudicans eos in terra.
¶ In finem ne disperdas/ David in
tituli inscriptione quando misit Sa-
ul et custodiuit domum eius vt inter-
ficeret eum. lviii.

ERipe me de inimicis meis de-
us meus: et ab insurgentibus
in me libera me. Eripe me de
operantibus iniquitatem: et de viris
sanguinum salua me. Quia ecce ce-
perunt animam meam: irruerunt in
me fortes. Neque iniquitas mea/ ne-
q̄ peccatum meum domine: sine ini-
quitate cucurri et direxi. Exurge in
occursum meum et vide: et tu domi-
ne deus virtutum deus israel. Intende

de ad visitandas omnes gentes: nõ
miserearis omnibus qui operantur
iniquitatem. Convertentur ad vespe
ram et famem patientur ut canes: et
circuibunt civitatem. Ecce loquen-
tur in ore suo/et gladius in labiis eo-
rũ: quoniã quis audivit? Et tu domi-
ne deridebis eos: et ad nihilum de-
duces omnes gentes. Fortitudinem
meam ad te custodiam/quia deus
susceptor meus es: deus meus mise-
ricordia eius preveniet me. Deus o-
stendit mihi super inimicos meos ne
occidas eos: nequando obliviscãtur
populi mei. Disperge illos in virtu-
te tua: et depone eos protector meus
domine. Delictum oris eorum sermo
nem labiorum ipsorum: et compre-
hendantur in superbia sua. Et de exe
cratione et mendacio annunciabun-
tur in consummatione: in ira cõsum-
mationis et non erunt. Et scient quia
deus dominabitur iacob: et finium
J.eo. terre. Convertentur ad vesperam et
famem patientur ut canes: et cir-
cuibunt civitatem. Ipsi dispergẽtur
ad manducandum: si vero non fue-
rint saturati et murmurabunt. Ego
autem cantabo fortitudinem tuam:
et exaltabo mane misericordiam tu-
am. Quia factus es susceptor meus:
et refugium meum in die tribulatio-
nis mee. Adiutor meus tibi psallam/
quia deus susceptor meus es: deus
meus misericordia mea.

¶ In finem pro his qui cõmutabuntur
in tituli inscriptione ipsi David i do-
ctrinam cũ succẽdit Syriam Meso-
potamie: et Syriam Sobal: et cõuer-
tit Joab et percussit Edom in valle
Salinarum duodecim milia. lix.

DEus repulisti nos et destruxisti
nos: iratus es et misertus es no
bis. Commovisti terram et conturba
sti eam: sana contritiones eius quia
commota est. Ostendisti populo tuo
dura: potasti nos vino compunctio-
nis. Dedisti metuentibus te signifi-
cationem: ut fugiant a facie arc⁹. Et
liberentur dilecti tui: salvum fac de-
xtera tua et exaudi me. Deus locut⁹
est in sancto suo: letabor et partibor
sichimam/et convallem tabernaculo
.J.107. rũ metibor. Meus est galaad et me-
us est manasses: et ephraim fortitu-
do capitis mei. Juda rex meus: mo-
ab olla spei mee. In idumeam exten-
dam calceamentum meum: mihi a-
lienigene subditi sunt. Quis deducet
me in civitatem munitam? quis de-
ducet me usque in idumeam? Non-
ne tu deus qui repulisti nos: et non 23.q.3.c.
egredieris deus i virtutib⁹ nostris? sex.
Da nobis auxilium de tribulatione:
quia vana salus hominis. In deo facie
mus virtutem: et ipse ad nihilum de
ducet tribulantes nos.

¶ In finem in hymnis David. lx.

EXaudi de⁹ deprecationẽ meam:
intẽde orationi mee. A finibus
terre ad te clamavi dum anxiaretur
cor meum: in petra exaltasti me. De-
duxisti me quia factus es spes mea:
turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in se
cula: protegar in velamento alarum
tuarum. Quoniam tu deus meus ex
audisti orationem meã: dedisti he-
reditatem timentibus nomen tuum.
Dies super dies regis adiicies: an-
nos eius usque in diem generationis
et generationis. Permanet in eter-
num in conspectu dei: misericordiã
et veritatem eius quis requiret? Sic
psalmum dicam nomini tuo in secu-
lum seculi: ut reddam vota mea de
die in diem. ¶ In finem pro Idithũ
Psalmus David. lxi.

NOnne deo subiecta erit ani-
ma mea? ab ipso enim saluta
re meũ. Nam et ipse deus me-
us et salutaris meus: susceptor me-
us non movebor amplius. Quousq̃
irruitis in hominẽ/interficitis uni-
versi vos: tanq̃ parieti inclinato/
et macerie depulse? Verumtamen
precium meum cogitaverunt repel-
lere/cucurri in siti: ore suo benedice-
bant/et corde suo maledicebant. Ve-
runtamen deo subiecta esto anima
mea: quoniã ab ipso patientia mea.
Quia ipse de⁹ meus et salvator me-
us adiutor meus non emigrabo. In
deo salutare meum et gloria mea: de-
us auxilii mei et spes mea in deo est.
Sperate in eo omnis cõgregatio po-
puli/effundite coram illo corda ve-
stra: deus adiutor noster in eternũ.
Verumtamen vani filii hominũ/mẽ-
daces filii hominum in stateris: ut
decipiãt ipsi de vanitate in idipsum.
Nolite sperare in iniquitate/et ra-
pinas nolite concupiscere: divitie si
affluãt/nolite cor apponere. Semel
locutus est deus/duo hec audivi:
quia potestas dei est/et tibi domine

misericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua. ¶ Psalmus David cũ esset in deserto Idumee. lxii.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te aĩa mea: q̃ multipliciť tibi caro mea. In terra deserta inuia ⁊ inaquosa sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutez tuam et gloriã tuã. Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicã te in vita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: et labiis exultationis laudabit os meuz. Sic memor fui tui super stratuz meum in matutinis meditabor in te: q2 fuisti adiutor meus. Et in velamento alarum tuarum exultabo adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Ipsi vero in vanũ quesierunt animã meã: introibunt in inferiora terre / tradentur in manus gladii: partes vulpium erunt. Rex vero letabitur in deo / laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

¶ In finez Psalmus David. lxiii.

Exaudi deus orationẽ meaz cum deprecor: a timore inimici eripe animã meaz. Protexisti me a conuẽtu malignantiũ: a multitudine operantium iniquitatem. Quia exacuerunt vt gladium linguas suas intenderunt arcum rem amaram: vt sagittent in occultis immaculatũ. Subito sagittabunt eum et non timebunt: firmauerunt sibi sermonẽ neq̃. Narrauerunt vt absconderẽt laqueos: dixerunt quis videbit eos? Scrutati sunt iniq̃tates: defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altum: et exaltabiť deus. Sagitte paruulorum facte sunt plage eorum: et infirmate sunt contra eos lingue eorũ. Conturbati sunt omnes qui videbant eos: et timuit omnis homo. Et annunciauerunt opera dei: et facta eius intellexerunt. Letabitur iustus ĩ domino et sperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde.

¶ In finem Psalmus David. lxiiii.

Te decet hymn⁹ deus in sion: et tibi reddetur votum in hierusalem. Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet. Verba iniquorum preualuerunt super nos

De cõse. di.i.c.hi duo.

et impietatibus nostris tu propitiaberis. Beatus quez elegisti et assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tue: sanctum est templum tuum mirabile in equitate. Exaudi nos deus salutaris noster: spes omniũ finium terre / ⁊ in mari lõge. Preparãs montes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas pfundum maris / sonum fluctuum eius. Turbabuntur gentes et timebunt qui habitãt terminos a signis tuis: exitus matutini et vespere delectabis. Uisitasti terraz et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eaz. Flumen dei repletum est aq̃s parasti cibuz illorũ: quoniã ita est p̃paratio eius. Riuos ei⁹ inebriãs / multiplica genimina eius: in stillicidiis eius letabitur germinans. Benedices corone anni benignitatis tue: et campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti: ⁊ exultatione colles accigenť. Induti sunt arietes ouiũ / et valles abũdabũt frumento: clamabunt etẽi hymnũ dicent.

¶ In finem Psalmus David. lxv.

Iubilate deo om̃is terra / psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi ei⁹. Dicite deo q̃ terribilia sunt opa tua dñe: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui. Om̃is terra adoret te et psallat tibi: psalmum dicat noĩ tuo. Uenite et videte opera dei: terribilis in consiliis sup filios hominum. Qui conuertit mare in aridã / in flumine pertrãsibunt pede: ibi letabimur in ipso. Qui dñatur in virtute sua in eternum / oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperãt / non exaltentur in semetipsis. Bñdicite gentes deuz nostrũ: et auditã facite vocez laudis eius. Qui posuit aĩam meã ad vitam et non dedit in commotionez pedes meos. Quoniam probasti nos deus: igne nos examinasti / sicut examinatur argẽtũ. Induxisti nos in laqueum / posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem et aquã: ⁊ eduxisti nos in refrigeriũ. Introibo in domũ tuam in holocaustis: reddã tibi vota mea / que distinxerunt labia mea. Et locutum est os meũ: in tribulatione mea. Holocausta medullata offerã tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis. Uenite audite et narrabo om-

.f.90.

nes qui timetis deũ: quãta fecit ani-
me mee. Ad ipsum ore meo clamaui
et exaltaui sub lingua mea. Iniqui-
tatem si aspexi in corde meo: non ex-
audiet dominus. Propterea exaudi-
uit deus: et attendit voci deprecatio-
nis mee. Benedictus deus: qui non
amouit orationẽ meam et mi̅am su-
am a me. ¶ In finẽ in hymnis Psal
mus cantici Dauid. lxvi.

DEus misereatur nostri et bene-
dicat nobis: illuminet vultum
suum super nos/ et misereatur nostri.
Ut cognoscamus in terra viam tu-
am: in omnibus gentibus salutare
tuum. Confiteantur tibi populi de-
us: confiteantur tibi populi omnes.
Letentur et exultent gentes quoniaꝫ
iudicas populos in equitate: et gen-
tes in terra dirigis. Confiteantur ti-
bi populi deus/ confiteantur tibi po-
puli omnes: terra dedit fructum su-
um. Benedicat nos deus deus no-
ster/ benedicat nos deus: et metuant
eum omnes fines terre.

¶ In finẽ Psalmus cãtici dauid. lxvii.

EXurgat deus et dissipentur ini-
mici eius: et fugiant qui oderũt
eum a facie eius. Sicut deficit fu-
mus deficiant: sicut fluit cera a facie
ignis: sic pereant peccatores a facie
dei. Et iusti epulentur et exultent in
conspectu dei: et delectentur in leti-
tia. Cantate deo psalmum dicite no-
mini eius: iter facite ei qui ascen-
dit super occasum: dominus nomen
illi. Exultate in conspectu eius/ tur-
babuntur a facie eius patris orpha-
norum: et iudicis viduarum. Deus
in loco sancto suo: deus qui inhabi-
tare facit vnius moris in domo.
Qui eduxit vinctos in fortitudine:
similiter eos qui exasperant qui ha-
bitãt in sepulchris. Deus cum egre-
24.q.1.c. dereris in conspectu populi tui: cum
olbus. pertransieris in deserto. Terra mo-
ta est/ etenim celi distillauerũt a fa-
cie dei sinai: a facie dei israel. Pluui-
23.q.6. am voluntariam segregabit deus he-
c.iãvero. reditati tue et infirmata est: tu vero
perfecisti eam. Animalia tua habi-
tabũt in ea: parasti in dulcedine tua
pauperi deus. Dominus dabit ver-
bum euangelizantibus: virtute mul-
ta. Rex virtutũ dilecti dilecti: et spe-
ciei domus diuidere spolia. Si dor-
miatis inter medios cleros pẽne co-
lumbe deargẽtate: et posteriora dor-
si eius in pallore auri. Dum discer-
nit celestis reges super eã/ niue deal-
babũtur in selmon: mons dei mons
pinguis. Mons coagulatus mons
pinguis: vt quid suspicamini mon-
tes coagulatos. Mõs in quo bñpla-
citum est deo habitare in eo: etenim
dominus habitabit in finem. Currus
dei decem milibus multiplex milia
letantium: dominus in eis in syna
in sancto. Ascendisti in altum cepi- eph. 4. b.
sti captiuitatẽ: accepisti dona in ho-
minibus. Etenim non credentes: in-
habitare dominũ deum. Benedictus
dominus die quotidie: prosperũ iter
faciet nobis deus salutarium nostro-
rum. Deus noster deus saluos faci-
endi: et domini domini exitus mor-
tis. Uerũtamen deus confringet ca-
pita inimicorũ suorum: verticem ca-
pilli perambulantium in delictis su-
is. Dixit dominus ex basan conuer-
tam: conuertam in profundum ma-
ris. Ut intinguatur pes tuus in san-
guine: lingua canum tuorum ex ini-
micis ab ipso. Uiderunt ingressus
tuos deus: ingressus dei mei regis
mei qui est in sancto. Preuenerunt
principes coniuncti psallentibus: in
medio iuuencularum tympanistria-
rum. In ecclesiis benedicite deo do-
mino: de fontibus israel. Ibi benia-
min adolescentulus: in mẽtis exces-
su. Principes iuda duces eorũ: prin-
cipes zabulon et principes nephtha-
lim. Manda deus virtuti tue: confir-
ma hoc deus quod operatus es in
nobis. A templo tuo in hierusalem:
tibi offerent reges munera. Incre-
pa feras arundinis cõgregatio tau-
rorum in vaccis populorũ: vt exclu-
dant eos qui probati sunt argento.
Dissipa gentes que bella volunt/ ve-
nient legati ex egypto: ethiopia pre-
ueniet manus eius deo. Regna ter-
re cãtate deo: psallite domino. Psal-
lite deo qui ascendit super celum ce-
li: ad orientẽ. Ecce dabit voci sue vo-
cem virtutis/ date gloriaꝫ deo super
israel: magnificentia eius et virtus
eius in nubib⁹. Mirabilis de⁹ in san-
ctis suis: deus israel ipse dabit virtu-
tem et fortitudinem plebi sue: benedi-
ctus deus. ¶ In finẽ pro iis qui com-
mutabuntur. Psal. Dauid. lxviii.

SAluum me fac deus: quoniam
intrauerunt aque vsqꝫ ad ani-
mam meã. Infixus sum in li-

mo profundi: et non est substantia.
A.ij. Ueni in altitudinem maris: et tēpe-
stas demersit me. Laboraui clamās
rauce facte sunt fauces mee: defece-
runt oculi mei / dum spero in deum
meum. Multiplicati sunt super ca-
pillos capitis mei: qui oderunt me
A.39. gratis. Confortati sunt qui persecu-
ti sunt me inimici mei iniuste: q̄ non
rapui tunc exsoluebam. Deus tu scis
insipientiā meam: et delicta mea a te
non sunt abscōdita. Non erubescāt
in me qui expectāt te domine: domi-
ne virtutum. Non cōfundātur super
me: qui querunt te deus israel. Quo-
niam propter te sustinui opprobrium:
operuit confusio faciē meam. Extra-
neus factus sum fratribus meis: et
Joan.2.c peregrinus filiis matris mee. Quo-
Ro.15.a. niā zelus domus tue comedit me: et
opprobria exprobrātium tibi ceciderunt
super me. Et operui in ieiunio
animā meam: et factum est in oppro
brium mihi. Et posui vestimentum
meū ciliciū: et factus sum illis in pa-
rabolam. Aduersum me loquebātur
qui sedebant in porta: et in me psal-
lebant qui bibebāt vinum. Ego vero
orationē meā ad te dñe: tēpus bene-
placiti deus. In multitudine miseri-
cordie tue exaudi me: in veritate sa-
lutis tue. Eripe me de luto vt nō in-
figar: libera me ab his qui oderunt
me / et de profundis aquarum. Nō me
demergat tēpestas aque neq̄ absor-
beat me profundum: neq̄ vrgeat super
me puteus os suū. Exaudi me domi-
ne quoniā benigna est misericordia
tua: scdm multitudinē miserationum
tuarum respice in me. Et ne auertas
faciem tuā a puero tuo: quoniam tri
bulor velociter exaudi me. Intende
anime mee et libera eā: propter inimi-
cos meos eripe me. Tu scis impro-
perium meū et confusionē meā: et re-
uerentiā meam. In cōspectu tuo sunt
omnes qui tribulant me: improperi-
um expectauit cor meū et miseriam.
Et sustinui qui simul contristaret et
nō fuit: et qui cōsolaret et nō inueni.
Et dederūt in escam meā fel: et in siti
Ro.11.b. mea potauerunt me aceto. Fiat mē-
sa eorū corā ipsis in laqueū: et in re-
tributiones et in scandalū. Obscurē-
tur oculi eorū ne videāt: et dorsum eorū
semp incurua. Effunde sup eos iram
tuā: et furor ire tue cōprehēdat eos.
Act.1.d. Fiat habitatio eorū deserta: et in ta-
bernaculis eorū nō sit qui inhabitet.
Quoniam quē tu percussisti psecuti sunt: et
sup dolorē vulnerū meorū addiderunt.
Appone iniquitatē sup iniquitatem
eorū: et nō intrēt in iustitiā tuā. Deleantur
de libro viuentiū: et cū iustis nō
scribant. Ego sum paup et dolens: sa-
lus tua deus suscepit me. Laudabo no-
men dei cum cantico: et magnificabo
eum in laude. Et placebit deo sup vi-
tulū nouellū: cornua producētē et vn-
gulas. Uideāt pauperes et letentur:
querite deū et viuet aīa vrā. Quoniam ex-
audiuit pauperes dñs: et vinctos su-
os nō despexit. Laudēt illū celi et ter-
ra: mare et omnia reptilia in eis. Quoniam
deus saluā faciet sion: et edificabun-
tur ciuitates iude. Et inhabitabunt
ibi: et hereditate acquirēt eam. Et se-
men seruorū eius possidebit eā: et q̄ dili-
gunt nomen eius habitabunt in ea.
¶ In finem dauid in rememorationem
eo q̄ saluum fecit eum dñs. lxix.
Deus in adiutorium meū inten-
de: dñe ad adiuuādum me festi-
na. Cōfundantur et reuereantur: qui
querunt animā meā. Auertantur re-
trorsum et erubescant: qui volunt mi-
hi mala. Auertant statim erubescen-
tes: qui dicunt mihi euge euge. Exul- A.39.
tent et letētur in te oēs q̄ querūt te: et
dicāt semp magnificet dñs: qui dili-
gunt salutare tuū. Ego vō egenus et
pauper sum: deus adiuua me. Adiu-
tor meus et liberator meus es tu: dñe ne
moreris. ¶ Psalmus Dauid filiorum
Jonadab et priorū captiuorum. lxx.
In te dñe speraui nō cōfundar in A.30.
eternum: in iustitia tua libera me
et eripe me. Inclina ad me aurem tu-
am: et salua me. Esto mihi in deum
protectorem et in locum munitum: vt
saluū me facias. Quoniam firmamentum
meū: et refugiū meū es tu. Deus meus
eripe me de manu peccātoris: et de ma-
nu cōtra legē agentis et iniq̄. Quoniam tu
es patiētia mea dñe: dñe spes mea a
iuuentute mea. In te cōfirmatus sum
ex vtero: de ventre matris mee tu es
protector meus. In te cātatio mea sem-
per: tāq̄ prodigiū factus sum multis / et
tu adiutor fortis. Repleatur os meum
laude: vt cantē gloriā tuā / tota die ma-
gnitudinē tuā. Ne proiicias me in tpe
senectutis: cū defecerit virtus mea ne
derelinq̄s me. Quia dixerūt inimici mei
mihi: et q̄ custodiebāt aīam meā consi-
liū fecerūt in vnū. Dicētes deus derelī

quit eū pseq̄mini ⁊ cōprehēdite eum: quia nō est q̄ eripiat. Deus ne elongeris a me: de⁹ me⁹ in auxiliū meum respice. Cōfundant et deficiāt detrahētes aīe mee: operiant cōfusione et

88.di.c. euciēs.et ca.qm. pudore qui querunt mala mihi. Ego aūt semper sperabo: et adiiciā super oēm laudē tuā. Os meum annūciabit iustitiā tuā: tota die salutare tuū. Quoniam non cognoui literaturā/ introibo in potētias dñi: dñe memorabor iustitie tue solius. Deus docuisti me a iuuentute mea: ⁊ vsq; nūc pronūciabo mirabilia tua. Et vsq; in senectā et seniū: deus ne derelinquas me. Donec annūciem brachiū tuū: gñationi omni que vētura est. Potētiam tuā et iustitiā tuā deus vsq; in altissima que fecisti magnalia: deus quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas ⁊ malas/⁊ conuersus viuificasti me: et de abyssis terre iterum reduxisti me? Multiplicasti magnificentiā tuā: et cōuersus cōsolatus es me. Nā ⁊ ego cōfitebor tibi in vasis psalmi veritātē tuā deus: psallā tibi in cithara sanctus israel. Exultabunt labia mea cū cantauero tibi: et aīa mea quā redemisti. Sz et lingua mea tota die meditabit iustitiā tuā: cū confusi et reueriti fuerint: q̄ querūt mala mihi.

¶ Psalm⁹ dauid in salomonē. lxxi.

Deus iudiciū tuum regi da: et iustitiā tuam filio regis. Iudicare populū tuum in iustitia: et pauperes tuos in iudicio. Suscipiāt montes pacē populo: et colles iustitiam. Iudicabit pauperes popl'i/et saluos faciet filios pauperū: et hūiliabit calūniatorē. Et pmanebit cū sole et ante lunā: in generatione ⁊ generationē. Descēdet sicut pluuia in vellus: ⁊ sicut stillicidia stillātia sup trā. Orietꝛ in dieb⁹ ei⁹ iustitia ⁊ abūdātia pacis: donec auferat luna. Et dñabit a mari vsq; ad mare: et a flumine vsq; ad

Esa.60. b. terminos orbꝭ terrarū. Corā illo pcidēt ethiopes: et inimici ei⁹ trā lingēt.

mat.2.b. Reges tharsis et insule munera offerēt: reges arabū et saba dona adducēt. Et adorabūt eum oēs reges: oēs gētes seruiēt ei. Q2 liberabit pauperē a potēte: et pauperem cui nō erat adiutor. Parcet pauperi et inopi: et aīas pauperū saluas faciet. Ex vsuris ⁊ iniq̄tate redimet aīas eorū: et honorabile nomē eorū corā illo. Et viuet ⁊ dabit ei de auro arabie et adorabūt de ipso semp: tota die bñdicēt ei. Erit firmamētū i terra in summis montiū/ superextollet sup libanū fructus ei⁹: et florebūt de ciuitate sicut fenū terre. Sit nomē ei⁹ bñdictū in secula: ante solē pmanet nomen eius. Et bñdicent in ipso oēs trib⁹ terre: oēs gentes magnificabūt eū. Benedict⁹ dñs de⁹ isrl': q̄ facit mirabilia solus. Luc.1.g.

Et bñdictū nomē maiestat' ei⁹ i eternū et replebit maiestate ei⁹ oīs tra: fiat fiat. ¶ Defecerūt laudes dauid filii Jesse.

Psalmus Asaph. lxxii.

luiat cecos. Dñs erigit elisos: dñs
diligit iustos. Dñs custodit adue-
nas pupillũ et viduã suscipiet: et vias
pctõꝝ disperdet. Regnabit dñs in
secula de⁹ tuus sion: in generatione
et generationẽ. ¶ Alleluia. cxlvi.
Laudate dñm qm̃ bonus est:
psalmus deo nr̃o sit: iocũda
decoraq; laudatio. Edificãs
hierl'm dñs: dispersiones israelis cõ
gregabit. Qui sanat cõtritos corde:
et alligat cõtritiones eoꝝ. Qui nũe-
rat multitudinẽ stellaꝝ: et oĩbus eis
noĩa vocat. Magnus dñs noster et
ß.103. magna virt⁹ ei⁹: et sapientie eius nõ
est nũer⁹. Suscipiẽs mãsuetos dñs:
humilians aũt pctõres vsq; ad terrã.
Precinite dño in cõfessione: psallite
deo nostro in cithara. Qui operit ce-
lũ nubib⁹: et parat terre pluuiã. Qui
producit in mõtibus fenũ: et herbam
seruituti hoĩz. Qui dat iumẽtis escã
ipsoꝝ: et pullis coruoꝝ inuocantib⁹
eũ. Non in fortitudine eq̃ voluntatẽ
habebit: nec in tibijs viri bñplacitũ
erit ei. Beneplacitum est dño sup ti-
mentes eum: et in eis q̃ sperãt super
misericordia ei⁹. ¶ Alleluia. cxlvij.
Lauda hierusalem dñm: lauda
deũ tuũ sion. Quoniã confoꝛta-
uit seras poꝛtarum tuarum: benedi-
xit filijs tuis in te. Qui posuit fines
tuos pacẽ: et adipe frumẽti satiat te.
Qui emittit eloquiũ suũ terre: velo-
citer currit sermo eius. Qui dat ni-
uem sicut lanã: nebulã sicut cinerem
spargit. Mittit crystallũ suam sicut
buccellas: ante faciẽ frigoꝛis ei⁹ q̃s
sustinebit? Emittet verbũ suũ / et liq̃-
faciet ea: flabit spũs ei⁹ et fluent aq.
Qui annunciat verbũ suũ iacob: iu-
stitias et iudicia sua israel. Nõ fecit
taliter oĩni nationi: et iudicia sua nõ
manifestauit eis. ¶ Alleluia. cxlviij. dañ.3.c.
Laudate dominũ de celis: lauda ß.12.h.
te eum in excelsis. Laudate eũ De cõse.
omnes angeli eius: laudate eum om dis.2. ca.
nes virtutes eius. Laudate eum sol Reuera.
et luna: laudate eũ omnes stelle et lu ß.32.
men. Laudate eũ celi celoꝛũ: et aque
que super celos sunt laudẽt nomen
dñi. Quia ipse dixit et facta sunt: ipe
mandauit et creata sunt. Statuit ea
in eternũ et in seculũ seculi: p̃cepe p̃tũ
posuit et non preteribit. Laudate do
minũ de terra: dracones et oẽs abys-
si. Ignis grãdo nix glacies spiritus
procellarum: que faciũt verbũ eius.
Montes et oẽs colles: ligna fructife
ra et oẽs cedri. Bestie et vniuersa pe-
coꝛa: serpentes et volucres pennate.
Reges terre et oẽs populi: p̃ncipes
et oẽs iudices terre. Iuuenes et vir-
gines / senes cũ iunioꝛibus laudent
nomen dñi: q: exaltatũ est nomẽ ei⁹
solius. Confessio eius super celum et
terraz: et exaltauit coꝛnu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius: fi-
lijs israel populo appropinquãti sibi.
¶ Alleluia. cxlix.
Cantate dño canticum nouum:
laus eius i ecclesia sanctoꝛum.
Letetur israel in eo qui fecit eũ: et fi-
lie sion exultent in rege suo. Laudẽt
nomen eius in choꝛo: in tympano et
psalterio psallant ei. Quia bñplaci-
tũ est dño in populo suo: et exaltauit
mansuetos in salutẽ. Exultabũt san
cti in gloꝛia: letabunt i cubilib⁹ suis.
Exultatiões dei i gutture eoꝝ: et gla-
dii ãcipites i manib⁹ eoꝝ. Ad faciẽ-
dã vindictã i nationib⁹: increpatiões i
pplis. Ad alligãdos reges eoꝝ i cõ-
pedib⁹: et nobiles eoꝝ i manicis fer-
re⁹. Ut faciãt i eis iudiciũ cõscriptũ:
gl'ia hec est oĩb⁹ sctis ei⁹. ¶ All'a. cl.
Laudate dñm in sanctis ei⁹: lau
date eum in firmamẽto virtu-
tis eius. Laudate eum in virtutibus

eius: laudate eū secd̄m multitudinē
magnitudinis eius. Laudate eū in
sono tube: laudate eū in psalterio et
cithara. Laudate eum in tympano et
choro: laudate eū in chordis et orga
no. Laudate eū in cymbalis benesō
nantib⁹ laudate eū in cymbalis iu
bilationis: omis spūs laudet dn̄m.

¶ Finis Psalterij.

¶ Hieronymi Prefatio in li
bros Salomonis.

Iungat epistola quos iungit
sacerdotiū: immo charta non
diuidat quos Christi nectit
amor. Cōmentarios in Osee/ Amos
et Zachariā. Malachiā quoq; posce
tis: scripsissem si licuisset preualetu
dine. Mittitis solatia sumptuū: no
tarios nostros et librarios sustenta
tis: vt vobis potissimū nostrū desu
det ingenium. Et ecce ex latere fre
quens turba diuersa poscentiū: qua
si aut equū sit me vobis esurientib⁹
et alijs laborare: aut in ratiōe dati et
accepti/ cuiq̄ preter vos obnoxius
sim. Itaq; longa egrotatione fract⁹
ne penit⁹ hoc anno reticerē/ et apud
vos mut⁹ essem/ tridui opus nomini
vestro cōsecraui Interpretationem
videlz triū Salomonis voluminum
Masloth/ qd̄ hebrei parabolas/ vulga
ta aūt editio Prouerbia vocat. Co
heleth quem grece Ecclesiasten: lati
ne concionatorem possumus dicere:
Sir hasirim qd̄ in lingua nostra ver
titur Canticum canticorū. Fertur et
panaretos Iesu filij Sirach liber: et
alius pseudepigraphus/ qui Sapiē
tia Salomōis inscribit. Quoꝝ prio
rem hebraicū reperi/ non ecclesiasti
cum vt apud latinos: sed parabolas
prenotatum. Cui iuncti erant Eccle
siastes et Canticū canticorū: vt simi
litudinē Salomonis nō solū nume
ro librorū/ sed etiā materiarū gene
re coequaret. Secund⁹ apd̄ hebreos
nusq̄ est: quin et ipse stylus/ grecam
eloquentiā redolet: et nōnulli scripto
rum veterū hunc esse iudei philonis
affirmant. Sicut ergo Iudith et To
bie et Machabeorū libros legit qui
dem ecclesia: sed eos inter canonicas
scripturas non recipit: sic et hec duo
volumina legat ad edificationē ple
bis/ nō ad authoritatē ecclesiastico
rum dogmatū confirmandā. Si cui
sane septuaginta interpretū magis
editio placet: habet eā a nobis olim
emendatā: neq; ei noua sic cudimus
vt vetera destruamus. Et tamen cū
diligētissime legerit/ sciat magis no
stra scripta intelligi: que non in tere
tium vas transfusa coacuerint/ sed
statim de prelo purissime commēda
ta teste/ suum saporem seruauerint.

¶ Explicit epistola scti Hieronymi.

¶ Incipit prologus in libros eosdē.

Tribus noībus vocatū fuisse
Salomonem scripture mani
festissime docent. Pacificum
id est salomonem: et ididia hoc est di
lectū dn̄i: et qd̄ nunc dr̄ coeleth/ id est
ecclesiasten. Ecclesiastes aūt greco
sermone est appellatus: qr cetum id
est ecclesiā cōgreget: quem nos nun
cupare possumus concionatorem: eo
q loquatur ad ppl'm: et sermo ei⁹ nō
specialiter ad vnū/ sed ad vniuersos
dirigat generaliter. Porro pacific⁹
et dilectus dn̄i: ab eo q regno ei⁹ pax
fuerit et cū dn̄s dilexerit/ appellatus
est. Nam et psalmus. xliiij. et. lxxi. di
lecti et pacifici titulo prenotantur.
Qui tamen et si ad prophetiā christi
ecclesieq; pertinentes: felicitatē et vi
res salomonis excedūt: tn̄ fm̄ histo
riam sup Salomonem scripti sunt.
Itaq; iuxta numerū vocabuloꝝ tria
volumina edidit: Prouerbia/ Eccle
siasten/ Canticū canticoꝝ. In prouer
bijs paruulum docens: et quasi de of
ficijs per sententias erudiens. Un
de et ad filiū sermo crebro repetitur.
In ecclesiaste vo mature virum eta
tis instituens ne quicq̄ in mūdi re
bus putet esse perpetuū: sed caduca
et breuia vniuersa que cernim⁹. Ad
extremū iam cōsummatū virū et cal
cato seculo preparatū/ In canticis
canticoꝝ/ sponse iūgit amplexibus.
Nisi enī prius reliquerimus vitia: et
pompis seculi renunciantes expedi
tos nos ad aduentum preparaueri
mus: nō possumus cantare canticū
canticoꝝ. Sed et hoc diligentius at
tendendū tres libros auctore diuer
so esse intitulatos. In prouerbijs enī
notātur prouerbia Salomonis filij
Dauid regis israel. In ecclesiaste ve
ro verba ecclesiastes filij dauid regis
hierl'm. Superfluū quippe est israel
hic qd̄ male in grecis et latinis codi
cibus inuenit. In cantico aūt canti
corum: nec fili⁹ dauid nec rex israel
siue hierl'm prescribit: sed tn̄ canti

Hic prologus ex cōmētarijs hieronymi in ecclesiastē huc relatus est.

cum canticorum Salomonis. Sicut enim prouerbia et rudis institutio ad duodecim tribus/et ad totum pertinet israel: et quomodo contemptus mundi nõ nisi metropolitis conuenit/hoc est habitatoribus Hierusalē: ita canticum canticorum ad eos proprie pertinet/qui eius superna desiderant. Ad incipientes & proficiētes et paterna dignitas et regni proprii merito vendicatur authoritas. Ad perfectos vero vbi non timore eruditur sed amore/proprium nomē sufficit: et equalis magister est: et nescit se esse regē. Que oīa referūtur ad xpm.

¶ Item alius prologus.

Tres libros Salomonis: id est Prouerbia / Ecclesiasten / et Canticum canticorum/ veteri septuaginta interpretum authoritati reddidi: vel antepositis lineis superflua queq designãs/vel stellis titulo prenotatis ea que minus habebantur interserens/vt plenius Paula et Eustochium cognoscatis quid in libris nostris min⁹ sit/ quidue redundet. Necnon etiam illa que imperiti translatores male in linguā nostraz de Greco sermone verterant: obliterans et antiquans curiosissima veritate correxi. Et vbi preposteroordine atq peruerso sententiarũ fuerat lumen ereptum: suis locis restituens feci intelligi qđ latebat. Porro in eo libro qui a plerisq Sapientia Salomonis inscribitur: et in Ecclesiastico quem esse Jesu filii Syrach nullus ignorat: calamū temperaui: tantūmodo canonicas scripturas vobis emendare desiderans: et studium meum certis magis q̃ dubiis cōmēdare. Ideo Greco et Hebreo prefatiuncula vtraque in libro premissa est: quia nonnulla de greco hoc ad illuminationē sensus: & legētis edificationē vel inserta Hebraice translationi vel extrinsecus iuncta sunt. Et idcirco qui legis semper peregrina memento.

¶ Incipit liber Prouerbiorū: quem Hebrei Misle appellant.

¶ C.S. Titul⁹ libri p̄mittit et prelibatur vtilitas operis: auditus sapiētie cōmendat: prohibet fili⁹ ne acq̄escat blanditiis: nec eat in viis peccatorũ/ vel hereticorũ: sapiētia clamat. Cap.i.



Parabole Salomōis filii Dauid regis israel: ad sciendā sapientiam et disciplinā/ad intelligēda vba prudentie/et suscipiendaz eruditionem doctrine: iustitiam/et iudiciū et equitatez: vt det paruulis astutia et adolescenti sciētia et intellectus. Audiens sapiēs sapiētior erit: et intelligens gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam et interpretationem: verba sapientū/& enigmata eorū. Timor dñi/principiū sapientie. .J.9.c.
Sapientiā atq doctrinā stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinā patris tui: et ne dimittas legem matris tue vt addat gratia capiti tuo: & torques collo tuo. Fili mi/si te lactauerit peccatores: ne acq̄escas eis. Si dixerit. Ueni nobiscuz/insidiemur sanguini abscōdamus tendiculas cōtra insontem frustra: degluciam⁹ euz sicut infernus viuentē: et integruz quasi descēdentē in lacū: oēm preciosam substātiam reperiemus: implebimus domos nr̄as spoliis: sortez mitte nobiscum marsupiū vnū sit oīm nostrum. Fili mi/ne ambules cū eis: prohibe pedē tuuz a semitis eorū. Pedes enim illoruz ad malū currunt: & festinãt vt effundãt sanguinē. Frustra autez iacitur rete/ante oculos pēnatorū. Ipsi quoq cōtra sanguinē suū insidiantur: et moliunt fraudes contra aias suas. Sic semite oīs auari aias possidentium rapiūt. Sapiētia foris predicat/in plateis dat vocē suā. In capite turbarū clamitat: in forib⁹ portarū vrbis profert verba sua dicens. Usquequo paruuli diligitis infantiaz et stulti ea q̃ sibi sunt noxia cupient: et imprudētes odibūt scientiaz? Conuertimini ad correptionem meā: en proferā vobis spiritū meū/et ostendam vobis verba mea. Quia vocaui et renuistis: extendi manū meam/et nō fuit q̃ aspiceret. Despexistis omne cōsiliū meū: et increpatiōes meas neglexistis. Ego quoq in interitu vestro ridebo/et subsannabo/cuz vobis id qđ timebatis aduenerit. Cū irruerit repentina calamitas/& interitus quasi tēpestas ingruerit: quando venerit sup vos tribulatio et angustia tunc inuocabūt me et nō exaudiam: mane consurgent: & nō inuenient me: eo q exosam habuerint disciplinā: et

Marginal notes: a; .J.6.c. Ho.110.b. Eccl.1.b.; b; .J.6.c. Esa.59.b.; c; Esa.65.b. Hie.7.c.; d

timorē dñi nō susceperint: nec acq̄e-
uerint cōsilio meo: et detraxerint vni
uerse correptioni mee. Comedēt igi-
tur fruct⁹ vie sue: suisq̄ cōsilijs satu-
rabūtur. Auersio paruulorū interfi-
ciet eos: ꝛ ꝓsperitas stultorū pdet il
los. Qui aūt me audierit / absq̄ ter-
rore requiescet: et abundantia perfrue
tur timore malorum sublato.

¶ C. S. Sapiētia monet suscipe ser-
mones suos: q̄rere sapientiam sicut
thesaurū que ab omni insania reuo-
cat cōtemptoribus contrariatur: libe-
rat a via mala et muliere adultera: ꝛ
reducit in viam rectam. Capitulū. ij.

B Fili mi: si susceperis sermones
meos / et mādata mea abscon-
deris penes te / vt audiat sa-
pientiā auris tua: inclinabis cor tuū
ad cognoscendā prudētiā. Si enim sa
piētiam inuocaueris / et inclinaueris
cor tuū prudentie: si q̄sieris eā quasi
pecuniā et sicut thesauros effoderis
illā: tūc intelliges timorē dñi: ꝛ scien
tiā dei inuenies: q2 dñs dat sapiētiā:
et ex ore ei⁹ prudētia ꝛ sciētia. Custo
B diet rectorū salutē / ꝛ ꝓteget gradiē-
tes simpliciter: seruās semitas iusti-
tie / et vias sctōꝝ custodiēs. Tunc in
telliges iusticiā / et iudiciū / ꝛ equitatē
et oēm semitā bonā. Si intrauerit sa
pientia cor tuū / ꝛ sciētia aīe tue pla-
cuerit: cōsiliū custodiet te: et pruden-
tia seruabit te vt eruaris a via mala:
ab homine q̄ peruersa loquit̄: q̄ relin
C quunt iter rectū / et ambulant p vias
tenebrosas: q̄ letant̄ cū malefecerit:
et exultāt in reb⁹ pessimis: quorū vie
J.7.a. peruerse sunt et infames gressus eoꝝ:
vt eruaris a muliere aliena / et ab ex-
tranea q̄ mollit sermones suos: et re-
linq̄t ducem pubertatis sue: et pacti
dei sui oblita est (inclinata est enim
D ad mortē domus ei⁹: et ad inferos se
mite ipsi⁹: oēs q̄ ingrediunt̄ ad eam
non reuertent̄: nec apprehēdēt semi-
tas vite) vt ambules in via bona / et
calles iustorum custodias. Qui enim
recti sunt habitabunt in terra: et sim
Job.18.d. plices permanebunt in ea. Impij ve-
ro de terra perdentur: et qui inique
agunt auferentur ex ea.

¶ C. S. De preceptis memorādis et
fiducia habēda in deum: non in pro-
pria prudentia: de timendo et hono-
rando deū: de amando disciplinā: de
laude sapiētie: de impio nō timēdo:
et bono opere nō deserēdo / de impio
illusore non imitando. Capitulū. iij.

Fili mi / ne obliuiscaris legis mee B
et precepta mea cor tuum custo
diat. Longitudinē enī dierum / et an-
nos vite / et pacē apponent tibi. Mi-
sericordia et veritas te nō deserāt: circūda eas
gutturi tuo: et describe i tabulis cor-
dis tui: et inuenies gratiā et discipli-
nā bonā corā deo et hoībus. Habe fi-
duciā in dño ex toto corde tuo: et ne
innitaris prudētie tue. In oibus vijs 1.q.1.ca.
tuis cogita illū: ꝛ ipse diriget gressus non est.
tuos. Ne sis sapiens apud temetip̄m. Ro.12.d.
Time dñm ꝛ recede a malo. Sanitas B
quippe erit vmbilico tuo: ꝛ irrigatio
ossiū tuorū. Honora dñm de tua sub- To.4.b.
stantia: et de pmitijs oim frugū tuarū Lu.14.c.
da pauperib⁹: et implebunt̄ hor
rea tua saturitate: et vino torcularia
tua redundabūt. Disciplinā dñi fili He.12.b.
mi ne abijcias: nec deficias cū ab eo Apo.3.d.
corriperis. Quē enī diligit dñs corri 14.q.4.
pit: et quasi pr̄ in filio cōplacet sibi. c.ea vidu
Btūs homo q̄ inuenit sapiētiā: et qui era.
affluit prudētia. Melior est acq̄sitio De pur-
ei⁹ negociatione argenti / et auro pri ga. ca.cū.
mo fruct⁹ ei⁹. Preciosior est cunctis cum in iu
opib⁹: ꝛ oia q̄ desiderantur / huic non uentute.
valēt cōparari. Longitudo dierum in
dextera ei⁹: et in sinistra illi⁹ diuitie
et gloria. Vie ei⁹ vie pulchre: et omnes
semite illius pacifice. Lignū vite est C
his qui apprehēderint eā: et q̄ tenue-
rit eā beat⁹. Dñs sapientia fundauit
terrā: stabiliuit celos prudentia. Sa-
piētia illi⁹ eruperūt abyssi: et nubes
rore concrescunt. Fili mi / ne effluāt
hec ab ocłis tuis. Custodi legē atque
consiliū: et erit vita aīe tue: et gratia
faucib⁹ tuis. Tunc ambulabis fidu-
cialiter in via tua: et pes tuus nō im
pinget. Si dormieris non timebis:
quiesces / et suauis erit somn⁹ tuus.
Ne paueas repētino terrore: et irruē
tes tibi potentias impiorū. Dñs enī D
erit in latere tuo: et custodiet pedem
tuū ne capiaris. Noli ꝓhibere bñfa-
cere eū qui pōt: si vales / et ipse bñfac.
Ne dicas amico tuo: vade et reuer-
tere et cras dabo tibi: cū statim possis
dare. Ne moliaris amico tuo malum:
cū ille in te habeat fiduciā. Non con-
tendas aduersus hoīem frustra: cum
ipse tibi nihil mali fecerit. Ne emule-
ris hoīem iniustū: ne imiteris vias
ei⁹: q2 abominatio dñi est ois illusor
et cū simplicibus sermocinatio eius.
Egestas a dño in domo impij: habi-

tacula autē iustorū benedicentur. Ip-
se deludet illusores: et mansuetis da-
bit gratiā. Gloriā sapientes posside-
bunt: stultorū exaltatio ignominia.
¶ C.S. Salomon ostendit querendā
sapientiam per exemplum sui: et fru-
ctū sapientie: et viā sapiētie: et viā im-
pioꝝ: loquit alternati de custodien-
dis eloquijs dei: de custodia cordis
oris et gressuum. Capitulum. iiij.
A AUdite filij disciplinā patris / et
De vbo. attendite vt sciatis prudentiā.
signi. ca. Donum bonum tribuam vobis: le-
niā ꝛ ego. gem meam ne derelinquatis. Nā et
ego filius fui patris mei: tenellus et
vnigenitus corā matre mea: et doce-
bat me / atq; dicebat. Suscipiat ver-
ba mea cor tuū: custodi pcepta mea
et viues. Posside sapientiā: posside
prudentiā. Ne obliuiscaris: neq; de-
clines a verbis oris mei. Ne dimit-
tas eā / et custodiet te / dilige eā / et cō-
B seruabit te. Principiū sapiētie possi-
de sapientiā: et in omni possessione
tua acqre prudentiā. Arripe illā / et
exaltabit te: glorificaberis ab ea / cū
eam fueris amplexatus. Dabit capi-
ti tuo augmenta gratiarū: et corona
inclyta proteget te. Audi fili mi / ꝛ su-
scipe verba mea vt multiplicentur ti-
bi anni vite. Uiam sapientie mōstra-
ui tibi: et duxi te per semitas equita-
tis: quas cū ingressus fueris / non ar-
tabuntur gressus tui: et currens non
habebis offendiculū. Tene discipli-
nā / ne dimittas eā: custodi illā / quia
C ipsa est vita tua. Ne delecteris in se-
mitis impioꝝ: nec tibi placeat malo-
rum via. Fuge ab ea / nec transeas p
illā: declina et desere eam. Non enī
dormiūt nisi malefecerint: ꝛ nō rapit
somnus ab eis / nisi supplantauerint.
de pe. dis. Comedunt panē impietatis: et vinū
2. c. reuer iniquitatis bibūt. Iustorū aūt semi-
tebantur. ta quasi lux splendens: pcedit ꝛ cre-
scit vsq; ad pfectā diē. Uia impiorū
tenebrosa: nesciunt vbi corruant. Fi-
li mi ausculta sermones meos: et ad
eloquia mea inclina aurē tuā. Ne re-
cedant ab oculis tuis: custodi ea in
medio cordis tui. Uita enī sunt in-
uenientibus ea: et vniuerse carni sani-
D tas. Oī custodia serua cor tuū: qꝛ ex
ipso vita procedit. Remoue a te os
prauū: et detrahentia labia sint pcul
a te. Oculi tui recta videāt: et palpe-
bre tue pcedant gressus tuos. Dirige
semitas pedibus tuis: et oēs vie tue

stabuliēt. Ne declines ad dexterā neq;
ad sinistrā: auerte pedē tuū a malo.
Uias enī q̄ a dextris sunt nouit dñs:
peruerse vo sūt q̄ a sinistris sunt. Ipse
enī rectos faciet cursus tuos: itinera
autem tua in pace producet.
¶ C.S. De vitanda meretrice: de ho-
nore et laboribꝰ et annis nō pdēdis:
de bibēdis aqs cisterne ꝓprie: de dili-
genda vxore ꝛ fugiēda aliena. Cā. v.
FIli mi / attēde sapientiā meam A
et prudentie mee inclina aurē
tuam vt custodias cogitationes: et
disciplinam labia tua conseruent.
Ne intenderis fallacie mulieris.
Fauꝰ enī distillās labia meretricis: et
nitidiꝰ oleo guttur eiꝰ: nouissima au-
tē illiꝰ amara q̄si absinthiū et lin-
gua eiꝰ acuta q̄si gladiꝰ biceps. Pe-
des eiꝰ descēdūt in mortē: et ad infe-
ros gressus eiꝰ penetrant. Per semi-
tā vite nō ambulāt: vagi sunt gressus B
eiꝰ et inuestigabiles. Nūc ergo fili mi
audi me: et ne recedas a verbis oris
mei. Lōge fac ab ea viā tuā: et ne ap-
propinqs foribꝰ domꝰ eius. Ne des
alienis honorē tuū et ānos tuos cru-
deli. Ne forte impleant extranei vir-
ibus tuis: et labores tui sint in domo
aliena: et gemas i nouissimis qn con-
sumpseris carnes tuas et corpꝰ tuū / et
dicas. Cur detestatꝰ sū disciplinā: et
increpatiōibꝰ nō acqeuit cor meū: nec C
audiui vocē docentiū me: et magistris
non inclinaui aurē meā. Pene fui in
oī malo: i medio eccle et synagoge.
Bibe aquā de cisterna tua: et fluenta
putei tui. Deriuent fōtes tui foras: ꝛ
in plateis aqs tuas diuide. Habeto
eas solus: nec sint alieni participes
tui. Sit vena tua bndicta ꝛ letare cū D
muliere adolescētie tue. Cerua cha-
rissima / et gratissimꝰ hinnulꝰ: vbera
eiꝰ inebriēt te oī tpe i amore eiꝰ dele-
ctare iugit: qre seduceris fili mi ab
aliena: et foueris i sinu alteriꝰ. Respi- Iob. 34.
cit dñs vias hoīs: et oēs gressꝰ eiꝰ con-
siderat. Iniqtates sue capiūt impiū: et
funibꝰ pctōꝝ suorū constringit. Ipse
morietꝰ / qꝛ nō habuit disciplinā: et in
multitudine stultitie sue decipietur.
¶ C.S. Instruit pceptorē sive credi-
torē aiaꝝ: excitat pigrū: arguit schis-
maticū: de vigili custodia legꝰ: de fu-
giēda adultera: de hēsi et eiꝰ fallacia. Cap. vi.
FIli mi / si spopōderis pro ami- A
co tuo / defixisti apd extraneū .J.17.c.
manū tuā: illaqueatus es ver-

bis oris tui:et captus propriis sermo
nibus. Fac ergo quod dico fili mi: et
temetipm libera: qi incidisti in ma=
nū proximi tui. Discurre/festina/ su=
scita amicū tuū. Ne dederis somnū
oculis tuis: nec dormitent palpebre
tue. Eruere quasi damula de manu 7
.I.30.d. quasi auis de insidiis aucupis. Uade
ad formicam o piger:et considera vi=
as eius:et disce sapientiā. Que cū non
habeat ducē/nec preceptorē/nec prin=
cipē:parat in estate cibū sibi: et con
gregat in messe qd comedat. Usque=
B quo piger dormies / quādo cōsurges
.I.24.d. de sono tuo? Paululū dormies/ pau=
lulū dormitabis:paululum conseres
manus tuas vt dormias:et veniet ti
bi quasi viator egestas:et pauperies
quasi vir armatus. Si vero impi
ger fueris/veniet vt fons messis tua/
et egestas longe fugiet a te.. Homo
apostata vir inutilis:graditur ore p=
uerso:annuit oculis:terit pede:digi=
to loquitur:prauo corde machinatur
malum:et omni tempore iurgia semi
nat. Huic extemplo veniet perditio
sua/et subito conteretur: nec habe=
J.i.b. bit vltra medicinā. Sex sunt q odit
C dñs:et septimū detestatur anima eius:
oculos sublimes/ linguā mendacē/
manus effundētes innoxiū sangui=
nē:cor machināns cogitationes pessi=
mas:pedes veloces ad currendum i
malum:proferentē mendacia testē
fallacē et eum qui seminat inter fra=
tres discordias. Cōserua fili mi prece
pta patris tui:et ne dimittas legem
matris tue. Liga ea in corde tuo iu=
giter:et circunda gutturi tuo. Cū am
bulaueris gradiantur tecū:cum dor=
mieris custodiāt te:et euigilans loq
re cum eis. Quia mandatū lucerna
est:et lex lux:et via vite increpatio di
sciplīne. Ut custodiant te a muliere
mala: et a blanda lingua extranee.
Nō cōcupiscat pulchritudinem eius
cor tuū: ne capiaris nutibus illius.
Preciū enī scorti vix est vnius panis:
mulier aūt viri preciosam aiam ca=
pit. Numqd potest homo abscondere
D ignē in sinu suo:vt vestimenta illius
non ardeant:aut ambulare sup pru=
nas/vt nō cōburantur plāte eius? sic q
ingredit ad mulierē proximi sui: non
erit mūdus/cū tetigerit eā. Nō grā=
dis est culpa/cū qs furatus fuerit: fu=
rat enī vt esurientē ipleat animā: de=
prehēsus quoqz reddet septuplum:7

oēm substātiam domus sue tradet /et
liberabit se. Qui aūt adulter est: pro=
pter cordis inopiā pdet aiam suam:
turpitudinē 7 ignominiā congregat
sibi:et opprobriū illius non delebitur.
Quia zelus et furor viri non parcet
in die vindicte:nec acquiescet cuius=
qs precibus:nec suscipiet pro redem
ptione dona plurima.
C. C. S. Inuitat ad timorē dñi et cu=
stodiā mādatorū eius:describit mulie=
ram adulteram /refert verba eius: et
dehortatur a viis eius. Capitulū. vii.
Fili mi/custodi sermones meos A
et precepta mea reconde tibi.
Fili honora dominū 7 valebis:pre
ter eum vero ne timueris alienum..
Serua mādata mea et viues:et legē
meā qsi pupillā oculi tui. Liga eā in
digitis tuis: scribe illā i tabulis cor=
dis tui. Dic sapientie soror mea es: 7
prudētiā voca amicā tuā. Ut custo=
diat te a muliere extranea:et ab alie=
na q verba sua dulcia facit. De fene= B
stra enī domus mee p cancellos pspe=
xi:et video paruulos. Considero ve=
cordē iuuenem q trāsit p plateas iu=
xta āgulū:et prope viam domus illius
graditur i obscuro/aduesperascente
die in noctis tenebris et caligine: et
ecce occurrit illi mulier i ornatu me=
retricio preparata ad decipiendas
aīas:garrula et vaga/quietis ipatiens
nec valens in domo cōsistere pedibus
suis:nūc foris/nunc in plateis: nūc
iuxta angulos insidiās. Apphēsumqz
deosculat iuuenē:et procaci vultu blan C
dit dicens. Uictimas p salute deuo=
ui:hodie reddidi vota mea. Idcirco
egressa sum i occursū tuū:desiderās
te videre/et reperi. Intexui funibus
lectulū meum: straui tapetibus pictis
ex egypto:aspsi cubile meū myrrha
et aloe et cinnamomo. Ueni inebrie=
mur vberibus:et fruamur cupitis am
plexibus / donec illucescat dies. Non
est enī vir in domo sua:abiit via lon=
gissima. Sacculū pecunie secū tulit
in die plene lune reuersurus est i do=
mū suā. Irretiuit eū multis sermo= D
nibus:et blanditiis labiorū protraxit il=
lū. Stati eā sequit quasi bos ductus
ad victimā:et qsi agnus lasciuiēs: et
ignorat q ad vincula stultus trahatur
donec trāsfigat sagitta iecur eius. Ue=
lut si auis festinet ad laqueum:et ne
scit qd de periculo aie illius agit. Nunc
ergo fili mi audi me: et attende verba

ctis mei. Ne abstrahat in viis illius
mēs tua: neq̄ decipiar semitis eius.
Multos enim vulneratos deiecit: et
fortissimi quiq̄ interfecti sunt ab ea.
Vie inferi domus eius: penetrantes
interiora mortis.

¶ C.S. Sapiētia cōmēdat doctrinā
suā ꝛ pfert cūctis opib⁹: ꝛ dicit q̄ co-
eterna sit deo p̄ri: ꝛ cum ipso creauit
oia: et se probat audire deū. Cp. viii.

A Nunquid non sapiētia clamitat
et prudētia dat vocē suā? In
summis excelsisq̄ verticib⁹ su-
pra viam i medijs semitis stās/ iux-
ta portas ciuitatis in ipsis forib⁹ lo-
quitur dicēs. O viri ad vos clamito
et vox mea ad filios hoim. Intelligi-
te paruuli astutiā: et insipientes ani-
maduertite. Audite qm̄ de rebus ma-
gnis locutura sum: ꝛ aperientur labia
mea/ vt recta predicēt. Veritatē me-
ditabit guttur meū: et labia mea de-
F.3.b. testabunt impiū. Iusti sunt oēs sermo-
B nes mei: nō est in eis prauū qd/ neq̄
puersū: recti sūt itelligētib⁹: et eq̄ in-
uenientib⁹ sciētiā. Accipite disciplinā
meā ꝛ nō pecuniā: doctrinā magis q̄
aurū eligite. Melior est enī sapiētia
cūctis opib⁹ preciosissimis: ꝛ oē desi-
derabile ei non pōt cōparari. Ego sa-
piētia habito in consilio: et eruditis
intersum cogitationibus. Timor dn̄i
odit malū: arrogātiā/ et supbiā/ ꝛ viā
prauā: et os bilingue detestor. Meū
est cōsiliū ꝛ eq̄tas: mea est prudētia:
mea est fortitudo. Per me reges re-
gnāt: ꝛ legū cōditores iusta decernūt.
Per me pncipes imperāt: ꝛ potētes
decernunt iustitiā. Ego diligētes me
diligo: et q̄ mane vigilauerit ad me/
inuenient me. Mecum sunt diuitie ꝛ
glia: opes supbe et iustitia. Melior ē
fructus me⁹ auro/ et lapide p̄cioso: ꝛ
C genimina mea argēto electo. In vijs
iustitie ambulo: i medio semitarū iu-
dicij/ vt ditē diligētes me / et thesau-
sap.9.b. ros eorū repleā. Dn̄s possedit me in
initio viarū suar: ante q̄ quicq̄ face-
ret a pncipio: ab eterno ordinata sū
et ex antiq̄s añq̄ terra fieret. Nōdū
erāt abyssi et ego iā cōcepta erā: nec
dū fontes aquarū eruperant: necdū
mōtes graui mole cōstiterāt. Añ oēs
colles ego parturiebar: adhuc terrā
nō fecerat/ et flumina ꝛ cardines or-
bis terre. Qñ pparabat celos aderā
qñ certa lege et gyro vallabat abys-
sos: qñ ethera firmabat sursum: et li-
brabat fontes aquarum: quādo cir-
cumdabat mari terminū suū: et legē
ponebat aquis ne transirent fines
suos. Quando appendebat funda- D
menta terre: cū eo eram cūcta cōpo-
nens. Et delectabar p singulos dies
ludens coram eo omni tpe ludēs in
orbe terrarū: et delitie mee/ esse cum
filijs hominū. Nūc ergo filij audite
me. Beati qui custodiūt vias meas.
Audite disciplinā ꝛ estote sapiētes:
et nolite abijcere eā. Beatus homo
q̄ audit me/ et q̄ vigilat ad fores me-
as quotidie: et obseruat ad postes
ostij mei. Qui me inuenerit inueniet vi-
tam et hauriet salutē a dn̄o: qui autē
in me peccauerit / ledet aiam suam.
Oēs qui me oderūt/ diligūt mortē.

¶ C.S. Sapiētia carne assūpta edi-
ficauit sibi domū: reuocat ab infan-
tia: pmittit ānos vite: describit mu-
lierem adulterā siue heresim. Ca. ix.

S Apiētia edificauit sibi domū: A
excidit columnas septē. Im-
molauit victimas suas: mi-
scuit vinū: et proposuit mensam suā.
Misit ancillas suas vt vocarent ad
arcem: et ad menia ciuitatis. Si quis
est paruulus/ veniat ad me. Et insi- B
piētibus locuta est. Venite/ comedi-
te panē meum: et bibite vinū qd̄ mi-
scui vobis. Relinquite infantiā ꝛ vi-
uite: et ambulate p vias prudentie.
Qui erudit derisorē/ ipse iniuriā si-
bi facit: et qui arguit impiū sibi ma-
culam generat. Noli arguere deriso-
rem ne oderit te. Argue sapiētem: et
diliget te. Da sapiēti occasionem: et 23.q.6.
addet ei sapiētia. Doce iustū: ꝛ festi- c.videas.
nabit accipere. Pncipiū sapientie C
timor dn̄i: ꝛ sciētia scōr prudentia. s.1.a.
Per me enī multiplicabunt dies tui: s.110.d.
et addētur tibi anni vite. Si sapiens eccl.1.b.
fueris tibimetipsi eris: si aūt illusor/
solus portabis malū. Mulier stulta
et clamosa plenaq̄ illecebris ꝛ nihil
oino sciēs: sedet i forib⁹ dom⁹ sue su-
per sellā in excelso vrbis loco vt vo-
caret trāseūtes p viā ꝛ pgētes in iti-
nere suo. Quis est paruul⁹/ declinet D
ad me. Et vecordi locuta est. Aque
furtiue dulciores sūt: ꝛ panis abscō-
dit⁹ suauior. Et ignorauit q̄ ibi sint
gigantes: ꝛ in profundis inferni cō-
uiue eius. ► Qui enī applicabitur
illi/ descēdet ad inferos: nā q̄ abscess-
serit ab ea/ saluabitur.

¶ C.S. Alternatim loquit de filio sa-

piente et stulto/iusto/et ipio/simpli-
ci ꝛ prauo: de charitate ꝛ odio et bo-
no lingue et malo. Capitulum. x.
A Parabole salomonis filij Da-
uid regis Hierl'm. Filius sa-
piens letificat patrem: filius
vero stultus mestitia est matris sue.
eccl'.5.d. Nil proderunt thesauri impietatis:
95.di.c. iustitia vo liberabit a morte. Nō af-
esto. fliget dñs fame aīam iusti: et isidias
j.12.d. impiorū subuertet. Egestatem ope-
rata est manus remissa: manus au-
tem fortium diuitias parat. Qui
nititur mēdacijs hic pascit ventos:
idem aūt ipse sequit aues volātes..
Qui ꝯgregat in messe filius sapiens
B est: qui aūt stertit estate filius cōfu-
sionis. Benedictio dñi sup caput iu-
sti: os aūt impiorū operit iniquitas.
Memoria iusti cū laudib⁹: ꝛ nomen
impiorū putrescet. Sapiēs corde pre-
cepta suscipiet: stult⁹ ceditur labijs.
Qui ambulat simpliciter ambulat
confidenter: qui autē deprauat vias
ecc.17.c. suas manifest⁹ erit. Qui annuit ocu-
lo dabit dolorē: et stultus labijs ver-
berabitur. Uena vite os iusti: os au-
1.pe.4.b. tem impiorū operit iniquitas. Odiū
suscitat rixas: et vniuersa delicta o-
perit charitas. In labijs sapientis
inuenitur sapiētia: et virga in dorso
eius qui indiget corde. Sapientes
abscōdunt scientiā: os aūt stulti con
fusioni proximum est. Substātia di-
j.18.b. uitis vrbs fortitudinis eius: pauor
C pauperum egestas eorū. Opus iusti
ad vitam: fructus aūt impij ad pec-
catum. Uia vite custodienti disciplī-
nā: qui aūt increpationes relinquit
errat. Abscondunt odiū labia men-
dacia: qui profert cōtumeliam/insi-
piens est. In multiloquio non deerit
peccatū: qui autē moderat labia sua
prudentissimus est. Argētum electū
lingua iusti: cor autē impiorū pro ni-
hilo. Labia iusti erudiunt plurimos
q aūt indocti sunt / in cordis egesta-
te morientur. Benedictio dñi diuites
D facit: nec sociabit eis afflictio. Qua-
si per risum stultus operatur scelus:
sapiētia aūt est viro prudentia. Qđ
timet impi⁹ veniet sup eū: desideriū
suū iustis dabitur. Quasi tempestas
transiens nō erit impius: iustus aūt
quasi fundamētum sempiternū. Si-
cut acetū dētib⁹ ꝛ fum⁹ oculis: sic pi-
ger his q miserūt eū. Timor dñi ap-
ponet dies: ꝛ āni impiorū breuiabun-
tur. Expectatio iustorū letitia: spes
aūt impiorū peribit. Fortitudo sim-
plicis via dñi: ꝛ pauor his q operan-
tur malū. Iustus in eternū nō cōmo
uebitur: ipij aūt non habitabunt sup
terrā. Os iusti parturiet sapiētiam:
lingua prauorū pibit. Labia iusti con
siderāt placita: et os impiorū puersa.
¶ C. S. De equitate et hūilitate: sim-
plicitate et iustitia: de gubernatore
et dispēsatore: de vxore iusti: de mia
et clementia ꝛ eorū cōtrarijs: de diui-
dētibus propria: de venundatione:
de querente bonum: de flagello iusti
et eorum contrarijs. Capitulum. xi.
S Tatera dolosa abominatio est A
apud deum: et pōdus equū vo-
luntas eius. Ubi fuerit superbia: ibi 45.di.c.
erit ꝛ contumelia: vbi autē est humi- omnis.
litas ibi et sapiētia. Simplicitas iu-
storū diriget eos: ꝛ supplantatio per-
uersorū vastabit illos. Nō pderūt di- eccl'.5.c.
uitie in die vltiōis: iustitia autē libe-
rabit a morte. Iustitia simplicis di-
riget viā ei⁹: et in impietate sua cor-
ruet impius. Iustitia rectorū libera-
bit eos: et in insidijs suis capientur
iniqui. Mortuo hoīe impio nl'la erit Sap.5.c.
vltra spes: et expectatio sollicitorū pe-
ribit. Iustus de angustia liberatus B
est: et tradetur impi⁹ pro eo. Simu-
lator ore decipit amicū suū: iusti au-
tē liberabuntur sciētia. In bonis iu-
storū exultabit ciuitas: et in pditione
impiorū erit laudatio. Benedictione
iustorū exaltabit ciuitas: et ore ipio-
rum subuertet. Qui despicit amicū
suum indigēs corde est: vir aūt pru-
dens tacebit. Qui ambulat fraudu- 5.q.5.c.
lēter/reuelat arcana: qui aūt fidelis q ābulat.
est animi/celat commissum. Ubi nō j.14.a.
est gubernator/ppl'us corruet: salus C
autē vbi multa ꝯsilia. Affliget malo
qui fidē facit pro extraneo: q aūt ca-
uet laqueos secur⁹ erit. Mulier gra-
tiosa inueniet gloriam: ꝛ robusti ha-
bebunt diuitias. Bñfacit aīe sue vir
misericors: q autē crudelis est etiā
ppinquos abijcit. Impi⁹ facit opus
instabile: semināti autē iustitiā mer-
ces fidelis. Clementia preparat vi-
tam: et sectatio malorū mortē. Abo-
minabile dño cor prauū: et voluntas
ei⁹ in his qui simpliciter ambulant.
Manus in manu non erit innocens
mal⁹: semen autē iustorū saluabitur.
Circulus aureus in narib⁹ suis: mu-
lier pulchra et fatua. Desiderium iu- eccl'.9.b.

D storꝝ oẽ bonũ est: ꝯsolatio impiorum
sinistr. Alij diuidunt ꝓpria / et ditiores
fiũt: alij rapiũt nõ sua / et semp i ege-
state sunt. Aia q̃ bñdicit ipinguabit:
et qui inebriat: ipse quoq; inebriabit.
Qui abscõdit frumẽta maledicet in
ppl'is: bñdictio autẽ super caput ven
dẽtium. Bene consurgit diluculo qui
querit bona: q̃ autẽ inuestigator ma-
lorꝝ est / opprimetur ab eis. Qui cõfi-
dit in diuitijs suis corruet: iusti autẽ
quasi virẽs foliũ germinabunt. Qui
conturbat domũ suã possidebit ven-
tos: et q̃ stult⁹ est seruiet sapiẽti. Fru
ct⁹ iusti lignũ vite: et q̃ suscipit aias
1.pe.4.d. sapiens est. Si iust⁹ in terra recipit
quanto magis impius et peccator?
¶ C. S. De agẽda gr̃a: et iustitia iu-
dicanda: de doctore vero: de cogno-
scẽdis iumẽtis ꝓprijs et eorꝝ cõtra-
rijs: de terra colẽda: de bonis et ma-
lis q̃ sunt in lingua: de securitate iu-
sti: de manu fortium: de merore viri:
A de negligẽdo dãno ꝓpt' amicũ. c. xij.
Qui diligit disciplinam / diligit
scientiam: qui autem odit incre-
pationes / insipiens est. Qui bon⁹ est
hauriet gratiam a domino: qui autẽ
confidit in cogitationib⁹ suis / impie
agit. Nõ roborabit homo ex impieta-
te: ꝛ radix iustorꝝ nõ ꝯmouebit. Mu-
lier diligẽs corona est viro suo: ꝛ pu-
tredo in ossib⁹ eius / q̃ cõfusione res
dignas gerit. Cogitatiões iustorum
iudicia: ꝛ cõsilia ipiorꝝ fraudulenta.
Verba ipiorꝝ insidiant sanguini: os
iustorꝝ liberabit eos. Verte ipios / et
nõ erũt: dom⁹ aũt iustorꝝ ꝑmanebit.
B Doctrina sua noscet vir: q̃ autẽ van⁹
et excors est patebit cõtemptui. Me-
eccl.10.d. lior est paup et sufficiẽs sibi: q̃ gl'io-
sus et indigẽs pane. Nouit iust⁹ iu-
Eccli. mẽtorꝝ suorꝝ aias: viscera aũt ipiorũ
20.d. crudelia. Qui operat terrã suam / sa-
tiabit panib⁹: qui autẽ sectatur oci-
um stultissimus est. ☛ Qui suauis
est in vini demorationibus: in suis
munitionibus relinquit contumeli-
am. Desiderium impij munimẽtum
est pessimorꝝ: radix autem iustorum
proficiet. Propter peccata labiorum
ruina proximat malo: effugiet autẽ
J.13.a. iustus de angustia. De fructu oris
sui vnusquisq; replebitur bonis: et
iuxta opera manuum suarum retri-
C buetur ei. Via stulti recta in oculis
eius: qui autem sapiẽs est audit con-
silia. Fatuus statim indicat irã suã:
qui autẽ dissimulat iniuriã / callidus
est. Qui quod nouit loquitur / index
iustitie est: q̃ autem mentitur / testis
est fraudulentus. Est qui ꝓmittit / et
quasi gladio pungit conscientia: lin-
gua autem sapientium / sanitas est.
Labium veritatis firmũ erit in per-
petuum: qui autem testis est repẽti-
nus / concinnat linguam mendacij.
Dolus in corde cogitantium mala:
qui autem pacis ineunt consilia / se-
quetur eos gaudium. Non cõtrista-
bit iustum quicquid ei acciderit: im-
pij autem replebũtur malo. Abomi- D
natio est dño labia mẽdacia: qui au- J.10.a.
tem fideliter agunt / placent ei. Ho-
mo versutus celat scientiã: et cor in-
sipientiũ prouocat stultitiã. Manus
fortium dominabitur: que autem
remissa est / tributis seruiet. Meror
in corde viri humiliabit illum: ꝛ ser-
mone bono letificabitur. Qui negli-
git damnũ propter amicum iust⁹ est:
iter autẽ impiorꝝ decipiet eos. Non
inueniet fraudulẽtus lucrum: ꝛ sub-
stantia hominis erit auri precium.
In semita iustitie vita: iter autẽ de-
uium ducit ad mortem.
¶ Ca. S. De custodia oris / et duplici
corde: de falsis diuitijs: de lucerna
impiorum: de substãtia festinata: de
ꝯtẽnentium voragine: de nuncio:
de similitudine conuiuantium / et fi-
lijs iusti: de cibis qui a parentibus
congregati sunt. Capitulum. xiij.
Filius sapiens / doctrina pr̃is: A
qui autem illusor est / non au- J.12.b.
dit cum arguitur. De fructu J.21.a.
oris homo satiabitur bonis: anima
autem preuaricatorum iniqua. Qui
custodit os suum / custodit animam
suam: qui autem incõsideratus est ad
loquẽdum / sentiet mala. Vult ꝛ non
vult piger: anima autẽ operantium
impinguabitur. Verbum mẽdax iu-
stus detestabitur: impi⁹ autem con-
fundit ꝛ cõfundetur. Iustitia custo-
dit innocentis viã: impietas autem
peccatorẽ supplãtat. Est quasi diues
cum nihil habeat: et est quasi paup
cum in multis diuitijs sit. Redem-
ptio anime viri / diuitie sue: qui autẽ
pauper est / increpationem non susti- B
net. Lux iustorum letificat: lucerna
autem impiorꝝ extinguetur. Inter
superbos semp iurgia sunt: qui autẽ
agunt oĩa cum consilio: regunt sa-
pientia. Substãtia festinata minuet:

que autem paulatim colligitur ma-
nu multiplicabit. Spes que differt /
affligit aiam: lignũ vite desiderium
C veniens. Qui detrahit alicui rei: ipse
se in futurũ obligat: q aũt timet pre-
ceptũ / in pace versabit. ► Filio do-
loso / nihil erit boni: seruo aũt sapien
ti / prosperi erũt actus et diriget via
eius. . Lex sapientis fons vite: vt de-
clinet a ruina mortis. Doctrina bo-
na dabit gratiã: in itinere cõtempto-
rum vorago. Astutus omnia agit cũ
cõsilio: q aũt fatuus est / aperiet stul-
ticiã. Nuncius impii cadet in malũ:
legat⁹ autẽ fidelis / sanitas. Egestas
et ignominia ei q deserit disciplinã:
qui aũt acquiescit arguenti / glorifi-
D cabitur. Desideriũ si cõpleatur dele-
ctat aiam: detestant stulti eos q fu-
giunt mala. Qui cũ sapiẽtibus gra-
ditur / sapiens erit: amicus stultorũ
similis efficiet. Peccatores psequi-
tur malũ: ⁊ iustis retribuẽtur bona.
Bonus relinquet heredes / filios / et
nepotes: et custodit iusto substantia
peccatoris. Multi cibi in noualibus
patrũ: et aliis cõgregant absq iudi-
eccl. 30. a. cio. Qui parcit virge / odit filium su-
f. 23. b. um: qui aũt diligit illũ / instãter eru-
dit. Iustus comedit et replet animã
suã: venter aũt impiorũ insaturabilis.
¶ C. S. De sapiẽte muliere: de forti-
tudine boũ: de stulto nesciente ⁊ via
fallaci: de versuto ⁊ astuto: de despe-
ctu proximi: de mĩa: de diuitiis boni
operis: de timore dñi: de patiẽtia: de
inuidia: de calũniis pauperis: de iu-
sticia et accepto ministro. Cap. xiiii.
A SApiens mulier edificauit do-
mũ suã: insipiens instructam
iob. 12. a. quoq manibus destruet. Am-
bulans recto itinere et timẽs deum
despicit ab eo qui infami gradit via.
In ore stulti virga supbie: labia sa-
pientiũ custodiũt eos. Ubi non sunt
boues presepe vacuũ est: vbi autem
plurime segetes / ibi manifesta est
22. q. 5. fortitudo bouis. Testis fidelis non
c. iuramẽ mentiet: profert aũt mẽdacium do-
ti. losus testis. Querit derisor sapien-
tiam ⁊ nõ inuenit: doctrina pruden-
tium facilis. Uade contra virũ stul-
tum: et nescit labia prudentie. Sa-
piẽtia callidi est intelligere viã suã:
B et imprudentia stultorũ errãs. Stul-
tus illudet peccatum: et inter iustos
morabitur gr̃a. Cor quod nouit ama-
ritudinẽ aĩe sue: in gaudio eius non

miscebit extraneus. Dom⁹ impiorũ
delebitur: tabernacula iustorum ger-
minabunt. Est via que videt hoi iu-
sta: nouissima aũt eius deducunt ad
mortem. Risus dolore miscebitur: et
extrema gaudii luct⁹ occupat. Uiis 22. q. 4.
suis replebitur stultus: et super eum c. Innocẽs.
erit vir bonus. Innocens credit om-
ni verbo: astutus considerat gressus
suos. ► Filio doloso nihil erit boni:
seruo autem sapienti prosperi erunt
actus ⁊ dirigetur via eius. . Sapiẽs
timet ⁊ declinat a malo: stult⁹ transi-
lit et confidit. Impatiẽs operabitur
stulticiã: ⁊ vir versutus odiosus est.
Possidebũt paruuli stulticiã ⁊ expe-
ctabunt astuti scientiã. Iacebũt ma- C
li ante bonos: ⁊ impii ante portas iu-
storum. Etiam proximo suo pauper
odiosus erit: amici vo diuitũ multi.
Qui despicit proximũ suũ peccat: qui
autẽ miseretur pauperi / beatus erit.
► Qui credit in dño / mĩam diligit. .
Errãt qui operant malũ: mĩa ⁊ veri-
tas pparãt bona. In omni opere bono
erit abundantia: vbi aũt verba sunt
plurima / ibi frequenter egestas. Co-
rona sapientũ / diuitie eorũ: fatuitas
stultorum imprudẽtia. Liberat aias
testis fidelis: ⁊ profert mẽdacia ver-
sipellis. In timore dñi fiducia forti- D
tudinis: et filiis ei⁹ erit spes. Timor I. q. 4. c.
domini fons vite: vt declinet a rui- eccl̃ia. §.
na mortis. In multitudine populi di- his ita.
gnitas regis: et in paucitate plebis
ignominia principis. Qui patiens
est multa gubernatur sapientia: qui
autẽ impatiens est / exaltat stulticiã
suam. Uita carnium / sanitas cordis
putredo ossiũ / inuidia. Qui calum-
niatur egentem / exprobrat factori
eius: honorat aũt eum qui miseretur
pauperis. In malitia sua repelletur
impius: sperat autẽ iustus in morte
sua. In corde prudentis requiescit
sapiẽtia: ⁊ indoctos quosq erudiet.
Iusticia eleuat gentem: miseros au-
tem facit populos peccatum. Acce-
ptus est regi minister intelligẽs: ira-
cundiam eius inutilis sustinebit.
¶ Ca. S. De effectu sermonis boni:
de cognitione dei / de victimis impio-
rũ / de doctrina obedientie / de hilari-
tate conscientie / laus timoris ⁊ cha-
ritatis / de iracũdia / pigritia / sapien-
tia / et vidua ecclesia / de auaritia et
oratione iustorũ / de fama bona / de di-
scipulo obediente. Capitulum. xv.

A J.25.b. R Esponsio mollis frangit iram:
sermo durᵘ suscitat furorem.
Lingua sapientũ ornat scien-
tiam: os fatuorũ ebullit stultitiam. In
omni loco oculi dñi cõtēplant bonos
et malos. Lingua placabilis lignum
vite: que autē immoderata est/cõte-
ret spiritum. Stultᵘ irridet discipli-
nam patris sui: qui autē custodit in-
crepationes/astutior fiet. In abun-
danti iustitia virtus maxima est: co-
gitationes autē impiorũ eradicabun-
tur. Domᵘ iusti plurima fortitudo: et
Ec.14.c. in fructibus impii conturbatio. La-
1.q.1.c.nõ bia sapiētũ disseminabunt sciētiam:
est putan cor stultorum dissimile erit. Victime
dum. impiorũ abominabiles dño: vota iu-
B storum placabilia. Abominatio est
dño via impii: qui sequitur iustitiam/
14.q.5.c. diligitur ab eo. Doctrina mala dese-
scriptũ. rentiũ viam vite: qui increpationes
odit/morietur. Infernus ⁊ perditio co-
ram dño: quanto magis corda filiorũ
hoim? Non amat pestilens eum qui
se corripit: nec ad sapientes graditur.
Cor gaudens exhilarat faciē: in me-
rore animi deiicitur spiritᵘ. Cor sapien-
tis querit doctrinā: ⁊ os stultorũ pa-
scitur imperitia. Omnes dies pauperis/
mali: secura mens quasi iuge convi-
vium. Meliᵘ est parum cum timore
dñi: ꝙ thesauri magni ⁊ insatiabiles.
Melius est vocari ad olera cum cha-
ritate: ꝙ ad vitulum saginatum cum
odio. Vir iracũdus provocat rixas:
qui patiens est/mitigat suscitatas.
Iter pigrorũ quasi sepes spinarum:
C via iustorũ absque offendiculo. Filius
sapiens letificat patrem: ⁊ stultᵘ ho-
mo despicit matrem suam. Stultitia
gaudium stulto: ⁊ vir prudēs dirigit
gressus suos. Dissipantur cogitatio-
nes vbi non est cõsiliũ: vbi vero sunt
plures consiliarii/confirmantur. Letatur
homo in sententia oris sui: et sermo
opportunus est optimus. Semita vi-
te super eruditũ: vt declinet de infer-
no novissimo. Domum superborũ de-
molietur dñs: ⁊ firmos faciet termi-
nos vidue. Abominatio dñi cogitatio-
nes male: ⁊ purus sermo pulcherri-
D mus. ▶ firmabitur ab eo. Conturbat
domũ suam qui sectatur avaritiā: qui autē
odit munera/viuet. Per misericor-
diā ⁊ fidē purgantur peccata: per timorē
autē dñi declinat oẽs a malo. Mens
14.q.5.c. iusti meditabitur obedientiā: os im-
scriptũ. piorũ redũdat malis. Longe est dñs
ab impiis: ⁊ orationes iustorũ exau-
diet. Lux oculorũ letificat animā: fa-
ma bona impinguat ossa. Auris que
audit increpationes vite: in medio sa-
pientũ cõmorabitur. Qui abiicit disci-
plinā/despicit animā suā: qui autē ac-
quiescit increpationibᵘ/possessor est
cordis. Timor dñi disciplina sapien-
tie: ⁊ gloriā precedit humilitas.
¶ C.S.Q; dñs dirigit vias hoim/vi-
det ⁊ ponderat: de via bona ⁊ laude
paupertat;: de indignatione regis ⁊ cle-
mētia/⁊ laude/⁊ sapiētia/⁊ humilita-
te: de schismatico ⁊ adultero: de lau-
de senectut; ⁊ patientie. Cap.xvi.
H Ominis est animā preparare: ⁊ A
dñi gubernare linguam. Omnes
vie hominum patent oculis eius: spi-
rituum ponderator est dñs. Revela
dño opera tua: et dirigentur cogitatio-
nes tue. Universa ꝓpter semetipsum
operatus est dñs: impium quoque ad
diem malũ. Abominatio dñi est oĩs
arrogans: etiam si manus ad manũ
fuerit non erit innocēs. ▶ Initiũ
vie bone/facere iustitiā: accepta est
autē apud deũ magis ꝙ immolare
hostias. Misericordia ⁊ veritate redi-
mitur iniquitas: ⁊ in timore dñi declinatur
a malo. Cum placuerit dño vie hois:
inimicos quoque eiᵘ cõvertet ad pacē.
Meliᵘ est parum cum iustitia: ꝙ mul- B
ti fructus cum iniquitate. Cor hois 47.dist.
disponit viam suā: sed dñi est dirige- c.sicut hi.
re gressus eius. Divinatio in labiis §.necesse
regis: in iudicio non errabit os eius.
Pondus et statera iudicia dñi sunt:
et opera eius omnes lapides sacculi.
Abominabiles regi qui agunt impie:
quoniam iustitia firmatur solium. Voluntas
regum labia iusta: qui recta loquitur/
diligetur. Indignatio regis/nuncii
mortis: et vir sapiens placabit eam.
In hilaritate vultus regis vita: et
clementia eius quasi imber serotinus.
Posside sapiētiā quia auro melior
est: ⁊ acquire prudentiam quia pretio-
sior est argento. Semita iustorũ decli-
nat mala: custos anime sue servat vitam
suam. Contritionē precedit superbia: ⁊ C
ante ruinam exaltabitur spũs. Melius
est humiliari cum mitibus: ꝙ divide-
re spolia cum superbis. Eruditus in
verbo reperiet bona: et qui sperat in
dño beatus est. Qui sapiens est cor-
de/appellabitur prudens: et qui dulcis
eloquio maiora reperiet. Fons vi-
te eruditio possidenti: doctrina stul-

eorum fatuitas. Cor sapientis erudiet
os eius: ⁊ labiis illius addet gratiã.
Fauus mellis composita verba: dul-
cedo anime et sanitas ossium. Est
D vis que videtur homini recta: et no-
.14.b. uissima eius ducunt ad mortem. Ani
ma laborantis laborat sibi: q2 compu-
lit eum os suum. Uir insipiens fodit
malum: ⁊ in labiis eius ignis arde-
scit. Homo peruersus suscitat lites:
⁊ verbosus separat ꝑncipes. Uir ini-
quus lactat amicũ suum: ⁊ ducit eum
per viam nõ bonã. Qui attonitis ocu-
lis cogitat praua: mordens labia sua
perficiet malũ. Corona dignitatis se-
nectus: in viis iustitie reperiet. Me-
lior est paciens viro forti: ⁊ q̃ domina
tur animo suo/expugnatore vrbium.
Sortes mittunt in sinum: sed a dño
temperantur.

¶C.S. De leta conscientia: de proba
tione iusti et gemma gratissima: de
stulto icorrigibili: de stulto diuite: de
vero amico ⁊ rectore alarũ: de oculis
stultorum: de consilio iusto: de mode-
ramine lingue. Cap. xvij.

A
Ecc.10.d. Melior est buccella sicca cũ gau-
dio: ꝙ̃ domus plena victimis
cum iurgio. Seruus sapiens domi-
nabitur filiis stultis: et inter fratres
hereditatem diuidet. Sicut igne ꝑ-
batur argentum et aurum camino:
ita corda probat dominus. Malus
obedit lingue inique: ⁊ fallax obtem-
.14.c. perat labiis mendacibus. Qui despi-
cit pauperẽ/exprobrat factori eius.
et qui in ruina letatur alterius/non
erit impunitus. Corona senũ/filii fi-
liorũ: ⁊ gloria filiorũ/patres eorum.
B Non decent stultum verba cõposita:
nec principem labium mẽtiens. Ge-
ma gratissima expectatio prestolan-
tis: quocunq; se vertit prudenter in-
telligit. Qui celat delictũ/q̃rit ami-
citias: qui altero sermone repetit/se-
parat federatos. Plus proficit corre
ctio apud prudentẽ: ꝙ̃ centum plage
apud stultum. Semper iurgia querit
malus: angelus autẽ crudelis mitte-
tur contra eum. Expedit magis vrse
occurrere raptis fetib⁹: ꝙ̃ fatuo con-
C fidenti sibi in stultitia sua. Qui red
Ro.12.d. dit mala pro bonis: non recedet ma
1.Pe.3.b. lum de domo ei⁹. Qui dimittit aquã/
1.thes.5.d caput est iurgiorum: ⁊ anteꝙ̃ patiatur
contumeliam/iudicium deserit. Et q̃
iustificat impium/⁊ qui condemnat
Esa.5.c. iustũ: abominabilis est vterq; apud

deum. Quid prodest stulto habere di
uitias: cum sapiẽtiam emere nõ pos-
sit? ☛ Qui altã facit domũ suã/que-
rit ruinam: ⁊ qui euitat discere/inci-
det in mala. Omni tẽpore diligit q̃
amic⁹ est: ⁊ frater in angustiis cõpro
batur. Stultus homo plaudet mani-
bus: cum spoponderit pro amico suo.
Qui meditatur discordias/diligit ri-
xas: ⁊ q̃ exaltat os suũ/querit ruinã.
Qui peruersi cordis est/nõ inueniet
bonũ: ⁊ q̃ vertit linguã/incidet in ma
lum. Natus est stultus in ignominiã D
suam: sed nec pater in fatuo letabit.
Animus gaudens etatem floridam .15.b.
facit: spũs tristis exiccat ossa. Mune
ra de sinu impius accipit: vt peruer-
tat semitas iudicii. In facie pruden- Ecc. 2.c.
tis lucet sapientia: oculi stultorum in fi- et.8.a.
nibus terre. Ira patris filius stult⁹:
⁊ dolor matris q̃ genuit eum. Nõ est
bonũ damnũ inferre iusto: nec percu
tere principem q̃ recta iudicat. Qui
moderat sermones suos/doct⁹ ⁊ pru- Jaco.1.c.
dens est: ⁊ preciosi spiritus vir erudi
tus. Stultus quoq; si tacuerit/sapiẽs
reputabitur: ⁊ si compresserit labia
sua/intelligens.

¶C.S. De recessu ab amico desper
rato: de verbis viri: de non deuiando
a veritate: de ore stulti: de iusto se ac-
cusante: de fratre iuuãte fratrem: de
est a deo pater orbis terrarum Gen.1.d.
cum solus esset creatus custodiuit et
eduxit illũ a delicto suo: et eduxit Gen.2.b.
illũ de limo terre. et dedit illi virtu-
tem cõtinendi oia. Ab hac vt recessit Gen.4.b.
iniustus in ira sua/per iram homici-
dij fraternitatis deperijt. Propt quez Gen.7.b.
cũ aqua deleret terram/ sanauit ite-
ruz sapientia per contẽptibile lignũ
iustum gubernans. Hec ꝛ in consen- Gen.11.a.
su supbie: cuz se nationes extulissent
sciuit iustũ: ꝛ conseruauit sine quere-
la deo: ꝛ in filijs miam fortem custo-
diuit. Hec iustuz a pereuntibus im-
pijs liberauit fugientẽ/ descendente B
igne in pẽtapolim: quibus i testimo-
niũ nequitie fumigabunda cõstat de- Gen.19.c
serta terra/ꝛ incerto tẽpore fructus
habẽtes arbores/ et incredibilis aie
memoria stans figmentuz salis. Sa-
pientiã enim pretereũtes non tãtum

hoc lapsi sunt vt ignorarēt bona: sed
et insipientie sue reliquerunt hoībus
memoriā: vt in his qui peccauerunt
nec latere potuissent. Sapientia au-
Ge.28.b. tē hos q̄ se obseruāt: a dolorib⁹ libera
bit. Hec autem ꝓfugū ire fratris iu-
stū deduxit p̄ vias rectas: et ostēdit
illi regnū dei: ꝛ dedit illi sciētiā sctō-
rū: honestauit illū in laborib⁹: et com
C pleuit labores illi⁹. In fraude circū-
uenientiū illū affuit: ꝛ honestū fecit
illū. Custodiuit illū ab inimicis: et a
seductorib⁹ tutauit illū. Et certamen
Ge.37.f. forte dedit illi vt vinceret: ꝛ sciret q̄m
oīm potētior est sapiētia. Hec vendi-
tum iustū nō dereliq̄t: sed a peccātorib⁹
liberauit eū. Descēditq; cū illo in fo-
ueam: et in vinculis nō dereliq̄t illū.
Donec afferret illi sceptrum regni: ꝛ
potētiam aduers⁹ eos qui eum depri
mebāt: et mēdaces ostēdit q̄ macula-
uerūt illū: et dedit illi claritatē eter-
nā. Hec populū iustum et semen sine
Exod.1.b. querela liberauit a nationib⁹: q̄ illū
Exo.3.b. opprimebant. Intrauit in animā ser
ui dei: et stetit cōtra reges horrēdos
D in portentis et signis. Et reddidit iu
stis mercedē laborū suorū: et deduxit
exo.14.e. illos in via mirabili. Et fuit illis in
ps.77.b. velamēto diei: et in luce stellarū p̄ no-
ctem. Et trāstulit illos per mare ru-
brum: et transuexit illos per aquam
nimiā. Inimicos aūt illorū demersit
in mare: et ab altitudine inferorum
eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spo-
lia impiorū: ꝛ decātauerūt dn̄e nomē
sanctum tuū: et victricem manū tuā
laudauerunt pariter. Quoniā sapiē-
tia aperuit os mutorum: et linguas
infantium fecit disertas.

¶ C.S. De miraculis fcīs ꝓ isrl̄ de
penis victricib⁹ in delinquētes: de mul-
ta potētia dei: et de mīa dei. Cap̄m .xi.

A Direxit opa eorū in manib⁹ pro-
Ex.16.a. phete sancti. Iter fecerunt per
deserta que non habitabantur: et in
Ex.17.c. locis desertis fecerunt casas. Stete-
runt contra hostes: et de inimicis se
Nu.20.b. vindicauerunt. Sitierūt et inuocaue
runt te: et data est illis aqua de petra
altissima: et requies sitis de lapide du-
ro. Per q̄ eni penas passi sunt inimi-
ci illorū / a defectione pot⁹ sui: in eis
cū abundarēt filii israel / letati sunt.
Per hec cū illis deessent: bene cū il-
lis actum est. Nam pro fonte quidē
sempiterni fluminis / humanum san-
B guinē dedisti iniustis. Qui cum mi-
nuerentur in traductione infantium
occisorū: dedisti illis abūdantē aquā
insperate: ostendens per sitim q̄ tunc
fuit / quēadmodū tuos exaltares / et
aduersarios illorū necares. Cū enim
tentati sunt: et quidē cum mīa disci-
plinā accipientes: scierunt quēadmo
dum cū ira iudicati impii tormenta
paterētur. Hos quidem tanq̄ pater
monēs probasti: illos autē tanq̄ du-
rus rex interrogans condēnasti. Ab-
sentes eni et p̄sentes similiter torque
bantur. Duplex enim illos acceperat
tedium: et gemit⁹ cū memoria prete-
ritorū. Cū enim audirent per sua tor-
mēta bene secū agi: cōmemorati sunt
dn̄m admirātes in finē exitus. Quē
eni in expositione praua proiectū de-
riserunt: in finē euentus mirati sūt.
Non similiter iustis faciens: pro co- C
gitationib⁹ autē insensate iniquita-
tis illorū. Q̄d quidā errātes colebāt
mutos serpentes: et bestias superua
cuas: immisisti illis multitudinē mu-
torū animaliū in vindictā: vt scirent
quia p̄ que peccat q̄s / per hec et tor-
quet. Nō eni impossibilis erat omni-
potens manus tua / que creauit orbē
terrarum ex materia inuisa / immitte-
re illis multitudinē vrsorū / aut auda-
ces leones / aut noui generis ira ple-
nas: et ignotas bestias / aut vaporem
igneum spirantes / aut fumi odorem
ꝓferentes: aut horrendas ab oculis
scintillas emittētes: quarū non solū
lesura poterat illos exterminare: sed
et aspect⁹ per timorē occidere. Nam D
et sine his vno spū poterant occidi p̄
secutionē passi ab ipsis factis suis / ꝛ
dispergi per spiritū virtutis tue: sed
oīa in mensura et numero et ponde-
re disposuisti. Multum eni valere tibi 23.q.4.
soli supererat semp: et virtuti brachii cap̄.qui
tui q̄s resistet? Q̄m tanq̄ momentū peccat.
statere: sic est an̄ te orbis terrarū: et
tanq̄ gutta roris antelucani / qui de-
scendit in terram. Et misereris oīm
quia oīa potes / et dissimulas pecca-
ta hoīm ꝓpter penitentiam. Diligis
enim oīa q̄ sunt: et nihil odisti eorū q̄
fecisti / nec eni odiens aliq̄d / cōstitui-
sti aut fecisti. Quomodo autē posset
aliq̄d permanere / nisi tu voluisses?
aut q̄d a te vocatū non esset / cōserua
retur? Parcis autē oībus: quoniam
tua sunt dn̄e / qui amas animas.

¶ C.S. De suauitate dei: quia corri-
pis et mones peccantes / de tranquil-

litate domini i iudicio:et q dat locuз
penitentie:et q ad disciplinam boni
flagellantur. Capitulum.xii.

A O q̄ȝ bonus et suauis est domine spi
ritus tuus in omnibus? Ideoq̄ȝ
hos qui exerrant partibus corripis
et de quib⁹ peccant/admones ⁊ allo=
queris:vt relicta malitia credant in
te dn̄e. Illos enim antiquos inhabi=
tatores terre sancte tue quos exhor=
ruisti/quoniam odibilia opera tibi
faciebant per medicamina/et sacrifi
cia iniusta:et filioꝝ suoꝝ necatores
sine mia/et comestores viscerum ho
minum/et deuoratores sanguinis:et
authores parentes animarū inauxi=
liatarū perdere voluisti a medio sa=
cramēto tuo/per man⁹ parentuȝ no=
stroꝝ:vt dignā perciperent peregri=
nationē puerorū dei: q̄ tibi oīm cha=
rior est terra. Sed et his tanq̄ȝ homi=
nibus pepercisti:et misisti antecesso
res exercit⁹ tui vespas:vt illos pau=
B latim exterminarent. Nō q: ipotens
eras in bello subiicere impios iustis/
aut bestiis seuis: aut verbo duro si=
mul exterminare:sed partibus iudi=
cans dabas locū penitentie/nō igno
rans q̄m nequa est natio eoꝝ:et natu=
ralis malitia ipsoꝝ:⁊ q̄m nō poterat
mutari cogitatio illoꝝ in perpetuū.
Semen enim erat maledictū ab ini=
tio/nec timens aliquem:veniam da=
bas peccatis illoꝝ. Quis enim dicet
tibi q̄d fecisti? aut quis stabit contra
iudiciū tuum? aut quis in conspectu
tuo veniet vindex iniquorum hoīm?
aut q̄s tibi imputabit si perierint na=
I.Pe.5.b. tiones/quas tu fecisti? Nec enim est
ali⁹ deus q̄ȝ tu: cui cura est de oīb⁹ vt
ostendas quoniam non iniuste iudi=
C cas iudiciū. Neq̄ȝ rex/neq̄ȝ tyrānus
in cōspectu tuo inquirent de his quos
perdidisti. Cuȝ ergo sis iustus/iuste
oīa disponis: ipsum quoq̄ȝ q̄ non de=
bet puniri condēnas:et exteruȝ esti=
mas a tua virtute. Uirtus enim tua
iustitie initiuȝ est:et ob hoc q omni=
um dn̄s es/oībus te parcere facis.
Uirtutē enim ostendis tu/qui non
crederis esse in virtute cōsummatus
et hoꝝ qui te nesciunt/audaciā tra=
ducis. Tu autē dn̄ator virtutis cum
tranquillitate iudicas: et cū magna
reuerentia disponis nos. Subest eni
tibi cū volueris posse. Docuisti autē
populū tuuȝ per talia opera: quoniaȝ
oportet iustuȝ esse et hūanū: et bone

spei fecisti filios tuos: q̄m iudicans
das locū in peccatis penitentie. Si eniȝ
inimicos seruoꝝ tuoꝝ ⁊ debitos mor=
ti cū tāta cruciasti attētione: et libe=
rasti dās tēpus et locū per q̄ possent
mutari a malitia: cū quāta diligētia
iudicasti filios tuos: quoꝝ parētib⁹
iuramēta ⁊ cōuentiones dedisti bo=
D narum ꝓmissionū? Cuȝ ergo das no=
bis disciplinā/inimicos nr̄os multi=
pliciter flagellas:vt bonitatē tuā co=
gitem⁹ iudicātes:et cū de nobis iudi=
cat/speremus mīam tuā. Unde et il=
lis q̄ in vita sua insensate et iniuste
vixerūt per hec q̄ coluerunt: dedisti
sūma tormenta. Etenī in erroris via
diutius errauerūt: deos estimantes
hec q̄ in aīalibus sunt superuacua: in
fantiū insensatorum more viuentes.
Propter hoc tanq̄ȝ pueris insensatis
iudicium in derisum dedisti. Qui au=
tē ludibriis ⁊ increpationib⁹ nō sunt
correcti: dignū dei iudicium experti
sunt. In his enī q̄ patiebant molestie
ferebāt:in q̄b⁹ patiētes indignaban=
tur. Per hec quos putabant deos in
ipsis cum exterminarentur: vidētes
illum quem olim negabant se nosse
verum deum agnouerūt: propter qđ
et finis condemnationis eorum ve=
niet super illos.

C.S. De idolatris:de agnoscendo
creatorem per creaturas:de subsan=
natione idolorum. Capitulum.xiii.

V Ani autē sunt omnes homi=
nes/in quibus nō subest scien
tia dei:et de his que non vidē=
tur bona/non potuerunt intelligere
eum qui est/neq̄ȝ operibus attenden
tes agnouerunt quis esset artifex: sȝ
aut ignē/aut spiritum/aut citatum
aerem/aut gyrum stellarum/aut ni=
miam aquam/aut solē et lunam re=
ctores orbis terrarum deos putaue=
runt. Quorum et si specie delectati
deos putauerunt: sciant quanto his
dominator eorum speciosior est: spe=
ciei enim generator hec omnia con=
stituit. Aut si virtutem/et opera eo=
rum mirati sunt intelligant ab illis
quoniam qui hec fecit/fortior est il= B
lis. A magnitudine enim speciei/et Ro.I.c.
creature cognoscibiliter poterit crea
tor horum videri: sed tamen adhuc
in his minor est querela. Et hi enim
fortasse errant/deum querentes/et
volentes inuenire. Etenim cum in
operibus illius conuersent: et inqui=

runt/ et persuasum habent qm̄ bona
sunt q̄ vident. Iterum autē nec his
debet ignosci. Si enim tm̄ potuerunt
scire/ vt possent estimare sclm̄: quo-
modo huius dn̄m non facilius inue-
nerunt? Infelices aūt sunt: et inter
mortuos spes illoꝝ est: qui appella-
uerūt deos opera manuū hominum/
aurū et argentū/ artis inuentionem/
et similitudines animaliū: aut lapi-
dem inutilem opus manus antique.
C Aut si quis artifex faber de sylua li-
Esaie. gnum rectū secuerit: et huius docte
44.b. eradat oēm corticē/ et arte sua vsus
diligēter fabricet vas inutile in cōuer-
sationē vite: reliquiis aūt huius ope-
ris ad pparationē esce abutat: et re-
liquum horū qd ad nullū vsum facit
lignū curuū: et verticib⁹ plenū scul-
pat diligenter per vacuitatē suā: et p
scientiā sue artis figuret illud/ et as-
similet illud imagini hoīs: aut ali-
cui ex aīalibus illud comparet/ perli-
D niens rubrica: et rubicūdum faciens
fuco colorē illius: et omnē maculam
que in illo est perliniens: et faciat ei
dignā habitationē/ et in pariete po-
nens illud: et cōfirmās ferro/ ne for-
te cadat ꝓspiciens illi: sciens quoni-
am non pōt adiuuare se: imago enim
est: et opus est illi adiutoriū. Et de
substantia sua/ et de filiis suis/ et de
nuptiis votum faciēs inquirit. Non
erubescit loqui cum illo qui sine aīa
est: et pro sanitate quidē infirmū de-
precat: et pro vita rogat mortuum: et
in adiutoriū inutilē inuocat: et ꝓ iti-
nere petit ab eo qui ambulare nō po-
test: et de acquirendo/ et de operādo:
et de omnium rerum euentu petit ab
eo qui in omnibus est inutilis.

¶ C. S. De benedictione crucis chri-
sti: de maledictione idolatrie/ et ido-
li detestatione: de crudelitate sacrifi-
ciorum: de vniuersitate vitiorum se-
quentium idolatriam. Capl'm. xiiii.

A I Iterum alius nauigare cogi-
tans: et per feros fluctus iter
facere incipiēs: ligno portan-
te se fragilius lignū inuocat. Illud
eīm cupiditas acquirendi excogita-
uit: et artifex sapiētia fabricauit sua.
Ex. 14. e. Tua aūt pat ꝓuidētia ab initio cun-
cta gubernat: qm̄ et dedisti in mari
viā: et inter fluct⁹ semitā firmissimā
ostendēs qm̄ potens es ex omnib⁹ sa-
nare: etiā si sine rate aliquis adeat
mare. Sed vt nō essent vacua sapien-
tie tue opa: ꝓpter hoc etiā et exiguo
ligno credunt hoīes aīas suas/ et
trāseūtes mare per ratē liberati sunt.
Sed et ab initio cū perirēt suꝑbi gi-
gātes: spes orbis terrarū ad ratē cō-
fugiēs: remisit seculo semen natiuita-
tis: que manu tua erat gubernata.
Bñdictū est eīm lignū/ per qd fit iu-
stitia. Per manus aūt qd fit idolū/
maledictū est et ipsum/ et qui fecit il-
lud: qz ille quidē operatus est: illud
aūt cū esset fragile/ de⁹ cognomina-
tus est. Silr̄ aūt odio sunt deo: im- B
pius et impietas eius. Etenim qd factū
est/ cū illo q̄ fecit tormenta patietur.
Propter hoc et in idolis nationū nō
erit respect⁹: qm̄ creature dei in odiū
facte sunt: et in tētationem aīe ho-
minū/ et in muscipulā pedib⁹ insipi-
entiū. Initium eīm fornicationis/ est
exq̄sitio idolorū: et adinuētio illorum
corruptio vite est. Neq; eīm erant ab
initio/ neq; erūt in perpetuū. Super-
uacuitas enim hoīm/ hec adinuenit
in orbē terrarū: et ideo breuis illoꝝ fi-
nis est inuētus. Acerbo enim luctu
dolēs pater/ cito sibi rapti filij fecit
imaginē: et illum qui tunc quasi ho-
mo mortu⁹ fuerat: nūc tanq̄ deū co-
lere cepit: et cōstituit inter seruos su-
os sacra et sacrificia. Deinde inter-
ueniēte tpe/ cōualescēte iniqua con-
suetudine/ hic error tanq̄ lex custo-
dit⁹ est: et tyrannoꝝ imperio colebā-
tur figmenta. Et hos quos in palam C
hoīes honorare non poterāt: propter
hoc q lōge essent e lōginquo figura
eorū allata/ euidentē imaginē regis
quē honorare volebant fecerūt: vt il-
lum qui aberat/ tanq̄ presentē cole-
rent sua sollicitudine. Prouexit au-
tem ad hoꝝ culturā et hos q̄ ignora-
bāt/ artificis eximia diligentia. Ille
eīm volens plus placere illi qui se as-
sumpsit/ elaborauit arte sua: vt simili-
tudinē in melius figuraret. Multitu-
do autem hoīm adducta per speciē
operis/ eum qui ante tēpus tanq̄ ho-
mo honorat⁹ fuerat/ nunc deum esti-
mauerunt. Et hec fuit vite humane
deceptio: qm̄ aut affectui/ aut regib⁹
deseruientes homines incōmunica-
bile nomen lapidibus et lignis impo-
suerunt. Et nō suffecerat errasse eos
circa dei scientiā: sed et in magno vi-
uentes inscientie bello tot et tam ma- D
gna mala pacē appellant. Aut eīm fi-
lios suos sacrificantes/ aut obscura

sacrificia facientes: aut insanie ple-
nas vigilias habentes: neqꝫ vitā/ne
qꝫ nuptias mūdas iā custodiūt. sed
et alius aliū ꝑ inuidiam occidit: aut
adulterans cōtristat: et oīa cōmixta
sunt: sanguis/homicidiū/furtū/ꝛ fi-
ctio/corruptio/et infidelitas/ turba-
tio/et periuriū/tumultus/bonoꝝ dei
immemoratio/aīaꝝ inquinatio/natiui-
tatis immutatio/ nuptiaꝝ icōstātia/
inordinatio mechie / et impudicitie.
Infandoꝝ enī idoloꝝ cultura/ oīs
mali causa est: et initiū/et finis. Aut
enī dū letātur/insaniūt: aut certe va
ticinant falsa/aut viuūt iniuste: aut
peierāt cito. Dū enim cōfidūt in ido
lis q̄ sine aīa sunt/ male iurantes no
ceri se non sperāt. Utraqꝫ ergo illis
euenient digne: qm̄ male senserūt de
deo/attendētes idolis: ꝛ iurauerunt
iniuste in dolo contēnentes iustitiā.
Nō enī iurātium est virtus: sed pec-
cantium pena perambulat semꝑ in-
iustorum preuaricationem.

¶ C.S. Uox fidelium qui laudāt dei
misericordiā: cuius grā non seruiūt
idolis: de subsannatione idolatrie /
et eius detestatione. Capitulum. xv.

A 1 Tu aūt deus nr̄/suauis ꝛ verus
es: patiēs/ꝛ in mīa disponens
oīa. Et enī si peccauerimꝰ / tui
sumꝰ: scientes magnitudinē tuā: ꝛ si
non peccauerimus / scimus qm̄ apd̄
te sumus cōputati. Nosse enī te/con-
summata iustitia est: et scire iustitiā
et vtutē tuā/radix est imortalitatis.
Nō enim in errorē induxit nos hoīꝫ
male artis excogitatio: nec vmbra
picture labor sine fructu: et effigies
sculpta ꝑ varios colores: cuius aspe
ctus insensato dat cōcupiscētiam: et
diligit mortue imaginis effigiē sine
B 7 aīa. Malorum amatores digni sunt
morte/q̄ spem habēt in talibꝰ: et q̄ fa
Ro.9.d. ciūt illos/ꝛ q̄ diligūt/et q̄ colūt. Sed
et figulus mollē terrā premens labo
riose fingit ad vsus nr̄os vnumqdqꝫ
vas: et de eodem luto fingit q̄ mūda
sunt in vsuꝫ vasa/ ꝛ similiter q̄ his sunt
contraria. hoꝝ aūt vasoꝝ qs sit vsus
iudex est figulus. Et cū labore vano
deum fingit de eodē luto/ille q̄ paulo
ante de terra factꝰ fuerat: et post pu
sillū reducit se vn̄ acceptꝰ est: repeti-
tus aīe debitū quā habebat. Sed cu-
ra est illi/nō qꝛ laboraturus est / nec
quoniā breuis illi vita est: sed cōcer-
tatur artificibꝰ et argentarijs: sed et
erarios imitatur et gloriā ꝑfert: qm̄
res supuacuas fingit. Cinis est eniꝫ C
cor eiꝰ ꝛ terra supuacua spes illiꝰ: et
luto vilior vita eius: qm̄ ignorauit
qui se finxit ꝛ qui inspirauit illi anī-
mā que operatur et qui insufflauit ei
spiritū vitalē. Sed ꝛ estimauerūt lu-
sum esse vitā nostrā ꝛ conuersationē
vite ꝯpositā ad lucrū: ꝛ oportere vn-
decūqꝫ etiam ex malo acquirere. Hic
enī scit se super oēs delinq̄re: qui ex
tre materia fragilia vasa et sculpti-
lia fingit. Oēs enī insipiētes et infe-
lices supra modū aīe sue supbi sunt:
inimici ppl'i tui ꝛ imperātes illi: qm̄ ps.113.b.
oīa idola nationū deos estimauerūt ꝛ 134.d.
quibꝰ neqꝫ oculoꝝ visus est ad vidē- D
dum neqꝫ nares ad pcipiendū spm̄/
neqꝫ aures ad audiendū neqꝫ digiti
manuū ad tractandum sed et pedes
eoꝝ pigri ad ambulādū. homo enim
fecit illos et qui spiritū mutuatꝰ est
is finxit illos. Nemo enī sibi similem
homo poterit deū fingere. Cū eniꝫ sit
mortalis: mortuū fingit manibꝰ ini-
quis. Melior enim est ipse his quos
colit: qꝛ ipse quidē vixit cū esset mor-
talis illi aūt nunq̄. Sed ꝛ aīalia mi-
serrima colunt. Insensata enim com
parata his illis sunt deteriora. Sed
nec aspectu aliquis ex his animali-
bus bona potest conspicere. Effuge-
rūt autem dei laudem et benedictio
nem eius.

¶ C.S. De iustitia dei q̄ iudicat ipi-
os et ꝓpitiat iustꝭ alē nati ꝓsedt: de
igrāte in aqonive et glacie sustinēte
vi ignis: ꝛ de donatiōe māne. C.xvi.

Propter hec ꝛ his similia pas- 1 A
si sunt digne tormēta ꝛ ꝑ mul exo.16.c.
titudinē bestiarū extermina-
ti sunt. Pro quibꝰ tormētis bene dis-
posuisti populū tuū qbꝰ dedisti con-
cupiscentiā delectamēti sui nouū sa-
porē escam parās eis ortygometrā: Nu.11.g.
vt illi quidē ꝯcupiscētes escā ꝓpter
ea que illis ostēsa et missa sunt etiaꝫ
a necessaria cōcupiscētia auerteren-
tur. Hi aūt in breui inopes facti no-
uam gustauerunt escam. Oportebat
enim illis sine excusatione quidem
superuenire interitum exercentibus
tyrānidem: his autem tantum ostē-
dere / quemadmoduꝫ inimici eorum
exterminabantur. Etenim cum illis Nu.21.b.
superuenit seua bestiarum ira mor-
sibus peruersoruꝫ colubrorum exter-
minabantur. Non in perpetuuꝫ ira

ira permansit:sed ad correptionē in
breui turbati sunt:signum habentes
salutis ad cōmemorationem mādā-
B ti legis tue. Qui enī conuersus est/
non per hoc qd videbat sanabat:sed
exo.10.a. per te oim saluatorem. In hoc autē
et.8.f. ostendisti inimicis tuis:qz tu es qui
apo.9.b. liberas ab omni malo. Illos enim lo
custarū et muscarū occiderunt mor-
sus: ⁊ nō est inuēta sanitas anime il
lorū:quia digni erant ab huiuscemo-
di exterminari. Filios autē tuos nec
draconū/nec venenatorū vicerūt dē-
tes. misericordia eñ tua adueniens
sanabat illos. In memoria enim ser-
monū tuorū exterminabāt/ et veloci-
ter sanabant: ne in altam incidētes
obliuionē nō possent tuo vti adiuto-
rio.etenī neqꝫ herba neqꝫ malagma
sanauit eos / sed tuus dñe ꝯmo q̄ sa-
deu.32.f. nat omnia. Tu es eñ dñe qui vite et
1.re.2.a. mortis habes potestatē: deducis ad
To.13.a. portas mortis et reducis : homo au-
tem occidit quidem per maliciā ani-
mam suam:et cum exierit spūs/non
reuertetur: nec reuocabit aīam q̄ re-
cepta est:sed tuam manum effugere
C impossibile est. Negantes eñ te nos-
se impij/ per fortitudinē brachij tui
flagellati sunt: nouis aquis et gran-
Exo.9.c. dinibꝰ et pluuijs persecutionē passi
sunt ⁊ per ignē consumpti.Qđ enim
mirabile erat in aqua:que omnia ex-
tinguit/ plus ignis valebat. vindex
enim orbis iustorum. Quodā enim
tēpore māsuetabatur ignis: ne com-
burerētur que ad impios missa erāt
animalia: sed vt ipsi videntes scirēt
quoniā dei iudicio patiunt persecu-
De cōse. tionem. Et quodā tempore in aqua
dist.2.c. supra virtutem ignis exardescebat
reuera. vndiqꝫ/ vt iniquam terre nationem
exo.16.c. exterminaret. Pro quibus angelo-
Nu.11.b. rum esca nutriuisti populum tuum
P.77.c. et paratum panem de celo prestitisti
Joā.6.d. illis sine labore / omne delectamen-
tum in se habentē: et omnis saporis
suauitatē. Substantiā eñ tuā et dul-
cedinem tuam quam in filios habes
ostendebas:et deseruiēs vniuscuiuſ-
qꝫ voluntati ad quod quisqꝫ volebat
Exo.9.c. cōuertebatur. Nix autem et glacies
sustinebant vim ignis /⁊ nō tabesce-
bant: vt scirēt quoniam fructus ini-
micorū exterminabat ignis ardens
D in grādine:et pluuia coruscans. Hoc
autem iterum vt nutrirentur iusti:
ignis etiam sue virtutis oblitus est.

Creatura enim tibi factori deserui-
ens/ exardescit in tormētum aduer-
sus iniustos : et lenior fit ad benefa-
ciendum pro his qui in te confidunt.
Propter hoc et tunc in omnia trans-
figurata omnium nutrici gratie tue
deseruiebant ad voluntatem eorum
qui a te desiderati sunt : vt scirent fi-
lii tui/quos dilexisti dñe /quoniā non Deu.8.a.
natiuitatis fructus pascunt homi- mat.4.a.
nes:sed sermo tuus hos qui in te cre
diderint conseruat. Quod enim ab
igne nō poterat exterminari/ statim
ab exiguo radio solis calefactum ta-
bescebat : vt notum omnibus esset:
quoniā oportet preuenire solem ad
benedictionem tuā: et ad orientē lu-
cis te ibi adorare. Ingrati enī spes
tanqꝫ hybernalis glacies tabescet: ⁊
disperiet tanqꝫ aqua superuacua.
C.C.S. De magnitudine iudiciorum
dei qui penis mirabilibus affligebat
impios. Capitulum. xvii.

Magna sunt enī iudicia tua do- A
mine : et inenarrabilia verba
tua : propter hoc indisciplinate ani-
me errauerunt. Dum enim persua-
sum habent iniqui / posse dominari
nationi sancte: vinculis tenebrarū/
et longe noctis compediti / inclusi
sub tectis fugitiui perpetue proui-
dentie iacuerunt. Et dum putant se
latere in obscuris peccatis: tenebro- Exo.10.f.
so obliuionis velamento dispersi
sunt pauentes horrende: et cum ad-
miratione nimia perturbati. Neqꝫ
enim que continebat illos spelunca
sine timore custodiebat: quoniam so
nitus descendēs perturbabat illos:
et persone tristes illis apparentes
pauorem illis prestabant. Et ignis B
quidē nulla vis poterat illis lumen
prebere: nec syderum limpide flam- C
me illuminare poterant illam noctē
horrendam. Apparebat autem illis
subitaneus ignis/timore plenus : et
timore percussi illius que non vide- Exo.7.b.
batur faciei / estimabāt deteriora es- et.8.b.
se que videbātur: ⁊ magice artis ap-
positi erant derisus: ⁊ sapientie glo-
ria correptio cū cōtumelia. Illi enim
qui promittebant timores/ ⁊ pertur-
bationes expellere se ab anima lan-
guente / hi cum derisu pleni timore
languebant. Nam et si nihil illos ex
monstris perturbabat: transitu ani-
malium/et serpētium sibilatione cō-
moti/tremebundi peribant:⁊ aerem

quā nulla ratione quis effugere pos-
C set/negantes se videre. Frequen
ter enim preoccupāt pessima:redar-
guente conscientia. Cum enim sit ti
mida nequitia/ dat testimoniū condē-
nata. Semꝑ enim presumit seua per-
turbata cōsciētia. Nihil enim est ti-
mor / nisi presumptionis adiutoriū
proditio cogitationis auxiliorū. Et
dum ab intro minor est expectatio /
maiorē cōputat potētiā eiꝰ cause de
qua tormētum prestat. Illi autē qui
in potētē venere noctē. et ab infimis
et ab altissimis inferis superuenien-
tē eūdem somnū dormiētes/ aliquā-
do monstrorū exagitabātur timore:
aliquando aīe deficiebant traductio
ne. Subitaneꝰ enim illis/ et insperatꝰ
timor superuenerat. Deinde si quis ꝙ
ex illis decidisset / custodiebatur in
D carcere sine ferro reclusus. Si enim
rusticus quis erat aut pastor/ aut agri
laborū operariꝰ preoccupatus esset:
ineffugabilē sustinebat necessitatē.
Una eīn catena tenebrarū oēs erāt
colligati. Siue spiritus sibilans/ aut
inter spissos arborum ramos auium
sonus suauis: aut vis aque decurren
tis nimiū/ aut sonus validus preci-
pitatarū petrarū/ aut ludētium ani-
malium cursus inuisus/ aut mugien
tiū valida bestiarū vox: aut resonās
de altissimis mōtibꝰ echo: deficiētes
faciebat illos pre timore. Oīs enim
orbis terrarū limpido illuminabat
lumine: et nō impeditꝰ operibus con-
tinebatur. Solis aūt illis superposi-
ta erat grauis nox / imago tenebra-
rum: que superuētura illis erat. Ipsi
ergo sibi erant grauiores tenebre.
¶ C. S. De luce israelitarum in egy-
pto figurāte lucē sctōꝝ in mundo: de
persecutione afflictiōis impioꝝ: de no
cte qua percussit dñs primogenita: de
aduentu dñi: de pctō populi israel in
deserto: de aarō quō stetit inter viuos
et mortuos cū thuribulo. Cap. xviii.
A 1 Sanctis autē tuis maxima erat
exo.10.f. lux/ et horum quidem vocē ini-
mici audiebant: sed figuram non vi-
2 debant. Et quia non et ipsi eadem
passi erāt magnificabāt te: et ꝙ ante
lesi erant qꝛ non ledebātur / gratias
agebāt tibi: et vt esset differentia/ do-
exo.14.e nū petebāt. Propter quod ignis ar-
ps.77.b. dentē columnā ducē habuerunt igno-
et.104.d. te vie: et solem sine lesura boni ho-
spitij prestitisti. Digni quidē illi ca-
rere luce: et pati carcerē tenebrarum
qui inclusos custodiebāt filios tuos:
per quos incipiebat incorruptū le-
gis lumē seculo dari. Cum cogitarēt B
iustorum occidere infantes: et vno Exo.1.c.
exposito filio/ sed liberato introdu- Exo.2.b.
ctionem illorū multitudinē filiorum
abstulisti et pariter illos pdidisti in Exodi.
aqua valida. Illa enim nox ante co- 14.f.g.
gnita est a patribus nostris: vt ve-
re sciētes quibus iuramentis credi-
derunt: animequiores essent. Susce-
pta est autem a populo tuo sanitas
quidē iustorum: iniustorū aūt exter-
minatio. Sicut enim lesisti aduersa
rios nostros: sic et nos prouocans
magnificasti. Absconse enim sacrifi-
cabant iusti pueri bonorū/ et iustitie
legem in concordia disposuerunt: si-
militer et bona et mala recepturos
iustos/ patri omniū decātantes lau-
des. Resonabat autem incōueniens 10.
inimicoꝝ vox/ et flebilis audiebatur
plāctus ploratorum infantium. Si- 11.
mili aūt pena seruus cum dño affli- exodi.12.
ctus est: et popularis homo regi si- d.e.
milia passus. Similiter ergo omnes 12.
vno noīe mortis mortuos habebant
innumerabiles. Nec eīn ad sepelien 13.
dum viui sufficiebant: quoniam vno
momento que erat preclarior natio
illorū exterminata est. De omnibus 14.C
enim non credētes ꝓpter beneficia:
tūc cum primū fuit exterminiū pri-
mogenitorū, spoponderūt pplm dei
se esse. Cum enim quietū silentiū cō-
tinerēt oīa: et nox in suo cursu me-
dium iter haberet: oīps sermo tuus
dñe exiliēs de celo a regalibus sedi-
bus venit / durus debellator in me-
diam exterminii terrā ꝓsiliuit / gla-
dius acutus insimulatum imperiū
tuū portans et stans repleuit omnia
morte: et vsqꝫ ad celū attigebat stās
in terra. Tūc cōtinuo visus somnio-
rū maloꝝ turbauerunt illos: et timo-
res superuenerunt insperati. Et alius
alibi ꝓiectus semiuiuꝰ/ ꝓpter quam
mouebat causam demonstrabat mor-
tis. Visiōes enim que illos turbaue-
runt hec premonebant: ne inscii qua-
re mala patiebant/ perirent. Tetigit
aūt tunc et iustos tentatio mortis et
cōmotio in eremo facta est multitu-
dinis: sed nō diu permansit ira tua.
Properans eīn hō sine q̄rela depre- D
cari ꝓ pplis/ proferens seruitutis sue
scutū orationē et p incensum depre-

Nu.16.f. cationem allegans/restitit ire: et fi-
nem imposuit necessitati: ostendēs
quoniam tuus est famulus. Uicit au
tem turbas non in virtute corporis/
nec armatura potentia: sed verbo il-
lum qui se vexabat subiecit: iuramē-
ta parētum et testamentū cōmemo-
rās. Cum enim iam acervatim ceci-
dissent sup alterutruz mortui: inter-
stitit et amputauit ipetū: et diuisit
Exo.28.d. illaz que ad viuos ducebat viam. In
veste enim poderis quā habebat/ to-
tus erat orbis terrarum: et parentū
magnalia in quatuor ordinibus la-
pidum erant sculpta: et magnificen-
tia tua in diademate capitis illius
scripta erat. His autē cessit q exter-
minabat/et hec extimuit: erat enim
sola tentatio ire sufficiens.

¶ C.S. De interitu egyptiorū cū gau-
dio hebreorū: de ortygometra dona-
C ta ad desideriū ppl'i: q elemēta mun
di non tm̄ diuine sed et humane ser-
uiunt voluntati. Capitulum. xix.

A Impijs aūt vsq in nouissimū
sine mīa ira superuenit. Pre-
sciebat em̄ et futura illorū: qm̄
cum ipsi permisissent vt se educerēt
et cū magna solicitudine pmisissent
illos: consequebant illos penitentie
actus. Adhuc enim inter manus ha
bētes luctum et deplorantes ad mo-
numenta mortuorū: aliā sibi assum-
pserunt cogitationem inscientie: et
quos rogātes proiecerāt: hos tanq̄
fugitiuos psequebant: ducebat enim
illos ad hunc finē digna necessitas:
et horum que acciderāt cōmemora-
tionem omittebant: vt que deerant
tormentis repleret punitio: et ppl's
quidē tuus mirabiliter transiret: illi
B aūt nouam mortem inuenirent. Omis
em̄ creatura ad suū genus ab initio
refigurabatur: deseruiēs tuis prece-
ptis/ vt pueri tui custodirētur illesi.
Nam nubes castra illorū obumbra-
bat: et ex aqua q̄ ante erat/ terra ari-
da apparuit: et in mari rubro via sine
impedimēto: et cāpus germinās de
profundo nimio: per quem ois natio
trāsiuit q̄ tegebat tua manu: viden-
tes tua mirabilia et monstra. Tanq̄
enim equi depaverunt escam: et tāq̄
agni exultauerunt magnificātes te
dn̄e q liberasti illos. Memores enim
erant adhuc eorū q̄ in incolatu illorū
facta fuerāt: quēadmodum pro na-
tione aīaliū produxit terra muscas/
et p piscibus eructauit fluuius mul-
titudinem ranarum. Nouissime aūt E
viderunt nouam creaturam auium:
cum adducti concupiscentia postu-
lauerūt escas epulationis. In allo- Ex.16.a.
cutione eniz desiderij ascēdit illis de
mari ortygometra: et vexatiōes pec-
catorib' supuenerunt/ non sine illis
que ante facta erant argumētis per
vim fulminum. iuste em̄ patiebātur
sm̄ suas nequitias. Etenī detestabi-
liorem inhospitalitatem instituerūt
alij quidem ignotos non recipiebāt
aduenas: alij autem bonos hospites
in seruitutē redigebant. Et non solū
hec sed et alius quidē respectus illo-
rum erat: qm̄ inuiti recipiebāt extra-
neos. Qui aūt cū letitia receperunt
hos/ qui eisdem vsi erant iustitijs
seuissimis afflixerunt dolorib'. Per- Ge.19.c.
cussi sunt aūt cecitate sicut illi in fo-
ribus iusti cum subitaneis cooperti
essent tenebris: vnusquisq trāsitum
ostij sui querebat. In se enim elemē- D
ta dum cōuertuntur sicut in organo
qualitatis sonus immutatur: et oia
suum sonū custodiunt: vnde estima-
ri ex ipso visu certo potest. Agrestia
em̄ in aquatica cōuertebātur: et que-
cumq erant natantia/ in terra trans-
ibant. Ignis in aqua valebat supra Exo.9.c.
suam virtutem: et aqua extinguētis
nature obliuiscebat. Flamme econ- E
trario corruptibilium animaliū non
vexauerūt carnes coambulantium:
nec dissoluebant illā que facile dissol
uebatur: sicut glacies bonaz escā. In
omnib' em̄ magnificasti ppl'm tuum
dn̄e et honorasti: et non despexisti in
omni tpe et in oi loco assistens eis.

¶ Explicit liber Sapientie.

¶ Incipit prologus libri Iesu filij
Sirach/ q Ecclesiasticus appellat.

Multorū nobis et magnorū per
legē et pphetas aliosq qui
secuti sunt illos: sapiētia de-
monstrata est: in quibus oportet lau
dare israel doctrine et sapientie cau-
sa: qr nō solū ipsos loquētes necesse
est esse peritos: sed etiam extraneos
posse et discentes et scribentes doctis
simos fieri. Auus meus iesus postq̄
se amplius dedit ad diligētiā lectio-
nis legis et pphetarū: et aliorū libro-
rum qui nobis a parentibus nostris
traditi sunt: voluit et ipse scribere ali-
quid horū que ad doctrinā et sapien-


tiam pertinent: vt desiderātes disce-
re et illoꝝ periti fieri/magis magisq̃
attēdāt animo/et ↄfirmentur ad legiti-
mā vitā. Hortor itaq̃ venire vos cum
beneuolētia et attētiori studio lectio-
nē facere: et veniā habere in illis in q̄-
bus videmur sequentes imaginē sa-
piētie/et deficere in verboꝝ cōpositio-
ne. Nā deficiēt verba hebraica quan-
do fuerint translata ad alteram lin-
guam. Nō autē solum hec/sed et ipsa
lex et ꝓphete: ceteraq̃ alioꝝ librorum
nō paruā habent differentiā quando
inter se dicunt. Nā in octauo et in tri-
cesimo anno tēporib⁹ Ptolomei euer
getis regis postq̄ perueni in Egyptū:
et cum multū tēporis ibi fuissem/in-
ueni ibi libros relictos nō parue ne-
q̃ cōtēnende doctrine. Itaq̃ bonū et
necessariū putaui: et ipse aliquā adde-
re diligentiā/et laborē interpretādi li-
brum istum: et multa vigilia attuli do-
ctrinā in spacio tēporis ad illa q̄ ad
finē ducūt librū istū dare: et illis q̄ vo-
lūt animū intēdere et discere quead-
modū oporteat instituere mores q̄ s̄m
legē dn̄i ꝓposuerint vitā agere.

Explicit prologus.

## Incipit liber Ecclesiasticus.

C.S. De trina sapientia dei et origi
ne eiusdē: de incarnatione verbi dei:
de laude timoris dn̄i/et q̄ iustitia gra
dus est ad sapientiam.

Capitulum. i.

A 
Omnis sapien
tia a dn̄o deo
est: et cum illo
fuit semper/et
est ante euū.
Arenā maris
et pluuie gut-
tas: et dies se-
culi quis dinu
merauit? Alti-
tudinem celi et
latitudinem terre et ꝓfundum abys-
si quis dimensus est? Sapientiam dei
precedentē om̄ia quis inuestigauit?
Prior om̄i creata est sapientia: et in-
tellectus prudentie ab euo. Fons sa-
piētie verbū dei in excelsis: et ingres-
sus illius mandata eterna. Radix
sapientie cui reuelata est? et astutias
illius quis agnouit? Disciplina sa-
pientie cui reuelata est et manifesta-
ta? et multiplicationem ingressus il-
lius quis intellexit? Unus est altissi-
mus creator om̄ipotēs et rex potēs
et metuend⁹ nimis/sedēs super thro
num illi⁹ et dominās deus. Ipse crea- B
uit illā in spiritu sancto: et vidit et di-
numerauit et mensus est. Et effudit
illam super omnia opera sua: et super
omnem carnem s̄m datū suū: et pre-
bet illam diligentibus se. Timor dn̄i
gloria et gloriatio: et letitia et corona
exultationis. Timor dn̄i delectabit
cor: et dabit letitiā et gaudiū in longi-
tudinē dierum. Timenti dn̄m bene
erit in extremis: et in die defunctio-
nis sue benedicetur. Dilectio dei ho-
norabilis sapientia. Quibus autē ap
paruerit in visu: diligunt eam in vi-
sione et agnitione magnalium suo-
rum. Initium sapientie timor dn̄i: et ꝓuer. i. a.
cum fidelibus in vulua cōcreat⁹ est: et. 9. c.
et cum electis feminis gradit: et cum ps. 110. d.
iustis et fidelibus agnoscitur. Timor
domini sciētie religiositas. Religio-
sitas custodiet/et iustificabit cor: iu-
cunditatem atq̃ gaudium dabit. Ti-
menti dn̄m bene erit: et in diebus cō- C
summationis illius benedicet. Ple-
nitudo sapientie est timere deum: et
plenitudo a fructib⁹ illius. Omnē do-
mum illius implebit a generationi-
bus: et receptacula a thesauris illius.
Corona sapientie timor dn̄i/replens
pacē et salutis fructum: et vidit et di-
numerauit eā: vtraq̃ autē sunt dona
dei. Scientiam et intellectū prudētie
sapientia cōpartiet: et gloriam tenen
tium se exaltat. Radix sapientie est:
timere dn̄m et rami illius longeui.
In thesauris sapientie intellectus et
scientie religiositas: execratio autē
peccatorib⁹ sapientia. Timor domini
expellit peccatū: nam qui sine timore
est non poterit iustificari: iracundia
enim animositatis illius/subuersio il
lius est. Usq̃ in tēpus sustinebit pa-
tiens: et postea redditio iucundita- D
tis. Bonus sensus vsq̃ in tempus
abscondet verba illius: et labia mul-
torū enarrabūt sensum illius. In the
sauris sapientie significatio discipli-
ne: execratio autē peccatori cultura dei.
Fili cōcupiscens sapientiā conserua 21. q. 4. c.
iustitiā: et deus prebebit illā tibi. Sa- ois.
piētia enim et disciplina timor dn̄i: et
qd̄ beneplacitū est illi/fides et man-
suetudo: et adimplebit thesauros il-
lius. Ne sis contumax et incredibilis
timori dei: et ne accesseris ad illū du-

plici corde. Ne fueris hypocrita in cõspectu hoim: ꝛ nõ scandalizeris in labijs tuis. Attende in illis ne forte ca-
Act. 13. b. das ꝛ adducas aĩe tue inhonorationem: ꝛ reuelet deus absconsa tua: ꝛ in medio synagoge elidat te: qm̃ accessisti maligne ad dñm: ꝛ cor tuum plenum est dolo ꝛ fallacia.

¶ C. S. Accedentẽ ad seruitutem dei excitat ad iusticiam ꝛ amorẽ: ad humilitatẽ intellectũ ꝛ patientiã: timẽtes deum excitat ad credendũ: sperãdum ꝛ diligendum q̄ sperantes in se nõ cõfundit/ nõ derelinq̄t/ nõ despicit. Ve duplici corde/ ve dissolutis corde/ ve impatientia: de timẽtib⁹ deum/ ꝛ agentib⁹ penitentiam. Cap. ii.

A Fili accedẽs ad seruitutem dei sta in iustitia ꝛ in timore: ꝛ prepara animã tuã ad tẽtationẽ.
De pe. di. 2. c. si enim. Deprime cor tuũ ꝛ sustine: ꝛ inclina aurem tuam ꝛ suscipe verba intellectus: ꝛ ne festines in tẽp⁹ obductionis. Sustine sustentationes dei: coniungere deo ꝛ sustine vt crescat in nouissimo vita tua. Omne qđ tibi applicitum fuerit accipe: ꝛ in dolore sustine/ ꝛ in humilitate tua patientiã habe: qm̃ in igne ꝓbat aurum ꝛ argentum: hoies vo receptibiles in cami-
B no humiliationis. Crede deo et recuperabit te: ꝛ dirige viam tuã ꝛ spera in illum. Serua timorẽ illius: ꝛ in illo veterasce. Metuẽtes dñm sustinete misericordiã ei⁹: ꝛ nõ deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dñm credite illi: ꝛ non euacuabit merces vestra. Qui timetis dñm sperate in illum: ꝛ i oblectationẽ veniet vobis misericordia. Qui timetis dñm diligite illũ: ꝛ illuminabuntur corda vestra. Respicite filij nationes hoim: ꝛ scitote qz nullus sperauit in dño et con-
C Io. 36. fusus est. Quis eñ permãsit in mandatis eius et derelictus est? aut quis inuocauit eum/ ꝛ despexit illũ? Quoniam pius et misericors deus: et remittit in die tribulationis peccata: et protector est oĩbus exquirentibus
De apo- se in veritate. Ve duplici corde et la-
sta. c. q̄dã bijs scelestis/ ꝛ manibus malefacientib⁹/ ꝛ peccatori terrã ingredienti duabus vijs. Ve dissolutis corde qui non credũt deo: et ideo non ꝓtegentur ab eo. Ve his q̄ perdiderunt sustinentiã et qui dereliquerũt vias rectas/ ꝛ diuerterũt in vias prauas. Et quid fa-
D cietis cũ inspicere ceperit dñs? Qui

timẽt dñm nõ erũt incredibiles verbo illius: ꝛ qui diligunt illum conseruabunt verbum illius. Qui timẽt dominũ/ inquirẽt que beneplacita sunt ei: ꝛ qui diligunt eum/ replebunt lege ipsius. Qui timẽt dñm/ preparabunt corda sua: ꝛ in cõspectu illius sanctificabunt aĩas suas. Qui timent dominum custodiũt mandata illius: et patientiã habebũt vsq̄ ad inspectionẽ illius dicẽtes. Si penitẽtiam non egerimus: incidemus in manus dñi et nõ in man⁹ hominũ. Secũdum eñ magnitudinẽ ipsius. sic ꝛ misericordia illius cum ipso est.

¶ C. S. De parentib⁹ honorandis duplici honore: de benedictione ꝛ maledictione patris ꝛ matris: de mansuetudine ꝛ humilitate: de sobrietate sapientie: de malitia cordis: ꝛ de corde sapientis. Cap. iii.

Filij sapientie ecclesia iustorũ: ꝛ A
natio illorum obedientia ꝛ dilectio. Judicium patris audite filij dilecti: ꝛ sic facite vt salui sitis. Deus enim honorauit patrem in filijs: ꝛ iudicium matris exquirẽs firmauit in filios. Qui diligit deum exorabit pro peccatis et continebit se ab illis: ꝛ in oratione dierum exaudietur: ꝛ sicut qui thesaurizat/ ita ꝛ qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum iucundabit in filijs: ꝛ in die orationis sue exaudietur. Qui honorat patrem suum/ vita viuet longiore: et qui obedit patri/ refrigerabit matrẽ.
Qui timet dñm/ honorat parentes: ꝛ B
quasi dominis seruiet his qui se ge-
nuerunt. In omni opere et sermone Exo. 20. c.
et omni patientia honora patrẽ tuũ Deu. 5. b.
vt superueniat tibi benedictio a deo: mat. 15. b.
et benedictio illius in nouissimo ma- Mar. 7. b
net. Benedictio patris firmat do- ephe. 6. a.
mos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in cõtumelia patris tui: nõ eñ est tibi gloria sed confusio: gloria eñ hois ex honore patris sui/ et dedecus filij pater sine honore. Fili suscipe senectam patris tui: ꝛ non cõtristes eum in vita illius: ꝛ si defecerit sensu/ veniam da: ꝛ ne spernas eum in virtute tua: eleemosyna enim patris nõ erit in obliuione. Nam pro peccato matris restituet tibi bonũ: et iniustitia edificabit tibi: et in die tribulationis commemorabit tui: et sicut in sereno
glacies soluẽtur peccata tua. Quam C

male fame est qui derelinquit patrē:
et est maledictus a deo qui exaspe-
rat matrem. Fili, in mansuetudine
opera tua pfice: ⁊ super hoim gloriā
diligeris. Quanto magnus es, humi
lia te in oībus: ⁊ coram deo inuenies
Prouer.25.b. gratiam: quoniā magna potētia dei
solius/et ab humilibus honorat. Al-
tiora te ne quesieris: et fortiora te ne
scrutat⁹ fueris: sed que precepit tibi
deus illa cogita semper/⁊ in plurib⁹
operibus eius ne fueris curiosus: nō
est em̄ tibi necessariū ea que abscon-
dita sunt videre oculis tuis. In su-
peruacuis rebus noli scrutari mul-
tipliciter: ⁊ in pluribus operib⁹ eius
B nō eris curiosus. Plurima em̄ super
sensum hoim ostensa sunt tibi. Mul-
tos em̄ supplantauit suspicio illorū:
et in vanitate detinuit sensus illorū.
Cor durum habebit male in nouissi-
mo: et qui amat periculū/in illo peri-
bit. Cor ingrediens duas vias non
habebit successus: ⁊ prauum cor in il-
lis scādalizabit. Cor nequam graua-
bitur in doloribus: ⁊ peccator adiiciet
ad peccandū. Synagoge superborū
non erit sanitas/frutex enim peccati
eradicabit in illis et nō intelligetur.
Cor sapientis intelligit in sapientia:
⁊ auris bona audiet cum omni cōcu-
piscentia sapiētiā. Sapiens cor ⁊ in-
telligibile abstinebit se a peccatis: ⁊
in operibus iustitie successus habe-
Dan.4.c bit. Ignem ardentē extinguit aqua:
et eleemosyna resistit peccatis: ⁊ de⁹
ꝓspector est eius qui reddit gratiā.
Meminit in posterū: ⁊ in tēpore cas⁹
sui inueniet firmamentum.

¶ C.S. Ocul⁹ nō debet auerti a pau-
pere nec ei⁹ eleemosyna defraudari:
de mā̄suetudine ⁊ mi.a erga paupes:
de studio sapiētie ⁊ fructu studii ei⁹:
de obseruādo tēpore ad loquendū: de
certādo ꝓ iustitia: de mā̄suetudine ⁊
misericordia ad domesticos. Ca.iiij.

A Fili/eleemosynam pauperis ne
defraudes: ⁊ oclos tuos ne trā̄s
uertas a paupere. Animam esurien
tem ne despexeris: et non exasperes
pauperem in inopia sua. Cor inopis
ne afflixeris: ⁊ non protrahas da-
tum angustianti. Rogationem con-
tribulati ne abiicias: ⁊ non auertas
faciem tuam ab egeno. Ab inope ne
auertas oculos tuos propter iram:
et non relinquas querentib⁹ tibi re-
tro maledicere. Maledicentis enim
tibi in amaritudine anime exaudiet
deprecatio illi⁹: exaudiet autē eum q̄
fecit illum. Congregationi pauperū
affabilem te facito: ⁊ presbytero hu-
milia animā tuā: ⁊ magnato humilia
caput tuum. Declina pauperi sine tri
stitia aurē tuam: ⁊ redde debitū tuū/
et responde illi pacifice in mansuetu
dine. Libera eum qui iniuriam pati- B
tur de manu superbi: ⁊ non accide fe
ras in aīa tua. In iudicando esto pu
pillis misericors vt pater: et pro vi-
ro matri illorū: ⁊ eris tu velut filius
altissimi obediens: ⁊ miserebitur tui
magis q̄ mater. Sapiētia filiis suis
vitā inspirat: ⁊ suscipit exquirentes
se: ⁊ preibit in via iustitie: ⁊ qui illam
diligit/diligit vitam: ⁊ qui vigilaue-
rint ad illam/complectentur placorē
eius. Qui tenuerint illam, vitam he-
reditabunt: et quo introibit/benedi-
cet deus. Qui seruiunt ei/obsequen-
tes erunt sancto: et eos qui diligunt
illam/diligit deus. Qui audit illam/
iudicabit gentes: ⁊ qui intuetur illā
permanebit confidēs. Si crediderit
ei hereditabit illā: ⁊ erūt in cōfirma-
tione creature illorū: quoniā in tenta-
tione ambulat cū eo: et in primis eli-
git eum. Timorem et metum et pro- C
bationem inducet super illum: ⁊ cru-
ciabit illum in tribulatione doctrine
sue donec tentet eū in cogitationib⁹
suis: ⁊ credat anime illius. Et firma-
bit illum / et iter adducet directum
ad illum/et letificabit illum/et denu-
dabit absconsa sua illi: et thesauri-
zabit super illum scientiam/⁊ intelle
ctum iustitie. Si autem oberrauerit/
derelinquet eum: ⁊ tradet eum in ma
nus inimici sui. Fili/cōserua tēp⁹: et
deuita a malo. Pro aīa tua ne ꝯfun-
daris dicere verum: est enim cōfusio
adducens peccatum: et est confusio
adducens gloriam et gratiam. Ne
accipias faciē aduersus faciē tuam:
nec aduersus animā tuā mēdacium.
Ne reuerearis ꝓximum tuum in ca-
su suo: nec retineas verbum in tem-
pore salutis. Non abscondas sapien D
tiam tuā in decore suo. In lingua em̄
sapiētia dignoscit: ⁊ sensus/⁊ sciētia/
et doctrina in verbo sensati: et firma-
mentū in operibus iustitie. Non con
tradicas verbo veritatis vllo modo:
et de mēdacio ineruditionis tue con-
fundere. Non confundaris confiteri
peccā tua: ⁊ ne subiicias te oī homini

ꝓ peccato. Noli resistere ꝯtra faciē
potētꝭ: nec coneris cōtra ictum fluminis.
Pro iustitia agonizare ꝓ aīa tua
⁊ vsq ad mortē certa ꝓ iustitia/⁊ deꝯ
expugnabit ꝓ te inimicos tuos. Noli
citatꝰ esse in lingua tua: ⁊ inutilis et
remissus in operibꝰ tuis. Noli esse si-
cut leo in domo tua euertēs domesti-
cos tuos: ⁊ opprimēs subiectos tibi.
Non sit porrecta manus tua ad acci
piendum ⁊ ad dandum collecta.
¶ C.S. De nō ꝯfidēdo i diuitiis: de ti
mēdo dei vīdictā: de ꝯuersione ad pe-
nitētiā nō tardādā: de fugiēda leuita
te: de vbo dei audiēdo ⁊ prudēter ꝓ-
ferēdo ne susurro appellarꝭ. Cap. v.
A N Oli attēdere ad possessiōes ini-
quas: ⁊ ne dixeris. Est mihi suf-
ficiens vita: nihil enim proderit in
tempore vindicte ⁊ obductionis. Ne
sequaris in fortitudine tua ꝯcupiscē-
tiam cordis tui: ⁊ ne dixeris. Quomo
do potui? aut quis me subiiciet ꝓpter
facta mea? Deus enim vindicās vin
B dicabit. Ne dixeris. Peccaui et quid
mihi accidit triste? Altissimus enim
J.21.a. est patiens redditor. De propitiato
J.16.b. peccato noli esse sine metu: neq adiī
pver.x.a cias pctm sup peccatū. Et ne dicas.
Miseratio dñi magna est: multitudi-
nis peccatorꝝ meorꝝ miserebit. Mise-
ricordia enim et ira ab illo cito proxi
mant ⁊ in peccatores respicit ira il-
C lius. Non tardes conuerti ad dñm: ⁊
ne differas de die in diē. Subito enī
veniet ira illius: ⁊ in tempore vindi-
pver.11.a cte disperdet te. Noli anxius esse in
diuitiis iniustis: nō enī proderunt ti-
bi in die obductionis ⁊ vindicte. Nō
vētiles te in omnē ventum ⁊ nō eas
in omnē viam: sic enī omnis peccator
ꝓbat in duplici lingua. Esto firmꝰ in
via dñi/⁊ in veritate sensus tui ⁊ scien-
tia/⁊ ꝓsequat te verbum pacis ⁊ iusti-
tie. Esto mansuetꝰ ad audiendum ver
D bum dei vt intelligas: ⁊ cum sapiētia
ꝓfer responsum verum. Si est tibi in-
tellectus responde ꝓximo: sin autem
sit manus tua super os tuum ne ca-
piaris in verbo indisciplinato ⁊ con-
fundaris. Honor et gloria in sermo-
ne sensati: lingua vero imprudentis
subuersio est ipsius. Non appelleris
susurro in vita tua: et lingua tua ne
capiaris ⁊ confundaris. Super furē
enim est cōfusio ⁊ penitētia ⁊ denota
tio pessima super bilinguē: susurrato
ri autē odiū/⁊ inimicitia ⁊ ꝯtumelia.
Iustifica pusillū ⁊ magnū similiter.
¶ C.S. De bilingui/de elatione in co
gitatu: de aīa nequā: de sermone dul-
ci ⁊ ligua gratiosa: de amicitia va: de
amico nō permanēte: de excipienda
doctrina sapiētis: de accipiendo cōsi
lio: ⁊ inuestiganda sapientia ⁊ sequē
te vtilitate ex ea. Cap. vi.
N Oli fieri pro amico inimicus A
ꝓximo: improperiū enī ⁊ con
tumeliā malꝰ hereditabit: et
oīs peccator inuidꝰ ⁊ bilinguis. Non
te extollas in cogitatione aīe tue ve-
lut taurus: ne forte elidat virtus tua
ꝑ stultitiā: ⁊ folia tua comedat ⁊ fru-
ctus tuos perdat: ⁊ relinquaris velut
lignū aridū in eremo. Aīa enī nequā
disperdet q se habet ⁊ in gaudiū ini-
micis dat illū: ⁊ deducet in sortē im-
piorum. Uerbum dulce multiplicat
amicos ⁊ mitigat inimicos: ⁊ lingua
eucharis in bono homine abūdabit.
Multi pacifici sint tibi: ⁊ cōsiliarius
sit tibi vnꝰ de mille. Si possides ami-
cum in tētatione posside eum: ⁊ ne fa
cile credas ei teipsum. Est enim ami-
cus secundū tēpus suum: ⁊ nō ꝑma-
nebit in die tribulationis. Et est ami- J.37.
cus qui cōuertitur ad inimicitiam: et
est amicꝰ q odium ⁊ rixam ⁊ conuitia
denudabit. Est autem amicus socius B
mense: ⁊ nō permanebit in die neces
sitatis. Amicus si permanserit fixus
erit tibi quasi coequalis: et in dome-
sticis tuis fiducialiter aget. Si humi
liauerit se cōtra te: ⁊ a facie tua abscō
derit se vnanimem habebis amicitiā
bonam. Ab inimicis tuis separare: ⁊
ab amicis tuis attende. Amicus fi-
delis ꝓtectio fortis: qui autem inue-
nit illum inuenit thesaurū. Amico fi-
deli nulla est cōparatio: ⁊ non est di-
gna ponderatio auri ⁊ argenti cōtra
bonitatē fidei illius. Amicus fidelis
medicamētū vite ⁊ immortalitatis:
⁊ qui metuunt dñm/inuenient illum.
Qui timet deū eque habebit amicitiā
bonam: qm̄ ꝯm illum erit amicus il-
lius. Fili a iuuentute tua excipe do-
ctrinam: ⁊ vsq ad canos inuenies sa
pientiā. Quasi is q arat ⁊ q seminat
accede ad eā: et sustine bonos fructꝰ
illiꝰ. In opere enī ipsiꝰ exiguū labora-
bis: ⁊ cito edes de generationibꝰ illius.
Quā aspera est nimiū sapiētia indo- C
ctis hoibꝰ: ⁊ nō ꝑmanebit in illa ex-
cors. Quasi lapidis virtꝰ ꝓbatio erit
in illis ⁊ non demorabunt ꝓiicere il-

ra. Sapiētia eīn doctrine ſm nomē
eſt eius: ⁊ nō eſt multis manifeſta.
quibus aūt agnita eſt pmanet vſq
ad conſpectū dei. Audi fili ⁊ accipe
conſiliū intellectus ⁊ ne abijcias cō
ſiliū meū: iniice pedē tuū in compe-
des illius: ⁊ in torques illius collum
tuū: ſubijce humerū tuū ⁊ porta il-
lā, ⁊ ne accidieris vinculis eius. In
omni aīo tuo accede ad illā: ⁊ in oī
virtute tua cōſerua vias ei⁹. Inue-
ſtiga illā ⁊ manifeſtabit tibi ⁊ cōti-
nens fact⁹ ne derelinquas eā: in no
uiſſimis enim inuenies requiē in ea:
⁊ cōuertet tibi in oblectationem. Et
erūt tibi cōpedes eius in protectio-
nē fortitudinis ⁊ baſes virtutis ⁊ tor
D ques illius in ſtolā glorie: decor eīn
vite eſt in illa: ⁊ vincula illius alliga-
tura ſalutaris. Stola glorie indues
eā: ⁊ coronā gratulatiōis ſuppones
tibi. Fili ſi attēderis mihi diſces eā:
et ſi accōmodaueris animū tuū ſapi-
ens eris. Si inclinaueris aurē tuā
excipies doctrinā: ⁊ ſi dilexeris au-
dire ſapiēs eris. In multitudie preſ
byterorū prudentiū ſta ⁊ ſapientie
illorū ex corde coniungere vt omnē
narrationem dei poſſis audire ⁊ pro
uerbia laudis nō effugiāt a te. Et ſi
videris ſenſatū euigila ad eū: ⁊ gra
dus oſtiorū illius exterat pes tuus.
Cogitatum tuū habe in pceptis dei
⁊ in mādatis illius maxime aſſidu⁹
eſto: ⁊ ipſe dabit tibi cor et concupi-
ſcentia ſapientie dabitur tibi.

¶ C.S. De malicijs nō faciēdis: de
ſe nō iuſtificādo ⁊ primat⁹ nō qren-
do: de obediēdo: de ira dei memoran
do: qualiter ſapiēs ſe habeat ad vxo-
rē: ad amicū: ad filios: ad ſeruū: de
parentibus honorandis et ſacerdo-
tibus: de honorando deo ⁊ faciendo
oblationes: de mīa ad infirmum: de
memorandis nouiſſimis. Cpm. vij.

A Noli facere mala ⁊ non te ap-
prehendent. Diſcede ab ini-
quo ⁊ deficient mala abs te.
Fili nō ſemines mala in ſulcis iniu
ſtitie: ⁊ nō metes ea in ſeptuplū. No
li querere ab hoīe ducatū: neq a re-
ge cathedrā honoris. Nō te iuſtifi-
ge istum: ꝛ respondebit. Nō possum:
signatus est enim. Et dabitur liber ne-
scienti literas/ diceturq; ei. Lege et
respondebit. Nescio literas. Et dixit
mat. 15. a dominꝰ. Eo q̄ appropinquat populꝰ
mar. 7. b. iste ore suo/ et labiis suis glorificat
me: cor autē eius longe est a me: ꝛ ti-
muerūt me mandato hoim et doctri-
nis: ideo ecce ego addā vt admira-
E tionē faciam populo huic miraculo
1. Co. 1. c. grandi ꝛ stupendo. peribit eñ sapiē-
tia a sapientibus eius: et intellectus abdie. 1. c
prudentium eius abscondetur. Ve q̄ Ecc. 23. c.
ꝓfundi estis corde/ vt a dño abscon-
datis cōsilium: quoꝝ sunt in tenebris
opera/ ꝛ dicunt. Quis videt nos: ꝛ q̄s
nouit nos? Peruersa est hec vestra co
gitatio: q̄si si lutū cōtra figulum cogi
tet: ꝛ dicat opus factori suo. Nō feci-
sti me: ꝛ figmentum dicat fictori suo. F
Non intelligis. Nōne adhuc in mo-
dico: ꝛ in breui conuertetur libanus in
charmel: ꝛ charmel in saltū reputa- .J. 32. b.
bitur? Et audiēt in die illa surdi verba li
bri: ꝛ de tenebris ꝛ caligine oculi ceco
rum videbūt. Et addent mites in dño
leticiam: ꝛ pauperes hoies in sancto
Israel exultabunt quoniam defecit q̄
preualebat: consummatus est illusor:
et succisi sunt omnes qui vigilabant
super iniquitatem qui peccare facie-
bant homines in verbo: ꝛ arguētem
in porta supplantabant/ ꝛ declinaue-
runt frustra a iusto. Propter hoc hec G
dicit dñs ad domū Jacob: q̄ redemit
Abraam. Non modo confundetur Ja-
cob: nec modo vultus eiꝰ erubescet: sꝫ
cum viderit filios suos: opa manuum
mearū in medio sui sanctificātes no-
mē meum/ ꝛ sanctificabūt sanctum
Jacob/ ꝛ deum Israel predicabunt: ꝛ
sciēt errantes spiritu intellectum/ et
mussitatores discent legem.
¶C.S. Cōminatio dñi cōtra reliq̄as
ppli q̄ post destructionē hierusalē in
Egyptū descenderunt. Cap. xxx.
Ve filii desertores (dicit dominꝰ) A
vt faceretis consilium/ ꝛ non ex
me/ et ordiremini telam/ et non per
spiritum meum/ vt adderetis pecca-
tum super peccatum: qui ambulatis
vt descēdatis in Egyptum/ ꝛ os meū
non interrogastis/ sperantes auxi-
lium in fortitudine Pharaonis/ et
habētes fiduciam in vmbra Egypti/
ꝛ erit vobis fortitudo Pharaonis in
cōfusionem/ ꝛ fiducia vmbre Egypti
in ignominiā. Erant eñ in taphnis
principes tui: ꝛ nūcii tui vsq; ad tha-
nes peruenerūt: omnes ꝯfusi sunt su-
per populo qui eis prodesse non po-
terat. Non fuerūt in auxiliū ꝛ in ali-
quam vtilitatem: sed in confusionem
et in opprobriū. Onus iumentoꝝ au- B
stri. In terra tribulationis et angu-
stie: leena ꝛ leo ex eis: vipera ꝛ regu-
lus volans portantes super hume-
ros iumentorū diuitias suas: ꝛ super
gibbum cameloꝝ thesauros suos ad

populum qui eis prodesse nō poterit.
Egyptus eñ frustra: ⁊ vane auxilia-
bitur. Ideo clamaui super hoc. Su-
perbia tantū est quiesce. Nunc ergo
ingressus scribe ei super buxum/⁊ in
libro diligenter exara illud: ⁊ erit in
die nouissimo in testimoniū vsq̧ in
eternū. Populꝰ enim ad iracundiam
ꝓuocās est: ⁊ filii mendaces filii no-
lētes audire legem dei. Qui dicūt vi-
dentibꝰ. Nolite videre: ⁊ aspiciētibꝰ.
C Nolite aspicere nob' ea q̄ recta sunt
loquimini nobis placētia: videte no-
bis errores/auferte a me viam/decli-
nate a me semitam: cesset a facie nrā
sanctꝰ Isrl'. Propterea hec dicit san-
ctꝰ Israel. Pro eo q̄ reprobastis vbū
hoc ⁊ sperastis in calūniā ⁊ in tumul
tū/⁊ innixi estis sup eo: ꝓpterea erit
vob' iniq̄tas hec sicut interruptio ca
dens ⁊ req̄sita in muro excelso. Q̄m
subito dum nō sperat veniet cōtritio
eius/⁊ cōminuet sicut cōterit lagena
figuli cōtritione ꝑualida: ⁊ nō inue-
niet de fragmētis eꝰ testa in q̄ portet
igniculus de incēdio/aut hauriatur
parū aque de fouea: q2 hec dicit dñs
deꝰ sanctus Israel. Si reuertamini et
D quiescatis: salui eritis. In silētio: ⁊ i spe
erit fortitudo vestra. Et noluistis et
dixistis. Nequaq̄: sed ad equos fu-
giemus. ideo fugietis. Et super velo-
ces ascendemꝰ: ideo velociores erunt
q̄ ꝑsequent vos. Mille hoīes a facie
terroris vniꝰ/⁊ a facie terroris q̄nq̧
fugietis/donec relinquamini q̄si ma-
lus nauis in vertice montis/⁊ quasi
signum super collē. Propterea expe-
ctat dñs vt misereatur vestri: et ideo
exaltabit parcēs vobis/q2 deꝰ iudicii
dñs. Beati oēs q̄ expectant eū. Pplꝰ
eñ sion habitabit in hierusalē. Plo-
rans nequaq̄ plorabis: miserens mi
E serebitur tui. Ad vocem clamoris tui
statim vt audierit respondebit tibi.
Et dabit dñs tibi panē artū ⁊ aquam
breuē/⁊ non faciet auolare a te vltra
doctorē tuū: ⁊ erūt oculi tui videntes
preceptorē tuū/⁊ aures tue audient
verbū post tergum monētis. Hec est
via ambulate in ea: et non declinetis
neq̧ ad dexterā neq̧ ad sinistrā. Et
cōtaminabis laminas sculptiliū ar-
gēti tui/⁊ vestimentū cōflatilis auri
tui/⁊ disperges ea sicut immundiciā
menstruate: egredere ⁊ dices ei. ⁊ da
bitur pluuia semini tuo vbicunq̧ se-
minaueris in terra et panis frugum
terre erit vberrimꝰ ⁊ pinguis: pascē-
tur in possessione tua in die illo agnꝰ
spaciose: ⁊ tauri tui ⁊ pulli asinorum
qui operantur terrā cōmixtū migma
comedent sicut in area ventilatū est. F
Et erūt super omnē montē excelsum
et sup omnē collē eleuatū riui currē-
tiū aquarū in die interfectionis mul-
torū cū ceciderint turres. Et erit lux
lune sicut lux solis: ⁊ lux solis erit se-
ptēpliciter sicut lux septē dierū in die
qua alligauerit dñs vulnus populi
sui/⁊ percussurā plage eiꝰ sanauerit.
Ecce nomen dñi venit de longinquo
ardens furor eiꝰ ⁊ grauis ad portan-
dum. Labia eiꝰ repleta sunt indigna-
tione: ⁊ lingua eius quasi ignis deuo
rans. Spūs eiꝰ velut torrēs inundās
vsq̧ ad mediū colli ad ꝑdendas gen
tes in nihilū: et frenū erroris qḋ erat
in maxillis populorū. Canticum erit G
vobis sicut vox sanctificate solēnita-
tis: ⁊ leticia cordis sicut q̄ pergit cū ti
bia vt intret in montē dñi ad fortem
Isrl'. Et auditā faciet dñs gloriā vo-
cis sue ⁊ terrorem brachii sui ostēdet
in comminationē furoris et flamma
ignis deuorantis. Allidet in turbine
⁊ in lapide grandinis. A voce eñ dñi
pauebit Assur virga percussus: ⁊ erit
transitꝰ virge fundatus quā requiesce-
re faciet dñs sup eum in tympanis ⁊
citharis: et in bellis precipuis expu-
gnabit eos. Preparata est eñ ab he-
ri tophet a rege preparata/ꝓfunda-
ta ⁊ dilatata. Nutrimēta eius ignis 33
et ligna multa flatꝰ dñi sicut torrens
sulphuris succendens eam.
¶ C. S. Arguit ꝯfugiētes ad huīꝰ seculi
auxiliū plꝰ q̄ ad diuinū: penitētibꝰ ꝓ-
mittit misericordiā dei: de die iudicii
redit ad tēpora Ezechielis. Ca. xxxi.
VE qui descēdunt in Egyptum A
ad auxiliū in eq̄s sperantes et
habentes fiduciā sup quadri-
gis: q2 multe sunt ⁊ super eq̄tibus q2
preualidi nimis: ⁊ nō sunt cōfisi sup
sanctū Israel ⁊ dñm nō requisierūt.
Ipse autē sapiens adduxit malum: ⁊ B
v̄ba sua nō abstulit. Et cōsurget con-
tra domū pessimorū: ⁊ contra auxiliū
operantiū iniquitatē. Egyptꝰ homo ⁊
non deꝰ: ⁊ equi eorum caro ⁊ nō spiri
tus. Et dñs inclinabit manū suam/et
corruet auxiliator/⁊ cadet cui prestas-
tur auxiliū: simulq̧ omnes cōsumen-
tur: q2 hec dicit dñs ad me. Quo mo- C
do si rugiat leo et catulus leonis su-

per predã suã cũ occurrerit ei multi
tudo pastorũ a voce eorũ nõ formi-
dabit: ⁊ a multitudine eorũ nõ paue-
bit: sic descẽdet dñs exercituũ vt p̃lie
tur sup mõtem siõ ⁊ super collẽ ei⁹.
Sicut aues volantes sic p̃teget dñs
exercituũ hierusalẽ protegẽs ⁊ libe-
rãs trãsiens ⁊ saluãs. Conuertimini
sicut in profundum recesseratis filij
D 4.2.d. israel. In die enĩ illa abiciet vir ido
la argẽti sui et idola auri sui q̃ fece-
rũt vobis man⁹ vestre in peccatũ: ⁊
cadet assur in gladio non viri ⁊ gla-
dius nõ hoĩs vorabit eũ ⁊ fugiet nõ
a facie gladij ⁊ iuuenes eius vecti-
gales erũt: ⁊ fortitudo eius a terro-
re trãsibit ⁊ pauebũt fugiẽtes prin-
cipes eius. Dixit dñs cui⁹ ignis est
in sion: ⁊ camin⁹ eius in Hierusalẽ.
¶ C.S. De aduentu christi ⁊ aposto-
lorũ eius interponit: de multis opu-
lentis mulierib⁹ captiuãdis vt con-
terantur et confundãtur: de gaudio
celestis patrie. Capitulum. xxxij.
A Ecce in iustitia regnabit rex: et
principes in iudicio preerunt.
Et erit vir sicut qui abscõditur a vẽ-
to ⁊ celat se a tempestate sicut riui
aquarum in siti: ⁊ vmbra petre p̃mi
nẽtis i terra deserta. Nõ caligabunt
oculi videntiũ ⁊ aures audiẽtiũ di-
ligẽter auscultabunt ⁊ cor stultorũ
intelliget scientiã: ⁊ lingua balborũ
velociter loquet̃ ⁊ plane. Nõ voca-
bit vltra is q̃ insipiens est princeps:
neq̃ fraudulẽtus appellabit̃ maior.
B Stult⁹ enĩ fatua loquet̃ ⁊ cor ei⁹ fa-
ciet iniquitatẽ vt p̃ficiat simulatio-
nẽ et loquat̃ ad dñm fraudulẽter et
vacuã faciat animã esuriẽtis et po-
tum sitiẽti auferat. Fraudulẽti va-
sa pessima sunt: ipse enim cogitatio
nes cõcinnauit ad perdẽdos mites i
sermone mẽdacij cum loqueret̃ pau
per iudiciũ. Princeps vero ea q̃ di-
gna sunt principe cogitabit: ⁊ ipse su
per duces stabit. Mulieres opulẽte
C surgite ⁊ audite vocẽ meã: filie cõfi-
dẽtes percipite auribus eloquium
meũ. Post dies ⁊ annũ ⁊ vos cõtur-
bamini confidentes: cõsummata est
enĩ vindemia collectio vltra nõ ve-
niet. Obstupescite opulente cõturba
mini cõfidẽtes: exuite vos ⁊ cõfun-
dimini accingite lũbos vr̃os. Sup
vbera plãgite sup regione deside-ra
bili sup vinea fertili. Super humũ
ppl'i mei spine et vepres ascendẽt:

quãto magis super oẽs domos gau-
dij ciuitatis exultãtis? Dom⁹ enĩ di-
missa est multitudo vrbis relicta ẽ
tenebre ⁊ palpatio facte sũt sup spe-
luncas vsq̃ in eternũ. Gaudium ona-
grorũ pascua gregũ donec effundat̃ D 3.29.a.
super nos spũs de excelso. Et erit de
sertũ in Charmel ⁊ charmel in saltũ
reputabit: ⁊ habitabit in solitudine
iudiciũ ⁊ iustitia i charmel sedebit.
Et erit opus iustitie pax ⁊ cultus iu-
stitie silẽtiũ, ⁊ securitas vsq̃ in sem-
piternũ. Et sedebit ppl's me⁹ in pul-
chritudine pacis ⁊ in tabernaculis
fiducie et in requie opulenta. Gran-
do autem in descẽsione saltus: ⁊ hu-
militate humiliabitur ciuitas. Bea-
ti q̃ seminatis super omnes aquas im-
mittentes pedem bouis ⁊ asini.
¶ C.S. Loquit̃ cõtra sennacherib: ⁊
ad vltimã captiuitatem reuertit: de
his q̃ videbũt dñm: ⁊ de scribis non
cognoscẽtibus christum. Cap. xxxiij.
Ve q̃ predaris: nõne ⁊ ipse pre A
daberis? Et q̃ spernis nonne et
ipse sperneris? Cũ cõsummaue-
ris depredationẽ depredaberis. Cũ fati-
gat⁹ desieris cõtẽnere cõtemneris.
Dñe miserere nr̃i: te enim expectaui
mus: esto brachiũ nostrũ i mane: et
salus nr̃a in tpe tribulationis. A vo-
ce ãgeli fugerũt ppl'i: ⁊ ab exaltatiõe
tua disperse sunt gẽtes. Et cõgrega-
bunt̃ spolia vestra sicut colligit̃ bru-
chus: velut cum fosse plene fuerit de
eo. Magnificatus est dñs qm̃ habi-
tauit i excelso: impleuit sion iudicio ⁊
iustitia ⁊ erit fides in tẽporib⁹ tuis.
Diuitie salutis sapiẽtia ⁊ sciẽtia: ti-
mor dñi ipse est thesaurus ei⁹. Ecce
vidẽtes clamabũt foris: angeli pa-
cis amare flebũt. Dissipate sunt vie
cessauit trãsiens p semitã irritũ fa- B
ctũ est pactũ, p̃iecit ciuitates nõ re-
putauit hoĩes. Luxit ⁊ elãguit terra
cõfusus est liban⁹ ⁊ obsorduit. Et fa-
ctus est saron sicut desertũ: ⁊ cõcus-
sa est basan ⁊ carmelus. Nũc cõsur-
gã dicit dñs nũc exaltabor nunc sub
leuabor. Cõcipietis ardorẽ ⁊ parie-
tis stipulã: spũs vester vt ignis vo-
rabit vos et erũt ppl'i q̃si de incẽdio
cinis: spine cõgregate igni cõburent̃.
Audite q̃ lõge estis q̃ fecerim et co-
gnoscite vicini fortitudinẽ meã. Cõ-
territi sunt in sion peccãtes: possedit
tremor hypocritas. Quis poterit
habitare de vobis cũ igne deuorãte?

nit quis habitabit ex vobis cum ar-
C dorib⁹ sempiternis? Qui ambulat ī
Ho.14. iustitijs ⁊ loquit̄ veritatē qui proij-
cit auaritiā ex calūnia ⁊ excutit ma-
nus suas ab om̄i munere qui obtu-
rat aures suas ne audiat sanguinē
⁊ claudit oculos suos ne videat ma-
lū: iste ī excelsis habitabit munimē-
ta saxorū sublimitas ei⁹. Panis ei
dat⁹ est: aque ei⁹ fideles sunt. Regē ī
I.cor.I.c. decore suo videbunt: ⁊ oculi ei⁹ cer-
nent terrā de lōge. Cor tuū medita-
bit̄ timorē. Ubi est literat⁹? Ubi est
legis verba pōderās? vbi est doctor
paruulor? Populū īprudentē non
videbis populū alti sermōis: ita vt
nō possis itelligere desertitudinē lin-
gue eius in quo nulla est sapientia.
D Respice sion ciuitatē solēnitatis no-
stre. Oculi tui videbūt hierusalē ha-
bitationem opulentā tabernaculum
qd nequaq̄ trāsferri poterit: nec au-
ferent̄ claui eius ī sempiternū ⁊ oēs
funiculi ei⁹ nō rumpent̄: q2 solūmō
ibi magnific⁹ est dn̄s de⁹ noster. Lo-
cus fluuiorū riui latissimi et paten-
tes: nō trāsibit p eū nauis remigiū
neq3 trieris magna transgredie̅t eū.
Dn̄s enim iudex noster dn̄s legifer
noster dn̄s rex noster: ipse saluabit
nos. Laxati sunt funiculi tui: sed nō
preualebūt. Sic erit mal⁹ tu⁹: vt di-
latare signū nō queas. Tunc diuidē-
tur spolia predarū multarū: claudi
diripient rapinam: nec dicet vicin⁹/
Elangui. Populus qui habitabit in
ea: auferetur ab eo iniquitas.

C.S. De die iudicij ⁊ de vastatiōe
iudee. Capitulum.xxxiiij.

A Accedite gētes ⁊ audite ⁊ popu-
li attendite: audiat terra ⁊ ple-
nitudo ei⁹ orbis et omne germen
eius: quia indignatio domini super
oēs gētes ⁊ furor sup vniuersā mi-
litiā eax. Interfecit eos: ⁊ dedit eos
in occisionē. Interfecti eorū proici-
entur: ⁊ de cadauerib⁹ eox ascendet
fetor. Tabescent mōtes a sanguine
eorum ⁊ tabescet oīs militia celox ⁊
ꝯplicabūt sicut liber celi: ⁊ oīs mili-
tia eorū defluet sicut defluit folium
de vinea ⁊ de ficu: quoniā inebriat⁹
B est in celo gladius meus. Ecce super
idumeā descēdet ⁊ super populū iter-
fectionis mee ad iudiciū. Gladi⁹ do-
mini repletus est sanguine incrassa-
tus est adipe de sanguine agnorū ⁊
hircox de sanguine medullatarum
arietū. Uictima enim dn̄i in bosra:
⁊ interfectio magna in terra edom.
Et descēdēt vnicornes cū eis ⁊ tau-
ri cū potētibus. Inebriabit̄ terra eo-
rū sanguine ⁊ hum⁹ eox adipe pin-
guiū: q2 dies vltionis dn̄i ann⁹ retri-
butionis iudicij sion. Et conuertent̄
torrētes eius in picē: ⁊ humus eius
in sulphur ⁊ erit terra eius in picē
ardentē: nocte ⁊ die nō extinguet in
sempiternū. Ascēdet fum⁹ ei⁹ a ge- C
neratiōe in gn̄ationē: desolabitur in
secula seculox. Nō erit trāsiens per
eā: ⁊ possidebūt illā onocrotal⁹ ⁊ he-
ricius: ⁊ ibis ⁊ coru⁹ habitabūt ī ea.
Et extendet sup eā mensura vt redi-
gatur ad nihilū ⁊ ppendiculū in de-
solationē. Nobiles ei⁹ nō erunt ibi:
regē potius inuocabūt ⁊ oēs prin-
cipes eius erunt in nihilū. Et orien-
tur in domibus ei⁹ spine ⁊ vrtice et
paliurus in munitionib⁹ eius: ⁊ erit
cubile draconū et pascua struthio-
nū: ⁊ occurrēt demonia onocētauris
⁊ pilosus clamabit alter ad alterū.
Ibi cubauit lamia ⁊ inuenit sibi re- D
quiē: ibi habuit foueā herici⁹ ⁊ enu-
triuit catulos ⁊ circūfodit ⁊ fouit in
vmbra eius: illic cōgregati sunt mili-
ui alter ad alterū. Requirite diligē-
ter ī libro dn̄i ⁊ legite: vnū ex eis nō
defuit alter alterū nō quesiuit: quia
qd ex ore meo procedit ille mādauit
⁊ spiritus eius ipse cōgregauit ea: ⁊
ipse misit eis sortem ⁊ man⁹ eius di-
uisit eā illis ī mensurā. Usq3 in eter-
nū possidebunt eam: in generatione
et generationem habitabunt in ea.

C.S. De vocatiōe gētiū ⁊ ꝯsolatio-
ne ⁊ xp̄i signis ⁊ eꝯ pfectu. Cap̄.xxxv.

L Letabitur deserta ⁊ inuia ⁊ exul- A
tabit solitudo: ⁊ florebit quasi
lilium. Germinans germinabit: et
exultabit letabunda ⁊ laudans. Glo-
ria libani data est ei decor carmeli
⁊ Saron. Ipsi videbūt gloriā dn̄i: et
decorē dei nostri. Cōfortate manus
dissolutas: et genua debilia robora- .S.60.c.
te. Dicite pusillanimes. Cōfortami- B
ni: ⁊ nolite timere. Ecce de⁹ vester vl-
tionē adducet retributionis: de⁹ ipse mat.15.e
veniet ⁊ saluabit nos. Tūc aperien-
tur oculi cecorū: et aures surdorum C
patebūt. Tūc saliet sicut ceru⁹ clau-
dus et aperta erit lingua mutorū:
quia scisse sunt in deserto aque ⁊ tor-
rentes in solitudine et que erat ari-
da in stagnū ⁊ sitiēs ī fontes aqua-

rū. In cubilibus in quib⁹ prius dra-
cones habitabāt oriet viror calami
ꝛ iunci ꝛ erit ibi semita ꝛ via sancta
vocabit. Non transibit per eā pollu-
F.51.d. D tus: et hec erit vobis directa via ita
vt stulti nō errent per eam. Nō erit
ibi leo ꝛ mala bestia nō ascendet per
eam nec inuenieт ibi. Et ambulabūt
qui liberati fuerint ꝛ redēpti a dño/
conuertent ꝛ veniēt in sion cū laude
et leticia sempiterna super caput eo
rum. Gaudium ꝛ leticiam obtinebūt
et fugiet dolor/ ꝛ gemitus.
¶ C. S. Sennacherib ascendit cōtra
hierusalē ꝛ mittit rabsacē nunctium
ad regē Ezechiam. Capitulū. xxxvi.
A ET factum est in quartodecimo
4. Regū anno regis ezechie ascēdit sen-
18.c. nacherib rex Assyriorum super om-
2. Para. nes ciuitates iuda munitas: ꝛ cepit
32.a. eas. Et misit rex Assyriorum rabsa-
cen de lachis in hierusalem ad regē
Ezechiam in manu graui: ꝛ stetit in
aqueductu piscine superioris in via
agri fullonis. Et egressus est ad eū
Eliachim filius helchie qui erat sup
domū: ꝛ sobna scriba et ioahe filius
asaph a cōmētariis. Et dixit ad eos
Rabsaces. Dicite Ezechie. Hec dicit
rex magn⁹ rex Assyriorum. Que est
ista fiducia qua cōfidis: aut quo cō-
B silio: vel fortitudine rebellare dispo-
nis? Super quē habes fiduciam / qꝛ
recessisti a me? Ecce cōfidis sup ba-
culū harundineū cōfractū istū sup
Egyptū/ cui si innisus fuerit homo:
intrabit in manū eius ꝛ pforabit eā:
sic pharao rex egypti oībus qui cōfi
dunt i eo. Qđ si respōderis mihi. In
dño deo nr̄o confidim⁹: nōne ipse est
cuius abstulit ezechias excelsa ꝛ al-
taria ꝛ dixit Jude ꝛ hierusalem. Co-
ram altari isto adorabitis? Et nunc
trade te dño meo regi Assyriorum ꝛ
dabo tibi duo milia equorū: nec po-
teris ex te prebere ascensores eorū
et quomodo sustinebis faciē iudicis
vnius loci ex seruis dñi mei minori-
bus? Quod si confidis in Egypto in
quadriga et in equitibus: ꝛ nūc num
quid sine dño ascendi ad terrā istā
vt disperderē eā? Dñs dixit ad me.
Ascēde sup terrā istā ꝛ disperde eā.
C Et dixit Eliachim et sobna ꝛ Joahe
ad Rabsacē. Loqre ad seruos tuos
syra lingua: intelligim⁹ eī: ne loqua-
ris ad nos iudaice i auribus populi
qui est sup murum. Et dixit ad eos
Rabsaces. Nunqđ ad dñm tuū ꝛ ad
te misit me dñs me⁹/ vt loquerer oīa
verba ista: ꝛ nō potius ad viros qui
sedēt in muro vt comedant stercora
sua/ ꝛ bibant vrinā pedum suorū vo-
biscū? Et stetit rabsaces et clamauit
voce magna iudaice ꝛ dixit. Audite
verba regis magni regis Assyriorū.
Hec dicit rex. Non seducat vos eze-
chias qꝛ nō poterit eruere vos: ꝛ nō
vobis tribuat fiduciā Ezechias sup
dño dicēs. Eruens liberabit nos dñs:
non dabit ciuitas ista i manu regis
assyriorū. Nolite audire Ezechiam.
Hec enī dicit rex Assyriorū. Facite D
mecū benedictionē ꝛ egredimini ad
me: ꝛ comedite vnusqsqꝫ vineā suā: ꝛ
vnusqsqꝫ ficū suā: ꝛ bibite vnusqsqꝫ
aquā cisterne sue: donec veniā ꝛ tol-
lam vos ad terrā/ que est vt terra ve
stra terrā frumēti et vini terram pa
nū et vinearū. Nec cōturbet vos eze
chias dicēs. Dñs liberabit nos. Nū
quid liberauerūt dii gētiū vnusqsqꝫ
terram suam de manu regis assyrio
rum? Ubi est de⁹ emath et arphad?
Ubi est de⁹ sepharuaim? Nūqđ libe
rauerunt samariam de manu mea?
Quis est ex oībus diis terrarū ista-
rū: q eruerit terrā suā de manu mea
vt eruat dñs hierlm de manu mea?
Et siluerūt: ꝛ nō respōderūt ei vbū.
Mādauerat enim eis rex dicēs. Ne
respōdeatis ei. Et ingressus est elia-
chim filius Helchie qui erat sup do-
mum / et sobna scriba ꝛ ioahe filius
asaph a cōmētariis ad ezechiā scissis
vestib⁹ ꝛ nūciauerūt ei vba rabsacis.
¶ C. S. De tristitia Ezechie ꝛ cōsola
tione ei⁹: de ꝓphetia Esaie: de inter-
fectione exercit⁹ ab angelo cētū octo
gintaqnqꝫ milia/ de morte sennache
rib facta per filios suos. Cā. xxxvii.
ET factum est: cum audisset rex
Ezechias scidit vestimenta sua A
et obuolutus est sacco/ et intrauit in
domū dñi. Et misit eliachim q erat
super domū et sobnā scribā et senio-
res de sacerdotibus opertos saccis
ad esaiā filiū amos prophetā: et di-
xit ad eū. Hec dicit ezechias. Dies
tribulationis et correptionis ꝛ blas-
phemie dies hec: qꝛ venerūt filii vsqꝫ
ad partū ꝛ virtus non est pariendi.
Si quo modo audiat dominus de⁹
tuus verba rabsacis quem misit rex
Assyriorum dominus suus ad blas-
phemandum dominum deum viuē

sem ꝛ exprobrandũ sermonib⁹ quos
audiuit dñs deus tuus . Leua ergo
orationem pro reliquiis que reperte
B sunt. Et venerũt serui regis Ezechie
ad esaiã/et dixit ad eos Esaias. Hec
dicetis dño vestro . Hec dicit domi-
nus. Ne timeas a facie verborũ que
audisti quib⁹ blasphemauerũt pue-
ri regis Assyriorũ me. Ecce ego da-
bo ei spiritũ ꝛ audiet nũciũ ꝛ reuer-
tetur ad terrã suã: ꝛ corruere eũ fa-
ciam gladio in terra sua. Reuersus
est aũt rabsaces ꝛ inuenit regem as-
syriorꝫ preliantem aduersus lobnã.
Audierat enim qꝛ profectus esset de
lachis: et audiuit de Tharacha rege
ethiopie dicẽtes. Egressus est vt pu-
gnet cõtra te. Qd cum audisset/ mi-
sit nuncios ad ezechiam dicẽs. Hec
dicetis ezechie regi iude loquentes.
C Nõ te decipiat deus tuus in quo tu
cõfidis dicens. Nõ dabit hierl'm in
manu regis assyriorũ. Ecce tu audi-
sti oĩa que fecerũt reges assyriorum
oĩbus terris/quas subuerterunt / et
tu poteris liberari? Numqd eruerũt
eos dii gẽtiũ quos subuerterunt pa-
tres mei, gozan ꝛ aran/ꝛ reseph ꝛ fi-
lios edem q̃ erant in thalassar? Ubi
est rex emath ꝛ rex arphad ꝛ rex vr-
bis sepharuaim/Ana ꝛ Aua? Et tu-
lit ezechias libros de manu nuncio-
rum/et legit eos ꝛ ascendit in domũ
dñi: ꝛ expandit eos corã dño. Et ora-
uit ad dñm: dicens. Dñe exercituum
deus israel/qui sedes sup cherubin/
tu es deus solus oĩm regnorũ terre/
tu fecisti celũ ꝛ terrã/Inclina dñe au
rẽ tuã ꝛ audi/aperi dñe oculos tuos
D ꝛ vide/ꝛ audi oĩa verba sennache-
rib que misit ad blasphemandũ deũ
viuentem. Uere eñi dñe desertas fe-
cerũt reges assyriorum terras ꝛ re-
giones earũ/ꝛ dederũt deos earum
igni: non eñi erant dii/sed opera ma
nuum hoĩm/lignũ ꝛ lapides: ꝛ com
minuerũt eos. Et nunc dñe deus no
ster salua nos de manu ei⁹: ꝛ cogno-
scãt oĩa regna terre qꝛ tu es deus
solus. Et misit esaias fili⁹ amos ad
Ezechiam dicẽs. Hec dicit dñs deus
israel. Pro quib⁹ rogasti me de sen-
nacherib rege assyriorũ/hoc est vbũ
qđ locutus est dñs sup eũ. Despexit
te/ꝛ subsannauit te virgo filia Syõ:
post te caput mouit virgo filia hie-
rusalem. Cui exprobrasti ꝛ quẽ blas-
phemasti: ꝛ sup quẽ exaltasti vocem
tuã: ꝛ leuasti altitudinem oculorum E
tuorꝫ. Ad sanctũ israel in manu ser-
uorum tuorũ exprobrasti dño ꝛ dixi-
sti. In multitudine quadrigarꝫ mea-
rum ego ascendi in altitudinẽ mon
tium iuga libani: ꝛ succidã excelsa
cedrorũ eius: ꝛ electas abietes illi⁹
ꝛ introibo altitudinem summitatis
eius, saltuꝫ carmeli eius: ego fodi et
bibi aquam et exiccaui vestigio pe-
dis mei oẽs riuos aggerũ. Nũquid
non audisti que olim fecerim ei? Ex
diebus antiquis ego plasmaui illud
et nunc adduxi/et factũ est in eradi
cationẽ colliũ cõpugnantiũ / et ciui-
tatum munitarum. Habitatores ea-
rum breuiata manu contremuerũt
et confusi sunt/facti sunt sicut fenũ
agri, ꝛ gramen pascue ꝛ herba tecto F
rum q̃ exaruit anteq̃ maturesceret.
Habitationẽ tuam ꝛ egressum tuũ ꝛ
introitũ tuũ ego cognoui/ ꝛ insaniã
tuã cõtra me. Cũ fureres aduersum
me: superbia tua ascendit in aures
meas. Ponã ergo circulũ i naribus
tuis: et frenum in labiis tuis: ꝛ redu
cam te in viam per quã venisti. Ti-
bi aũt hoc erit signum. Comede hoc
anno q̃ spõte nascunt/ꝛ i anno scđo
pomis vescere. In anno autẽ tertio
seminate ꝛ metite: ꝛ plãtate vineas
et comedite fructum earꝫ. Et mittet
id qđ saluatũ fuerit de domo iuda: ꝛ
qđ reliquũ est mittet radicem deor-
sum: ꝛ faciet fructũ sursum: qꝛ de hie
rusalem exibunt reliquie / ꝛ saluatio G
de monte sion: zelus dñi exercituum
faciet istud . Propterea hec dicit do
minus de rege assyriorũ . Nõ intra-
bit ciuitatem hanc ꝛ nõ iaciet ibi sa-
gittã: ꝛ nõ occupabit eam clypeus:
et nõ mittet in circuitu eius aggerẽ.
In via qua venit/per eam reuertet:
ꝛ ciuitatem hanc nõ ingredietur dicit
dñs. Et protegam ciuitatẽ istam/ vt
saluem eã propter me ꝛ propter da- 4. Regũ
uid seruũ meũ . Egressus est autem 19.g.
angelus dñi / et percussit in castris Ec. 48.d.
assyriorꝫ centũ octogintaquinq; mi-
lia. Et surrexerunt mane: et ecce oẽs
cadauera mortuorũ. Et egressus est
et abiit. Et reuersus est Sennache-
rib rex assyriorũ ꝛ habitauit in Ni-
niue. Et factum est cum adoraret in
templo Nesrach deum suum: Adra
malech et Sarasar filii eius percusse
runt eum gladio: fugeruntq; in ter-
ram Ararath : et regnauit Asarad-

don filius eius pro eo.
¶ C.S. Ezechias egrotauit/et orauit
ad dominum qui addidit ei quinde=
cim annos/et scripsit canticum gra=
tiarum actionum. Capitulũ.xxxviii.
A In diebus illis egrotauit eze=
4.re.2.a. chias vsq; ad mortẽ/et introi=
2. Para. uit ad eũ esaias filius Amos
32.f. propheta/et dixit ei. Hec dicit domi=
de pe.dis. nus. Dispone domui tue/quia morie=
1.ca. quã= ris tu/et non viues. Et cõuertit Eze=
obiem. chias faciẽ suã ad parietẽ: ꝛ orauit
ad dñm:et dixit. Obsecro dñe/memẽ
to q̃so quomodo ambulauerim corã
te in veritate/et in corde perfecto: et
qđ bonum est in oculis tuis fecerim.
Et fleuit ezechias fletu magno. Et fa=
ctum est verbũ dñi ad Esaiã dicens.
Uade et dic Ezechie. Hec dicit domi=
B nus de⁹ dauid pris tui. Audiui oratio
nẽ tuã/et vidi lachrymas tuas. Ecce
ego adiiciam super dies tuos q̃nde=
cim annos:et de manu regis assyrio
rũ eruã te/ꝛ ciuitatẽ istã et protegã
eã. Hoc autẽ tibi erit signũ a dño/q̃
1.re.2.g. faciet dñs verbũ hoc qđ locutus est.
Luc.1.c. Ecce ego reuerti faciã vmbrã linea=
rũ:per quas descẽderat in horologio
Achaz in sole retrorsum decẽ lineis.
Et reuersus est sol decẽ lineis p gra=
dus q̃s descenderat. Scriptura Eze=
chie regis iuda cũ egrotasset/et con=
ualuisset de infirmitate sua. Ego dixi
in dimidio dierũ meorum:vadam ad
portas inferi. Quesiui residuum an=
norũ meorũ:dixi nõ videbo dñm deũ
C in terra viuentiũ. Nõ aspiciã hoiem
vltra/et habitatorem quietis. Gene=
ratio mea ablata est: et cõuoluta est
a me/quasi tabernaculũ pastorũ. Pre
cisa est velut a texente vita mea:dum
adhuc ordirer succidit me. De mane
vsque ad vesperam finies me. Spera
bam vsque ad mane:quasi leo sic con
triuit omnia ossa mea. De mane vsq;
ad vesperam finies me. Sicut pullus
Iob.4.d. hyrundinis sic clamabo: meditabor
vt columba. Attenuati sũt oculi mei:
suspicientes i excelsum. Domine vim
patior/responde pro me. Quid dicã
aut quid respondebit mihi:cum ipse
fecerim? Recogitabo tibi omnes an=
nos meos/in amaritudine aie mee.
Dñe si sic viuit:et in talib⁹ vita spũs
D mei. Corripies me et viuificabis me:
ecce in pace amaritudo mea amaris=
sima. Tu aũt eruisti aiam meam vt
nõ periret: ꝓiecisti post tergũ tuum
omnia peccata mea. Quia non infer
nus cõfitebitur tibi/neq; mors lau=
dabit te:non expectabunt qui descen
dunt in lacũ veritatẽ tuã. Uiuens vi=
uens ipse confitebit tibi/sicut et ego
hodie:pater filiis notã faciet verita=
tem tuã. Dñe saluum me fac: et psal=
mos nrõs cantabimus cunctis dieb⁹
vite nrẽ in domo dñi. Et iussit esaias
vt tollerẽt massã de ficis:et cataplas=
marent super vulnus eius/et sanare
tur. Et dixit Ezechias. Quod erit si=
gnum/q̃ ascendã in domũ domini?
¶ C.S. De nũciis merodach ad Eze=
chiã/de correptiõe ezechie ab Esaia
ꝓ ostẽtatione dom⁹ sue. Capm.xxxix.
In tempore illo misit Mero= A
dach Baladan filius baladan 4. Regũ
rex Babylonis/libros et mu= 20.c.
nera ad ezechiam. Audierat enim q̃
egrotasset:et conualuisset. Letat⁹ est
aũt super eis Ezechias:et ostẽdit eis
cellam aromatũ/ꝛ argenti/et auri/ꝛ
odoramentorũ/et vnguẽti optimi/et
omes apothecas supellectilis sue/et
vniuersa q̃ inuenta sunt in thesauris
eius. Nõ fuit verbũ qđ non ostende=
ret eis ezechias in domo sua/et in oĩ B
potestate sua. Introiuit autẽ Esaias
propheta ad ezechiã regẽ/et dixit ei.
Quid dixerũt viri isti/et vnde vene=
runt ad te? Et dixit Ezechias. De ter=
ra lõginqua venerunt ad me de baby
lone. Et dixit. Quid viderunt in do=
mo tua? Et dixit Ezechias. Oia que i C
domo mea sunt viderunt/nõ fuit res
quã nõ ostenderim eis in thesauris
meis. Et dixit Esaias ad ezechiam.
Audi verbũ dñi exercituũ. Ecce dies
venient: et auferent omnia que in do=
mo tua sunt:et que thesaurizauerunt
patres tui vsq; ad diẽ hanc in babylo
nem. Nõ relinquet quicq̃ dicit dñs. D
Et de filiis tuis q̃ exibunt de te: q̃s ge
nueris tollent:et erũt eunuchi in pa=
latio regis Babylonis. Et dixit Eze=
chias ad Esaiã. Bonũ verbũ dñi qđ
locutus est. Et dixit. Fiat tantũ pax
et veritas in diebus meis.
¶ Ca.S. De aduentu ioannis bapti=
ste:de predicatione apostolorũ/ꝛ de
vocatione gentium:et magnitudine
vocantis/et de idolis. Capitulum.xl.
Consolamini consolamini popu A
le meus: dicit deus vester. Lo=
quimini ad cor hierusalẽ/et aduoca=
te eam/quoniam completa est mali=
tia eius: dimissa est iniquitas illius.

Suscepit de manu dñi duplicia pro
mat.3.a. omnib⁹ peccatis suis. Vox clamantis in
mar.1.a. deserto: parate viã dñi: rectas facite
Luc.3.a. in solitudine semitas dei nr̃i. Omnis
Joan.1.c. vallis exaltabit: et oĩs mõs et collis
humiliabit: et erũt praua in directa:
B et aspera in vias planas. Et reuela-
bitur gloria dñi: et videbit om̃is caro
pariter qđ os dñi locutũ est. Vox di-
cẽtis: clama. Et dixi. Quid clamabo?
Ec.14.c. Ois caro fenũ: et oĩs glĩa eius quasi
iaco.1.b. flos agri. Exiccatũ est fenũ/ et cecidit
1.pe.1.d. flos: quia sp̃s dñi sufflauit in eo. Ue
re fenũ est popul⁹. Exiccatum est fe
ioã.12.e. num/ et cecidit flos verbum autẽ dñi
manet in eternum. Sup montẽ excel
C sum ascende tu qui euangelizas siõ/
exalta in fortitudine vocẽ tuam/ qui
euangelizas hierl'm. Exalta noli ti-
mere. Dic ciuitatibus iude: ecce deus
vester. Ecce dñs deus in fortitudine
veniet: et brachiũ eius dñabitur. Ecce
merces eius cũ eo: et opus illius co-
ioã.10.b. rã illo. Sicut pastor gregẽ suum pa-
eze.34.f. scet/ in brachio suo congregabit agnos
g.r.37.f. et in sinu suo leuabit/ fetas ipse por-
tabit. Quis mensus est pugillo aq̃s/
et celos palmo põderauit? Quis ap-
pendit tribus digitis molem terre/ et
librauit in pondere montes: et colles
D in statera? Quis adiuuit spiritũ dñi
aut quis consiliarius ei⁹ fuit/ et osten
Ro.11.d. dit illi? Cũ quo iniit consiliũ/ et quis
1.cor.2.d. instruxit eũ: et docuit eũ semitã iusti
Dan.9.c. cie/ et erudiuit eũ sciẽtia/ et viã pru
dentie ostẽdit illi? Ecce gentes quasi
stilla situle/ et quasi momentũ state-
re reputate sunt. Ecce insule quasi
puluis exiguus/ et libanus non suffi-
ciet ad succendendũ: et aĩalia ei⁹ non
sufficient ad holocaustũ. Oẽs gẽtes
E quasi nõ sint/ sic sunt corã eo: et quasi
nihilum et inane reputate sũt ei. Cui
ergo similem fecistis deum/ aut quã
imaginẽ ponetis ei? Nũquid sculpti-
le cõflabit faber: aut aurifex auro fi-
gurabit illud: et laminis argẽteis ar
gentari⁹? Forte lignum et imputribi
le elegit artifex sapiens. Querit quo
modo statuat simulacrum qđ nõ mo
ueat. Nunqđ nõ scietis? Nunqđ nõ
audistis? Nũquid nõ annũciatũ est
vobis ab initio? Nũquid non intelle-
xistis fundamenta terre? Qui sedet
super gyrũ terre: et habitatores eius
sunt quasi locuste. Qui extendit ve-
lut nihilũ celos: et expandit eos sicut
F tabernaculũ ad inhabitandum. Qui

dat secretorum scrutatores quasi nõ
sint: iudices terre velut inanes fecit.
Et qđẽ neq̃ plãtato/ neq̃ sato/ neq̃
radicato in terra trunco eorum. Re-
pente flauit in eos/ et aruerunt/ et tur
bo quasi stipulam auferet eos. Et cui mat.17.b
assimilastis me/ et adequastis me/ di
cit sanctus? Leuate in excelsum ocu-
los vestros: et videte quis creauit hec.
Qui educit in numero militiam eorũ:
et omnes ex nomine vocat. Pre mul-
titudine fortitudinis/ et roboris virtu-
tisque eius: neq̃ vnum reliquũ fuit.
Quare dicis iacob/ et loqueris isrl'? B
Abscõdita est via mea a domino: et a
deo meo iudiciũ meũ transibit. Nun
quid nescis/ aut non audisti? Deus
sempiternus dñs: qui creauit termi-
nos terre nõ deficiet/ neq̃ laborabit
neq̃ est inuestigatio sapientie eius.
Qui dat lasso virtutem/ et his qui nõ
sunt/ fortitudinem et robur multipli-
cat. Deficient pueri et laborabunt: et
iuuenes in infirmitate cadent. Qui
autem/ sperant in domino/ mutabũt
fortitudinem/ assument pennas sic-
ut aquile: current et non laborabunt:
ambulabunt et non deficient.

¶ C.S. De resurrectione et ascensio-
ne christi/ v̈ba christi ad apostolos:
de conuersione gentium/ de confuta-
tione idolorum. Capitulum.xli.

Taceant ad me insule/ et gẽtes A
mutent fortitudinẽ. Accedãt
et tunc loquãtur: simul ad iudi-
cium propinquemus. Quis suscita-
uit ab oriente iustũ/ vocauit eũ vt se
queret se? Dabit in cõspectu eius gẽ-
tes/ et reges obtinebit. Dabit quasi
puluerẽ gladio eius: sicut stipulam
vento raptã arcui eius. Persequetur
eos/ transibit in pace: semita in pedi
bus eius non apparebit. Quis hec o- .j.44.a
peratus est et fecit/ vocans gñatiões et.48.b.
ab exordio? Ego dominus prim⁹ et no B
uissimus ego sum. Uiderunt insule et Apo.1.b.
timuerunt: extrema terre obstupue- et.22.c.
runt/ appropinquauerunt/ et accesse-
runt. Unusquisq̃ proximo suo auxi-
liabit: et fratri suo dicet. Confortare.
Cõfortauit faber erarius percutiens
malleo eũ qui cudebat tunc tẽporis
dicẽs glutino bonũ est: et cõfortauit
eũ clauis vt non moueat. Et tu israel
serue meus Jacob quẽ elegi: semen
abraam amici mei: in quo apprehen-
di te ab extremis terre: et a longinq̃s
ei⁹ vocaui te: et dixi tibi. Seru⁹ meus

C es tu: elegi te/et non abieci te. Ne ti-
meas/qr ego tecū sū: ne declines/qa
.I.43.c. ego deꝰ tuus. Confortaui te/et auxi-
liatus sum tibi: et suscepit te dextera
iusti mei. Ecce confundent et erube-
scēt oēs q̄ pugnāt aduersuz te. Erunt
quasi non sint: et peribunt viri qui cō
tradicūt tibi. Queres eos/et non in
uenies viros rebelles tuos: et erunt
quasi nō sint: et veluti cōsumptio ho-
minis bellantis aduersuz te: qr ego
dn̄s deꝰ tuus apphēdēs manū tuam:
dicensq̄ tibi. Ne timeas: ego adiuui
D te. Noli timere vermis iacob/q̄ mor-
tui estis ex isrl'. Ego auxiliatus sum
tui dicit dn̄s: et redēptor tuus sanctꝰ
israel. Ego posui te q̄si plaustruz tri-
turās nouū: habens rostra serrantia.
Triturabis mōtes et comminues: et
colles quasi puluerē pones. Uentila-
bis eos/et ventus tollet eos: et turbo
disperget eos: et tu exultabis in dn̄o
et in scto̅ isrl' letaberis. Egeni et pau
E peres querunt aquas/et non sunt: lin
gua eorū siti aruit. Ego dn̄s exaudiā
eos/deus israel nō derelinquaz eos.
Aperiam in supremis collibus flu-
mina: et in medio cāporū fontes. Po
nam desertū in stagna aquarū: et ter-
ram inuiā in riuos aquarū. Dabo in
solitudinē cedrū/et spinā/et myrtuz/
et lignū oliue. Ponā in deserto abie-
tē/vlmū/et buxū simul: vt videant/et
sciāt/et recogitēt/et intelligāt parit:
qr manꝰ dn̄i fecit hec: et sctūs israel
creauit illud. Prope facite iudicium
F vestrum dicit dn̄s: afferte si q̄ forte
habetis/dixit rex iacob. Accedant et
nuncient vobis q̄cūq̄ ventura sunt.
Priora q̄ fuerūt nūciate: et ponemus
cor nostrū et scientꝰ nouissima eorū:
et que ventura sunt indicate nobis.
Annūciate q̄ vētura sunt in futuruz:
et sciemus qa dii estis vos. Bene q̄q̄
aut male si potestis facite: et loqua-
mur et videamꝰ simul. Ecce vos estis
ex nihilo: et opus vestrū ex eo qd̄ non
G est. Abominatio est qui elegit vos.
Suscitaui ab aquilone: et veniet ab
ortu solis. Uocabit nomen meum et
adducet magistratus quasi lutum: et
velut plastes cōculcās humū. Quis
annūciauit ab exordio vt sciamus: et
a principio vt dicamꝰ iustus es? Nō
est annuncians neq̄ predicens: ne-
q̄ audiēs sermones vros. Primꝰ ad
sion dicet/ecce adsum: et hierl'm euā-
gelistas dabo. Et vidi/et non erat ex

istis quisq̄ qui iniret cōsiliū: et inter-
rogatꝰ rñ ponderet verbuz. Ecce om-
nes iniusti et vana opera eorū: ventꝰ
et inane simulacra eorum.
C. C. v. De christo et baptismo eius: et
de verbis patris ad filium/et ad apo
stolos: de aduentu christi et peruer-
sione iudeorū ppter idola. Capi. xlii.
A Ecce seruus meus suscipiam euz
electus meus/cōplacuit sibi in mat.12.b.
illo aia mea. Dedi spm̄ meum super 2.q.7.ca.
eū: iudiciū gentibus pferet. Nō cla- nos si i si.
mabit neq̄ accipiet personā: nec au-
dietur vox eiꝰ foris. Calamū quassa-
tum non cōteret: et linū fumigās nō
extinguet. In veritate educet iudiciuz
nō erit tristis neq̄ turbulentꝰ: donec
ponat in terra iudiciū: et legē eius in
sule expectabūt. Hec dicit dn̄s deus B
creās celos et extēdens eos: firmās
terrā et q̄ germināt ex ea: dans flatū
pplo q̄ est sup eā: et spm̄ calcātibꝰ eā.
Ego dn̄s vocaui te in iusticia: et ap- .I.49.b.
prehendi manū tuā/et seruaui te. Et c.48.b.
dedi te i fedꝰ ppli/in lucē gentiū: vt B
aperires oculos cecorū/et educeres de
cōclusione vinctū de domo carceris
sedētes in tenebris. Ego dn̄s hoc est
nomen meū. Gloriā meam alteri nō
dabo: et laudē meā sculptilibus. Que
prima fuerūt/ecce venerunt. Noua
quoq̄ ego annuncio: anteq̄ oriantur
audita vobis faciā. Cantate dn̄o can ps.149.a.
ticū nouū: laus eius ab extremis ter-
re. Qui descenditis in mare: et pleni
tudo eiꝰ insule/et habitatores earuz.
Leuet desertū et ciuitates eiꝰ: in do-
mibus habitabit cedar. Laudate ha-
bitatores petre: de vertice montium
clamabunt. Ponēt dn̄o gloriā: et lau-
dē eius in insulis nūciabunt. Dn̄s si-
cut fortis egredietur: sicut vir preliator C
suscitabit zelū. Uociferabit et clama-
bit: sup inimicos suos cōfortabitur.
Tacui/semp silui/patiens fui: sicut
parturiens loq̄r. Dissipabo et absor-
bebo simul: desertos faciā montes et
colles: et oēm germen eorū exiccabo.
Et ponā flumina in insulas: et stagna
arefaciā. Et educā cecos in viā quaz
nesciūt: et i semitis q̄s ignorauerunt
ambulare eos faciā. Ponā tenebras
corā eis in lucē et praua in recta. Hec
verba feci eis: et nō dereliq̄ eos. Con
uersi sunt retrorsuz. Cōfundant cōfu
sione qui confidunt in sculptili: qui
dicunt conflatili/vos dii nostri. Sur-
di audite: et ceci intuemini ad viden

dum. Quis cecus / nisi seruus meus?
et surdus: nisi ad quem nuncios me-
D os misi? Quis cecus / nisi qui venun-
datus est? et quis cecus / nisi seruus
dñi? Qui vides multa / nonne custo-
dies? Qui apertas habes aures / non-
ne audies? Et dñs voluit vt sanctifica-
ret eũ / et magnificaret legẽ et extolle-
ret: ipse aũt popul⁹ direptus / et vasta-
tus. Laqueus iuuenũ oẽs: et in domi-
2.q.7.ca. bus carcerum absconditi sunt. Facti
paulus. sunt in rapinã / nec est q̃ eruat: in di-
reptionem nec est qui dicat / redde.
Quis est in vobis q̃ audiat hoc / attẽ-
dat et auscultet futura? Quis dedit ĩ
direptionem iacob / et israel vastanti-
bus? Nonne dñs ipse est / cui peccaui-
mus? Et noluerunt in viis eius am-
bulare: et nõ audierunt legẽ eius. Et
effudit sup eum indignationẽ furo-
ris sui / et forte bellũ: et combussit eũ
in circuitu / et non cognouit: et succẽ-
dit eum / et non intellexit.

¶ C.S. Populos credentes et iude-
is securos facit et p̄mittit fidẽ ex ol
parte increpat gẽtes de idolatria: qz
ãnũciãti nõ crediderũt: de sacrificiis
et thure iudeorũ reprobat⁹. Ca. xliii.

A 1 ET nunc hec dicit dñs creans te
iacob / et formans te israel. Noli
timere / quia redemi te: et vocaui te
nomine tuo. Meus es tu: cum trãsie-
ris per aquas tecum ero: et flumina
2 non operient te. Cum ambulaueris ĩ
igne non combureris: et flamma nõ
ardebit te: quia ego dñs deus tu⁹ san-
3 ctus israel saluator tuus. Dedi propi-
tiationem tuam egyptum / ethiopiã
Joã. 10.f. et saba pro te. Ex quo honorabilis fa-
ctus es in oculis meis / et gloriosus:
ego dilexi te / et dabo hoĩes pro te / et
pplos pro aĩa tua. Noli timere: qa
ego tecũ sum. Ab oriente adducaz se-
men tuũ: et ab occidente congregabo
te. Dicaz aquiloni da: et austro noli
prohibere. Affer filios meos de lon-
ginquo: et filias meas ab extremis
terre: et oẽm qui inuocat nomen me-
Joã. 10.f. um. In gloriã meã creaui eũ: forma-
B ui eũ et feci eũ. Educ foras populum
cecũ / et oculos habentẽ: surdũ / et au-
res ei sunt. Oẽs gentes congregate
sunt simul: et collecte sũt trib⁹. Quis
in vobis annunciet istud / et que pri-
ma sunt audire nos faciet? Dent te-
stes eorũ et iustificentur: et audiãt et di-
Joã. 10.f. cãt. Uere vos testes mei dicit dñs: et
seruus meus quem elegi: vt sciatis et
credatis mihi: et intelligatis qz ego
ipse sum. Ante me non est formatus
deus / et post me nõ erit. Ego suz: ego Osee. 13.b
sum dñs: et nõ est absq̃ me saluator.
Ego annũciaui et saluaui: auditum
feci et nõ fuit in vobis alienus. Uos
testes mei dicit dñs: et ego deus. Et
ab initio ego ipse: et nõ est qui de ma-
nu mea eruat. Operabor / et quis auer-
tet illud? Hec dicit dñs redẽptor ve-
ster sanct⁹ israel. Propter vos emisi ĩ
babylonem / et detraxi vectes vniuer-
sos et chaldeos in nauibus suis glo-
riantes. Ego dñs sanct⁹ vester creãs C
israel rex vester. Hec dicit dominus:
qui dedit in mari viã: et in aq̃s torrẽ-
tibus semitã. Qui eduxit quadrigam
et equũ / agmẽ / robustũq̃ simul obdor-
mierunt / nec resurgent: contriti sunt
quasi linũ / et extincti sunt. Ne memi-
neritis priorũ: et antiqua ne intueami-
ni. Ecce ego facio noua / et nũc orien-
tur: vtiq̃ cognoscetis ea. Ponam in 2.Co.5.d.
deserto viam: et in inuio flumina. Et Ap.21.a.
glorificabit me bestia agri: dracones / et
struthiones: quia dedi in deserto aq̃s
et flumina in inuio: vt darẽ potũ po-
pulo meo / electo meo. Populũ istum
formaui mihi: laudẽ meaz narrabit. D
Nõ me inuocasti iacob: nec laborasti
in me israel. Non obtulisti mihi arie-
tem holocausti tui: et victimis tuis
non glorificasti me. Non te seruire fe-
ci in oblatione: nec laborem tibi p̄bui
in thure. Nõ emisti mihi argento ca-
lamũ: et adipe victimarũ tuarũ nõ in-
ebriasti me. Uerumtñ seruire me feci-
sti in peccatis tuis: prebuisti mihi la-
borẽ in iniq̃tatib⁹ tuis. Ego sum / ego
sum ipse q̃ deleo iniq̃tates tuas p̄p̄t
me: et peccatorũ tuorũ non recordabor.
Reduc me in memoriã / et iudicemur De pe. dis
simul: narra si q̃d habes vt iustifice- sti. 1. ecce
ris. Pater tu⁹ prim⁹ peccauit: et in- nunc.
terpretes tui preuaricati sunt in me.
Et contaminaui principes sanctos:
dedi ad internecionem Jacob / et Is-
rael in blasphemiam.

¶ C.S. De baptismo nouo: subsannat
deus idola: vocat ad penitentiam et
ostendit potentiam suam. Cap. xliiii.

ET nunc audi iacob serue meus A
et israel quez elegi. Hec dicit do-
minus faciens et formans te ab vte-
ro auxiliator tu⁹. Noli timere serue Hie. 30.
meus iacob / et rectissime quez elegi. et 46.f.
Effundã enĩz aquas sup sitientem: et
fluenta sup aridã. Effundã spũm meũ

super semē tuū: z bñdictionē meā su-
per stirpē tuā: et germinabunt inter
herbas qsi salices iuxta pterfluētes
aqs. Iste dicet dñi ego sum: z ille vo-
cabit in noie iacob. Et hic scribet ma
nu sua dño: et in noie israel assimila-
Apo.1.d. z 22.c. bit. Hec dicit dñs rex israel: et redē-
ptor eius dñs exercituū. Ego primus
et ego nouissimus: et absq me nō est
de⁹. Quis similis mei? Uocet z annun-
ciet: z ordinem exponat mihi/ et quo
cōstitui mihi ppłm antiquū. Uentu-
ra z q̄ futura sunt annūciet eis. No
lite timere: neq conturbemini. Extunc
B audire te feci/ et annunciaui. Uos
estis testes mei. Nūquid est de⁹ abs-
q me: et formator quē ego non noue
rim? Plaste idoli oēs nihil sunt: et
amātissima eorū nō pderūt eis. Ipsi
sunt testes eorū/ qz nō vidēt neq in-
telligūt vt cōfundant. Quis forma-
uit deū/ et sculptile cōflauit ad nihil
vtile? Ecce oēs participes eius con-
fundent. Fabri enim sunt ex hoibus.
Sa.13.c. Cōuenient enim oēs: stabūt et paue-
bunt: et cōfundētur simul. Faber fer
rarius lima operatus est: in prunis
et in malleis formauit illud: et opa-
tus est in brachio fortitudinis sue.
Esuriet et deficiet/ non bibet aquā: z
lassescet. Artifex lignarius extendit
normam: formauit illud in runcina.
Fecit illud in angularib⁹: et in circi-
no tornauit illud: et fecit imaginem
viri q̄si speciosum hoiem habitātem
C in domo. Succidit cedros/ tulit ili-
cem: et quercū q̄ steterat inter ligna
saltus. Plātauit pinum/ quā pluuia
nutriuit: et facta est hoibus in focū.
Sūpsit ex eis/ et calefact⁹ est: et suc-
cendit et coxit panes: de reliquo aūt
operatus est deum et adorauit: fecit
sculptile: et curuatus est ante illud.
Mediū eius cōbussit igni: et de me-
dio ei⁹ carnes comedit: coxit pulmē-
tū/ et saturat⁹ est: z calefactus est/ et
dixit. Uah/ calefact⁹ sum: vidi focū.
Reliquum aūt eius deū fecit/ z scul-
ptile sibi. Curuat ante illud/ et ado-
rat illud/ et obsecrat/ dicens. Libera
me: qz deus meus es tu. Nescierunt/
neq intellexerūt. Obliti enim sunt: ne
videant oculi eorū: et ne intelligāt in
corde suo. Non recogitant in mente
sua/ neq cognoscūt/ neq sentiūt/ vt
dicant. Medietatē ei⁹ cōbussi igni/ z
coxi sup carbones ei⁹ panes: et coxi
carnes et cōedi: et de reliq ei⁹ idolū

faciam. Ante truncum ligni procidā.
Pars ei⁹ cinis est. Cor insipiēs ado-
rabit illud: et non liberabit aiam suā
neq dicet/ forte mēdacium est in de-
xtera mea. Memēto horum iacob et D
israel/ qm seruus meus es tu. For-
maui te/ seruus me⁹ es tu israel/ non
obliuiscaris mei. Deleui vt nubem
iniquitates tuas: et quasi nebulam
peccata tua. Reuertere ad me quoniam
redemi te. Laudate celi quoniam mi-
sericordiam fecit dñs: iubilate extre-
ma terre. Resonate montes lauda-
tionem: salt⁹ et omne lignū eius: qm
redemit dñs iacob: et israel glorifica-
bitur. Hec dicit dñs redemptor tuus: z
formator tuus ex vtero. Ego sum do-
minus faciens oia extendens celos
solus: stabiliēs terram et nullus me-
cum. Irrita faciens signa diuinorū:
et hariolos in furorem vertens. Con
uertens sapientes retrorsum: z sciē-
tiam eorū stultā faciens. Suscitans
verbū serui sui: et consiliū nūciorum
suorū complēs. Qui dico hierlm: ha-
bitaberis: et ciuitatib⁹ iude: edifica-
bimini: z deserta eius suscitabo. Qui
dico profundo: desolare: et flumina
tua arefaciam. Qui dico cyro pastor
meus es: et oēm voluntatē meā com
plebis. Qui dico hierusalem edifica-
beris: et templo fundaberis.
C.S. Prophetia de cyro qui ppłm
liberauit a captiuitate: de aduentu
xpi: de collectione gentiū ad fidē: de
penitentia colentiū idola. Capi.xlv.
Hec dicit dñs christo meo cyro: A
cuius apprehendi dexteram:
vt subiiciam ante faciem eius gētes
et dorsa regum vertam: et aperiā co-
ram eo ianuas: z porte non clauden
tur. Ego ante te ibo: et gloriosos ter-
re humiliabo. Portas ereas conterā
et vectes ferreos confringā. Et dabo
tibi thesauros abscōditos et arcana
secretorū: vt scias qz ego dñs q̄ voco
nomē tuū de⁹ israel: ppter seruū meum
iacob: et israel electū meū. Et vocaui
te noie tuo: assimilaui te z nō cogno
uisti me. Ego dñs: z nō est amplius.
Extra me nō est de⁹. Accinxi te et nō
cognouisti me: vt sciant hi q̄ ab ortu
solis: et qui ab occidēte qm absq me
nō est deus. Ego dñs et nō est alter:
formans lucē et creans tenebras: fa-
ciens pacē et creans malū. Ego dñs Thre.3.e.
faciens oia hec. Rorate celi desup z B
nubes pluant iustū: aperiat terra et

germinet saluatorem: ꝛ iustitia oria tur simul. Ego dn̄s creaui eū. Ue qui ꝯtradicit factori suo: testa de samiis
Ro.9.d. terre. Nunquid dicet lutū figulo suo
hie.18.a. quid facis et opus tuū absq̧ manibus est? Ue qui dicit patri quid generas? et mulieri q̇d parturis? Hec dicit dn̄s sanct⁹ israel plastes eius. Uētura interrogate me: super filios meos: et super opus manuū mearū mādate mihi. Ego feci terram: et hominē sup eā creaui ego. Man⁹ mee tetēderūt celos: ꝛ oī militie eoꝝ mandaui. Ego suscitaui eū ad iustitiā: et
C oēs vias eius dirigā. Ipse edificabit ciuitatem meā: ꝛ captiuitatē meā dimittet / non in precio / neq̧ in muneribus dicit dn̄s deus exercituum. Hec dicit dn̄s deus. Labor egypti et negociatio ethiopie et sabaim viri sublimes ad te transibunt et tui erūt / post te ambulabūt vincti manicis pergēt et te adorabunt / teq̧ deprecabuntur. Tātum in te est deus: et nō est absq̧ te deus. Uere tu es de⁹ absconditus: deus israel saluator. Confusi sunt et erubuerūt oēs simul: abierūt in confusionem fabricatores erroꝝ. Israel saluat⁹ est in dn̄o salute eterna. Non cōfundemini ꝛ non erubescetis vsq̧ in seculū secli: q2 hec dicit dn̄s creans celos: ipse deus formās terram ꝛ faciēs eā / ipse plastes ei⁹. Nō in vanū creauit eam: sed vt habitet formauit
D eam. Ego dn̄s et nō est alius. Non in abscōdito locutus sum: in loco terre tenebroso. Nō dixi semini iacob frustra / querite me. Ego dn̄s loquēs iustitiā: annūcians recta. Cōgregamini ꝛ venite et accedite simul q̇ saluati estis ex gētibus. Nescierūt qui leuant lignum sculpture sue: ꝛ rogant deū nō saluantē. Annūciate et venite et cōsiliamini simul. Quis auditū fecit hoc ab initio? Ex tunc predixi illud. Nūquid nō ego dn̄s et nō est vltra deus absq̧ me? Deus iustus et saluās nō est preter me. Cōuertimini ad me et salui eritis oēs fines terre: q2 ego de⁹ ꝛ non est alius. In memetipso iuraui. Egredief de ore meo iustitie verbū et non reuertef: q2 mihi curuabitur oē genu: ꝛ iurabit oīs
ro.14.b. lingua. Ergo in dn̄o dicet. Mee sunt
phili.2.b. iustitie et imperiū. Ad eum venient et confundentur oēs qui repugnant ei. In dn̄o iustificabitur: et laudabitur omne semen Israel.

¶ Ca.S. De destructione idolatrie: ꝛ verba dei patris vbi increpat iudeos et reuocat ab idolis: et salutem promittit in filio. Capitulum. xlvi.

Confractus est bel / contrit⁹ est nabo: facta sunt simulacra eorum bestijs et iumentis. Onera vestra graui pondere vsq̧ ad lassitudinem contabuerunt: et contrita sunt simul. Non potuerunt saluare portātē: ꝛ aīa eoꝝ in captiuitatem ibit. Audite me dom⁹ iacob: et oē residuum domus israel: qui portamini a meo vtero: q̇ gestamini a mea vulua vsq̧ ad senectā: ego ipse et vsq̧ ad canos ego portabo. Ego feci et ego ferā: ego portabo et saluabo. Cui assimilastis me et adequastis et cōparastis me et fecistis similē? qui ofertis aurū de sacculo ꝛ argentū in statera ponderatis: cōducentes artificem vt faciat deum: ꝛ ꝓcidūt ꝛ adorant. Portāt illū in humeris gestantes et ponentes in loco suo / et stabit ac de loco suo nō mouebit. Sed et cū clamauerint ad eū nō audiet: de tribulatione nō saluabit eos. Memento te istud et confundamini: redite ꝑuaricatores ad cor. Recordamini prioris seculi: q̄m ego sum de⁹: ꝛ non est vltra de⁹ / nec est similis mei annunciās ab exordio nouissimū: et ab initio q̇ necdū facta sunt dicens. Consilium meū stabit: et oīs volūtas mea fiet. Uocans ab oriente auem: et de terra lōginqua viruꝫ volūtatis mee. Et locut⁹ sum et adducā illud: creaui et faciā illud. Audite me duro corde: qui longe estis a iustitia. Prope feci iustitiā meā / non elongabit: ꝛ salus mea nō morabitur. Dabo in sion salutem: et in israel gloriam meam.

¶ Ca.S. Sermo dn̄i cōtra babyloniā vbi ostenditur eius superbia humiliatio et destructio. Capitulum. xlvii.

Descende sede in puluere virgo filia babylō: sede in terra. Non est solium filie chaldeorum: quia vltra non vocaberis mollis et tenera. Tolle molam et mole farinam. Denuda turpitudinem tuā: et discooperi humerum reuela crura / transi flumina. Reuelabit ignominia tua: et videbitur opprobriū tuū. Ultionem capiā: et nō resistet mihi homo. Redemptor noster dn̄s exercituum: nomen illius scīs israel. Sede tacens et intra i tenebras filia chaldeoꝝ: q2

Non vocaberis vltra dña regnorum.
Iratus sum super pplm meū: conta
minaui hereditatē meā: et dedi eos
in manu tua. Nō posuisti eis miās.
Sup senē aggrauasti iugū tuum val
de/ et dixisti. In sempiternū ero dña.
Non posuisti hec super cor tuū: neqz
recordata es nouissimi tui. Et nunc
audi hec delicata/ et habitās cōfiden
ter: que dicis in corde tuo. Ego sum
apo.18.b. et nō est preter me amplius. Non se
C debo vidua et ignorabo sterilitatem.
Veniēt tibi duo hec subito in die vna
sterilitas et viduitas. Vniuersa ve
nerunt super te: propter multitudinē
maleficiorum tuorum/ et propter duriciam
incantationū tuarū vehemētem. Et
hieremi. fiduciā habuisti in malicia tua: et di
49.c. xisti. Nō est qui videat me. Sapien
tia tua et scientia tua/ hec decepit te.
Et dixisti in corde tuo. Ego sum: et pre
ter me nō est altera. Veniet super te
malū/ et nescies ortū eius: et irruet su
per te calamitas/ quam non poteris
expiare. Veniet super te repēte mise
ria/ quā nescis. Sta cū incantationi
bus tuis: et cum multitudine malefi
ciorum tuorum in quibus laborasti ab ado
lescentia tua/ si forte quid prosint tibi:
D aut si possis fieri fortior. Defecisti in
multitudine consiliorū tuorū. Stent
et saluent te augures celi/ qui cōtem
plabātur sydera/ et supputabāt men
ses: vt ex eis annunciarent ventura ti
bi. Ecce facti sūt quasi stipula: ignis
14 combussit eos. Nō liberabūt animā
suā de manu flāme: non sunt prune
quibus calefiant: nec focus vt sedeant
ad eū. Sic facta sunt tibi: in quibus
cunqz laborauerat. Negociatores
tui ab adolescentia tua: vnusquisqz in
via sua errauerūt. Nō est qui saluet te.
¶ C.S. Increpat dñs duriciam iudeo
rū per sapientiā qua cognoscit futu
ra per potētiā qua creauit oīa se colēdum
probat et nō idola propter quod traditi sūt ini
micis de liberatione eorum. Ca. xlviii.
A AUdite hec domus iacob/ qui vo
camini noīe israel: et de aquis
iuda existis/ qui iuratis in no
mine dñi: et dei isrl' recordamini/ nō
in veritate neqz in iustitia. De ciui
tate enim sctā vocati sunt: et sup deum
israel cōstabiliti sunt. Dñs exercitu
um nomen eius. Priora extunc an
nūciaui: et ex ore meo exierūt/ et au
dita feci ea: repente operatus sum/ et
venerunt. Sciui enim quia durus es
tu et neruus ferreus ceruix tua et
frons tua erea. Predixi tibi extunc
antequam venirent: indicaui tibi ne for
te diceres. Idola mea fecerūt hec: et
sculptilia mea et cōflatilia mādauerūt
ista. Que audisti vidi oīa: vos autem
nō annūciastis. Audita feci tibi noua B
extūc: et cōseruata sūt que nescis. Nūc
creata sunt et nō extūc: et ante diē et
non audisti ea. Ne forte dicas. Ecce
ego cognoui ea. Neqz audisti/ neqz
cognouisti: neqz extūc aperta est au
ris tua. Scio enim quia preuaricans
preuaricaberis: et trāsgressorē ex vte
ro vocaui te. Propter nomē meū lō
ge faciā furorem meū: et laude mea
infrenabo te ne intereas. Ecce exco s.42.b.
xi te sed nō quasi argentū: elegi te in ca s.41.b.
mino paupertatis. Propter me pro et.44.a.
pter me faciam vt nō blasphemer: et
gloriā meam alteri nō dabo. Audi me
iacob: et israel quē ego voco. Ego ip
se/ ego primus: et ego nouissimus.
Manus quoqz mea fundauit terrā: C
et dextera mea mensa est celos. Ego
vocabo eos: et stabunt simul. Con
gregamini oēs vos et audite. Quis
de eis annunciauit hec? Dñs dilexit
eum: faciet voluntatem suā in baby
lone: et brachium suum in chaldeis.
Ego ego locutus sum et vocaui eum:
adduxi eū et directa est via eius. Ac
cedite ad me: et audite hec. Nō a prin
cipio in abscondito locutus sum. Ex
tempore antequam fieret ibi erā et nunc
dñs deus misit me et spiritus eius.
Hec dicit dominus deus: redemptor
tuus sanctus Israel. Ego dominus
deus tuus docēs te vtilia: gubernās
te in via qua ambulas. Vtinam at D
tendisses mandata mea: facta fuis
set sicut flumen pax tua et iustitia
tua sicut gurgites maris: et fuisset
quasi arena semen tuum: et stirps
vteri tui vt lapilli eius: non interisset:
et non fuisset attritum nomen eius
a facie mea. Egredimini de babylo s.57.b.
ne fugite a chaldeis in voce exulta
tiōis annūciate: auditum facite hoc
et efferte illud vsqz ad extrema ter
re. Dicite. Redemit dominus seruum
suum iacob. Non sitierunt in deser
to: cum educeret eos. Aquam de pe exo.17.b.
tra produxit eis: et scidit petrā et fluxe nu.20.b.
runt aq̄. Nō est pax impiis: dicit dñs.
¶ C.S. Verba filii ad ecclesiā sub no
mine insularum vbi dicit se missum ad
salutē tā gentiū quam iudeorū: loquitur

pater ad filiũ de cõuersis ad ipsum :
consolatur dominus ecclesiam sub
nomine sion : vbi dicit credentes in
ipsam vndiqꝫ congregãdos: ⁊ ꝙ pre-
da tolletur a forti. Capitulum. xlix.

A Udite insule et attendite po-
puli de longe. Dñs ab vtero
vocauit me: de ventre matris
mee recordatus est nois mei. Et po-
suit os meum quasi gladiũ acutũ: in
vmbra manus sue protexit me, ⁊ po-
suit me sicut sagittã electã. In pha-
retra sua abscõdit me, et dixit mihi.
Seruus me⁹ es tu Israel : quia in te
glorificabor. Et ego dixi. Inuacuum
laboraui sine causa : et vane fortitu-
dinem meã cõsumpsi. Ergo iudiciuꝫ
meum cũ dño : et opus meũ cum deo
B meo. Et nunc hec dicit dñs : formans
me ex vtero seruũ sibi : vt reducã ia-
cob ad eum: et israel nõ cõgregabit.
Et glorificat⁹ sum ĩ oculis dñi: et de⁹
me⁹ fact⁹ est fortitudo mea. Et dixit.
Parũ est vt sis mihi seruus ad susci-
tãdas trib⁹ iacob: et feces israel cõuer-
3.42.b. tẽdas. Dedi te in lucẽ gẽtium: vt sis
act.13.g. salus mea vsqꝫ ad extremum terre.
Hec dicit dñs redẽptor israel, sanct⁹
eius ad cõtemptibilem animam, ad
abominatam gentẽ, ad seruũ dñorũ.
C Reges videbunt ⁊ cõsurgent princi-
pes et adorabunt propter dñm: qꝛ fi-
delis est et sãctũ israel qui elegit te.
2.co.6.a. Hec dicit dñs. In tpe placito exau-
3.42.a. diui te : et ĩ die salutis auxiliat⁹ sum
tui. Et seruaui te et dedi te in fedus
populi vt suscitares terrã et possidee-
res hereditates dissipatas : vt dice-
res his ꝗ vincti sunt, exite: et his qui
in tenebris, reuelamini. Super vias
pascent: et in oib⁹ planis pascua eo-
apo.7.d. rum. Non esurient neqꝫ sitient et nõ
pcutiet eos estus et sol: qꝛ miserator
eorũ reget eos, et ad fontes aquarũ
D potabit eos. Et ponã oẽs mõtes me-
os in viã : et semite mee exaltabunt.
Ecce isti de longe venient: ⁊ ecce illi
ab aquilone et mari : et isti de terra
3.52.c. australi. Laudate celi et exulta ter-
2.q.6.c. ra, iubilate montes laudem : qꝛ con-
ad roma solatus est dñs pplm suum, ⁊ paupe-
nam.1. rum suoꝝ miserebitur. Et dixit sion.
Dereliquit me dñs, et dñs oblit⁹ est
mei. Nunquid obliuisci põt mulier
infantẽ suum vt nõ misereatur filio
vteri sui? Et si illa oblita fuerit : ego
tamen nõ obliuiscar tui. Ecce in ma-
nibus meis descripsi te: muri tui co-
ram oculis meis semper. Venerunt E
structores tui destruentes te: et dissi-
pantes a te exibũt. Leua in circuitu
oculos tuos ⁊ vide: oẽs isti cõgrega-
ti sunt, venerunt tibi. Viuo ego dicit
dñs: qꝛ oibus his velut ornamẽto ve-
stieris, ⁊ circũdabis tibi eos quasi spõ-
sa: qꝛ deserta tua ⁊ solitudines tue et 3.60.a.
terra ruine tue nunc angusta erunt
pre habitatorib⁹: ⁊ lõge fugabuntur
qui absorbebant te. Adhuc dicent in
aurib⁹ tuis filii sterilitatis tue. An-
gustus est mihi locus : fac spacium F
mihi vt habitem. Et dices in corde
tuo, quis genuit mihi istos? Ego ste-
rilis et nõ pariens: transmigrata et
captiua et istos quis enutriuit? Ego
destituta et sola: et isti vbi hic erant?
hec dicit dñs deus. Ecce leuabo ad
gẽtes manum meam: et ad populos
exaltabo signum meũ. Et afferent fi-
lios tuos in vlnis : et filias tuas sup
humeros portabunt. Et erunt reges
nutricii tui : et regine nutrices tue.
Vultu ĩ terra demisso adorabũt te :
et puluerẽ pedum tuorũ lingent. Et G
scies qꝛ ego dñs, sup quo nõ confun-
dentur qui expectãt eum. Nunquid
tolletur a forti pda: aut quod captuꝫ
fuerit a robusto saluum esse poterit?
Quia hec dicit dñs. Equidẽ et capti-
uitas a forti tollet : et qd ablatũ fue-
rit a robusto saluabitur. Eos vo qui
iudicauerũt te ego iudicabo: et filios
tuos ego saluabo. Et cibabo hostes
tuos carnibus suis: et quasi musto san-
guine suo inebriabuntur. Et sciet ois
caro quia ego dñs saluans te : et re-
demptor tuus fortis iacob.

¶ C. S. De iudea reprobata : de pas-
sionibus christi: et de pena iudeoruꝫ
obstinatorum. Capitulum. l.

H Ec dicit dominus. Quis est hic A
liber repudii matris vestre, quo
dimisi eam? Aut quis est creditor
meus cui vendidi vos? Ecce enim
in iniquitatib⁹ vestris venditi estis:
et in sceleribus vestris dimisi ma-
trem vestrã: qꝛ veni, et non erat vir:
vocaui, et nõ erat qui audiret. Nun- 35.q.1.
quid abbreuiata et paruula facta est .§.itaqꝫ
manus mea vt non possim redime- .3.59.a.
re: aut nõ est in me virtus ad liberã- B
dũ? Ecce in increpatione mea deser-
tum faciaꝫ mare: ponam flumina in
siccũ. Cõputrescẽt pisces sine aqua :
et morient in siti. Induã celos tene-
bris: et saccũ ponam operimẽtũ eoꝝ.

B Dñs dedit mihi linguã eruditam: vt
sciam sustẽtare eum q̃ lassus est vbo.
Erigit mane/mane erigit mihi aurẽ:
vt audiam quasi magistrũ. Dñs deꝰ
aperuit mihi aurem: ego autẽ nõ con
tradico/retrorsum non abij. Corpus
C meũ dedi percutiẽtibꝰ: ⁊ genas meas
Mat.26. vellentibꝰ. Faciẽ meam nõ auerti ab
G. increpãtibꝰ ⁊ cõspuentibꝰ in me. Dñs
deꝰ auxiliator meꝰ: ⁊ ideo non sum cõ
fusus. Ideo posui faciẽ meam vt pe-
tram durissimam: ⁊ scio quoniam nõ
confundar. Iuxta est q̃ iustificat me.
Quis contradicet mihi: stemꝰ simul.
Quis est aduersariꝰ meus: accedat
D ad me. Ecce dñs deꝰ auxiliator meꝰ:
quis est qui condemnet me? Ecce om
nes quasi vestimentum conterent: et
Fo.101.A. tinea comedet eos. Quis ex vobis ti-
mens dñm audiens vocem serui sui?
Quis ambulauit in tenebris ⁊ nõ est
lumen ei: speret in nomine dñi: ⁊ in-
nitatur super deum suum. Ecce vos
omnes accẽdentes ignẽ accincti flã-
E mis. Ambulate in lumine ignis ve-
stri: ⁊ in flammis quas succendistis.
De manu mea factum est hoc vobis.
In doloribus dormietis.
¶ C.S. De reprobat Iudeis ⁊ pfidis
loquit dñs ad pplos qbꝰ gl'iosam ꝓ-
mittit ecclesiã: cõfortat q̃ꝙ fideles et
desiderant fideles aduentũ filij: q̃ re-
spondet verba solatij: ꝓmittit filiꝰ q̃
plantet celos et fundet terram: ⁊ vo-
cantur ad penitẽtiã qui Christum in
passione negauerunt. Cap.li.
A AUdite me q̃ sequimini qđ iu-
stum est: ⁊ queritis dominum.
Attendite ad petrã vnde exci
si estis: ⁊ ad cauernã laci de qua pre-
cisi estis. Attendite ad Abraã patrẽ
vestrũ/⁊ ad Saram q̃ peperit vos: qꝛ
vnũ vocaui eũ ⁊ benedixi ei et multi-
plicaui eũ. Consolabit ergo dñs sion:
et consolabit oẽs ruinas eius. Et po-
net desertum eius quasi delitias: ⁊ so
litudinẽ eius quasi hortum dñi. Gau-
dium et letitia inueniet in ea: gratia-
B rum actio et vox laudis. Attendite
ad me popule meꝰ ⁊ tribꝰ mea me au-
dite: qꝛ lex a me exiet/et iudiciũ meũ
in lucẽ populorũ requiescet. Prope est
iustus meus/egressus est saluator
meus/⁊ brachia mea populos iudica
bunt. Me insule expectabunt: et bra-
chium meũ sustinebũt. Leuate in ce-
lum oculos vestros: et videte sub ter-
ra deorsum: qꝛ celi sicut fumus lique-
scent: ⁊ terra sicut vestimẽtum atte-
retur: ⁊ habitatores eius sicut hec in-
teribunt. Salus autem mea in sempi- C
ternũ erit: ⁊ iustitia mea nõ deficiet.
Audite me qui scitis iustum: populꝰ
meus lex mea in corde eorũ. Nolite
timere opprobrium hoim: ⁊ blasphe-
mias eorũ ne metuatis. Sicut enim
vestimẽtum sic comedet eos vermis:
et sicut lanã sic deuorabit eos tinea.
Salꝰ autem mea in sempiternũ erit:
et iustitia mea in generationes ge-
nerationũ. Cõsurge consurge/indue- I.52.a.
re fortitudinẽ brachium dñi. Consur-
ge sicut in diebus antiq̃s/in genera-
tionibꝰ seculorũ. Nunqđ nõ tu percus- D
sisti superbum? vulnerasti draconẽ?
Nunquid non tu siccasti mare? aquã Exo.14.c.
abyssi vehementis: q̃ posuisti ꝓfun-
dum maris viam vt transirent libe-
rati? Et nũc qui redempti sunt a dño
reuertentur ⁊ venient in sion laudan-
tes: ⁊ letitia sempiterna super capita
eorũ. Gaudium ⁊ letitiã tenebunt: fu-
giet dolor ⁊ gemitꝰ. Ego egoipse con-
solabor vos. Quis tu vt timeas ab
homine mortali ⁊ a filio hois q̃ quasi
fenum ita arescet: ⁊ oblitus es dñi fa
ctoris tui: qui tetendit celos ⁊ funda E
uit terram: ⁊ formidasti iugiter tota
die a facie furoris eius qui te tribula-
bat/⁊ parauerat ad perdẽdum. Ubi
nunc est furor tribulantis? Cito ve-
niet gradiẽs ad aperiẽdum: ⁊ nõ in-
terficiet vsq; ad internecionẽ: nec de-
ficiet panis eiꝰ. Ego autem sum dñs
deus tuus qui conturbo mare ⁊ intu-
mescunt fluctus eius: dñs exercituũ
nomen meum. Posui verba mea in
ore tuo: ⁊ in vmbra manus mee ꝓte-
xi te vt plantes celos et fundes ter-
ram/⁊ dicas ad sion. Populꝰ meꝰ es
tu. Eleuare eleuare/consurge hierlm F
que bibisti de manu dñi calicem ire
eiꝰ. Usq; ad fundum calicis soporis
bibisti: ⁊ potasti vsq; ad feces. Nõ est
qui sustẽtet eam ex oibus filijs quos
genuit: ⁊ non est q̃ apprehendat ma-
num eius ex oibus filijs quos enutri-
uit. Duo sunt que occurrerũt tibi: q̃s
contristabit sup te? vastitas ⁊ contri-
tio ⁊ fames ⁊ gladius: quis consola-
bitur te? Filij tui proiecti sunt/dor- G
mierunt in capite oim viarum: sicut
oryx illaqueatus pleni indignatio-
ne dñi/increpatione dei tui. Idcirco
audi hec paupercula ⁊ ebria non vi-
no. Hec dicit dñator tuus dominus: ⁊

deus tuus qui pugnauit pro populo suo.
Ecce tuli de manu tua calicē soporis.
fundū calicis indignationis mee: nō
adiiciet vt bibas illū vltra. Et ponā il
lum in manu eorū qui te humiliauerūt
et dixerūt aie tue / incuruare vt trans-
eamus: et posuisti vt terrā corpus tuū:
et quasi viam transeuntibus.
¶ C. S. Excitat ecclesia ad virtutes:
de redēptione nostra: cōmendantur
predicatores: et iubent apostoli exire
de polluta ciuitate. Cap. lij.
A
3. 51. c. Consurge cōsurge / induere for-
titudine tua sion: induere vesti
mentis glorie tue hierusalē ci-
uitas sancti: quia nō adiiciet vltra vt
pertrāseat per te incircūcisus et immū
dus. Excutere de puluere: cōsurge se-
de hierusalē. Solue vincula colli tui
captiua filia sion: quia hec dicit dñs.
Gratis venundati estis: et sine argen
B
to redimemini. Quia hec dicit dñs
Ge. 47. a deus. In Egyptū descēdit pp̄ls meus
in principio vt colonus esset ibi: et
Assur absq; vlla causa calumniatus
est eum. Et nunc quid mihi est hic di
cit dñs: qm̄ ablatus est populus meus
Ro. 2. d. gratis? Dñatores eius inique agunt
Eze. 36. c dicit dñs: et iugiter tota die nomen
meū blasphemat. Propter hoc sciet
Ro. 1. c. populus meus nomen meū in die il-
Naū. 1. d. la: quia ego ipse qui loquebar ecce ad-
sum. Quam pulchri super montes pe
des annunciantis et predicantis pa-
cem: annunciantis bonū / predicātis
salutem / dicentis sion regnabit deus
C
tuus. Vox speculatorū tuorū leuaue-
runt vocem / simul laudabunt: quia ocu
lo ad oculum videbunt cum cōuerte-
rit dñs sion. Gaudete et laudate si-
mul deserta hierlm: quia consolatus est
dñs populum suum: redemit hierlm.
Ps. 97. a. Parauit dñs brachiū sanctū suū in
oculis oīm gentiū: et videbunt oēs fi-
2. Co. 6. d. nes terre salutare dei nostri. Rece-
dite recedite / exite inde: pollutū no-
D
lite tangere. Exite de medio eius: mun
damini qui fertis vasa dñi. Quoniam
45. dis. c. non in tumultu exibitis: nec in fuga
recedite. properabitis. Precedet enim vos do-
23. q. 4. c. minus: et cōgregabit vos deus Israel.
ecce. Ecce intelliget seruus meus et exal-
1. q. 1. ca. tabitur et eleuabitur: et sublimis erit
necesse. valde. Sicut obstupuerunt super te
multi: sic inglorius erit inter viros
aspectus eius: et forma eius inter fi-
lios hominum. Iste asperget gentes
multas: super ipsum continebunt re-
ges os suum: quia quibus nō est nar- Ro. 15. c.
ratum de eo viderunt: et qui non au-
dierunt / contemplati sunt.
¶ C. S. Prophetat de passione Iesu
Christi futura: cui promittitur quod post
passionē erit saturitas gētiū in fide.
Capitulum. liij.
A
Quis credidit auditui nostro: et
brachium domini cui reuelatū Ioā. 12. f.
est? Et ascendet sicut virgultum co- Ro. 10. d.
ram eo: et sicut radix de terra sitienti.
Non est species ei / neq; decor. Et vi- Mat. 9. b
dimus eum / et non erat aspectus: et
desiderauimus eum despectum et no
uissimum virorū: virum dolorū et sciē-
tem infirmitatem. Et quasi abscon-
ditus vultus eius et despectus: vn-
B
de nec reputauimus eum. Vere lan-
guores nostros ipse tulit: et dolores Mat. 8. c.
nostros ipse portauit. Et nos repu- 1. Pe. 2. d.
tauimus eum quasi leprosum: et percus
sum a deo et humiliatū. Ipse autem 1. Co. 15. a
vulneratus est propter iniquitates
nostras attritus est propter scelera
nostra. Disciplina pacis nostre sup
eum: et liuore eius sanati sumus. Oēs
nos quasi oues errauimus: vnusquisq;
in viā suam declinauit: et posuit dñs
C
in eo iniquitatem oīm nostrorū. Obla
tus est quia ipse voluit: et non aperuit
os suum. Sicut ouis ad occisionē du- mat. 26. f
cetur: et quasi agnus coram tondēte Act. 8. f.
se obmutescet: et nō aperiet os suum.
De angustia et de iudicio sublatus est.
Generationem eius quis enarrabit?
quia abscissus est de terra viuentium:
propter scelus populi mei percussi
eum. Et dabit impios pro sepultu- 1. Pe. 2. d.
ra: et diuites pro morte sua: eo quod ini-
quitatem non fecerit: neq; dolus fue-
rit in ore eius: et dñs voluit contere-
re eum in infirmitate. Si posuerit pro 1. Ioā. 3. a
D
peccato animam suam: videbit semē
longeuum: et voluntas dñi in manu
eius dirigetur. Pro eo quod laborauit
anima eius videbit et saturabitur.
In scientia sua iustificabit ipse iu-
stus seruos meos multos: et iniqui-
tates eorū ipse portabit. Ideo disper
tiam ei plurimos: et fortium diuidet
spolia: pro eo quod tradidit in mortem
animā suā: et cū sceleratis reputatus
est. Et ipse peccata multorum tulit: et mar. 15. c.
pro transgressoribus rogauit. Lu. 22. d.
¶ C. S. De vocatione Iudeorū et gen-
tium: et qualiter ecclesia edificatur de
lapidibus preciosis: et de fabro qui suf-
flat prunas. Cap. liiij.

A Lauda sterilis que non paris: de-
Lu.23.d. canta laudem et hinni que non
Gal.4.d. pariebas: quoniam multi filii deser-
te magis ꝙ eius que habebat virum
dicit dominus. Dilata locum tento-
rii tui: et pelles tabernaculorum tuo-
rum extende. Ne parcas. Longos
fac funiculos tuos: ⁊ clauos tuos cō-
solida. Ad dexteram enī ⁊ ad leuam
penetrabis: ⁊ semen tuum gentes he
reditabit/ et ciuitates desertas inha-
B bitabit. Noli timere qr nō confunde-
ris: neqꝫ erubesces. Non enī te pude
bit: quia confusionis adolescētie tue
obliuisceris: et opprobrii viduitatis
tue non recordaberis amplius. Quia
dominabit tui qui fecit te: dñs exer-
cituū nomen eius: ⁊ redemptor tuus
sanctus Israel: deus oīs terre voca-
bitur. Quia vt mulierem derelictam:
et merentem spiritu vocauit te dñs/
et vxorem ab adolescentia abiectam.
C Dixit deus tuus. Ad punctū in modi
co dereliqui te: et in miserationibus
magnis congregabo te. In momēto
indignationis abscondi faciē meam
parumper a te: ⁊ in misericordia sem
piterna misertus sum tui. Dixit re-
demptor tuus dñs. Sicut in diebus
Noe istud mihi est cui iuraui ne in-
ducerem aquas diluuii vltra supra
Gen. 9.b. terram: sic iuraui vt non irascar ti-
bi et non increpem te. Montes enim
commouebuntur et colles contremi-
scent: misericordia autem mea non
recedet a te: et fedus pacis mee non
mouebit. Dixit miserator tuus domi-
nus. Paupercula tempestate conuul
sa absqꝫ vlla ꝯsolatione. Ecce ego ster
C nam per ordinē lapides tuos: ⁊ fun-
dabo te in saphyris: et ponam iaspi-
dem ꝓpugnacula tua: ⁊ portas tuas
in lapides sculptos: ⁊ omnes termi-
nos tuos in lapides desiderabiles.
D Uniuersos filios tuos doctos a do-
mino/ et multitudinem pacis filiis
tuis: et in iustitia fundaberis. Rece-
de procul a calumnia: quia non time
bis: ⁊ a pauore/ qr non appropinqua
bit tibi. Ecce accola veniet qui non
erat mecum: aduena quondam tuus
adiungetur tibi. Ecce ego creaui fa-
brum sufflantem in igne prunas: et
proferētem vas in opus suum: ⁊ ego
creaui interfectorem ad disperden-
dum. Omne vas quod fictum est con
tra te nō dirigetur: ⁊ omnē linguā re
sistentem tibi in iudicio iudicabis.
Hec est hereditas seruorum dñi: ⁊ iu
stitia eorum apud me dicit dñs.
¶ C.S. De baptismo et populo chri-
stiano: de querendo dñm: ⁊ de verbo
quod non redit in vacuum.

Capitulum.lv.


Omnes sitientes venite ad A
aquas: ⁊ qui non habetis ar- Apo.22.d
gentum properate/ emite et
comedite. Uenite/ emite absqꝫ argen
to: ⁊ absqꝫ vlla commutatione vinum
et lac. Quare appenditis argentum
non in panibus: et laborem vestrum
non in saturitate? Audite audientes
me/ et comedite bonum: et delectabi-
tur in crassitudine anima vestra. In-
clinate aurem vestram/ et venite ad B
me: audite et viuet anima vestra/ et
feriam vobiscum pactum sempiter-
num: misericordias Dauid fideles. Act.13.c.
Ecce testem populis dedi eum: du-
cem ac preceptorem gentibus. Ecce
gentem quam nesciebas vocabis: et
gentes que te non cognouerunt ad
te current propter dominum deum
tuum ⁊ sanctum Israel: quia glorifi-
cauit te. Querite dominum dum in-
ueniri potest: inuocate eum dum ꝓ-
pe est. Derelinquat impius viā suā/
et vir iniquus cogitationes suas: et
reuertatur ad dominum et miserebi-
tur eius: ⁊ ad deum nostrum quoniā De pe.di.
multus est ad ignoscendum. Nō enī 1.§.his au
cogitationes mee cogitationes ve- thoritati-
stre: neqꝫ vie mee vie vestre/ dicit do- bus.
minus. Quia sicut exaltantur celi a C
terra: sic exaltate sunt vie mee a viis
vestris: et cogitationes mee a cogi-
tationibus vestris. Et quomodo descē
dit hymber ⁊ nix de celo ⁊ illuc vltra
non reuertitur: sed inebriat terram
et infundit eam/ ⁊ germinare eam fa
cit: ⁊ dat semen serēti ⁊ panē comedē
ti: sic erit verbum meum quod egre-
dietur de ore meo. Nō reuertetur ad
me vacuum: sed faciet quecunqꝫ vo- D
lui ⁊ ꝓsperabitur in his ad que misi
illud. Quia in letitia egrediemini: et
in pace reducemini. Montes ⁊ col-
les cantabunt coram vobis laudem:
et omnia ligna regionis plaudēt ma
nu. Pro saliuncula ascendet abies: ⁊
pro vrtica crescet myrtus. Et erit do-
minus nominatus in signum eternū
quod non auferetur.
¶ C.S. De eunucho et custodiētem sab
batum: ⁊ ꝙ propter malos pastores
deuoratur populus. Ca.lvi.

A Hec dicit dñs. Custodite iudiciū
⁊ facite iusticiam: quia iuxta est
salus mea vt veniat / et iusticia mea
vt reueletur. Beat⁹ vir qui facit hoc:
et filius hominis qui apprehendet
istud. Custodiēs sabbatū ne polluat
illud: custodiens manus suas ne fa-
ciat omne malū. Et nō dicat fili⁹ ad-
uene qui adheret dño dicens. Sepa-
ratione diuidet me dñs a populo suo.
B Et nō dicat eunuch⁹. Ecce ego lignū
aridū. Quia hec dicit dñs eunuchis.
Qui custodierint sabbata mea ⁊ ele-
gerint que ego volui et tenuerint fe-
dus meū: dabo eis in domo mea: et in
muris meis locū et nomen melius a
filiis ⁊ filiabus: nomē sempiternum
dabo eis qđ non peribit. Et filios ad-
uene qui adherēt dño vt colant eum
et diligant nomē eius vt sint ei in ser
uos: omnē custodientē sabbatum ne
C polluat illud ⁊ tenentē fedus meum:
88. dis. c. 2 adducā eos in montē sanctū meū / et
16. q. 7. c. letificabo eos ī domo orationis mee.
2. dixim⁹. Holocausta eorum et victime eorum
mat. 21. b. placebunt mihi super altari meo: q2
mar. 11. c. domus mea domus orationis voca-
Lu. 19. g. bitur cunctis populis: ait dñs de⁹ qui
cōgregat dispersos Israel. Adhuc cō
gregabo ad eū congregatos ei⁹. Oēs
bestie agri venite ad deuorandum:
D vniuerse bestie saltus. Speculato-
res ei⁹ ceci omnes nescierūt vniuer-
si canes muti non valentes latrare: vi
dentes vana dormientes ⁊ amantes
somnia: et canes impudentissimi ne-
scierunt saturitatem. Ipsi pastores
Hiez. 6. c. ignorauerūt intelligētiā. Oēs in viā
suā declinauerūt vnusquisq3 ad auari-
tiam suam a summo vsq3 ad nouissi-
Sap. 2. b. mum. Uenite sumam⁹ vinū ⁊ implea
mur ebrietate: ⁊ erit sicut hodie / sic ⁊
cras ⁊ multo amplius.

C. S. De iusto cui⁹ mors nō intelli-
git ab ipsis: increpant iudei q christū
in cruce subsannauerūt: ⁊ de idolis:
de cōfidētib⁹ ī dño: de reprobatione iu-
deorū: ⁊ q impiis nō est pax. Ca. lvii.

A Iustus perit et non est qui re-
cogitet in corde suo: ⁊ viri mi-
sericordie colliguntur: q2 nō est
qui intelligat. A facie enī malitie col
lectus est iustus. Ueniat pax: requie-
scat in cubili suo qui ambulauit in di-
rectione sua. Uos autē accedite huc
filii auguratricis semen adultere et
fornicarie. Super quem lusistis? Su-
per quē dilatastis os et eiecistis lin-
guam? Nunquid nō vos filii scelesti
semen mēdax: qui cōsolamini in diis
subter omne lignū frondosum imolā
tes paruulos in torrētib⁹ subter emi-
nentes petras? In partibus torrētis
pars tua: hec est sors tua. Et ipsis ef- B
fudisti libamē: obtulisti sacrificium.
Nunquid super his nō indignabor?
Super montē excelsum et sublimem
posuisti cubile tuum: ⁊ illuc ascēdisti
vt immolares hostias. Et post ostiū
et retro postem posuisti memoriale
tuum: quia iuxta me discooperuisti ⁊
suscepisti adulterum. Dilatasti cubi-
le tuū: ⁊ pepigisti cū eis fedus. Dile-
xisti stratum eorū manu aperta: ⁊ or-
nasti te regio vnguēto / ⁊ multiplica-
sti pigmēta tua. Misisti legatos tuos
procul: ⁊ humiliata es vsq3 ad infe-
ros. In multitudine vie tue labora-
sti: nec dixisti. Quiescam. Uitam ma
nus tue inuenisti: propterea non ro-
gasti. Pro quo solicita timuisti / quia C
mētita es ⁊ mei nō es recordata neq3
cogitasti in corde tuo: quia ego tacēs
et quasi non videns / ⁊ mei oblita es.
Ego autē annunciabo iusticiā tuam:
et opera tua non proderūt tibi. Cum
clamaueris: liberēt te cōgregati tui:
et omnes eos auferet vētus / tollet au
ra. Qui autē fiduciā habet mei here-
ditabit terrā: ⁊ possidebit montē san
ctum meū. Et dicā. Uiam facite: pre-
bete iter / declinate de semita: auferte
offendicula de via populi mei. Quia D
hec dicit excelsus ⁊ sublimis habitās
eternitatē: ⁊ sanctū nomē eius in ex-
celso ⁊ in sancto habitās / ⁊ cū contrito
et humili spiritu vt viuificet spiritum
humiliū vt viuificet cor contritorū. 16
Nō enī in sempiternū litigabo: neq3 De pe. di.
vsq3 ad finē irascar: q2 spiritus a fa- 3. c. talis.
cie mea egredietur / ⁊ flatus ego faciā.
Propter iniqtatē auaritie eius ira-
tus sum: ⁊ percussi eū. Abscondi a te
faciē meā et indignatus sum: ⁊ abiit
vagus in via cordis sui. Uias eius vi
di ⁊ sanaui eum ⁊ reduxi eum: ⁊ red-
didi cōsolationes ipsi ⁊ lugētib⁹ eius.
Creaui fructum labiorum pacem pa-
cem ei qui longe est ⁊ qui prope dixit
dñs: ⁊ sanaui eum. Impii autē quasi
mare feruēs qđ quiescere nō potest:
et redundant fluctus eius in concul-
cationem et lutum. Non est pax im-
piis: dicit dominus deus.

C. S. De ieiunio et eleemosyna et
aliis operibus misericordie: de vene-

ratione ⁊ obseruatione sabbati: ⁊ de
premiis eorundem. Capm.lviij.

A Clama ne cesses q̄si tuba exal-
43.di.c. ta vocē tuā ⁊ annūcia populo
Is rector. meo scelera eorū: ⁊ domui ia-
cob peccata eorū. Me etenim de die
in diem querūt ⁊ scire vias meas vo
lunt: quasi gēs q̄ iustitiā fecerit ⁊ q̄
iudiciū dei sui non dereliquerit. Ro
gāt me iudicia iustitie: ⁊ appropin-
quare deo volunt. Quare ieiunaui-
mus ⁊ nō aspexisti: hūiliauim⁹ aias
nostras ⁊ nescisti? Ecce in die ieiunij
vestri inuenit volūtas vestra: ⁊ oēs
debitores vestros repetitis. Ecce ad
B lites ⁊ ad cōtētiones ieiunatis: ⁊ p-
cutitis pugno impie. Nolite ieiuna-
re sicut vsq3 ad hanc diē: vt audiat
in excelso clamor vester. Nūqd tale
est ieiuniū qd elegi: per diē affligere
hominē animā suā? Nunqd ꝯtorque
re quasi circulū caput suum: ⁊ saccū
15.q.6. ⁊ cinerem sternere? Nunquid istud
c. authori vocabis ieiuniū: ⁊ diē acceptabilem
tate. dño? Nonne hoc est magis ieiuniu3
qd elegi? dissolue colligationes impie
tatis solue fasciculos deprimentes
C dimitte eos q̄ ꝯfracti sunt liberos et
omne onus dirūpe. Frange esurienti
panē tuum: ⁊ egenos vagosq3 induc
13.q.2.c. in domū tuā. Cū videris nudū oper
nō estime ri eū: ⁊ carnē tuā ne despexeris. Tūc
mus. erumpet quasi mane lumen tuū: et
sanitas tua citius orietur: et anteibit
faciē tuam iustitia tua: ⁊ gloria dñi
colliget te. Tunc inuocabis ⁊ dñs ex-
audiet te: clamabis ⁊ dicet/ Ecce ad
sum: q2 misericors sum dñs de⁹ tu⁹.
Si abstuleris de medio tui catenā:
⁊ desieris extendere digitū et loqui
qd nō prodest: cū effuderis esurienti
animā tuā ⁊ animā afflictā repleue
D ris: orietur in tenebris lux tua/ ⁊ tene-
bre tue erunt sicut meridies. Et re-
quiem tibi dabit dñs deus tu⁹ semp:
⁊ implebit splendorib⁹ animā tuam: ⁊
ossa tua liberabit. Et eris quasi hor-
tus irriguus et sicut fons aquaru3
cuius nō deficient aque. Et edifica-
buntur in te deserta seculorum: funda
menta generatiōis et gn̄ationis sus
citabis. Et vocaberis edificator se-
pium: auertens semitas iniquitatū.
Si auerteris a sabbato pede3 tuum
facere voluntatē tuam in die sancto
meo: ⁊ vocaueris sabbatū delicatu3
⁊ sanctū dñi gloriosum ⁊ glorificaue
ris eū dū non facis vias tuas ⁊ non
inuenitur volūtas tua vt loquaris ser-
monē: tūc delectaberis super dño: et
sustollā te super altitudines terre et
cibabo te hereditate iacob pris tui.
Os enim domini locutum est.
¶ C.S. Potens est deus ad saluan-
dū: benignus ad audiendum: sed no
stre iniquitates obsistunt: de arma-
tura q̄ indutus est dñs. Capm.lix.
Ecce non est abbreuiata manus A
dñi vt saluare nequeat: neq3 ag Nu.11.c.
grauata est auris eius vt non exau- s.50.a.
diat: s3 iniquitates vestre diuiserūt
inter vos ⁊ deum vestrum: ⁊ pecca-
ta vestra absconderunt faciem eius
a vobis ne exaudiret. Manus enim s.1.c.
vestre pollute sunt sanguine: ⁊ digi-
ti vestri iniquitate. Labia vestra lo-
cuta sunt mendaciū: ⁊ lingua vestra
iniquitatē fatur. Non est q̄ inuocet iu
stitiā neq3 est q̄ iudicet vere: sed cō-
fidūt in nihili ⁊ loquuntur vanitates.
Cōceperūt laborē: ⁊ pepererūt iniq- Iob.15.d.
tatem. Oua aspidū ruperūt: ⁊ telas
aranee texuerūt. Qui comederit de
ouis eorū morietur: et qd cōfotū est
erūpet in regulum. Tele eorum non B
erunt in vestimentū: neq3 operientur
operibus suis. Opera eorū opera in
utilia ⁊ opus iniqtatis in manibus
eorū. Pedes eorū ad malū currunt: Pue.1.b.
⁊ festinant vt effundāt sanguinē in Ro.3.b.
nocentē. Cogitationes eoru3 cogita
tiones inutiles. Uastitas ⁊ cōtritio
in vijs eorū. Uiā pacis nescierūt: et
non est iudiciū in gressibus eorum.
Semite eorū incuruate sunt eis: ois
qui calcat in eis ignorat pacē. Pro-
pter hoc elongatum est iudiciū a no
bis: ⁊ nō apprehendet nos iustitia.
Expectauimus lucē: ⁊ ecce tenebre/
splendorē: et in tenebris ambulaui-
mus. Palpauimus sicut ceci parie-
tem: et quasi absq3 oculis attrectaui
mus. Impegimus meridie quasi in
tenebris: i caliginosis quasi mortui.
Rugiemus quasi vrsi oēs / et quasi
colūbe meditātes gememus. Expe- C
ctauimus iudiciū et nō est: salutem
et elongata est a nobis. Multiplica-
te sunt enim iniquitates nostre co-
ram te: ⁊ peccata nostra rñderūt no
bis: quia scelera nostra nobiscum et
iniquitates nostras cognouim⁹ pec
care ⁊ mētiri ꝯtra dñm: et auersi su-
mus ne irem⁹ post tergu3 dei nři: vt
loqueremur calūniā ⁊ transgressionē.
Cōcepim⁹ et locuti sumus de corde

vba mendacij ꝛ ꝯuersum est retror-
sum iudiciũ ꝛ iusticia lõge stetit: qꝛ
corruit in plateis veritas ꝛ equitas
no potuit ingredi. Et facta est veri-
tas i obliuiõe: ꝛ q̃ recessit a malo p̃-
de patuit. Et vidit dñs ꝛ malum ap-
paruit i oculis eiꝰ qꝛ nõ est iudiciũ.
Et vidit deus qꝛ nõ est vir. Et apo-
riatus est qꝛ nõ est qui occurrat. Et
saluabit sibi brachiũ suũ: et iusticia
eph.6.c. eius ipsa cõfirmauit eũ. Indutꝰ est
1.thes.5.b iusticia vt lorica ꝛ galea salutꝭ i ca-
D pite eius. Indutꝰ est vestimentis vl
tionis: ꝛ opertꝰ est quasi pallio zeli.
Sicut ad vindictã q̃si ad retributio-
nẽ indignationis hostibꝰ suis ꝛ vi-
cissitudinẽ inimicis suis. Insulis vi-
cẽ reddet. Et timebũt qui ab occidẽ-
te nomẽ dñi ꝛ q̃ ab ortu solis gloriã
Ro.11.d. eiꝰ: cũ venerit q̃si fluuius violentus
quẽ spũs dñi cogit et venerit sion re
dẽptor ꝛ eis q̃ redeũt ab iniquitate
in iacob dicit dñs. Hoc fedꝰ meũ cũ
3.10.b. eis dicit dñs. Spũs meus qui est in
te ꝛ verba mea que posui in ore tuo
non recedent de ore tuo et de ore se-
minis tui: dicit dominus amodo et
vsq in sempiternum.

¶ C.S. De primitiua ecclesia: de glo
ria ecclesie in presenti: ꝛ de beatitu-
A dine ipsius in futuro. Capitulũ.lx.
SUrge illuminare hierusalẽ qꝛ
venit lumen tuũ: ꝛ gloria domi-
3.49.c. ni sup te orta est: qꝛ ecce tenebre ope
rient terram ꝛ caligo populos: sup
te autem orietur dñs et gloria eius
in te videbitur. Et ambulabũt gẽtes
in lumine tuo: ꝛ reges i splẽdore or-
tus tui. Leua in circuitu oculos tu-
os ꝛ vide: oẽs isti cõgregati sunt, ve
nerũt tibi. Filij tui de longe veniẽt:
mat.2.a. ꝛ filie tue de latere surgẽt. Tunc vi-
debis ꝛ afflues ꝛ mirabit et dilata-
bit cor tuũ quãdo cõuersa fuerit ad
te multitudo maris fortitudo gen-
tiũ venerit tibi. Inundatio camelo-
rũ operiet te dromedarij madian et
B epha. Oẽs de saba veniẽt aurum et
thus deferentes: ꝛ laudẽ dño annũ-
ciantes. Oẽ pecus cedar ꝯgregabit
tibi: arietes in Nabaioth ministra-
bũt tibi. Offerentur sup placabili al
tari meo: ꝛ domũ maiestatꝭ mee glo
rificabo. Qui sunt isti qui vt nubes
volant: ꝛ quasi colũbe ad fenestras
suas? Me eñ insule expectant ꝛ na-
ues maris in principio vt adducã fi
lios tuos de lõge. Argẽtũ corũ et au-

rũ corũ cum eis nomini dñi dei tui ꝛ
scõ isrl': qꝛ glorificauit te. Et edifica
bũt filij peregrinorũ muros tuos: et
reges eorũ ministrabũt tibi. In in- C
dignatione eñ mea pcussi te: ꝛ in re-
cõciliatione mea misertꝰ sũ tui. Et
aperient porte tue iugiter: die ac no apo.21.g.
cte nõ claudent: vt afferat ad te for
titudo gentiũ et reges earũ adducã
tur. Gẽs eñ ꝛ regnũ qḋ nõ seruierit
tibi peribit: ꝛ gẽtes solitudine vasta
bunt. Gl'ia libani ad te veniet abies
ꝛ buxꝰ ꝛ pinꝰ simul ad ornãdũ locũ
sanctificationis mee: ꝛ locũ pedum
meorũ glorificabo. Et veniẽt ad te cur-
ui filij eorũ q̃ humiliauerũt te ꝛ adora-
bũt vestigia pedũ tuorũ oẽs q̃ detra-
hebãt tibi: et vocabũt te ciuitatẽ dñi
sion sancti isrl'. Pro eo ꝙ fuisti dere- 3.36.a.
licta et odio habita et nõ erat q̃ p te
trãsiret ponã te i supbiã sclorũ / gau-
diũ in gñatione ꝛ gñatione: ꝛ suges
lac gentiũ ꝛ mamilla regũ lactaberꝭ
ꝛ scies qꝛ ego dñs saluãs te et redẽ-
ptor tuꝰ fortis iacob. Pro ere afferã
aurũ ꝛ p ferro afferã argentũ: ꝛ p
lignis es et p lapidibꝰ ferrũ. Et po- D
nã visitationẽ tuã pacẽ: ꝛ p̃positos
tuos iusticiã. Nõ audiet vltra iniq-
tas in terra tua: vastitas ꝛ ꝯtritio in
terminis tuis / ꝛ occupabit salꝰ mu-
ros tuos et portas tuas laudatio.
Nõ erit tibi ãplius sol ad lucẽdũ p Apoc.21
diẽ nec splẽdor lune illuminabit te: g.ꝛ.22.a.
sed erit tibi dñs i lucẽ sempiternã et
deꝰ tuꝰ i gloriã tuã. Nõ occidet vltra
sol tuꝰ ꝛ luna tua nõ minuet: qꝛ erit
tibi dñs i lucẽ sẽpiternã ꝛ ꝯplebunt
dies luctꝰ tui. Ppl's aũt tuus oẽs iu
sti i ppetuũ hereditabunt terrã: ger-
mẽ plãtatiõis mee opꝰ manꝰ mee ad
glorificãdũ. Minimꝰ erit i mille ꝛ par
uulꝰ in gentẽ fortissimã. Ego dñs in
tempore eius subito faciam istud.

¶ C.S. De vnctiõe ꝛ missiõe ꝛ p̃dica
tiõe xp̃i: de vbis ipsiꝰ ad p̃dicatores
exultat eccl'ia in decore suo. Cap.lxi.
SPiritus dñi sup me: eo ꝙ vnxe- A
rit me dñs. Ad annunciandum Lu.4.c.
mãsuetis misit me vt mederer ꝯtri-
tos corde ꝛ p̃dicarẽ captiuis indul-
gentiam ꝛ clausis apertionẽ: vt p̃dica
rẽ ãnũ placabilẽ dño et diẽ vltionis
deo nr̃o: vt ꝯsolarer oẽs lugẽtes vt
ponerẽ fortitudinẽ lugẽtibꝰ siõ ꝛ da-
rẽ eis coronã p cinere oleũ gaudij
pro luctu palliũ laudis p spũ mero-
ris. Et vocabunt i ea fortes iusticie B

plātatio dñi ad glorificādū. Et edifi-
cabūt deserta a sclo ⁊ ruinas antiq̄s
erigēt ⁊ instaurabūt ciuitates deser
tas ⁊ dissipatas in gñatione ⁊ gene-
ratione. Et stabūt alieni ⁊ pascēt pe
cora v̄ra: ⁊ filij peregrinorū agricole
et vinitores v̄ri erūt. Uos aūt sacer
dotes dñi vocabimini ministri dei
nr̄i: dicet vobis. Fortitudinē gentiū
comedetis: et in glīa eorꝫ superbietis.
C Pro cōfusione v̄ra duplici: ⁊ rubore
laudabūt partē eorꝫ. Propter hoc in
terra sua duplicia possidebūt: leticia
de conse. sempitna erit eis: q2 ego dñs diligēs
disti. 5. c. iudiciū: et odio habēs rapinā i holo-
non. caustū. Et dabo op⁹ eorū i veritate: ⁊
fedus ppetuū feriā eis. Et sciet i gē-
tibus semē eorū: ⁊ germē eorū i me-
D dio populorꝫ. Oēs q̄ viderint eos co-
gnoscent illos: q2 isti sunt semen cui
benedixit dñs. Gaudens gaudebo in
dño ⁊ exultabit aīa mea in deo meo.
Quia induit me vestimētis salutis
⁊ indumēto iustitie circundedit me
quasi sposum decoratū corona: ⁊ qua
si spōsam ornatā monilib⁹ suis. Si-
cut enim terra profert germē suū / et
sicut hortus semen suū germinat: sic
dñs de⁹ germinabit iustitiam ⁊ lau-
dem coram vniuersis gentibus.
C Ca. S. Predicatur aduentus chri-
sti fecunditas ecclesie / et clamor cu-
A stodum: de iudicio. Capitulum. lxij.
P Ropter sion nō tacebo ⁊ pro-
pter hier'm non q̄escā donec
egrediat vt splēdor iust⁹ ei⁹
⁊ saluator ei⁹ vt lāpas accendat. Et
videbūt gētes iustū tuū: ⁊ cuncti re-
ges inclytū tuū. Et vocabit tibi no-
B men nouū: qd os dñi noīauit. Et eris
corona glīe i manu dñi: et diadema
regni i manu dei tui. Nō vocaberis
vltra derelicta / ⁊ terra tua nō voca-
bit ampli⁹ desolata: s3 vocaberis vo
lūtas mea i ea ⁊ terra tua inhabitata
q2 cōplacuit dño in te: ⁊ terra tua in-
habitabitur. Habitabit eni iuuenis
cū virgine: ⁊ habitabūt i te filij tui.
C Et gaudebit sponsus super sponsam
⁊ gaudebit super te de⁹ tuus. Super
muros tuos hierusalem cōstitui cu-
stodes: tota die et tota nocte perpe-
tuo non tacebūt. Qui reminiscimini
dñi ne taceatis: ⁊ ne detis silentiū ei
donec stabiliat ⁊ donec ponat hieru
salē laudē i terra. Jurauit dñs i dex-
tera sua: et in brachio fortitudinis
sue. Si dedero triticū tuū vltra cibū
inimicis tuis: ⁊ si biberint filij alieni
vinū tuū in quo laborasti. Qui q̄ con- D
gregabūt illud comedēt ⁊ laudabūt
dñm: ⁊ q̄ cōportāt illud bibant i atrijs J. 40. c.
sanctis meis. Transite trāsite p por
tas pparate viā populo planū faci-
te iter et eligite lapides / ⁊ leuate si-
gnum ad populos. Ecce dñs auditū
fecit i extremis terre. Dicite filie siō / mat. 21. a.
Ecce saluator tu⁹ venit / ecce merces zach. 9. b.
eius cū eo: ⁊ opus eius corā illo. Et
vocabunt eos populus sanct⁹: redē-
pti a domino. Tu autem vocaberis
quesita ciuitas / ⁊ non derelicta.
C C. S. De ascēsione et passione xp̄i
commemoratio preteritarum chri-
sti: ⁊ nouarū postulatio. Cpm. lxiij.
Q Uis est iste q̄ venit de edom ti-
ctis vestibus de bosra: iste for A
mosus in stola sua gradiens in mul
titudine fortitudinis sue. Ego qui lo-
quor iustitiam: et propugnator sum
ad saluandum. Quare ergo rubrum
est indumentum tuum: et vestimen- apo. 19. c.
ta tua sicut calcantium i torcularis
Torcular calcaui solus: ⁊ de gentib⁹
nō est vir mecū. Calcaui eos in furo
re meo: ⁊ conculcaui eos in ira mea:
⁊ aspersus est sanguis eorꝫ sup vesti
menta mea: ⁊ oīa indumēta mea in-
quinaui. Dies enim vltionis i corde B
meo: ann⁹ retributiōis mee vēit. Cir
cūspexi ⁊ non erat auxiliator: q̄siui ⁊
non fuit qui adiuuaret. Et saluauit
mihi brachiū meū: ⁊ indignatio mea
ipsa auxiliata est mihi. Et cōculcaui 24. q. 3.
populos in furore meo / et inebriaui c. quidā.
eos in indignatiōe mea: ⁊ detraxi in
terrā virtutē eorum. Miserationum
dñi recordabor: laudē dñi super om-
nibus que reddidit nobis dominus
et super multitudinem bonorum do
mus Israel que largitus est eis secū
dum indulgentiam suam / et secun-
dum multitudinē misericordiarum
suarum. Et dixit. Uerumtamen po-
pulus meus est filij non negātes: et
factus est eis saluator. In omni tri-
bulatione eorū non est tribulatus et
angelus faciei ei⁹ saluauit eos in di
lectione sua: ⁊ in indulgētia sua ipse
redemit eos ⁊ portauit eos / ⁊ eleua-
uit eos cunctis dieb⁹ seculi. Ipsi au- C
tē ad iracundiā prouocauerūt: ⁊ af-
flixerūt spiritū sancti eius: ⁊ conuer
sus est eis in inimicū: ⁊ ipse debella
uit eos. Et recordatus est dierum se
culi moysi / ⁊ populi sui. Ubi est qui

eduxit eos de mari cum pastoribus
gregis sui: Ubi est qui posuit in me-
dio eius spiritũ sancti sui: Qui edu-
xit ad dexteram moysen brachio ma-
iestatis sue: qui scidit aq̃s ante eos/
vt faceret sibi nomẽ sempiternũ: qui
eduxit eos per abyssos quasi equum
in deserto nõ impingentẽ: quasi aial
in campo descẽdẽs spũs dñi ductor
D eius fuit. Sic adduxisti populũ tuũ
deu.26.d. vt faceres tibi nomẽ glorie. Attende
baru.2.d. de celo et vide de habitaculo sancto
tuo/et solio glorie tue. Ubi est zelus
tuus et fortitudo tua: multitudo vi-
scerum tuorũ ⁊ miserationũ tuarũ:
Super me cõtinuerũt se. Tu eñ pa-
13.q.2.c. ter nr̃ ⁊ abraã nesciuit nos: et israel
qui diuisa ignorauit nos. Tu dñe pater nr̃ ⁊ re-
.§.qui de dẽptor noster a seculo nomen tuum.
mortuis. Quare errare nos fecisti dñe de viis
tuis: indurasti cor nostrũ ne timere-
mus te: Conuertere propter seruos
tuos trib⁹ hereditatis tue. Quasi ni-
hilũ possederũt populũ sanctũ tuũ:
hostes nostri cõculcauerũt sanctifi-
cationẽ tuam. Facti sumus quasi in
pricipio cũ nõ dñareris nostri: neq̃
inuocaretur nomẽ tuum super nos.
¶ C.S. Desideratur aduentus chri-
sti: ⁊ ipse occurrit facienti iustitiam/
confitentur mala sua/et bonitatem
dei commemorat. Capitulum. lxiiii.
A Utinam dirumperes celos ⁊ de-
scenderes. A facie tua montes
defluerẽt: sicut exustio ignis tabesce-
rent: aque arderent igni/ vt notum
fieret nomen tuũ inimicis tuis: a fa-
cie tua gentes turbarent. Cum fece-
ris mirabilia: nõ sustinebimus. De-
scendisti: ⁊ a facie tua montes deflu-
B xerũt. A seculo non audierunt/neq̃
1.co.2.b. auribus perceperunt: ocul⁹ non vidit
deus absq̃ te q̃ preparasti expectan-
tibus te. Occurristi letanti ⁊ faciẽti
iustitiam: in viis tuis recordabũtur
tui. Ecce tu irat⁹ es ⁊ peccauim⁹: in
ipsis fuimus semper ⁊ saluabimur.
Et facti sum⁹ vt immundi oẽs nos
et quasi pãnus menstruate vniuerse
C iustitie nostre. Et cecidim⁹ quasi fo-
lium vniuersi: ⁊ iniq̃tates nr̃e quasi
ventus abstulerũt nos. Non est q̃ in-
uocet nomen tuum qui consurgat et
teneat te. Abscondisti faciẽ tuã a no-
bis: ⁊ allisisti nos in manu iniquita-
D tis nr̃e. Et nunc dñe pat' noster es tu
nos vero lutũ: ⁊ fictor nr̃ tu ⁊ opera
so.78. manuũ tuarũ oẽs nos. Ne irascaris

dñe satis ⁊ ne vltra memineris iniq̃-
tatis nostre. Et respice: popul⁹ tuus
oẽs nos. Ciuitas sctĩ tui facta est de-
serta Siõ deserta facta est: Hierusa-
lẽ desolata est: dom⁹ sanctificatiõis
nostre et glorie nostre: vbi laudaue-
runt te patres nostri facta est in exu-
stionem ignis ⁊ oĩa desiderabilia
nostra versa sunt in ruinas. Num-
quid super his cõtinebis te domine
tacebis ⁊ affliges nos vehementer:
¶ C.S. Uox xp̃i de passione sua: ⁊ cõ-
tra iudeos/de idolatria/de distãtia
inter seruientẽ dño et non seruiẽtem
deo: de felicitate hieru'm. Capitulum. lxv.
Q Uesierũt me q̃ añ nõ interro- y. A
gabãt: inuenerũt q̃ nõ q̃sierũt Ro.10.d.
me. Dixi. Ecce ego: ecce ego
ad gẽtẽ q̃ nesciebat me: ⁊ q̃ nõ inuo-
cabat nomẽ meum. Expãdi manus .J.66.c.
meas tota die ad populũ incredulũ:
qui gradit' in via nõ bona post cogi-
tationes suas. Popul⁹ qui ad iracũ-
diam prouocat me ante faciẽ meam
semp: qui immolãt in hortis ⁊ sacri-
ficãt super lateres: q̃ habitãt i sepul-
chris ⁊ in delubris idolorũ dormiũt:
q̃ comedũt carnẽ suillã ⁊ ius pphã-
nũ in vasis eorũ. Qui dicunt. Rece-
de a me: non appropinques mihi: q̃r
immũdus es. Isti fumus erũt in fu-
rore meo: ignis ardẽs tota die. Ecce B
scriptũ est corã me. Non tacebo/sed
reddã ⁊ retribuã in sinu eorũ iniqui-
tates vestras/⁊ iniq̃tates patrũ ve-
strorũ simul dicit dñs q̃ sacrificaue-
runt super mõtes ⁊ sup colles expro-
brauerũt mihi: ⁊ remetiar opus eorũ
primũ in sinu eorum. Hec dicit dñs.
Quomodo si inueniat' granũ in bo-
tro ⁊ dicat'. Ne dissipes illud qm̃ bñ-
dictio est: sic faciam propter seruos
meos: vt non disperdã totũ. Et edu-
cã de iacob semen: ⁊ de iuda possidẽ-
tem mõtes sanctos meos. Et heredi-
tabũt eã electi mei: ⁊ serui mei habi-
tabũt ibi. Et erunt cãpestria in caul-
las gregum: ⁊ vallis achor in cubile
armentorũ popul'o meo qui requisie-
rũt me. Et vos q̃ dereliquistis dñm
qui obliti estis montẽ sanctum meũ
qui ponitis fortune mẽsam ⁊ libatis
sup eam numerabo vos in gladio et
oẽs in cede corruetis: pro eo q̃ vo- puer.1.c.
caui ⁊ nõ respondistis: locut⁹ sum et hier.7.c.
non audistis ⁊ faciebatis malum in
oculis meis: ⁊ q̃ nolui elegistis. Pro- C
pter hoc hec dicit dñs deus. Ecce ser-

C ni mei comedẽt:et vos esurietis. Ec-
ce serui mei bibent:et vos sitietis. Ec-
ce serui mei letabũtur: et vos confun
demini. Ecce serui mei laudabũt pre
exultatione cordis:et vos clamabitis
pre dolore cordis:⁊ pre cõtritiõe spi-
ritus vlulabitis:et dimittetis nomen
vestrũ in iuramentũ electis meis. Et
interficiet te dñs de⁹/et seruos suos
vocabit nomie alio. In quo q̃ benedi
ctus est super terrã:benedicet in deo
amen. Et q̃ iurat in terra: iurabit in
deo amen. Qz obliuioni tradite sunt
angustie priores:et qz abscõdite sunt
ab oculis nr̃is. Ecce eniz ego creo ce-
los nouos/et terrã nouã: et non erũt
in memoria priora/et nõ ascẽdent su
per cor:sed gaudebitis et exultabitis
vsqz in sempiternũ in his q̃ ego creo.
Qz ecce ego creo hierusalẽ exultatio-
nẽ:et ppl'm eius gaudiuz:et exultabo
19 in hier'm/et gaudebo in pp'lo meo:
D et nõ audiet in ea vltra vox fletus et
vox clamoris. Non erit ibi amplius
infans dierũ:et senex qui nõ impleat
dies suos. Qm̃ puer centuz annorum
morief:et pctõr centum annorũ male
dictus erit. Et edificabunt domos/et
inhabitabũt:et plantabũt vineas/et
comedẽt fruct⁹ earũ. Nõ edificabũt
et alt⁹ habitabit:nõ plãtabũt/⁊ alius
comedet. Scdm enĩ dies ligni/erunt
dies ppl'i mei:et opera manuũ eoruz
inueterabunt electi mei. Non labora
bunt frustra:neqz generabunt ĩ con-
turbatione: qz semen bñdictoruz dñi
Ro.31.b. est/et nepotes eorũ cuz eis. Eritqz an
teq̃ clamẽt ego exaudiã: adhuc illis
loquẽtib⁹ ego audiã. Lupus et agnus
pascent simul: et leo et bos comedẽt
paleas:et serpẽti puluis panis eius.
Non nocebunt neqz occident in om-
ni monte sancto meo/dicit domin⁹.

¶ C.S. De loco q̃etis dñi:de reproba
tione carnalis sacrificij:de partu vir-
ginis/et fecunditate ecclesie:de gau-
dio et delitiis hier'm ⁊ ecclesie:de iu-
dicio dñi et de premiis sanctorũ ⁊ pe
nis impiorũ interponit/de missione
et predicatione apostolorũ. Cpz.lxvi.

A 1 Hec dicit dominus. Celum sedes
act.7.f. mea:terra autem scabellum pe-
1.q.1.c.p dum meorum. Que ista domus quaz
esaiam. edificabitis mihi: et quis iste locus
requietionis mee? Omnia hec man⁹
mea fecit:et facta sunt vniuersa ista
dicit dominus. Ad quem autez respi-
ciam/nisi ad pauperculũ/et contri-
tum spũ:et trementẽ sermões meos?
Qui immolat bouem:quasi q̃ interfi-
ciat virum. Qui mactat pecus: quasi
qui excerebret canez. Qui offert obla
tionem: quasi qui sanguinem suilluz
offerat. Qui recordatur thuris: qua-
si q̃ bñdicat idolo. Hec omnia elegerũt B
in vijs suis: et in abominationibus
suis aĩa eorũ delectata est. Unde et
ego eligã illusiones eor:et que time-
bant adducã eis:qz vocaui et nõ erat
qui respõderet:locut⁹ sum et non au
dierunt. Feceruntqz malum in oculis puer.1.c.
meis:et q̃ nolui elegerũt. Audite ver- hie.7.c.
bum dñi:qui tremitis ad verbũ eius.
Dixerunt fratres vestri odiẽtes vos
et abijciẽtes propter nomen meum.
Glorificet dñs/et videbimus in leti-
tia vestra: ipsi autẽ cõfundent. Vox C
populi de ciuitate/vox de tẽplo/vox
dñi reddentis retributionẽ inimicis
suis. Anteq̃ parturiret peperit: an- hie.18.c.
teq̃ veniret partus eius/peperit ma
sculũ. Quis audiuit vnq̃ tale/⁊ quis
vidit huic simile? Nunquid parturiet
terra in die vna:aut parietur gens si-
mul/quia parturiuit et peperit sion
filios suos? Nunqd ego qui alios pa-
rere facio/ipse nõ pariam dicit dñs?
Si ego qui generationem ceteris tri
buo/sterilis ero: ait dñs deus tuus?
Letamini cũ hier'm:⁊ exultate in ea D
oẽs qui diligitis eã. Gaudete cũ ea
gaudio vniuersi qui lugetis sup eam/
vt sugatis et repleamini ab vberibus
consolationis ei⁹ vt mulgeatis:et de-
litiis affluatis ab oĩmoda glĩa eius.
Quia hec dicit dñs. Ecce ego declina
bo super eã quasi fluuiũ pacis/et q̃si
torrẽtem inundantẽ gloriã gentiuz/
quam sugetis. Ad vbera portabimi-
ni:⁊ super genua blandientur vobis.
Quomodo si cui mater blandiat: ita E
ego cõsolabor vos:et in hier'm conso
labimini. Videbitis et gaudebit cor
vestrum:et ossa vr̃a quasi herba ger-
minabũt:et cognoscet man⁹ dñi ser-
uis eius:⁊ indignabit inimicis suis.
Quia ecce dñs in igne veniet/et qua 15
si turbo quadriga eius reddere in in-
dignatione furorẽ suum/et increpa-
tionẽ suam in flamma ignis: quia in
igne dñs diiudicabit:et in gladio suo
ad oẽm carnẽ:et multiplicabũtur in-
terfecti a dño. Qui sanctificabant et
mundos se putabant in hortis post
ianuam intrinsecus: qui comedebãt
carnẽ suillã/et abominationẽ/et mu

rem: simul consumetur dicit domi-
F nus. Ego autem opera eorũ / et cogi-
tationes eorũ / venio / vt congregẽ cũ
omnibus gentibus et linguis. Et ve-
nient et videbunt gloriã meã. Et po
nam in eis signũ / et mittã ex eis qui
saluati fuerint ad gẽtes in mare / in
Aphricam et lydiã tenentes sagittã
in Italiã et greciã ad insulas lõge ad
eos qui nõ audierũt de me: et non vi-
derunt gloriã meã. Et annunciabunt
G gloriã meã gẽtibus: et adducent om-
nes fratres vros de cunctis gẽtibus
donum dño: in equis: et in quadrigis
et in lecticis / et in mulis / et in carru-
cis ad montẽ sanctũ meũ hierusalẽ
dicit dñs: quomodo si inferãt filij Is-
rael munus in vase mundo in domũ
dñi. Et assumã ex eis in sacerdotes /
apo. 21.a. et leuitas dicit dñs / q2 sicut celi noui
et terra noua / que ego facio stare co-
ram me dicit dñs de⁹: sic stabit semẽ
vestrũ / et nomen vestrũ. Et erit men
sis ex mense / et sabbatum ex sabbato.
19.q.3.c. Veniet ois caro vt adoret coram fa-
quoniã. cie mea: dicit dñs. Et egredientur et
mar. 9.g. videbunt cadauera virorũ qui preua
ricati sunt in me. Vermis eorũ non
morietur / et ignis eorum non extin-
guetur: et erunt vsq3 ad satietatẽ vi-
sionis omni carni.

Explicit Esaias.

Incipit prefatio sancti Hierony-
mi in Hieremiam prophetam.

Hec interpretatio sancti Hieronymi est. Si quid in ea nouerit secundum hebreos codices exploretur. Alia est septuaginta interpretũ ecclesijs vsitata. Que quãuis nonnulla aliter habeat / q3 in hebreis codicibus inuenit: tñ vtraq3 / id est scdm septuaginta et scdm hebreã / apostolica authoritate firmata est: non errore neque reprehensione superiori: s3 certo consilio septuaginta nonnulli aliter dixisse / vel contexuisse intelliguntur. Quod ideo premonemus / ne quisq3 alteram ex altera velit emendare. Quod singulorum in suo genere veritas obseruata est.

Incipit prologus in eundem.

Hieremias propheta cui hic prologus scribitur sermone quidem apud Hebreos Esaie / et Osee / et quibusdam aliis prophetis videtur esse rusticior sed sensibus par est: quippe qui eodem spiritu prophetauerit. Porro simplicitas eloquij de loco ei in quo natus est accidit. Fuit enim Anathotites qui est vsque hodie viculus / tribus ab Hierosolymis distans milibus. Sacerdos ex sacerdotibus et in matris vtero sanctificatus virginitate sua / euangelicum virum christi ecclesie dedicans. Hic vaticinari exorsus est puer / et captiuitatem vrbis atque iudee: non solum spiritu / sed et oculis carnis intuitus est. Jam decem tribus israel Assyrij in medos trãstulerant: iam terras earum Coloni gentium possidebant. Unde in iuda tñ et in Beniamin prophetauit: et ciuitatis sue ruinas quadruplici plãxit alphabeto: quod nos mensure metri / versibusque reddidimus. Preterea ordinem visionum qui apud Grecos et Latinos oino cõfusus est ad pristinam fidem correximus. Librum aũt Baruch notarij eius: qui apud hebreos nec legitur / nec habetur pretermisimus. Pro his omib⁹ maledicta ab emulis prestolantes / quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior / quia vos me cogitis. Ceterum ad compẽdium mali rectius fuerat modum furori eorum silentio meo ponere / q3 quotidie novi aliquid scriptitantem inuidorum insaniam prouocare.

Item alius prologus in eundem.

Joachim filius iosie: cuius tertiodecimo anno prophetare orsus est Hieremias sub quo et Olda mulier prophetauit. Ipse est qui alio noie appellatur Eliachim / et regnauit super tribum Juda et Hierusalẽ annis vndecim. Cui successit in regnũ filius Joachim cognomento Jechonias: qui tertio mẽse regni ei⁹ die decima captus a ducibus Nabuchodonosor / ductus est in Babylonẽ / et in loco eius constitutus est Sedechias filius Josie patruus eius. Cuius anno vndecimo Hierusalem capta atq3 subuersa est. Nemo igitur putet eundem in Danielis principio Joachim / qui in Ezechielis exordio Joachim scribit. Iste extremã syllabã chim h3 / ille chin. Et ob hanc causam in euangelio / scdm Mattheum vna videtur deesse generatio: quia secunda thessaredecas in Joachin desinit filiũ Josie / et tertia icipit a Joachin filio Joachim. Quod ignorans

Porphirius/calumniam instruit ec-
clesie: suam ostendens imperitiam/
dum euangelistã Mattheum argue-
re nititur falsitatis. Quodque tradi-
tum scribitur/ Joachim mõstrat non
aduersariorum fortitudinis fuisse vi-
ctoriam: sed domini voluntatis.

¶ Argumentum in eundem.

Hieremias anathotites q̃ est vi-
culus tribus a Hierosolymis di-
stans milibus: apud Thannas i E-
gypto a populo lapidibus obrutꝰ oc-
cubuit. Jacet vero in eo loco sepultꝰ/
quo dudum Pharao rex habitaue-
rat. Et quoniam postulatione sua de
fugatis ab eodem loco serpentibus
Egyptios a tactu aspidum facit esse
securos/ magna eum ibi religione e-
gyptij venerantur.

¶ Explicit argumentum.

¶ Incipit Hieremias propheta.

¶ C.S. De sanctificatione et missio-
ne Hieremie: de virga vigilante/ et
olla succensa a facie aquilonis pro-
pheta confortatur. Capitulum.i.

A Verba hieremie filij hel-
chie / de sacerdotibus
qui fuerunt in anathot
in terra beniamin. Quõ
factum est verbum do-
mini ad eum in diebus
Josie filij amon regis iu-
da/ in tertiodecimo anno regni eius.
Et factum est in diebus ioachim fi-
lij Josie regis iuda/ vsq͡ʒ ad consum-
mationẽ vndecimi anni sedechie fi-
lij iosie regis iuda/ vsq͡ʒ ad transmi-
B gratione Hierl'm/ in mense quinto.
§.q.i.in Et factũ est verbũ dñi ad me dicens.
scriptur. Priusq͡ʒ te formarẽ in vtero noui te
et anteq͡ʒ exires de vulua sanctifica-
ui te: et prophetã in gẽtibus dedi te.
Et dixi. A/a/a/ dñe deus: ecce nescio
loqui: q2 puer ego sum. Et dixit dñs
ad me. Noli dicere/ quia puer sum:
quoniam ad oĩa que mittã te ibis: et
vniuersa quecũq͡ʒ mandauero tibi/
loqueris. Ne timeas a facie eorum
36.di.ca. quia tecũ ego sum vt eruam te dicit
ecclesia. dñs. Et misit dñs manum suã/ et te-
De ma.et tigit os meũ/ et dixit dñs ad me. Ec-
obe.c.soli ce dedi verba mea i ore tuo: ecce con-
te. stitui te hodie sup gentes et super re-
gna: vt euellas/ et destruas/ et disper
das/ et dissipes/ et edifices/ et plan-
tes. Et factũ est verbũ dñi ad me di-
cens. Quid tu vides Hieremia? Et di-
xi. Uirgam vigilantem ego video. Et
dixit dñs ad me. Bene vidisti/ q̃a vi-
gilabo ego sup verbo meo/ vt faciam
illud. Et factũ est verbũ dñi scdo ad C
me dicens. Quid tu vides? Et dixi.
Ollam succensam ego video: et faciẽ
eius a facie aquilonis. Et dixit dñs
ad me. Ab aq̃lone pãdet omne malũ
super omnes habitatores terre. Q2 .J.24.b.
ecce ego cõuocabo omes cognatiões
regnorũ aquilonis ait dñs: et venient
et ponẽt vnusq͡ʒq͡ʒ solium suum in in-
troitu portarũ hierl'm: et super omes
muros eius in circuitu: et super vni- D
uersas vrbes iuda. Et loquar iudicia
mea cum eis super omnem maliciã
eorũ qui dereliquerunt me/ et libaue-
rũt diis alienis: et adorauerunt opus
manuũ suarũ. Tu ergo accinge lum-
bos tuos et surge: et loq̃re ad eos om-
nia q̃ ego p̃cipio tibi. Ne formides a
facie eorũ: nec enim timere te faciam
vultũ eorũ. Ego q̃ppe dedi te hodie i
ciuitatẽ munitã/ et in colũnã ferreã:
et in murũ ereũ sup oẽm terrã regi-
bus iuda/ principibꝰ eiꝰ et sacerdoti-
bus/ et oĩ pp'lo terre: et bellabunt ad-
uersũ te/ et nõ preualebunt: q2 ego te .J.15.a.
cum sum ait dñs/ vt liberem te.
¶ C.S. Docet q̃d dicat: increpat pro-
pter sacerdotes ꝛ pastores pro ido-
lis: de fonte aque viue: de aqua turbi
da et aliena vinea: increpat hierusa
lem q2 sit inobediens: et meretrix de-
generans polluta idolis: desperans
obstinata oblita domini increpat de
sanguine pauperum. Capitulum.ij.
Et factũ est verbũ dñi ad me/ di- A
cens. Uade et clama in auribus .J.3.d.
hierusalem dicens. Hec dicit domi-
nus. Recordatus sum tui/ miserans
adolescẽtiã tuã/ ꝛ charitatẽ despõsa-
tionis tue: qñ secuta es me in deserto
in terra q̃ nõ seminat. Sãctus israel
dño: primitie frugũ eiꝰ. Oẽs q̃ deuo-
rãt eum delinquũt: mala venient sup
eos/ dicit dñs. Audite verbũ dñi do-
mus iacob/ et oẽs cognationes domꝰ
isrl'. Hec dicit dñs. Quid inuenerunt
patres vestri in me iniquitatis/ quia
elongauerũt a me/ et ambulauerunt
post vanitatẽ/ et vani facti sunt: ꝛ nõ
dixerũt. Ubi est dominus qui ascen- B
dere nos fecit de terra egypti: q̃ tra-
duxit nos per desertum/ per terram
inhabitabilẽ et inuiam: per terrã si-
tis et imaginem mortis: per terrã in-

quia nō ambulauit vir/neque habita-
uit homo? Et induxi vos in terrā car
meli. vt comederetis fructum eius/et
bona illius. Et ingressi contamina-
stis terrā meā: et hereditatē meā po-
suistis in abominationē. Sacerdo-
tes nō dixerūt/vbi est dñs? et tenen-
tes legē nescierunt me: et pastores
preuaricati sunt in me. Et prophete
prophetauerūt in baal: et idola secu-
ti sunt. Propterea adhuc iudicio cō-
tendā vobiscū ait dñs: et cum filiis ve
E stris disceptabo. Transite ad insulas
cethim et videte: et in cedar mittite
et considerate vehementer: et videte
si factum est huiuscemodi/si muta-
uit gens deos suos: et certe ipsi non
sunt dii. Populus vero me⁹ mutauit
gloriā suā in idolū. Obstupescite ce-
li sup hoc: et porte ei⁹ desolamini ve-
hementer dicit dñs. Duo eñi mala fe-
cit ppl'us meus. Me dereliquerunt
fontem aque viue: et foderunt sibi ci-
sternas dissipatas q̄ continere non
valēt aquas. Nunqd seruus est isra-
el/aut vernacul⁹? Quare ergo factus
est in predam? Super eum rugierūt
D leones/et dederunt vocem suam: po-
suerunt terram eius in solitudinem.
Ciuitates ei⁹ exuste sunt: et non est q̄
habitet in eis. Filii quoq; mēpheos et
thaphneos constuprauerunt te vsq;
ad verticē. Nunqd non istud factum
est tibi: quia dereliq̄sti dñm deū tuū:
eo tēpore quo ducebat te per viam?
Et nunc qd tibi vis in via egypti: vt
bibas aquā turbidā? Et qd tibi cum
via assyriorum/vt bibas aquam flumi-
nis? Arguet te malitia tua: et auer-
.I.5.b. sio tua increpabit te. Scito et vide q̄
malū et amarū est reliquisse te dñm
deū tuum: et nō esse timorem ei⁹ apd
te: dicit dñs deus exercituū. A secu-
lo confregisti iugū meū: rupisti vin
cula mea/et dixisti: nō seruiā. In om
ni eñi colle sublimi: et sub omi ligno
frondoso tu ꝓsternebaris meretrix.
Esa.5.a. Ego aūt plātaui te vineā electā: om-
mat.21.d. ne semen verū. Quomodo ergo con-
E uersa es mihi i prauū vinea aliena?
Si laueris te nitro: et multiplicaue-
ris tibi herbā borith: maculata es in
iniq̄tate tua corā me dicit dñs deus.
Quomodo dicis/non sum polluta:
post baalim non ambulaui? Vide vi-
as tuas in conualle: scito qd feceris.
Cursor leuis explicans vias suas: o-
nager assuet⁹ in solitudine: in deside
rio aīe sue attraxit ventū amoris sui.
Null⁹ auertet eam. Oēs qui querunt
eā non deficient: in menstruis eius in
uenient eā. Prohibe pedē tuū a nudi
tate: et guttur tuum a siti. Et dixisti.
Desperaui/nequaq̄ faciā. Adama-
ui q̄ppe alienos: et post eos ambula-
bo. Quomodo ꝯfundit fur qñ depre-
hendit: sic confusi sunt dom⁹ israel:
ipsi et reges eorū: ꝑncipes et sacerdo
tes/et ꝓphete eorum: dicentes ligno/pa-
ter meus es tu: et lapidi/tu me genui
sti. Verterūt ad me tergū/et nō faci- .I.32.f.
em: et in tpe afflictiōis sue dicēt/sur-
ge et libera nos. Vbi sunt dii tui q̄s F
fecisti tibi? surgāt et liberēt te in tem deu.32.c.
pore afflictionis tue. Scdm numerū .I.11.c.
quippe ciuitatū tuarū erāt dii tui iu-
da. Quid vultis mecū iudicio con-
tēdere? Oēs dereliq̄stis me dicit do-
minus. Frustra percussi filios vros
disciplinā non receperūt. Deuorauit
gladi⁹ vester prophetas vros: quasi
leo vastator gñatio vra. Videte ver-
bum dñi. Nunqd solitudo fact⁹ sum
israeli: aut terra serotina? Quare er-
go dixit ppl's me⁹/recessim⁹: non ve-
niemus vltra ad te? Nunqd obliui-
scetur virgo ornamenti sui: aut sponsa
fascie pectoralis sue? Ppl's vero me-
us oblit⁹ est mei diebus innumeris.
Quid niteris bonā ostēdere viā tuā
ad q̄rendā dilectionē: q̄ insup et ma- G
litias tuas docuisti vias tuas: et in
alis tuis inuentus est sanguis aīarū
pauperū et innocentiū? Nō in fossis
inueni eos: sed in oībus q̄ supra me-
moraui. Et dixisti. Absq; pctō et ino-
cens ego sum: et ꝓpterea auertat fu-
ror tuus a me. Ecce ego iudicio con-
tendā tecū: eo q̄ dixeris/nō peccaui.
Quā vilis facta es nimis iterans vi-
as tuas? Et ab egypto confunderis
sicut confusa es ab assur. Nam et ab
ista egredieris: et man⁹ tue erūt sup
caput tuū: qm obtriuit dñs confiden
tiā tuā: et nihil habebis prosperum.
¶ C.3. Increpat hierl'm de pctō: q̄a
cū multis amatoribus fornicata: de
īprudentia: de penitētia cōparat for
nicationi duarū sororum: sermo dñi cō-
tra Assyrios: de reuersione Juda et
hierl'm: de penitentia ppli. Cap.iii.
Vulgo dicitur. Si dimiserit vir H
vxorē suā/et recedēs ab eo du-
xerit virum alterū: nunqd re-
uertet ad eam vltra? nunqd non pol-
luta et cōtaminata erit mulier illa?

Tu aũt fornicata es cũ amatoribus
multis: tñ reuertere ad me dicit do-
minus, ⁊ ego suscipiam te. Leua ocu
los tuos in directũ: et vide vbi nunc
prostrata sis. In vijs sedebas expe-
ctans eos quasi latro insidiãs in so-
litudine: ⁊ polluisti terrã in fornica-
B tionib⁹ tuis/et ĩ malicijs tuis. Quam
ob rem prohibite sunt stille pluuiaruz
et serotinus hymber nõ fuit. Frons
mulieris meretricis facta est tibi: et
noluisti erubescere. Ergo saltẽ amo-
do voca me/pr̃ me⁹: dux virginitatis
mee tu es. Nunqđ irasceris in ppe-
tuũ: aut pseuerabis in finẽ? Ecce lo-
4.re.18. cuta es et fecisti mala: et potuisti. Et
B.1.a. p vbis pnie/vbi supbie blasphema-
B.2.d. sti et ĩplesti cogitationẽ tuã malã: et
oñdisti ɔtra virũ fortitudinẽ tuã: vt
posses facere qđ ſmone tractasti. Et
dixit dñs ad me in dieb⁹ iosie regis.
C Nũqđ vidisti q̃ fecerit aduersatrix
israel? Abijt sibimet sup omnẽ mon-
tẽ excelsum: ⁊ sub oĩ ligno frõdoso: et
fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset
hec oĩa/ad me reuertere: et nõ est re-
uersa. Et vidit p̃uaricatrix soror eius
iuda: qr pro eo q̃ mechata esset ad-
uersatrix israel/dimisissem eã: et de-
dissem ei libellũ repudij: ⁊ nõ timuit
D p̃uaricatrix iuda soror eius. Sed
abijt et fornicata est etiã ipsa: ⁊ faci-
litate fornicationis sue contamina-
uit terrã: et mechata est cũ lapide et
ligno. Et in oĩbus his nõ est reuersa
ad me p̃uaricatrix soror eius iuda in
toto corde suo: sed in mendacio/ait
dñs. Et dixit dñs ad me. Iustifica-
uit animã suã aduersatrix israel/cõ-
paratiõe p̃uaricatricis iuda. Va-
de ⁊ clama sermones istos cõtra aq-
B.2.a. lonem et dices. Reuertere aduersa-
trix israel ait dñs: et nõ auertã faciẽ
meã a vobis: qr sctũs ego sum dicit
E dñs: ⁊ nõ irascar in perpetuũ. Verũ-
tamen scito iniquitatẽ tuam: quia in
dñm deum tuũ p̃uaricata es. Et di-
spersisti vias tuas alienis sub omni
ligno frõdoso: ⁊ vocẽ meã non audi-
sti ait dñs. Cõuertimini filij reuertẽ-
tes dicit dñs: qr ego vir vester. Et as-
sumã vos vnum de ciuitate: et duos
de cognatione/⁊ introducam vos in
Sion: et dabo vobis pastores iuxta
cor meũ: et pascẽt vos sciẽtia et do-
ctrina. Cũq̃ multiplicati fueritis/et
creueritis in terra in diebus illis ait
dñs: non dicẽt vltra/arca testamenti
dñi. Neq̃ ascẽdet super cor/neq̃ re- F
cordabũtur illi⁹: nec visitabitur/nec
fiet vltra. In tpe illo vocabũt hieru-
salẽ solium dñi: et cõgregabuntur ad
eum oẽs gẽtes in nomine dñi in hie-
rusalem: et nõ ambulabunt post pra-
uitatẽ cordis sui pessimi. In diebus
illis ibit domus iuda ad domuz isrl':
et venient simul de terra aquilonis
ad terrã quã dedi patribus vestris.
Ego autẽ dixi. Quomodo ponã te in
filios/⁊ tribuã tibi terrã desiderabi-
lem/hereditatẽ preclarã exercituum
gẽtium? Et dixi. Patrẽ vocabis me/
et post me ingredi nõ cessabis. Sed
quomodo si cõtẽnat mulier amato-
rem suũ: sic cõtempsit me domus is- mat.2.c.
rael/dicit dñs. Vox ĩ vijs audita est .J.31.c.
ploratus et vlulat⁹ filiorũ israel: qm̃ G
iniquã fecerunt viam suã: obliti sunt
dñi dei sui. Cõuertimini filij reuertẽ-
tes: et sanabo auersiones vr̃as. Ec-
ce nos venimus ad te: tu enim es do
minus deus noster. Vere mendaces
erant colles: ⁊ multitudo montium.
Vere in dño deo nostro salus israel.
Cõfusio comedit laborẽ patrum no-
strorũ ab adolescẽtia nostra: greges
eorũ/⁊ armenta eor: filios eor/et fi-
lias eorũ. Dormiemus in cõfusione
nostra/et operiet nos ignominia no
stra: quoniã dño deo nostro peccaui-
mus nos/et patres nostri ab adole-
scẽtia nr̃a vsq̃ ad diẽ hãc: ⁊ nõ audi
uimus vocem domini dei nostri.

¶C.S. Promittitur venia si se laue-
rint: de destructione Jude per assy-
rios quia non penituit: dolet pphe-
ta: de interitu gentis sue. Capm.iiij.

Si reuerteris ad me israel ait A
dñs/ad me cõuertere. Si abs- 22.q.1.c.
tuleris offendicula tua a facie ⁊ iurabũt
mea: non cõmoueberis. Et iurabis. De iure-
Viuit dñs in veritate/et in iudicio iurã.c.et si
et in iustitia: ⁊ benedicẽt euz gentes christus.
ipsumq̃ laudabũt. Hec enĩ dicit do-
minus viro iuda: et habitatori hie-
rusalẽ. Nouate vobis nouale: et no- osee.10.b.
lite serere super spinas. Circumcidi-
mini dño: et auferte preputia cordiũ
vr̃or viri iuda/et hitatores hierl'm:
ne forte egrediat vt ignis idignatio
mea/⁊ succẽdat: ⁊ nõ sit q̃ extinguat.
Oĩa hec mala venient propter mali- B
tiam cogitationum vestrar. Annun-
ciate in iuda/et in hierusalẽ auditũ
facite: loqmini/et canite tuba in ter-
ra: clamate fortiter/et dicite. Cõgre-

gamini et ingrediamur ciuitates mu-
nitas/leuate signum in sion. Confor
tamini/ et nolite stare: quia malum
ego adduco ab aquilone: et cõtritio-
nem magnam. Ascẽdit leo de cubili
suo: et predo gentiũ se leuauit. Egres
sus est de loco suo: vt ponat terrã tu-
C am in solitudinem. Ciuitates tue va-
stabũtur: remanẽtes absq̃ habitato
re. Super hoc accingite vos ciliciis
plangite et vlulate: quia non est auersa
ira furoris dñi a vobis. Et erit in die
illa dicit dñs. Peribit cor regis / et
cor principũ: et obstupescẽt sacerdo-
tes et prophete cõsternabunt. Et dixi.
Heu heu heu dñe deus. Ergo ne dece
pisti populum istũ/ et hierl'm dicens.
Pax erit vobis: et ecce peruenit gla
dius vsq̃ ad aiam? In tpe illo dice-
tur populo huic/et hierusalẽ. Uẽtus
vrens in viis q̃ sunt i deserto vie filie
populi mei: nõ ad ventilandum: sed
ad purgandum. Spiritus plenus ex
D his veniet mihi. Et nunc ego: sed lo-
quar iudicia mea cum eis. Ecce quasi
nubes ascẽdet: et quasi tẽpestas cur
rus ei9. Uelociores aquilis equi illi-
us. Ue nobis: qm̃ vastati sumus. La
ua a malitia cor tuum hierl'm: vt sal-
ua fias. Usq̃quo morabunt in te co-
gitatiões noxie? Uox em̃ annũciãn-
tis a dan: et notum faciẽtis idolũ de
Sap.1.a. mõte ephraim. Dicite gentibus. Ec-
ce auditũ est in hierl'm custodes ve-
E nire de terra lõginqua: et dare super
ciuitates iuda vocem suã. Quasi cu-
stodes agrorũ facti sunt super eã in
gyro: quia me ad iracundiã prouoca-
uit/dicit dñs. Uie tue et cogitatiões
tue fecerũt hec tibi. Ista malitia tua
quia amara: quia tetigit cor tuũ. Uẽtrem
meũ/ventrem meũ doleo: sensus cor
dis mei turbati sunt in me. Non ta-
cebo: qm̃ vocem buccine audiuit aia
mea clamorem prelii. Cõtritio super
contritionẽ vocata est: et vastata est
omnis terra. Repente vastata sunt
tabernacula mea: subito pelles mee.
F Usq̃quo videbo fugientes / audiam
vocẽ buccine? Quia stultus ppl's meus
me nõ cognouit. Filii insipiẽtes sũt
et vecordes. Sapientes sunt vt faci-
ant mala: bene aũt facere nescierũt.
Aspexi terrã/ et ecce vacua erat et ni-
hil: et celos/et nõ erat lux in eis. Ui-
di montes/et ecce mouebãtur: et oẽs
colles cõturbati sunt. Intuitus sum
et nõ erat homo: et omne volatile ce-

li recessit. Aspexi et ecce carmel9 de-
sertus: et omnes vrbes eius destructe
sunt a facie dñi: et a facie ire furoris
eius. Hec em̃ dicit dñs. Deserta erit
oĩs terra: sed tñ cõsummationẽ nõ fa-
ciã. Lugebit terra et merebũt celi de
sup eo q locutus sum. Cogitaui et nõ
penituit me: nec auersus sum ab eo.
A voce equitis et mittẽtis sagittã fu-
git ois ciuitas. Ingressi sunt ardua B
et ascẽderunt rupes. Uniuerse vrbes
derelicte sunt: et non habitat in eis
homo. Tu autẽ vastata quid facies?
Cum vestieris te coccino cum ornata
fueris monili aureo: et pinxeris sti-
bio oculos tuos: frustra componeris.
Contempserũt te amatores tui: aiam
tuã querẽt. Uocẽ ei quasi parturien-
tis audiui: angustias vt puerpere.
Uox filie sion inter morientes: expan
dẽtesq̃ manus suas. Ue mihi: quia de-
fecit aia mea propter interfectos.

¶ C.S. Dñs q̃rit fidẽ in pplo: prophe-
ta ad obstinatos vadit: pdicat vasta
tionẽ iude propter pctã non tm̃ plebis
sed principum: cathalogus pctõrũ hie
rusalem scribitur propter que tradetur
inimicis: increpat pplm q deum nõ
timet. et q migrau9 est et preterit ser-
mones eius pessime. Capitulum.v.

Circuite vias hierusalẽ et aspici- A
te et cõsiderate et querite in pla
teis ei9 an inueniatis virum facien-
tem iudiciũ et querẽtẽ fidẽ: et propiti9
ero ei. Q.d si etiã viuit dñs dixerit: et
hoc falso iurabunt. Dñe oculi tui re-
spiciũt fidẽ. Percussisti eos et nõ do-
luerunt: attriuisti eos: et renuerunt
accipere disciplinã: indurauerũt fa-
cies suas supra petrã: et noluerunt re
uerti. Ego autẽ dixi. Forsitan paupe
res sunt et stulti: ignorãtes viã dñi et
iudicium dei sui. Ibo igit ad optima-
tes et loquar eis: ipsi em̃ cognouerũt
viã dñi et iudiciũ dei sui. Et ecce ma- B
gis hi simul confregerũt iugũ: rupe-
rũt vincula. Idcirco percussit eos leo
de sylua: lupus ad vesperã vastauit
eos: pardus vigilãs super ciuitates
eorũ. Ois q egressus fuerit ex eis ca-
pietur: quia multiplicate sunt preuaricatio
nes eorum: cõfortate sũt auersiões eorũ.
Sup quo propiti9 tibi esse potero? Filii
tui dereliquerunt me: et iurãt in his q nõ
sũt dii. Saturaui eos et mechati sunt I.co.x.f.
et in domo meretricis luxuriabant. 9.c.
Equi amatores in feminas: et emissa- C
rii facti sunt: vnusquisq̃ ad vxorẽ pxi- Ez.xxii.c.

mi sui hinniebat. Nũquid super his
non visitabo dicit dñs: ⁊ in gẽte tali
non vlciscetur anima mea? Ascẽdi-
te muros eius ⁊ dissipate: cõsumma-
tionẽ autẽ nolite facere. Auferte ꝓ-
pagines eiꝰ: qꝛ non sunt dñi. Preua-
ricatiõe enim preuaricata est in me
domꝰ isrl' et domꝰ iuda: ait dñs. Ne-
gauerũt dñm: et dixerũt. Non est ip-
D se: neq; veniet sup nos malũ: gladiũ
et famẽ non videbimus. Prophete
fuerũt in ventũ locuti: et responsum
nõ fuit i eis. Hec ergo euenient illis.
Hec dicit dñs deꝰ exercituum. Qꝛ lo-
cuti estis verbũ istud: ecce ego do ver
ba mea in ore tuo in ignẽ: et populũ
istũ in ligna et vorabit eos. Ecce ego
adducã super vos gẽtem de longin-
quo domus israel ait dñs: gẽtem ro-
bustam gẽtem antiquã gẽtem cuius
ignorabis linguam: nec intelliges
quid loquatur. Pharetra eius quasi
sepulchrum patens: vniuersi fortes.
Et comedet segetes tuas et panẽ tu-
um: deuorabit filios tuos ⁊ filias tu-
as: comedet gregem tuũ et armenta
tua et comedet vineam tuã et ficum
tuã: et conteret vrbes munitas tuas
in quibꝰ tu habes fiduciam gladio.
E Veruntamen in diebus illis ait dñs:
J.16.b. nõ faciam vos in cõsummationem.
Qđ si dixeritis. Quare fecit nobis
dñs deus noster hec oĩa? dices ad
eos. Sicut dereliquistis me ⁊ seruistis
deo alieno in terra vestra sic serui-
tis diis alienis in terra non vestra.
Annũciate hec domui iacob ⁊ audi-
tũ facite i iuda dicẽtes. Audi popu-
le stulte qui nõ habes cor: qui haben-
tes oculos nõ videtis: et aures ⁊ nõ
auditis. Me ergo non timebitis ait
dñs et a facie mea nõ dolebitis? qui
posui arenã terminũ mari: preceptũ
sempiternũ qđ nõ preteribit: et cõmo-
F uebunt et nõ poterũt: et intumescẽt
fluctus eiꝰ ⁊ nõ trãsibunt illud. Po-
pulo autẽ huic factũ est cor incredu-
lũ et exasperãs. Recesserũt et abierũt
et non dixerunt in corde suo. Metua-
mus dñm deũ nostrũ qui dat nobis
pluuiã temporaneã et serotinã in tẽ-
pore suo: plenitudinẽ annue messis
custodiẽtem nobis. Iniquitates no-
stre declinauerũt hec et peccata no-
stra prohibuerũt bonum a nobis: qꝛ
inuẽti sunt in populo meo impii in-
sidiãtes quasi aucupes: laqueos po-
nẽtes et pedicas ad capiẽdos viros.

Sicut decipula plena auibus sic do- B
mus eorũ plene dolo. Ideo magnifi-
cati sunt ⁊ ditati: incrassati sunt ⁊ im-
pinguati et preterierunt sermones
meos pessime. Causam vidue nõ iu- Esa.1.f.
dicauerunt causam pupilli non dire- Zach.7.c.
xerunt: et iudiciũ pauperũ nõ iudica-
uerũt. Nunquid sup his nõ visitabo
dicit dñs: aut super gentem huiusce-
modi non vlciscet anima mea? Stu-
por et mirabilia facta sunt in terra
prophete prophetabant mẽdacium:
et sacerdotes applaudebant mani-
bus suis et populꝰ meꝰ dilexit talia:
quid igitur fiet in nouissimo eius?
¶ C.S. Describitur aduentus nabu-
chodonosor: ⁊ translatio populi pro-
pter auariciam sacerdotum: ⁊ quia po-
pulus non audit vocem tube nõ pur-
gatur in cõflatorio verborũ. Cap.vi.
Confortamini filii beniamin in A
medio hierusalem et in thecua
clangite buccina et super bethaca-
rem leuate vexillum: quia malũ vi-
sum est ab aquilone et contritio ma-
gna. Speciose et delicate assimilaui
filiam sion: ad eã venient pastores et
greges eorum. Fixerũt in ea tẽtoria
in circuitu: pascent vnusquisq; eos qui
sub manu sua sunt. Sctificate super
eã bellũ: cõsurgite et ascendamus in
meridie. Ue nobis quia declinauit B
dies quia lõgiores facte sunt vmbre
vesperi. Surgite ⁊ ascẽdamus in no-
cte et dissipemus domos eiꝰ. Qꝛ hec
dicit dñs exercituũ. Cedite lignũ eiꝰ
et fundite circa hierusalẽ aggerem.
Hec est ciuitas visitationis: oĩs ca-
lũnia in medio eius. Sicut frigidã
facit cisterna aquam suam: sic frigi-
dam fecit malitiam suã. Iniquitas
et vastitas audiet in ea: corã me sem
per infirmitas ⁊ plaga. Erudire hie-
rusalẽ ne forte recedat aĩa mea a te
ne forte ponã te desertam terram in
habitabilẽ. Hec dicit dñs exercituũ.
Usq; ad racemum colligent: quasi
in vinea reliquias Israel. Conuer- C
te manum tuam: quasi vindemiator
ad cartallum. Cui loquar et quẽ cõte
stabor vt audiat? Ecce incircũcise au-
res eorũ ⁊ audire nõ possũt. Ecce ver
bũ dñi factũ est eis in opprobrium: ⁊
nõ suscipiẽt illud. Idcirco furore dñi Esa.1.d.
plenꝰ sũ: et laboraui sustinẽs. Effun- J.15.b.
de super paruulum foris: ⁊ sup cõci-
lium iuuenum simul. Vir enim cum
muliere capietur: senex cũ pleno die

rum. Et trāsibunt domus eoꝝ ad al-
teros / agri ⁊ vxores pariter: q꜡ extē-
dam manū meā super habitātes ter-
esa.56.d. ram dicit dñs. A minore quippe vsq;
ad maiorē omnes auaritie student:
D et a propheta vsq; ad sacerdotē cun-
cti faciunt dolum. Et curabant con-
tritionē filie populi mei cū ignomi-
nia dicentes. Pax / pax: et non erat
pax. Cōfusi sunt: q꜡ abominationem
fecerūt. Quin potius cōfusione non
sunt cōfusi: et erubescere nescierunt.
Quāobrem cadent inter ruentes: in
tēpore visitatiōis sue corruent / dicit
dñs. Hec dicit dñs. State super vias
et videte et interrogate de semitis an
tiquis que sit via bona et ambulate
in ea: et inuenietis refrigeriū aīab⁹
mat.11.d. vestris. Et dixerunt. Non ambulabi
mus. Et constitui sup vos speculato
res ⁊ dixi. Audite vocem tube. Et di-
E xerūt. Non audiemus. Ideo audite
gentes ⁊ cognosce cōgregatio quan
ta ego faciam eis. Audi terra. Ecce
ego adducā mala sup populū istum
fructum cogitationū eius: q꜡ verba
mea nō audierūt et legem meā pro-
iecerunt. Ut quid mihi thus de saba
affertis: ⁊ calamū suaue olentem de
Esa.1.d. terra longinqua? Holocaustomata
vestra nō sunt accepta: ⁊ victime ve
stre nō placuerunt mihi. Propterea
hec dicit dñs. Ecce ego dabo in pplꝫ
istum ruinas: et ruent in eis patres
et filii simul: vicinus ⁊ proximus peri-
F bunt. Hec dicit dñs. Ecce popul⁹ ve-
nit de terra aquilonis / et gens ma-
gna cōsurget a finib⁹ terre. Sagittā
et scutū arripiet: crudelis est et non
miserebitur. Uox ei⁹ quasi mare so-
nabit: et sup equos ascendent prepa
rati quasi vir ad prelium aduersum
te filia sion. Audiuim⁹ famam eius
dissolute sunt man⁹ nostre. Tribula-
tio apprehendit nos / dolores vt par-
turientem. Nolite exire ad agros / et
in vineā ne ābuletis: qm̄ gladius ini
mici pauor in circuitu. Filia populi
mei accingere cilicio: ⁊ ꝯspergere ci-
G nere. Luctū vnigeniti fac tibi plan-
ctum amarū: q꜡ repēte veniet vasta-
tor super vos. Probatorē dedi te in
pplo meo robustū: et scies et proba-
bis vias eorū. Oēs isti principes de-
clinātes ambulātes fraudulēter: es
et ferrum vniuersi corrupti sunt. De-
fecit sufflatoriū in igne: cōsumptum
est plumbū: frustra cōflauit conflā-
tor. Malitie em̄ eoꝝ nō sunt cōsum-
pte. Argentū reprobum vocate eos:
quia dominus proiecit illos.

¶ C.S. Nō ꝯfidendū in tēplo sed in
opib⁹ bonis: qre nō sit orādū ꝓ pplo
illo: de reprobatiōe sacrificioꝝ: de vi-
dicta pro excelsis topheth. Cap̄m. vii.

Uerbū quod factū est ad hiere- A
miā a dño dicens. Sta in por-
ta dom⁹ dñi: ⁊ predica ibi ver-
bum istud et dic. Audite verbum dñi
ois iuda qui ingredimini per portas
has vt adoretis dñm. Hec dicit dñs
exercituū deus israel. Bonas facite J.26.d.
vias vestras et studia vestra: et ha-
bitabo vobiscum in loco isto. Nolite
cōfidere in verbis mendacii / dicen-
tes. Tēplū dñi / tēplum dñi / templum
dñi est. Quoniā si bn̄ direxeritis vias 23.q.5.
vestras et studia vestra / si feceritis c.Regū.
iudiciū inter virū et proximū eius:
aduene et pupillo et vidue nō feceri
tis calumniā: nec sanguinē innocen B
tē effuderitis in loco hoc: et post de-
os alienos nō ambulaueritis in ma-
lū vobismetipsis: habitabo vobiscū
in loco isto: ī terra quam dedi patri-
bus vestris a seculo ⁊ vsq; in seculū.
Ecce vos ꝯfiditis vobis in sermoni-
bus mendacii qui nō proderunt vo-
bis: furari / occidere / adulterari iu-
rare mēdaciter / libare baalim / et ire
post deos alienos quos ignoratis.
Et venistis et stetistis corā me in do
mo hac in qua inuocatū est nomen
meū: et dixistis. Liberati sum⁹ eo q
fecerimus oēs abominatiōes istas.
Nunquid ergo spelunca latronū fa- mat.21.b.
cta est domus ista in qua inuocatum mar.11.c.
est nomen meum in oculis vestris? Lu.19.g.
Ego ego sum: ego vidi dicit dñs. Ite C
ad locū meū in silo vbi habitauit no-
mē meum a principio: et videte q̄ fe-
cerim ei ꝓpter maliciā ppli mei isrl.
Et nunc q꜡ fecistis oīa opera hec / di- ꝓuer.1.c.
cit dñs: et locutus sum ad vos mane esa.65.b.
cōsurgens et loquēs et nō audistis:
et vocaui vos et non respōdistis: fa-
ciam domui huic in qua inuocatum
est nomen meū: et in qua vos habe-
tis fiduciam et loco quem dedi vobis 1.re.4.b.
et patribus vestris sicut feci silo: et
proiiciā vos a facie mea sicut proie-
ci oēs fratres vestros vniuersum se- J.14.b.
men ephraim. Tu ergo noli orare ꝓ D
pplo hoc: nec assumas ꝓ eis laudem
et orationem / et nō obsistas mihi: q꜡
nō exaudiam te. Nōne vides qd̄ isti

faciũt in ciuitatib⁹ Juda/⁊ in plateis
J.44.c. Hierusalẽ? Filij colligunt ligna ⁊ pa
tres succendunt ignẽ/⁊ mulieres cõ-
spergunt adipem/vt faciant placen-
tas regine celi et libent dijs alienis:
et me ad iracundiã ꝓuocẽt. Nunqd
me ad iracundiã ꝓuocant dicit dñs?
nonne semetipsos in confusionẽ vul-
tus sui? Ideo hec dicit dñs deus. Ec-
ce furor meus ⁊ indignatio mea con
flatur sup locũ istũ/sup viros ⁊ sup
iumẽta ⁊ super lignũ regionis/⁊ su-
per fruges terre: ⁊ succendetur et nõ
extinguet̃. Hec dicit dñs exercituum
deus Israel. Holocaustomata vestra
addite victimis vestris et comedite
E carnes: qr non sum locutus cũ patri-
bus vestris: et non precepi eis in die
qua eduxi eos de terra egypti: de ver
bo holocaustomatum ⁊ victimarum:
sed hoc verbũ precepi eis dicẽs. Au-
dite vocem meam ⁊ ero vobis deus ⁊
vos eritis mihi populus: ⁊ ambulate
in omni via quã mãdaui vobis/vt be-
ne sit vobis. Et non audierũt nec in-
clinauerunt aurẽ suam: sed abierunt
in volũtatib⁹ suis ⁊ in prauitate cor-
dis sui mali: factiq; sunt retrorsum ⁊
non in ante/a die qua egressi sunt pa
tres eorum de terra Egypti vsq; ad
F diem hanc. Et misi ad vos omnes ser
uos meos ꝓphetas per diem cõsur-
gens diluculo ⁊ mittens: ⁊ nõ audie-
runt me/nec inclinauerunt aurẽ suã:
sed indurauerũt ceruicẽ suam/⁊ pe-
ius operati sunt ꝗ̃ patres eorũ. Et lo
queris ad eos oĩa verba hec/et non
audiẽt te: ⁊ vocabis eos ⁊ nõ respon
debunt tibi. Et dices ad eos. Hec est
gens que non audiuit vocem dñi dei
sui: nec recepit disciplinam. Perijt fi
des: et ablata est de ore eorũ. Tonde
capillũ tuum: ⁊ proijce ⁊ sume in di-
S.eodem. rectum planctũ: qr proiecit dñs ⁊ re-
liquit generationẽ furoris sui: qr fe-
cerũt filij Juda malũ in oculis meis
G dicit dñs. Posuerũt offendicula sua
in domo in qua inuocatum est nomẽ
meũ vt pollueren̄t eã: ⁊ edificauerũt
excelsa tophet q̃ est in valle filij En-
non: vt incẽderẽt filios suos et filias
suas igni: q̃ non precepi nec cogitaui
in corde meo. Ideo ecce dies venient
dicit dñs ⁊ non dicet̃ ampli⁹ tophet:
⁊ vallis filij Ennon: sed vallis inter-
fectionis: et sepelient in tophet eo q
non sit loc⁹. Et erit morticinũ populi
huius in cibũ volucrib⁹ celi et bestijs
terre: ⁊ nõ erit q̃ abigat. Et quiescere Ex.16.d
faciã de vrbib⁹ Juda ⁊ de plateis hie-
rusalẽ: vocẽ gaudij ⁊ vocẽ leticie/vo-
cem sponsi ⁊ vocẽ sponse. In desola-
tione enim erit terra.

¶C.S. Comminatio his qui residui
erant de captiuitate: increpatio ppli
non penitẽtis: reprehensio scribarũ:
vox penitentiũ: aduẽtus hostium: et
vlulatus ciuitatis. Cap. viij.

In illo tempore ait dñs. Eijcient A
ossa regis Juda/⁊ ossa principũ
eius/⁊ ossa sacerdotum/et ossa pro-
phetarum: ⁊ ossa eorum qui habita-
uerũt hierusalẽ de sepulchris suis: et
expandent ea ad solem et lunam: et
omnẽ miliciã celi que dilexerunt ⁊ q-
bus seruierunt ⁊ post que ambulaue-
runt ⁊ que quesierũt ⁊ adorauerunt.
Non colligẽtur ⁊ non sepelientur: in
sterquiliniũ super faciẽ terre erunt.
Et eligent magis mortem ꝗ̃ vitam:
omnes qui residui fuerint de cogna-
tione hac pessima vniuersis loc; que
derelicta sunt: ad que eieci eos dicit
dñs exercituũ. Et dices ad eos. Hec B
dicit dñs. Nunquid qui cadit non re-
surget: ⁊ qui auersus est non reuerte
tur? Quare ergo auersus est popu-
lus iste in hierusalẽ auersione contẽ-
tiosa? Apprehenderunt mendacium
et noluerũt reuerti. Attendi ⁊ auscul
taui: nemo qđ bonum est loquit̃: nul-
lus est qui agat penitentiã super pec
cato suo/dicẽs. Quid feci? Omnes cõ
uersi sunt ad cursum suũ: quasi equ⁹ C
impetu vadens ad prelium. Miluus
in celo cognouit tẽp⁹ suum: turtur et
hirundo ⁊ ciconia custodierũt tẽpus
aduentus sui: popul⁹ autẽ meus non
cognouit iudiciũ dñi. Quomodo dici
tis/Sapientes nos sumus: ⁊ lex dñi
nobiscũ est. Uere mendacium opera
tus est stilus mendax scribarũ. Con-
fusi sunt sapientes/perterriti ⁊ capti
sunt. Uerbum enĩ dñi proiecerunt: et D
sapientia nulla est in eis. Propter S.6.c.
ea dabo mulieres eoꝝ exteris: agros
eorũ heredib⁹. Quia a minimo vsq;
ad maximũ oẽs auariciam sequunt̃: Esa.56.d
a propheta vsq; ad sacerdotem cun-
cti faciunt mendacium. Et sanabant
cõtritiones filie populi mei ad igno-
miniam dicentes. Pax/pax: cum nõ
esset pax. Confusi sunt: qr abomina- E
tionem fecerunt. Quinimmo confu-
sione non sunt confusi: et erubescere
nescierũt. Idcirco cadent inter cor-

ruentes in tēpore visitationis sue cor
ruent dicit dñs. Congregās cōgrega-
bo eos ait dñs. Non est vua in viti-
bus: et non sunt ficus in ficulnea: fo-
lium defluxit et dedi eis que preter-
gressa sunt. Quare sedemus? Conue
nite et ingrediamur ciuitatem mu-
nitam ꝛ sileamus ibi: q2 dñs deus no
ster silere nos fecit: ꝛ potū dedit no-
bis aquam fellis: peccauimus eñ do
F mino. Expectauimus pacem et non
J.14.d. erat bonū: tempus medele ꝛ ecce for-
mido. A dan auditus est fremitus
equorū eius: a voce hinnituū pugna-
torum ei⁹ commota est oīs terra. Et
venerūt ꝛ deuorauerunt terrā: ꝛ ple-
nitudinem eius vrbem et habitato-
res eius. Quia ecce ego mittā vobis
serpentes regulos quib⁹ nō est incan
tatio: et mordebunt vos ait dñs. Do-
lor me⁹ super dolorē: in me cor meum
merens. Ecce vox clamoris filie po-
G puli mei de terra longinqua. Nunqd
dñs nō est in sion: aut rex ei⁹ non est
in ea? Quare ergo me ad iracūdiam
ꝯcitauerūt in sculptilib⁹ suis: ꝛ in va-
nitatib⁹ alienis? Transiit messis fini
ta est estas: ꝛ nos saluati nō sumus.
Super cōtritione filie populi mei cō-
tritus sum ꝛ contristat⁹: stupor obti-
nuit me. Nunquid resina non est in
galaad: aut medic⁹ non est ibi? Qua-
re igitur non est obducta cicatrix fi-
lie populi mei?

¶ C. S. Planctus et lachryme ꝓphe-
te ꝓ populo suo: exeundū est ad soli-
tudinē ꝓpter hominū malitiā: lamē-
tandū q2 a pastorib⁹ ad plebē deser-
tio insecutas ꝛ vindicta: non glorian
dum nisi in dño: ꝙ circuncisio carnis
nihil valet. Cap. ix.

A Quis dabit capiti meo aquam
et oculis meis fontem lachry-
marum? et plorabo die ac nocte in-
terfectos filie populi mei. Quis da-
bit me in solitudine diuersorum via-
torum: ꝛ derelinquā populū meū ꝛ rece-
dam ab eis? q2 oēs adulteri sunt: ꝛ
cetus preuaricatorum: et extenderūt
linguā suam quasi arcum mendacii ꝛ
B nō veritatis. Confortati sunt in terra
quia de malo ad malū egressi sunt: et
me non cognouerūt dicit dñs. Unus-
quisq3 se a proximo suo custodiat: et
in omni fratre suo nō habeat fiduciā:
quia oīs frater supplātans supplāta-
bit: et oīs amicus fraudulenter ince-
det: et vir fratrem suum deridebit: et
veritatem non loquentur. Docuerūt
enim linguā suam loqui mēdacium/
vt inique agerent laborauerunt. Ha-
bitatio tua in medio doli: in dolo re-
nuerunt scire me dicit dñs. Propter-
ea hec dicit dñs exercituū. Ecce ego
conflabo ꝛ probabo eos. Quid enim C
aliud faciā a facie filie ppli mei? Sa- J.5.c.
gitta vulnerans lingua eorū: dolum
locuta est. In ore suo pacē cum ami-
co suo loquit: et occulte ponit ei insi-
dias. Nunquid sup his non visitabo
dicit dñs: aut in gente huiuscemodi
non vlciscetur aīa mea? Super mon- 10
tes assumā fletū ac lamentū: ꝛ super
speciosa deserti planctū: qm̄ incensa
sunt eo ꝙ nō sit vir pertransiēs: et nō
audierunt vocem possidentis. A vo-
lucre celi vsq3 ad pecora transmigra- D
uerūt ꝛ recesserūt. Et dabo hierusalē
in aceruos arene et cubilia draconū
et ciuitates Juda dabo in desolatio-
nem/eo ꝙ non sit habitator. Quis est
vir sapiens qui intelligat hoc: et ad
quem verbum oris dñi fiat vt annun-
ciet istud quare perierit terra: ꝛ exu-
sta sit quasi desertum/eo ꝙ nō sit qui
pertrāseat? Et dixit dñs. Quia dereli-
querūt legem meam quā dedi eis: et
non audierūt vocē meā: ꝛ non ambu-
lauerunt in ea: ꝛ abierunt post praui
tatem cordis sui: et post baalim: qđ E
didicerunt a patribus suis. Idcirco
hec dicit dñs exercituū deus Israel. J.23.c.
Ecce ego cibabo populū istum absin-
thio: ꝛ potū dabo eis aquam fellis: et
dispergā eos in gentib⁹ quas non no-
uerunt ipsi et patres eorū: et mittam
post eos gladiū donec consumantur.
Hec dicit dñs exercituū. Contempla-
mini et vocate lamentatrices vt ve-
niant: ꝛ ad eas que sapiētes sunt mit-
tite ꝛ properēt: festinent ꝛ assumant
super nos lamentum. Deducāt oculi
nostri lachrymas: ꝛ palpebre nostre
defluant aqs: q2 vox lamentationis
audita est de sion. Quomodo vasta- F
ti sumus ꝛ confusi vehemēter. Quia
dereliquim⁹ terrā: quoniam deiecta
sunt tabernacula nostra. Audite er-
go mulieres verbum dñi: ꝛ assumant
aures vestre sermonem oris eius: et
docete filias vestras lamentū: ꝛ vna-
queq3 proximā suam planctū: q2 ascē
dit mors per fenestras vestras/ in-
gressa est domos vestras: disperde-
re paruulos de foris: iuuenes de pla-
teis. Loquere. Hec dicit dñs. Et ca-

det morticinũ hominis quasi stercus
super faciem regionis: et quasi fenũ
post tergũ metentis/ et non est qui col-
B ligat. Hec dicit dñs. Non glorietur sa-
1.Co.1.d. piens in sapientia sua: et non glorietur
2.Co.10.d fortis in fortitudine sua: et nõ glorie-
tur dives in divitijs suis: sed in hoc
glorietur qui gloriatur scire et nosse
me: quia ego sum dñs q̃ facio miseri-
cordiam et iudicium et iustitiam in
terra: hec enim placẽt mihi ait domi-
nus. Ecce dies venient dicit dñs: et vi-
sitabo super omnem qui circuncisum
habet preputium super Egyptum et
super Judam et super Edom et super
filios Ammon et super Moab: et sup
omnes q̃ attonsi sunt in comã/ habi-
tantes in deserto: qz omnes gẽtes ha
bẽt preputium: oĩs autẽ domus Israel
incircuncisi sunt corde.

¶ C. S. Monet populus ne timeat celi
constellationẽ: qz non est increpatio
idolatrie: plãctus Hierusalẽ sup plaga
sua: et q̃ nõ sit in homine via eius.

Capitulum. x.

A Audite verbum quod locutus est
dñs sup vos domus Israel. Hec
dicit dominus. Juxta vias gentium
nolite discere: et a signis celi nolite
metuere que timent gentes: qz leges
populorum vane sunt. Quia lignum de
saltu precidit opus manus artificis
in ascia. Argento et auro decoravit
illud: clavis et malleis cõpegit ut non
dissolvatur. In similitudinem palme
fabricate sunt et nõ loquentur: portata
tollentur/ quia incedere non valent.
Nolite ergo timere ea: quia nec male
possunt facere nec bene. Non est si-
Ps.15.b milis tui dñe: magnus es tu et magnũ
nomẽ tuum in fortitudine. Quis nõ
timebit te o rex gentiũ? Tuum est enim
decus. Inter cunctos sapientes gen-
tium: et in universis regnis eorum nul
B lus est similis tui. Pariter insipien-
tes et fatui probabũtur: doctrina va-
nitatis eorum lignũ est/ argẽtum invo-
lutum de tharsis affertur/ et aurũ de
ophir opus artificis et manus erarij
hyacinthus et purpura indumentum
eorũ. Opus artificum universa hec:
dñs autem deus verus est: ipse deus
vivens et rex sempiternus. Ab indi-
gnatione eius cõmovebitur terra: et
non sustinebunt gentes comminatio
nem eius. Sic ergo dicetis eis. Dij
qui celos et terrã non fecerũt: pereãt
de terra et de his que sub celo sunt.

Qui facit terram in fortitudine sua: J.15.b.
preparat orbem in sapientia sua/ et
prudentia sua extendit celos. Ad vo- C
cem suam dat multitudinẽ aquarum Ps.134.
in celo: et elevat nebulas ab extremi-
tatibus terre. Fulgura in pluviã fa-
cit: et educit ventũ de thesauris suis.
Stultus factus est oĩs homo a scien-
tia sua: confusus est artifex eius in scul-
ptili: quoniam falsum est q̃d cõflavit
et non est spiritus in eis. Vana sunt
et opus risu dignũ. In tẽpore visitatio-
nis sue peribunt: non est similis his
pars Jacob. Qui enim formavit oĩa
ipse est: et Israel virga hereditatis eius.
Dñs exercituũ nomen illi. Congrega
de terra cõfusionem tuam/ que habi-
tas in obsidione: qz hec dicit dñs. Ec-
ce ego longe proijciam habitatores
terre in hac vice: et tribulabo eos ita
ut nõ inveniant. Ve mihi super contri-
tione mea: pessima plaga mea. Ego
autẽ dixi. Plane hec infirmitas mea
est: et portabo illam. Tabernaculum D
meũ vastatũ est: oẽs funiculi mei di-
rupti sunt. Filij mei exierunt a me: et
non subsistunt. Non est qui extendat
ultra tentoriũ meũ/ et erigat pelles
meas: quia stulte egerũt pastores: et
dominum non quesierunt: propterea
non intellexerunt/ et omnis grex eo-
rum dispersus est. Vox auditionis
ecce venit: et commotio magna de ter
ra aquilonis ut ponat civitates Ju-
da in solitudinem/ et habitaculũ dra-
conum. Scio dñe quia non est homi-
nis via eius: nec viri est ut ambulet
et dirigat gressus suos. Corripe me Ps.6.a.
dñe: veruntamen in iudicio et non in
furore tuo ne forte ad nihilum redi-
gas me. Effunde indignationẽ tuam Ps.78.b.
super gentes que non cognoverunt
te: et super provincias que nomen
tuum non invocaverũt: quia comede-
runt Jacob et devoraverunt eum et cõ
sumpserunt illum/ et decus eius dis-
sipaverunt.

¶ C. S. De maledictione eius q̃ non au
dit verbũ dñi: de colligatione malorum:
de pena pacti initi: de nõ orando pro
eis quia impius non sanctificatur in sa
crificijs suis: de oliva pulchra: se cru-
cifigendũ predixit dñs. Cap. xi.

A Verbum quod factum est a dño
ad Hieremiam dicens. Audi-
te verba pacti huius: et lo-
quimini ad viros Juda: et ad habi-
tatores Hierusalem/ et dices ad eos.

Hec dicit dñs deus Israel. Maledi-
ctus vir qui non audierit verba pacti
hui⁹ qd̄ precepi patrib⁹ vestris in die
qua eduxi eos de terra Egypti de for
nace ferrea dicens. Audite vocē meā
et facite oīa que precepi vobis/ et eri
tis mihi in populum/ et ego ero vobis
in deū: vt suscitē iuramētum qd̄ iura-
ui patrib⁹ vestris daturū me eis ter-
rā fluentē lacte et melle sicut est dies
hec. Et respondi/ et dixi. Amen dñe.
Et dixit dñs ad me. Uociferare oīa
verba hec in ciuitatib⁹ Juda et foris
B Hierusalem dicēs. Audite vba pacti
huius et facite illa: quia contestans
contestat⁹ sum patres vestros in die
qua eduxi eos de terra Egypti vsq
ad diē hāc. Mane cōsurgēs cōtestat⁹
sum: et dixi. Audite vocē meam: et non
audierūt nec inclinauerūt aurē suā:
sed abierunt vnusquisq in prauitate
cordis sui mali. Et induxi super eos
oīa verba pacti huius qd̄ precepi vt
facerent et non fecerunt. Et dixit dñs
ad me. Inuēta est coniuratio in viris
Juda/ et in habitatoribus Hierusalē.
Reuersi sunt ad iniquitates patrū suo
rum priores/ q̄ noluerūt audire vba
mea. Et hi ergo abierunt post deos
alienos/ vt seruirēt eis. Irritum fece-
runt domus Israel et dom⁹ Juda pa-
ctū meū qd̄ pepigi cū patribus eorū.
C Quāobrē hec dicit dñs. Ecce ego in-
ducā super eos mala de quibus exire
nō poterūt: et clamabūt ad me/ et non
exaudiā eos et ibūt ciuitates Juda et
habitatores hierl'm/ et clamabunt ad
deos qb⁹ libāt et non saluabūt eos in
B.2.f. tēpore afflictionis eoꝝ. Secundū nu
merum eñi ciuitatū tuarū erāt dii tui
Juda: et fm numerū viarū tuarū hie-
rusalē posuisti aras cōfusionis ad li-
bandū Baalim. Tu ergo noli orare ꝑ
populo hoc: et ne assumas ꝑ eis lau-
dē et orationē: quia nō exaudiā in tēpo-
re clamoris eorū ad me in tēpore af-
de ꝯse.di. flictionis eorū. Quid est qd̄ dilectus
2.c.q̄ sce- meus in domo mea facit scelera mul
lerate. ta? Numquid carnes sancte auferēt
a te malitias tuas in quibus gloriata
es? Oliuā vberē/ pulchrā/ fructiferā/
speciosam vocauit dñs nomen tuum.
Ad vocē loquele grādis exarsit ignis
in ea: et cōbusta sunt frutecta eius. Et
dñs exercituum qui plantauit te locu
tus est super te malū: ꝓ malis dom⁹
Israel et dom⁹ Juda q̄ fecerūt sibi ad
D irritandum me libantes Baalim. Tu

autē dñe demonstrasti mihi et cogno
ui: tu ostendisti mihi studia eorum et
ego quasi agn⁹ māsuetus q̄ portatur
ad victimā. Et nō cognoui: quia cogita-
uerāt sup me consilia dicētes. Mitta
mus lignū in panē eius et eradamus
eum de terra viuētiū: et nomē ei⁹ non
memoretur ampli⁹. Tu autem dñe sa
baoth q̄ iudicas iuste et ꝓbas renes et
corda videā vltionē tuā ex eis: tibi eñi
reuelaui causaz meā. Propterea hec
dicit dñs ad viros anathot q̄ querunt
animam tuam et dicunt. Non ꝓphe-
tabis in nomine domini/ et nō morie-
ris in manib⁹ nostris. Propterea hec
dicit dñs exercituū. Ecce ego visitabo
super eos: iuuenes morient i gladio:
filii eorum et filie eorū morient in fa-
me/ et reliq̄e nō erūt ex eis. Inducam
eñi malum super viros anathot: an-
num visitationis eorum.

¶ C.S. Disputat cū dño ꝯtra murmu
ratores: de flore maloꝝ q̄ signant: col
ligatio captiuitatis hierl'm: reproba-
tio synagoge: pastoꝝ ꝯdēnatio: de cō
uersis ad dñz et volētib⁹ reuerti. Ca. xii.

Iustus quidem tu es dñe si dispu- A
tem tecū: verūtamē iusta loquar Job.21.c.
ad te. Quare via impioꝝ ꝓsperat: be- Abac.1.a
ne est omnib⁹ qui preuaricant/ et ini-
que agunt? Plantasti eos et radicem
miserunt: ꝓficiunt et faciunt fructū:
prope es tu ori eoꝝ et longe a renibus
eoꝝ: et tu dñe nosti me/ vidisti me et ꝓ-
basti cor meū tecū. Congrega eos q̄si
gregē ad victimam/ et sanctifica eos
in die occisionis. Usquequo lugebit ter
ra: et herba oīs regionis siccabit pro-
pter malitiam habitātium in ea? Con
sumptum est animal et volucre quia di B
xerunt. Non videbit nouissima no-
stra. Si cū peditib⁹ currēs laborasti:
quomodo cōtendere poteris cū eq̄s?
Cum autē in terra pacis securus fue-
ris: qd̄ facies in superbia iordanis?
Nam et fratres tui et domus patris
tui: etiam ipsi pugnauerūt aduersum
te: et clamauerunt post te plena voce.
Ne credas eis: cū locuti fuerint tibi
bona. Reliqui domum meam/ dimisi C
hereditatē meam. Dedi dilectā ani-
mam meā in manus inimicoꝝ ei⁹: fa
cta est mihi hereditas mea q̄si leo in
sylua. Dedit cōtra me vocē: ideo odi-
ui eā. Numquid auis discolor heredi-
tas mea mihi? numq̄d auis tincta per
totū? Uenite cōgregamini oēs be-
stie terre: ꝓperate ad deuorandum.

Pastores multi demoliti sunt vineā
meam/ cōculcauerūt partem meā.
Dederunt portionē meam desidera
bilē in desertū solitudinis posuerūt
eam in dissipatione: luxitq; sup me.
Desolatione desolata est ois terra:
qr nullus est qui recogitet corde. Su-
per oēs vias deserti venerūt oēs va
statores terre quia gladius dñi deuo-
rauit ab extremo terre vsq; ad extre
mū eius. Non est pax vniuerse car-
ni. Seminauerūt triticum et spinas
messuerūt: hereditatē acceperunt et
nō eis proderit. Cōfundemini a fru
ctibus vestris: ꝓpter irā furoris dñi.
D Hec dicit dñs aduersū oēs vicinos
meos pessimos: q̄ tangūt heredita-
tem quā distribui populo meo isrl.
Ecce ego euellam eos de terra sua: et
domū iuda euellā de medio eoꝝ. Et
cū euulsero eos conuertar et misere-
bor eorū: et reducā eos virū ad here-
ditatē suā et virū in terrā suā. Et erit
si eruditi didicerint vias populi mei
vt iurent in noīe meo. Viuit dñs si-
cut docuerūt populum meū iurare
in baal: edificabuntur in medio po-
puli mei. Q. si nō audierint: euellā
gentem illam euulsione et perditio-
ne ait dominus.

C. S. De significatione lūboꝝ pu-
trida: de lagūcula: et de ebrietate ma
lorum: de montibus tenebrosis: de
translatione iude propter iniqtates
plurimas et impenitētia ppli. C. xiij.

A Hec dicit dñs ad me. Uade et pos
side tibi lumbare lineum et po-
nes illud super lumbos tuos: et in
aquā non inferes illud. Et possedi
lumbare iuxta verbum dñi: et posui
circa lumbos meos. Et factus est ser-
mo dñi ad me secūdo dicēs. Tolle lū
bare qd possedisti qd est circa lum-
bos tuos et surgēs vade ad euphra-
ten: et abscōde ibi illud in foramine
petre. Et abij et abscōdi illud in Eu-
phrate: sicut pceperat mihi dñs. Et
factum est post dies plurimos dixit
dominus ad me. Surge et vade ad eu
phraten et tolle inde lūbare qd pce-
pi tibi vt absconderes illud ibi. Et
abij ad euphratē et fodi: et tuli lūba-
B re de loco vbi abscōderā illud. Et ec-
ce cōputruerat lumbare: ita vt nulli
vsui aptū esset. Et factum est verbū
dñi ad me dicens. Hec dicit dominus.
Sic cōputrescere faciā superbiā iu-
da et superbiam Hierusalem multā

populum istū pessimum qui nolunt
audire verba mea et ambulāt in pra
uitate cordis sui: abieruntq; post deos
alienos vt seruirēt eis et adorarent
eos. Et erūt sicut lumbare istud: qd
nulli vsui aptū est. Sicut enim adhe-
ret lumbare ad lumbos viri sic ag-
glutinaui mihi omnē domū israel et
oēm domū iuda dicit dñs: vt essent
mihi in populū et in nomen et in lau
dem et in gloriā: et non audierūt. Di-
ces ergo ad eos sermonē istū. Hec
dicit dñs deus israel. Omnis lagun-
cula implebit vino. Et dicent ad te.
Nunquid ignoramus qr omis lagun
cula īplebit vino? Et dices ad eos.
Hec dicit dñs. Ecce ego implebo om
nes habitatores terre huius: et reges
qui sedent de stirpe dauid sup thro-
num eius et sacerdotes et prophetas et
omnes habitatores hierusalē ebrie-
tate: et dispergā eos virum a fratre
suo: et patres et filios pariter ait do-
minus. Nō parcam et non concedā: C
neq; miserebor vt nō disperdā eos.
Audite et auribus percipite: nolite ele
uari qr dñs locutus est. Date domi-
no deo vestro gloriā anteq̄ contene
brescat: et anteq̄ offendāt pedes vestri
ad mōtes caliginosos. Expectabitis
lucē: et ponet eā in vmbram mortis et
in caliginē. Quod si hoc nō audieri-
tis in abscōdito: plorabit aīa mea a thre.1.a.
facie supbie. Plorās plorabit et de- .j.31.c.
ducet oculus meus lachrymas quia
captus est grex dñi. Dic regi et dñatri
ci. Humiliamini sedete in terra: qm
descendet de capite vrō corona glo-
rie vre. Ciuitates austri clause sunt
et nō est q aperiat. Trāslata est om-
nis iuda trāsmigratione pfecta. Le-
uate oculos vestros: et videte qui ve
nitis ab aqlone. Ubi est grex q da-
tus est tibi: pecus inclytū tuū? Quid D
dices cū visitauerit te? Tu enim docui
sti eos aduersum te: et erudisti in ca
put tuū. Nunqd nō dolores appre- .j.30.c.
hendēt te quasi mulierē parturien-
tē. Q. si dixeris in corde tuo. Qua-
re venerūt mihi hec? Propter multi
tudinem iniqtatis tue reuelata sunt
verecūdiora tua: pollute sunt plan-
te tue. Si mutare pōt ethiops pellē
suā aut pardus varietates suas: et
vos poteritis benefacere cū didi-
ceritis malum. Et disseminabo eos
quasi stipulā que vento rapitur in
deserto. Hec sors tua parsq; mensu-

re tue a me dicit dñs: quia oblita es
mei et confisa es in mendacio: vnde
et ego nudaui femora tua contra fa
ciem tuã ⁊ apparuit ignominia tua
adulteria tua ⁊ hinnitus tuus scelus
fornicationis tue. Super colles in
agro vidi abominationes tuas. Ue
tibi Hierusalem: non mundaberis
post me. Usquequo adhuc?
¶ C.S. De inopia pluuie vox peniten
tiũ: obstinatis non prosunt ieiunia
preces nec victime: de pseudo ꝓphe
tis: de lugendo propter contritionẽ
populi: interrogatur dominus de pro
tectione populi iude. Capitulũ. xiiii.
A Quod factũ est verbũ dñi ad
hieremiã de sermonibus sicci
tatis. Luxit iudea et porte
eius corruerunt et obscurate sunt in
terra ⁊ clamor hierusalem ascendit.
Maiores miserũt minores suos ad
aquã: venerunt ad hauriendũ. Non
inuenerũt aquã: reportauerũt vasa
sua vacua. Confusi sunt et afflicti et
operuerũt capita sua propter terre
vastitatẽ qr nõ venit pluuia i terrã.
Confusi sunt agricole operuerũt ca
pita sua: nam ⁊ cerua in agro pepe
rit ⁊ reliquit qr non erat herba. Et
onagri steterũt in rupibus traxerunt
ventũ quasi dracones defecerũt ocu
li eorũ quia non erat herba. Si iniq
tates nostre respõderint nobis: dñe
B fac propter nomen tuum/qm multe
sunt auersiones nostre. Tibi pecca
uimus expectatio israel: saluator eius
in tpe tribulatiõis. Quare quasi co
lonus futurus es in terra: ⁊ quasi via
tor declinans ad manendũ? Quare
futurus es velut vir vagus et fortis
qui non potest saluare? Tu autẽ in
nobis es dñe ⁊ nomẽ tuum inuoca
tũ est sup nos ne derelinquas nos.
Hec dicit dñs pplo huic qui dilexit
mouẽ pedes suos ⁊ nõ quieuit et dño
non placuit. Nũc recordabit iniqui
tatũ eorum ⁊ visitabit peccata eorũ.
S.7.c. Et dixit dñs ad me. Noli orare ꝓ po
S.1.b. pulo isto in bonũ. Cum ieiunauerint
.S.23.d. nõ exaudiã preces eorũ: ⁊ si obtule
et.27.c. rint holocaustomata ⁊ victimas nõ
⁊.29.b. suscipiã ea: quoniã gladio ⁊ fame et
peste ego ꝯsumã eos. Et dixi. A.a.a.
dñe deus. Prophete dicũt eis. Non
videbitis gladiũ ⁊ fames nõ erit in
vobis sed pacẽ verã dabit vobis in
loco isto. Et dixit dñs ad me. Falso
prophete vaticinant in nomie meo.
Non misi eos ⁊ nõ precepi eis: neq C
locutus sum ad eos. Uisionẽ menda
cem ⁊ diuinationem fraudulentaz:
⁊ seductionẽ cordis sui prophetant
vobis. Idcirco hec dicit dñs de pro
phetis qui ꝓphetãt in nomine meo
quos ego no misi dicẽtes. Gladius ⁊
fames non erit in terra hac. In gla
dio ⁊ fame consument ꝓphete illi: ⁊
populi quibus prophetauerint erunt
proiecti in viis hierusalẽ pre fame ⁊
gladio: ⁊ nõ erit qui sepeliat eos ipsi
⁊ vxores eorũ filii ⁊ filie eorũ ⁊ effun
dam sup eos malũ suũ. Et dices ad Thre.1.f.
eos verbũ istud. Deducãt oculi mei
lachrymã per noctẽ ⁊ diem ⁊ non ta
ceãt: quoniã contritione magna cõ
trita est virgo filia populi mei plaga
pessima vehemẽter. Si egressus fue
ro ad agros: ecce occisi gladio. Et si D
introiero in ciuitatẽ: ecce attenuati
fame. Propheta quoq et sacerdos
abierũt in terraz quam ignorabant.
Nunqd proiiciẽs abiecisti iudã: aut
siõ abominata est anima tua? Quare
ergo pcussisti nos: ita vt nulla sit sa
nitas? Expectauimus pacem ⁊ nõ est S.8.c.
bonum: ⁊ tempus curationis ⁊ ecce
turbatio. Cognouimus dñe ipietates
nostras: iniquitates patrũ nostrorũ
quia peccauimus tibi? Ne des nos
in opprobriũ propter nomen tuum:
neq facias nobis contumeliã. Solii
glorie tue recordare: ne irritum faci
as fedus tuũ nobiscũ. Nunqd sunt
in sculptilibus gentiũ qui pluant aut
celi possunt dare hymbres nisi tu vo
lueris? Nonne tu es dominus deus
noster quem expectauimus? Tu enim
fecisti omnia hec.
¶ C.S. Dicit dominus se non accepti
precibus prophetarũ scz moysi ⁊ sa
muelis: et emittit eos ad quatuor pla
gas scz mortis gladii fame ⁊ captiui
tatis: de passione dñi pdicatur: de vl
tione domini i iudeos: defertur vox
domini ad predicatorem. Capim. xv.
A ET dixit dominus ad me. Si ste
terint moyses ⁊ samuel coram
me non est aia mea ad populũ istũ.
Eiice illos a facie mea ⁊ egrediant.
Qd si dixerint ad te. Quo egredie
mur? dices ad eos. Hec dicit dñs.
Qui ad mortẽ ad mortẽ: ⁊ q ad gla Zac.11.b.
diũ ad gladiũ: ⁊ q ad famẽ ad famẽ
⁊ q ad captiuitatẽ ad captiuitatem.
Et visitabo super eos quatuor speci
es: dicit dñs. Gladiũ ad occisionẽ et

canes ad lacerādū ⁊ volatilia celi et
bestias terre ad devorandū et dissi-
pandum/ et dabo eos in fervorē vni
versis regnis terre propter Manas
sen filiū ezechie regis iuda: sup omi
bus que fecit in hierusalē. Quis eni
B miserebit tui hierusalem? aut q̄s cō-
tristabit pro te? aut q̄s ibit ad rogan
dū ꝓ pace tua? Tu reliquisti me di
cit dn̄s: retrorsū abiisti. Et extendā
manū meā super te: ⁊ interficiā te.
Laboravi rogās. Et dispergam eos
ventilabro in portis terre. Interfeci
et disperdidi populū meū/ ⁊ tamē a
viis suis non sunt reversi. Multipli
cate sunt mihi vidue eiꝰ super arenā
maris. Induxi eis super matrē ado
lescētis vastatorē meridie / misi sup
civitates repēte terrorē. Infirmata
est que peperit septē: defecit aīa eiꝰ.
amos.8. Occidit ei sol cum adhuc esset dies:
cōfusa est ⁊ erubuit. Et residuos eiꝰ
in gladiū dabo in cōspectu inimico-
rū eorū ait dn̄s. Ue mihi mater mea
C quare genuisti me virum rixe: virū
discordie in vniversa terra? Non fe
neravi/nec feneravit mihi quisq̄/oēs
maledicūt mihi. Dicit dn̄s. Si nō re
liquie tue in bonū si non occurri tibi
in tēpore afflictionis: ⁊ in tpe tribu-
lationis adversus inimicū. Nunq̄d
federabit ferrū ferro ab Aquilone ⁊
es? Divitias tuas ⁊ thesauros tuos
in direptionem dabo gratis i oibus
peccatis tuis/ ⁊ in oibus terminis tuis.
deu. 32.c. Et adducam inimicos tuos de terra
Ro.10.d. quā nescis/ q2 ignis succensus est in
furore meo ⁊ super vos ardebit. Tu
scis dn̄e recordare mei ⁊ visita me: ⁊
tuere me ab his qui psequuntur me.
Noli in patientia tua suscipere me.
D Scito quoniā sustinui propter te op
probrium. Inventi sunt sermones tui
et comedi eos. Et factū est mihi ver
bum tuum i gaudium / ⁊ in leticiam
cordis mei/ qm̄ invocatū est nomen
tuū sup me dn̄e deus exercituū. Nō
sedi in consilio ludentiū: ⁊ gloriatus
11.q.3.c. sum a facie manus tue. Solus sede-
q̄ā ergo. bā: quoniā amaritudīe replesti me.
Quare factus est dolor meus perpe
tuus/et plaga mea desperabilis re-
nuit curari? Facta est mihi q̄si men
daciū aquarū infideliū. Propter hoc
hec dicit dn̄s. Si cōverteris cōvertā
te/et ante faciē meā stabis: ⁊ si sepa-
raveris ꝓciosum a vili: quasi os meū
eris. Convertētur ipsi ad te/ ⁊ tu nō
converteris ad eos. Et dabo te popu
lo huic in murum ereum fortē ⁊ bel-
labunt adversum te/et non prevale-
bunt: quia ego tecum sum vt salvem
te et eruam te: dicit dn̄s. Et liberabo
te de manu pessimorum et redimam
te de manu fortium.

¶ Ca. xvi. De futura calamitate iu-
deorum/de populo christiano vētu-
ro ex gentibus. Capitulum. xvi.

A ET factū est verbū dn̄i ad me
dicēs. Non accipies vxorem: ⁊
nō erūt tibi filii ⁊ filie in loco
isto. Quia hec dicit dn̄s sup filios et fi-
lias qui generātur in loco isto: ⁊ sup
matres eorū q̄ genuerūt eos ⁊ super
patres eorū de quorū stirpe sūt nati
in terra hac. Mortibꝰ egrotationū
morient: nō plāgent ⁊ no sepeliētur
in sterquiliniū sup faciē terre erunt.
Et gladio ⁊ fame consumentur/ ⁊ erit
cadaver eorū in escā volatilibꝰ celi
⁊ bestiis terre. Hec eni dicit dn̄s. Ne
ingrediaris domū convivii neq̄ va-
das ad plāgendū neq̄ cōsoleris eos
q2 abstuli pacē meam a populo isto/
dicit dn̄s misericordiā et miseratio-
B nes. Et morient grandes ⁊ parvi in
terra ista: nō sepelient neq̄ plangē
tur ⁊ nō se incidēt neq̄ calvitiū fiet
pro eis. Et nō frangent inter eos lu
genti panē ad consolandū sup mor-
tuo: ⁊ non dabūt eis potū calicis ad
consolandū super patre suo ⁊ mr̄e.
Et domū convivii no ingrediaris vt
sedeas cū eis ⁊ comedas ⁊ bibas: q2
hec dicit dn̄s exercituū deus Israel.
Ecce ego auferā de loco isto in ocu-
lis vestris: et in diebus vestris vocē
gaudii ⁊ vocē leticie vocem sponsi ⁊
vocē sponse. Et cū annūciaveris po-
pulo huic oīa verba hec ⁊ dixerint
tibi. Quare locutus est dn̄s sup nos
omne malum grande istud? que ini-
quitas nostra aut quod peccatū no-
strū quod peccavimus domino deo
nostro? Dices ad eos. Quia dereli- Ie.5.c.
querunt me patres vestri: ait domi- C
nus: ⁊ abierunt post deos alienos ⁊ Ie.7.f.
servierunt eis ⁊ adoraverunt eos: et
me dereliquerunt: ⁊ legem meā nō
custodierunt: sed ⁊ vos peius opera
ti estis / q̄ patres vestri: ecce enim
ambulat vnusquisq̄ post pravitatē
cordis sui mali: vt me non audiat.
Et eiiciam vos de terra hac: in ter-
ram quam ignoratis vos et patres
vestri: et servietis ibi diis alienis

die ac nocte: qui nō dabunt vobis re
.J.23.b. quiem. Propterea ecce dies venient
dicit dñs: ꝛ non dicetur vltra / Uiuit
dñs qui eduxit filios Israel de terra
egypti: sed / Uiuit dñs qui eduxit fi-
lios Israel de terra Aquilonis / ꝛ de
vniuersis terris / ad quas eieci eos:
et reducā eos ī terram suā quā dedi
patribus eorū. Ecce ego mittā pisca
tores multos dicit dñs: ꝛ piscabunt
eos. Et post hec mittā eis multos ve
D natores ꝛ venabūtur eos de oī mon
te / ꝛ de oī colle ꝛ de cauernis petra-
rum: qr oculi mei sup oēs vias eorū.
Non sunt abscondite a facie mea / ꝛ
nō fuit occultata iniq̄tas eoꝝ ab ocu
lis meis. Et reddā pmū duplices
iniquitates ꝛ peccata eoꝝ: qr conta-
minauerunt terram meā in morici
nis idolorū suoꝝ / ꝛ abominationib⁹
suis impleuerunt hereditatē meā.
Dñe fortitudo mea ꝛ robur meum: et
refugium meū in die tribulationis.
Ad te gentes venient ab extremis ter
re: ꝛ dicent. Uere mendacium posse
derunt patres nostri vanitatē q̄ eis
nō pfuit. Nūqd faciet sibi hō deos
et ipsi nō sunt dii? Idcirco ecce ego
ostendā eis per vicem hanc: ostēdā
eis manū meam / et virtutem meā / ꝛ
scient: quia nomen mihi dominus.
¶ C.S. De obstinatione iudeoꝝ / ma
ledicitur / qui cōfidit in hoīe: bñdicit
q̄ cōfidit in dño deo / de pditione dia
bolica / de imprecatione hieremie su
per populū peccatorē / de patientia /
de obseruatione sabbati. Capl'm. xvii.
A Peccatū iuda scriptū est stilo
ferreo in vngue adamātino:
exaratū sup latitudinem cor-
dis eorū: ꝛ in cornib⁹ ararū eorū. Cū
recordati fuerint filii eoꝝ ararū sua
rum ꝛ lucorū suorū: lignorūq; fron-
dentiū in montib⁹ excelsis sacrificā
tes ī agro fortitudinē tuā: ꝛ oēs the
sauros tuos in direptionem dabo / ex
celsa tua propter peccata in vniuer
sis finibus tuis. Et relinqueris sola
ab hereditate tua / quam dedi tibi /
ꝛ seruire te faciā inimicis tuis ī ter-
ra quam ignoras: quoniam ignem
succēdisti in furore meo: vsq; in eter
num ardebit. Hec dicit domin⁹. Ma
.J.48.a. ledictus homo qui confidit in homi
ne / ꝛ ponit carnem brachiū suum: ꝛ
a dño recedit cor eius. Erit eñi quasi
myrice in deserto: ꝛ non videbit cū
venerit bonū / sed habitabit in siccī-
tate in deserto in terra salsuginis et B
inhabitabili. Benedictus vir qui cō Ps.1.a.
fidit in dño et erit dñs fiducia eius.
Et erit quasi lignū quod transplan-
tatur super aquas quod ad humorē
mittit radices suas: ꝛ nō timebit cū
venerit estus. Et erit foliū eius viri-
de ꝛ ī tēpore siccitatis nō erit sollici-
tū nec aliquando desinet facere fru
ctum. Prauum est cor hoīs ꝛ inscru
tabile: quis cognoscet illud? Ego do Apo.2.E.
minus scrutans cor ꝛ probās renes
qui do vnicuiq; iuxta viā suā: ꝛ iuxta
fructū adinuentionū suarū. Perdix
fouit quē nō peperit: fecit diuitias ꝛ
nō in iudicio. In dimidio dierū suo-
rum derelinquet eas: ꝛ in nouissimo
suo erit insipiēs. Solium glorie alti-
tudinis a pricipio: locus sanctifica-
tionis nostre expectatio Israel. Dñe
oēs qui te derelinquūt cōfundētur:
recedentes a te in terra scribētur:
qm̄ dereliquerūt venā aquarū viuen
tium dñm. Sana me dñe et sanabor /
saluum me fac ꝛ salu⁹ ero / qm̄ laus
mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me.
Ubi est verbum dñi? veniat. Et ego
non sum turbat⁹ te pastorē sequens:
ꝛ diē hominis non desideraui tu scis.
Quod egressum est de labiis meis: re C
ctū in conspectu tuo fuit. Nō sis tu
mihi formidini: spes mea tu ī die af-
flictionis. Confundant qui me perse
quunt ꝛ nō ɔfundar ego: paueāt illi
et nō paueam ego. Induc super eos
diē afflictiōis: ꝛ duplici cōtritiōe cō-
tere eos. Hec dicit dñs ad me. Uade
et sta in porta filioꝝ populi mei per
quā ingrediūtur reges iuda ꝛ egre-
diunt / ꝛ in cūctis portis Hierusalē:
ꝛ dices ad eos. Audite verbū dñi re
ges iuda ꝛ oēs iuda cunctiq; habita
tores hierusalē qui ingredimini per
portas istas. Hec dicit dñs. Custodi
te animas vestras: ꝛ nolite portare
pōdera in die sabbati: nec inferatis
per portas hierusalem: ꝛ nolite eiice
re onera de domibus vestris in die
sabbati / ꝛ oē opus non facietis. San-
ctificate diē sabbati sicut precepi pa
tribus vestris: ꝛ non audierunt / nec
inclinauerūt aurē suam: sed indura
uerūt ceruicē suam ne audirent me
et ne acciperēt disciplinā. Et erit. Si D
audieritis me dicit dñs vt nō infera
tis onera per portas ciuitatis huius
in die sabbati: ꝛ si sanctificaueritis
diē sabbati ne faciatis ī eo oē opus:

ingrediens per portas ciuitatis hu=
ius reges et principes sedentes super
soliū dauid: ⁊ ascēdētes in curribꝰ et
equis: ipsi et principes eorū/ viri Ju
da et habitatores hierl'm: et habita=
bitur ciuitas hec in sempiternū. Et
venient de ciuitatibus Juda/ et de cir=
cuitu hierusalē/ ⁊ de terra beniamin
et de cāpestribꝰ/ et de mōtuosis/ et ab
austro portātes holocaustū et victi=
mam/ et sacrificiū/ et thus: et inferēt
oblationē in domū dn̄i. Si autem nō
audieritis me/ vt sanctificetis diem
sabbati/ et ne portetis onus: et ne in=
feratis p portas hierusalē in die sab
bati/ succendā ignem in portis eius
et deuorabit domos hierusalem/ et
non extinguetur.

¶ Ca. S. Ostenditur prophete qd sū=
mus vasa figuli/ dn̄s malos frangit
sicut figulus lutū/ de passione christi
sub figura persecutionis eius/ ⁊ vltio
ne in Judeos. Capitulum. xviij.

A VErbū quod factū est ad hiere=
miā a dn̄o: dicēs. Surge et de=
scēde in domū figuli: et ibi au=
dies verba mea. Et descēdi in domū
figuli/ et ecce ipse faciebat opus sup
rotā: et dissipatum est vas qd ipse fa
ciebat e luto manibꝰ suis. Conuersus
qꝫ fecit illud vas alterū: sicut placue=
rat in oculis eiꝰ vt faceret. Et factum
est verbū dn̄i ad me dicens. Nunqd
sicut figulus iste non potero vobis fa=
Ro. 9. d. cere domus israel: ait dominꝰ? Ecce
esa. 45. b sicut lutum in manu figuli: sic vos do
22. q. 4. c. mus israel in manu mea. Repēte lo=
incōmu= quar aduersum gentē et aduersus re
tabilis. gnum: vt eradicē et destruā et disper
B dā illud. Si penitētiā egerit gens il=
de pe. dis. la a malo suo qd locutus sum aduer=
1. c. si aga sus eā: agā et ego penitentiā sup ma=
mus. lo qd cogitaui vt facerē ei/ et subito
loquar de gēte et de regno: vt edificē
et plantē illud. Si fecerit malum in
oculis meis/ vt nō audiat vocē meā:
penitētiam agam sup bono quod lo=
cutus sum vt facerē ei. Nūc ergo dic
viro iude ⁊ habitatori hierl'm dicēs.
.I. 25. b. et Hec dicit dn̄s. Ecce ego fingo contra
35. c. vos malū/ et cogito contra vos cogi=
tationē. Reuertatur vnusquisque a via
sua mala: et dirigite vias vestras/ et
studia vr̄a. Qui dixerūt. Desperaui
mus/ post cogitationes enim nostras
ibimus: et vnusquisqꝫ prauitatē cor=
dis sui mali faciemꝰ. Ideo hec dicit
esa. 66. c. dn̄s. Interrogate gētes. Quis audi=
uit talia horribilia/ q̄ fecit nimis vir= C
go israel? Nunquid deficiet de petra
agri nix libani: aut euelli possunt aq̄
erūpentes frigide/ et defluentes? Q2
obliuus est mei pp̄ls meus: frustra li
bantes/ et impingētes in viis suis/ ⁊
in semitis sclī: vt ambularent p eas
in itinere nō trito: vt fieret terra eo=
rum in desolationē: ⁊ in sibilū sempi=
ternū. Ois qui preterierit eā/ obstu=
pescet ⁊ mouebit caput suum. Sicut .I. 19. c. et
ventus vrens dispergā eos corā ini 49. ca. et
mico: dorsum et nō faciē ostēdā eis 50. c.
in die perditionis eorū. Et dixerunt.
Uenite ⁊ cogitemus cōtra hieremiā
cogitationes: non enī peribit lex a sa
cerdote/ neqꝫ consiliū a sapiente: nec 93. dis. ca.
sermo a propheta. Uenite ⁊ percutia diaconi.
mus eū lingua: et non attēdamus ad
vniuersos sermones eius. Attēde do
mine ad me: ⁊ audi vocē aduersario=
rū meorū. Nūquid reddet pro bono D
malū q2 foderūt foueā aie mee? Re=
cordare qꝫ steterim in cōspectu tuo/
vt loquerer pro eis bonū/ ⁊ auerterē
indignationē tuā ab eis. Propter=
ea da filios eorū i famē: ⁊ deduc eos
in manus gladii. Fiant vxores eorū
absqꝫ liberis et vidue/ et viri earum
interficiātur morte. Juuenes eorum
confodiātur gladio in p̄lio/ audiatur
clamor de domibus eorū. Adduces
enī sup eos latronē repente: qa fode=
runt foueā vt caperēt me: et laqueos
absconderūt pedibꝰ meis. Tu autem
dn̄e scis oē cōsiliū eorū aduersū me in
mortē. Ne ppitieris iniqtati eorū/ et
peccatū eorū a facie tua nō deleatur.
Fiant corruentes in conspectu tuo:
in tempore furoris tui abutere eis.

¶ Capi. Sūma. Per contritionem la
guncule in ennom/ significatur con=
tritio hierusalē propter idolatriam
ipsius ennom. Capitulum. xix.

HEc dicit dominus. Uade et acci A
pe laguncūlam figuli testeam a
senioribus populi/ et a senioribus sa=
cerdotum: et egredere ad vallē filio=
rū ennom/ q̄ est iuxta introitū porte
fictilis: et predicabis ibi verba q̄ ego
loquar ad te ⁊ dices. Audite verbum I. 7. c.
dn̄i reges iuda: et habitatores hieru=
salē. Hec dicit dn̄s exercituū deus is=
rael. Ecce ego inducā afflictionē su=
per locū istū: ita vt ois q̄ audierit il=
lam: tinniāt aures eiꝰ/ eo qꝫ dereliqu=
runt me: ⁊ alienū fecerūt locū istū: et
libauerūt in eo diis alienis quos ne

B feciʼrunt ipsi/et patres eorū/et reges
iuda:et repleuerūt locū istū sangui-
ne innocentū/et edificauerūt excelsa
balai ad cōburēdos filios suos igni
in holocaustū baali:que non precepi
nec locut9 sum/ nec ascēderūt in cor
meum. Propterea ecce dies veniunt
dicit dn̄s:et nō vocabit ampli9 locus
iste tophet/et vallis filii ennom:sed
vallis occisionis. Et dissipabo consi-
liū Iuda et hierl'm in loco isto:et sub
uertā eos gladio in conspectu inimi-
corū suorū:et in manu querentiū aīas
eorū:et dabo cadauera eorū escā vola
C tilib9 celi/et bestijs terre:et ponā ciui
tatē hanc in stuporē/et in sibilū. Ois
qui preterierit per eaz/obstupescet et
R.18.ca. sibilabit super vniuersa plaga eius.
.F.49.et Et cibabo eos carnib9 filiorū suorū et
50.C. carnib9 filiarū suarū:et vnusquisqȝ car
nes amici sui comedet in obsidione
et in angustia in qua concludent eos
inimici eorū/et qui querūt aīas eorū.
Et cōteres lagunculā in oculis viro-
rū qui ibunt tecum. Et dices ad eos.
Hec dicit dn̄s exercituum. Sic conte
ram ppl'm istuz:et ciuitatē istā : sicut
conterit vas figuli/qd̄ non potest vl-
tra instaurari. Et in tophet sepelien-
tur:eo ꝙ nō sit ali9 locus ad sepelien
D dū. Sic faciā loco huic:ait dn̄s/et ha
bitatorib9 eius:et ponā ciuitatē istaz
sicut tophet. Et erūt dom9 hierl'm et
domus regū Iuda sicut loc9 tophet
immūde:oēs domus in quarū doma
tibus sacrificauerūt oī militie celi: et
libauerūt libamina dijs alienis. Ue-
nit aūt hieremias de tophet quō mi-
serat eū dn̄s ad prophetandū : et ste-
tit in atrio dom9 dn̄i/et dixit ad oēm
R.7.F. populū. Hec dicit dn̄s exercituū de9
Israel. Ecce ego inducam super ciui
tatē hanc/et sup oēs vrbes eius vni-
uersa mala q̄ locutus sum aduersum
eam/ qm̄ indurauerūt ceruicē suam
vt non audirent sermones meos.

¶ C.S. Phassur percussit hieremiaz
et ponit ī neruū hieremiā:hieremias
predicat cōtra phassur et amicos ei9
de destructione hierusalem : plangit
quoqȝ et dolet super populo suo:ma-
ledicit diem natiuitatis sue. Cap. xx.

A ET audiuit phassur filius em-
mer sacerdos/qui constitutus
erat princeps in domo domi-
ni/ Hieremiā ꝓphetantez sermones
istos. Et percussit phassur hieremiā
prophetā:et misit eū ī neruum/ quod
erat in porta beniamin superiori in
domo dn̄i. Cūqȝ illuxisset ī crastinuz/
eduxit phassur hieremiam de neruo.
Et dixit ad eū hieremias. Non phas-
sur vocauit dn̄s nomen tuuz / sed pa-
uorem vndiqȝ:quia hec dicit dn̄s. Ec-
ce ego dabo te in pauorē/et oēs ami-
cos tuos:et corruent gladio inimico-
rum suorū/et oculi tui videbūt:et om
nē Iudā dabo in manu regis baby-
lonis/et traducet eos in babylonē/et
ꝑcutiet eos gladio. Et dabo vniuer-
sam substantiā ciuitatis hui9: et om- B
nem laborē ei9:omneqȝ preciū:et cun
ctos thesauros regum Iuda dabo in
manu inimicorū eorū:et diripiēt eos
et tollent/et ducent in Babylonem.
Tu autē phassur et oēs habitatores
domus tue ibitis in captiuitatē: et in
babylonē venies:et ibi morieris: ibiqȝ
sepelieris tu/et oēs amici tui qui-
bus prophetasti mendaciū. Seduxi-
sti me dn̄e/et seduct9 sum: fortior me
fuisti/et inualuisti. Fact9 sum in de-
risum tota die. Oēs subsannant me /
qz iam olim loquor:vociferās iniquita-
tem:et vastitatē clamito. Et fact9 est
mihi sermo dn̄i in opprobriū: et in de C
risum tota die. Et dixi. Non recorda Ro.30.
bor eius neqȝ loquar vltra in nomine
illius. Et fact9 est in corde meo quasi
ignis exestuans claususqȝ in ossibus
meis:et defeci/ferre nō sustinēs. Au-
diui enim cōtumelias multorū/et ter-
rorē in circuitu. Persequimini et per-
sequamur eū/ ab oībus viris q̄ erant
pacifici mei/et custodiētes lat9 meuz
si quo modo decipiatur:et preualeam9
aduersus eū:et consequamur vltionē
ex eo. Dn̄s aūt mecū est tanq̄ bella-
tor fortis: idcirco q̄ persequūtur me
cadēt:et infirmi erūt:et cōfundentur
vehemēter/ quia nō intellexerūt op-
probriū sempiternū/qd̄ nunq̄ delebi
tur. Et tu dn̄e exercituū probator iu-
sti:qui vides renes et cor : videā q̄so .F.23.
vltionē tuam ex eis. Tibi eniz reuela
ui causaz meā. Cantate dn̄o: laudate D
dn̄m:q2 liberauit aīam pauperis de
manu malorū. Maledicta dies in qua
nat9 sum:dies in qua peperit me ma Iob.3.b.
ter mea:nō sit bn̄dicta. Maledictus
vir q̄ annunciauit patri meo dicens.
Natus est tibi puer mascul9: et quasi
gaudio letificauit euz. Sit homo ille
vt sunt ciuitates quas subuertit do-
minus:et nō penituit eū. Audiat cla-
morem mane:et vlulatū in tpe meri

diano:qr non me interfecit a vulua/
vt fieret mihi mater mea sepulchruz
et vulua ei⁹ cõceptus eternus. Qua-
re de vulua egressus sum vt viderem
laborem et dolorem/ et consumeren-
tur in confusione dies mei?

¶ C.S. De captione Sedechie: et in-
cendio Hierusalem. Capitulum. xxi.

A Verbũ quod factuz est ad hiere-
miã a dño/ qñ misit ad eum rex
sedechias Phassur filium melchie z
sophoniã filium maasie sacerdotem
.J.42.a. dicens. Interroga ꝓ nobis dominuz
quia nabuchodonosor rex babylonis
preliat aduersum nos/ si forte faciat
dominus nobiscum scd̃m oĩa mirabi
lia sua/ et recedat a nobis. Et dixit
B hieremias ad eos. Sic dicetis sede-
chie. Hec dicit dñs deus israel. Ecce
ego conuertam vasa belli q̃ in mani-
bus vr̃is sunt/ et quib⁹ vos pugnatis
aduersum regem babylonis et chal-
deos/ q̃ obsidet vos in circuitu muro
rum: z cõgregabo ea in medio ciuita-
tis hui⁹: et debellabo ego vos in ma-
nu extẽta: et in brachio forti/ et in fu
rore/ et in indignatione/ et in ira grã
di: et percutiã habitatores ciuitatis
C huius. Homĩes z bestie pestilẽtia ma-
gna morient. Et post hoc ait dñs da-
bo sedechiã regẽ iuda/ et seruos ei⁹/
et populũ ei⁹/ et qui derelicti sunt in
ciuitate hac a peste/ et a gladio/ et fa
me/ et ĩ manu nabuchodonosor reg̃
babylonis/ et in manu inimicoꝝ eoꝝ
et in manu querentiũ animam eorũ:
et percutiet eos in ore gladij/ et non
flectetur/ neqꝫ parcet/ nec miserebi-
tur. Et ad ppl'm hunc dices. Hec di-
cit dñs deus. Ecce ego do coram vo-
.J.38.c. bis viã vite/ et viam mortis. Qui ha-
bitauerit in vrbe hac/ morief gladio/
et fame/ et peste: qui aũt egressus fue
rit/ et trãsfugerit ad chaldeos q̃ obsi-
dent vos/ viuet: et erit ei aĩa sua qua
si spoliũ. Posui ei faciẽ meã super ci-
uitatez hac in malũ/ et non in bonũ:
D ait dñs. In manu reg̃ babylonis da
bitur: et exuret eã igni. Et domui re-
gis iuda. Audite verbum dñi domus
.J.22.a. dauid. Hec dicit dñs. Iudicate mane
iudicium/ et eruite vi oppressum de
manu calũniantis: ne forte egredia-
tur vt ignis indignatio mea et succẽ
dat/ et nõ sit q̃ extinguat propter ma
liciam studioꝝ vr̃oꝝ. Ecce ego ad te
habitatricẽ vallis solide atqꝫ campe-
stris: ait dñs. Qui dicitis/ qs percu-
tiet nos/ et quis ingredietur domus
nostras? Et visitabo super vos iuxta
fructũ studiorũ vestrorũ dicit dñs: et
succendã ignem in saltu ei⁹: et deuo-
rabit omnia in circuitu eius.

¶ C.S. Mittit propheta ad regez vt
ꝑdicet de iudicio z iustitia et libera-
tiõe oppressi: qr ioachi rex iuda inse-
pultus ꝓicit extra hierl'm. Cap. xxij.

H Ec dicit dñs. Descẽde in domuz A
regis iuda/ et loqueris ibi verbũ
hoc/ et dices. Audi verbũ domini rex
iuda qui sedes super solium dauid/
tu et serui tui/ et populus tuus/ q̃ in-
gredimini per portas istas. Hec di- 8.21.d.
cit dominus. Facite iudicium et iusti
tiam: et liberate vi oppressum de ma
nu calũniatoris: et aduenã/ et pupil-
lum/ et viduã nolite cõtristare/ neqꝫ
opprimatis inique: et sanguinem in-
nocentem ne effundatis in loco isto.
Si eñ faciẽtes feceritis verbũ istud: B
ingredient per portas domus huius
reges sedentes de genere dauid sup
thronũ eius: et ascẽdentes currus et
equos: ipsi et serui/ et ppl's eoruz. Qꝫ
si nõ audieritis v̾ba hec/ in memet-
ipso iuraui dicit dñs: qr in solitudinẽ
erit domus hec. Quia hec dicit domi-
nus super domũ regis iuda. Galaad
tu mihi caput libani: si non posuero
te solitudinem/ vrbes inhabitabiles:
et sanctificabo sup te interficientem
virũ et arma ei⁹. Et succidẽt electas
cedros tuas: et precipitabũt in ignẽ
et pertrãsibũt gentes multe per ciui-
tatẽ hanc: et dicet vnusqꝫqꝫ proximo
suo. Quare fecit dñs sic ciuitati huic C
grandi? Et rñdebunt. Eo ꝙ dereliq̃- deu.29.d.
rint pactũ dñi dei sui/ et adorauerint 3.re.9.b.
deos alienos/ et seruierint eis. Noli- 10
te flere mortuũ: neqꝫ lugeatis super
eũ fletu. Plãgite euz qui egredietur
qr nõ reuertet vltra nec videbit ter-
ram natiuitatis sue: qr hec dicit dñs
ad sellũ filiũ iosie regis iuda: qui re-
gnauit ꝓ iosia p̃re suo/ q̃ egressus est
de loco isto. Nõ reuertet huc amplí-
us: sed in loco ad quẽ transtuli eum
ibi morief: et terrã istaz non videbit
amplius. Ue q̃ edificat domũ suam ĩ
iustitia: et cenacula sua non in iudi-
cio. Amicum suuz opprimet frustra:
et mercedẽ ei⁹ non reddet ei. Qui di- D
cit/ edificabo mihi domũ latam: et ce
nacula spaciosa: qui aperit sibi fene-
stras: et facit laquearia cedrina: pin
gitqꝫ synopide. Nunquid regnabis

quoniā confers te cedro? Pater tu-
us nunquid non comedit et bibit: et fe-
cit iudiciū et iustitiā/tunc cum bene
erat ei? Iudicauit causam pauperis
et egeni in bonū suum. Nunquid nō
ideo quia cognouit me/ dicit dn̄s. Tui
vero oculi et cor ad auaritiam/et ad
sanguinē innocentē fundendum/et
E ad calūniā/et ad cursū mali operis.
Propterea hec dicit dn̄s ad ioachim
filium iosie regē iuda. Non plangēt
eū: ve frater/et ve soror/nō concrepa
bunt ei: ve dn̄e/et ve inclyte. Sepultu
ra asini sepelief: putrefactus: et pro-
iectus extra portas hierusalē. Ascen
de libanū et clama: et in basan da vo
cem tuā: et clama ad transeuntes quia
cōtriti sunt oēs amatores tui. Locu-
tus sum ad te in abundantia tua: di-
xisti/non audiā. Hec est via tua ab
adolescentia tua: quia nō audisti vo-
cem meā. Oēs pastores tuos pascet
ventus: et amatores tui in captiuita
F tem ibunt. Et tunc cōfunderis et eru
besces ab omni malitia tua q̄ sedes
in libano/et nidificas in cedris quo-
modo congemuisti cum venissent ti-
bi dolores/ quasi dolores parturien-
tis? Viuo ego dicit dominus: quia si fue
rit iechonias fili⁹ ioachim regis iu-
da annulus in manu dextera mea:
inde euellam eum. Et dabo te in ma-
nu querētiū aīam tuā/et in manu quo-
rum tu formidas faciē/et in manu
nabuchodonosor regis babylonis/et
in manu chaldeorum. Et mittā te et
matrē tuā que genuit te in terrā alie-
nam in qua nati non estis / ibique mo-
riemini. Et in terrā ad quam ipsi le-
uant aīam suā / vt reuertantur illuc
G et non reuertenf. Nunquid vas fictile
atque cōtritū vir iste iechonias? Nun
quid vas absque oī voluptate? Quare
abiecti sunt ipsi et semen eius/et pro
iecti in terram quam ignorauerunt?
Terra/terra/terra/ audi sermonem
domini. Hec dicit domin⁹. Scribe vi-
rum istum sterilē/virum qui in dieb⁹
suis non prosperabitur. Nec eñ erit
de semine eius vir qui sedeat super so
lium dauid: et potestatem habeat vl-
tra in Iuda.

Ca. S. Comminatur dominus pa-
storibus lacerātibus gregem: de nati
uitate christi: de passione christi: de
sacerdotum sordibus/et propheta℞:
de falsis prophetis qui sunt domini
onus. Capitulum. xxiij.

Ve pastoribus qui disperdunt et A
dilacerant gregem pascue mee Eze.34.a.
dicit dominus. Ideo hec dicit domi-
nus deus isrl' ad pastores qui pascunt
populū meum. Vos dispersistis gre-
gem meū/et eiecistis eos/et non visi-
tastis eos. Ecce ego visitabo super
vos malitiā studiorū vestrorū ait do-
minus. Et ego congregabo reliquias
gregis mei de oībus terris ad quas
eiecero eos illuc: et conuertā eos ad
rura sua/et crescēt/et multiplicabun
tur: et suscitabo super eos pastores /
et pascēt eos. Nō formidabūt vltra/
et non pauebunt/et nullus queret ex
numero dicit dn̄s. Ecce dies veniunt J.33.c.
dicit dn̄s: et suscitabo dauid germen
iustū/et regnabit rex et sapiens erit: B
et faciet iudiciū et iustitiam in terra. Deu.33.d
In dieb⁹ illis saluabit iuda: et israel
habitabit confidenter. Et hoc est no-
men quod vocabunt eū: dn̄s iustus nr̄.
Propter hoc ecce dies veniunt dicit
dn̄s: et non dicent vltra. Viuit dn̄s qui
eduxit filios isrl' de terra egypti: sed
viuit dn̄s qui eduxit et adduxit semen
domus israel de terra aquilonis / et
de cunctis terris ad quas eieceram
eos illuc: et habitabunt in terra sua.
Ad pphetas. Contritū est cor meum
in medio mei: cōtremuerūt oīa ossa C
mea. Factus sum quasi vir ebrius/et
quasi homo madidus a vino/a facie
dn̄i/et a facie verborū sancto℞ ei⁹: quia
adulteriis repleta est terra: quia a fa
cie maledictionis luxit terra: arefa-
cta sunt arua deserti. Factus est cur
sus eorum malus: et fortitudo eorū
dissimilis. Propheta nāque et sacer-
dos polluti sunt: et in domo mea in-
ueni malū eorū/ait dn̄s. Idcirco via
eorū erit quasi lubricum in tenebris
impellent eñ et corruent in ea. Affe-
ram eñ sup eos mala: annum visita-
tionis eorū ait dn̄s. Et in prophetis
samarie vidi fatuitatem: et propheta
bant in baal: et decipiebāt populum
meū israel. Et in pphetis hierusalē
vidi similitudinē adulterantium/et
iter mendacii. Et cōfortauerunt ma-
nus pessimorū / vt nō conuerteretur
vnusquisque a malitia sua. Facti sunt J.9.e.
mihi oēs vt sodoma: et habitatores
eius quasi gomorra. Propterea hec D
dicit dn̄s exercituum ad prophetas.
Ecce ego cibabo eos absinthio et po-
tabo eos felle. A prophetis enim hie-
rusalē egressa est pollutio super om-

nem terrā. Hec dicit dñs exercituū.
Nolite audire verba ꝓphetarū / qui
prophetant vobis / et decipiunt vos.
Uisionē cordis sui loquūtur: non de
ore dñi. Dicunt his qui blasphemāt
me. Locutus est dñs: pax erit vobis.
Et oībus qui ambulant in prauitate
cordis sui dixerūt. Nō veniet super
vos malū. Quis enim affuit in cōsi-
lio dñi / et vidit et audiuit sermonem
eius: ꝗs ꝯsiderauit vbū illiꝰ et audi-
uit? Ecce turbo dñice indignationis
egredief / et tempestas erumpēs sup
caput impiorū veniet. Non reuertet
furor dñi vsqꝫ dū faciat / et vsqꝫ dum
J.14.c. cōpleat cogitationem cordis sui. In
J.29.c. nouissimis diebus intelligetis cōsi-
lium eiꝰ. Non mittebā prophetas et
E ipsi currebāt: nō loquebar ad eos / et
ipsi ꝓphetabāt. Si stetissent in cōsi-
lio meo / et nota fecissent verba mea
populo meo: auertissem vtiqꝫ eos a
via sua mala / et a cogitationibꝰ suis
pessimis. Putasne deus e vicino ego
sum dicit dñs / et non deus de longe?
Si occultabitur vir in abscōditis / et
ego nō videbo eum / dicit dñs? Num-
quid nō celū ꝛ terrā ego impleo / di-
cit dñs? Audiui q̄ dixerūt prophete /
ꝓphetātes in noīe meo mēdacium /
atqꝫ dicentes. Somniaui / somniaui.
Usqꝫquo istud est in corde ꝓpheta-
rum vaticinantiū mendaciū / et pro-
phetantium seductiones cordis sui?
qui volunt facere / vt obliuiscatur po
pulus meus noīs mei ꝓpter somnia
eorū que narrat vnusquisqꝫ ad proxi-
mum suum / sicut obliti sunt p̄res eo-
rum noīs mei ꝓpter baal. Prophe-
ta qui habet somniū / narret somni-
um: et ꝗ habet sermonē meū / loquaf
sermonē meū vere. Quid paleis ad
F triticū. dicit dñs? Nūquid nō verba
mea sunt quasi ignis dicit dñs / et q̄si
malleus conterēs petrā? Propter-
ea ecce ego ad ꝓphetas ait dñs: qui
furanf verba mea / vnusquisqꝫ a ꝓxi
mo suo. Ecce ego ad ꝓphetas ait do
minus / qui assumunt linguas suas
et aiunt / dicit dñs. Ecce ego ad pro-
phetas somniātes mendaciū ait do-
minus: qui narrauerunt ea / et sedu-
xerūt ppl'm meū in mendacio suo / et
in miraculis suis / cum ego nō misis-
D sem eos / nec mādassem eis: qui nihil
ꝓfuerunt ppl'o huic dicit dñs. Si igi
tur interrogauerit te populus iste /
vel propheta / aut sacerdos dicens.

Quod est onus dñi? Dices ad eos. Uos
estis onus: proiciam quippe vos: di-
cit dñs. Et ꝓpheta et sacerdos et po
pulus qui dicit. Onus dñi: visitabo
sup virū illū ꝛ sup domū eiꝰ. Hec di- B
cetis vnusquisqꝫ ad ꝓximū ꝛ ad fra
trē suū. Quid rñdit dñs: et ꝗd locutꝰ
est dñs? Et onus dñi vltra nō memo
rabif: q2 onꝰ erit vnicuiqꝫ s̄mo suus.
Et peruertistis vba dei viuētis: dñi
exercituum dei nostri. Hec dices ad
prophetā. Quid respōdit tibi dñs: et
quid locutus est dñs? Si autē onus
dñi dixeritis: ꝓpter hoc hec dicit do-
minus. Quia dixistis sermonē istū.
Onus dñi: et misi ad vos dicēs. No-
lite dicere onus dñi: propterea ecce
ego tollā vos portās et derelinquam
vos et ciuitatē quā dedi vobis et pa-
tribus vrīs a facie mea: et dabo vos
in opprobrium sempiternum et in
ignominiam eternam que nūq̄ obli
uione delebitur.

¶ C.S. De figura ficuum duorū ca-
lathorum quos vidit hieremias: de
afflictione sedechie et ppl'i. C.xxiiij.

Ostēdit mihi dñs et ecce duo A
calathi pleni ficis positi an-
te tēplum dñi postq̄ transtu
lit nabuchodonosor rex babylonis
Jechoniā filiū ioachim regē iuda et
principes eiꝰ et fabrū et inclusorē de
hierusalem ꝛ adduxit eos in babylo
nem. Calathus vnꝰ ficus bonas ha-
bebat nimis vt solēt ficus esse primi
temporis. ꝛ calathus vnus ficus ha-
bebat malas nimis que comedi non
poterant eo ꝙ essent male. Et dixit
dominꝰ ad me. Quid tu vides hiere-
mia? Et dixi. Ficꝰ ficꝰ bonas / bonas B
valde: ꝛ malas / malas valde q̄ com- J.1.a.
edi nō possunt eo ꝙ sint male. Et fa-
ctū est verbū domini ad me dicens.
Hec dicit dñs deꝰ israel. Sicut ficus
he bone sic cognoscā transmigratio-
nē iuda quā emisi de loco isto in ter-
ram chaldeorum in bonū: et ponam
oculos meos super eos ad placan-
dum. et reducam eos in terrā hanc: C
et edificabo eos et non destruam: et
plantabo eos et nō euellam: et dabo
eis cor vt sciant me quia ego sum do
minus. Et erunt mihi in populum et J.13.f.
ego ero eis in deū: quia reuertentur
ad me i toto corde suo. Et sicut ficus
pessime que comedi non possunt: eo
ꝙ sint male hec dicit dominꝰ sic da-
bo sedechiam regem iuda et princi- D

pes eius: et reliquos de hierl'm q̄ re-
manserũt in vrbe hac: et qui habitãt
in terra egypti: et dabo eos in vexa-
tionẽ afflictionẽq; oĩbus regnis ter-
J.29.d. re in opprobriũ/ et in parabolã ⁊ in
prouerbiũ/ ⁊ in maledictionẽ in vni
uersis locis ad q̄ eieci eos: ⁊ mittam
in eis gladium/ ⁊ famem/ et pestem:
donec consumantur de terra quam
dedi eis et patribus eorum.
¶ C. S. De captiuitate septuaginta
annoꝝ totius iude: de calice q̄ potio
nant oẽs gentes: vocant pastores et
optimates ad planctum. Cap. xxv.
A Verbũ quod factũ est ad hiere-
miã de omni pplo iude in an-
no quarto ioachĩ filii iosie re
gis iuda: ipse est annus prim⁹ nabu-
chodonosor regis babylonis. Et lo-
cutus est hieremias ꝓpheta ad om-
nem populum iuda/ et ad vniuersos
habitatores hierl'm dicens. A tertio
decimo anno iosie filii ammon reg'
iuda vsq; ad diẽ hãc/ ipse est tertius
et vicesimus annus: factũ est verbũ
dñi ad me: et locutus sum ad vos de
nocte cõsurgẽs ⁊ loquens/ et non au
distis. Et misit dñs ad vos oẽs ser-
uos suos ꝓphetas/ consurgens dilu
culo/ mittẽsq; ⁊ nõ audistis: neq; in-
clinastis aures v̄ras vt audiretis/
B cũ diceret. Reuertimini vnusquisq;
4. Regũ a via sua mala/ et a pessimis cogita-
17.d. tionib⁹ v̄ris: et habitabitis in terra
quã dedit dñs vobis et patribus ve-
stris a secl'o et vsq; in secl'm. Et nolite
ire post deos alienos/ vt seruiatis eis
adoretisq; eos: neq; me ad iracundi-
am ꝓuocetis in operib⁹ manuũ ve-
straꝝ/ ⁊ nõ affligã vos. Et non audi-
stis me dicit dñs: vt me ad iracũdi-
am ꝓuocaretis in opib⁹ manuũ ve-
strarũ in malum vestrũ. Propterea
hec dicit dñs exercituũ. Pro eo q̄ nõ
audistis verba mea/ ecce ego mittã
et assumam vniuersas cognationes
aquilonis ait dñs: et nabuchodono-
sor regẽ babylonis seruũ meũ: et ad
ducã eos super terrã istã: ⁊ super ha
bitatores eius/ et super oẽs natiões
que in circuitu illi⁹ sunt/ et interficiã
eos/ et ponã eos in stuporẽ et in sibi
lum/ et in solitudines sempiternas.
C Perdãq; ex eis vocẽ gaudii ⁊ vocem
letitie: vocẽ sponsi et vocẽ sponse: vo
cẽ mole ⁊ lumen lucerne. Et erit vni-
uersa terra eius in solitudinem et in
stuporem: et seruient oẽs gentes iste

regi babylonis septuaginta annis.
Cũq; impleti fuerint septuagita an- 2. Paral.
ni/ visitabo sup regem babylonis/ et 36.d.
super gentẽ illã dicit dñs iniquitatẽ 1. esd. 1. a.
eoꝝ/ et sup terrã chaldeoꝝ: ⁊ ponam Dan. 9. a.
illã in solitudines sempiternas. Et ad
ducã super terrã illã oĩa verba mea
que locut⁹ sum cõtra eã: omne quod
scriptũ est in libro isto/ quecũq; pro-
phetauit hieremias aduersus oẽs
gentes: qr seruierũt eis cũ essent gẽ-
tes multe/ et reges magni. Et reddã D
eis scd'm opa eoꝝ/ et scd'm facta ma-
nuum suarũ. Quia sic dicit dñs exer
cituum deus israel. Sume calicẽ vi-
ni furoris hui⁹ de manu mea: et pro-
pinabis de illo cunctis gentibus ad
quas ego mittã te: et bibent ⁊ turba-
buntur: ⁊ insanient a facie gladii quẽ
ego mittã inter eos. Et accepi calicẽ
de manu dñi: et propinaui cũctis gẽ
tibus ad quas misit me dñs hierl'm
et ciuitatibus iuda/ et regib⁹ eius/ et
principib⁹ eius: vt darẽ eos in solitu
dinẽ/ ⁊ i stuporẽ/ ⁊ in sibilũ/ ⁊ in ma-
ledictionem: sicut est dies ista. Pha
raoni regi egypti/ ⁊ seruis ei⁹/ et prin-
cipib⁹ eius/ et omni pplo eius/ et vni E
uersis generaliter: cũctis regib⁹ ter-
re ausitidis/ et cũctis regibus terre
philisthijm/ ⁊ ascalonis/ ⁊ gaze/ et ac-
caron/ et azoti/ ⁊ reliquiis idumee/ et
moab/ et filiis ammon/ et cunctis re-
gibus tyri/ et vniuersis regib⁹ sido-
nis: et regib⁹ terre insularũ qui sunt
trãs mare ⁊ dedan/ et themã/ et buz/
et vniuersis q̄ attonsi sunt in comam
et cunctis regibus arabie: et cunctis
regibus occidentis qui habitant in
deserto: et cunctis regibus zambri: ⁊
cunctis regib⁹ elam/ et cunctis regi-
bus medoꝝ cunctis quoq; regib⁹ aq-
lonis de ꝓpe ⁊ de lõge: vnicuiq; con-
tra fratrẽ suũ/ et oĩbus regnis terre
que sup faciẽ ei⁹ sunt. Et rex sesach
bibet post eos. Et dices ad eos. Hec
dicit dñs exercituũ de⁹ isrl'. Bibite et
inebriamini: et vomite/ et cadite: ne-
q; surgatis a facie gladii quem ego
mittã inter vos. Cũq; noluerint ac- F
cipere calicẽ de manu tua vt bibant
dices ad eos. Hec dicit dñs exercitu-
um. Bibẽtes bibetis: quia ecce in ci-
uitate in qua inuocatum est nomen
meũ/ ego incipio affligere: et vos q̄si
innocẽtes/ et immunes eritis? Non
eritis immunes. Gladiũ enĩ ego vo-
co super oẽs habitatores terre dicit

domin⁹ exercituū. Et tu prophetabis
ad eos omnia verba hec/ et dices ad
Joel.3.c. illos. Dñs de excelso rugiet: et de ha-
Amos.1.a. bitaculo sancto suo dabit vocē suā:
rugiens rugiet super decorem suum.
Celeuma quasi calcātium cōcinetur
aduersus omnes habitatores terre.
Perueniet sonitus vsq; ad extrema
terre: q2 iudicium dño cū gentibus.
B Judicatur ipse cū omni carne. Im-
pios tradidi gladio dicit dñs. Hec
dicit dñs exercituum. Ecce afflictio
egredietur de gente in gentem: ꝛ tur
bo magnus egredietur a summitati-
bus terre: ꝛ erūt interfecti dñi in die
illa a summo terre vsq; ad summum
eius. Non plangent et nō colligētur
neq; sepelient: in sterquilinium super
faciem terre iacebunt. Ululate pa-
stores et clamate et aspergite vos ci
nere optimates gregis: quia cōpleti
sunt dies vestri vt interficiamini: et
dissipationes vestre: et cadetis qua-
si vasa preciosa. Et peribit fuga a pa
storibus: et saluatio ab optimatibus
gregis. Uox clamoris pastorum: et
vlulatus optimatū gregis: q2 vasta-
uit dñs pascua eoꝝ: et cōticuerūt ar-
ua pacis a facie ire furoris dñi. Dere
liquit q̄si leo tabernaculū suum: q2 fa
cta est t̄ra eoꝝ i desolationem a facie
ire columbe: et a facie furoris dñi.

¶ C.S. De regno Joachim: qualr sa-
cerdotes voluerūt occidere hieremiā
A et liberat⁹ est p principes. Cap. xxvi.

IN principio regni Joachim fi
lii Josie regis iuda factum est
vbū istud a dño dicēs. Hec di
cit dñs. Sta in atrio dom⁹ dñi et loq̄-
ris ad oēs ciuitates iuda/ de quibus
veniunt vt adorent in domo dñi: vni
uersos sermones quos ego mādaui
tibi vt loquaris ad eos. Noli subtra-
here verbum: si forte audiant et con
uertantur vnusquisq; a via sua ma-
la ꝛ peniteat me mali qđ cogitaui fa
B cere eis ꝓpter maliciā studioꝝ eoꝝ.
Et dices ad eos. Hec dicit dñs. Si
nō audieritis me vt ambuletis in le-
ge mea quam dedi vob' vt audiatis
sermones seruoꝝ meorum propheta
rum quos ego misi ad vos de nocte
cōsurgens ꝛ dirigēs: et non audistis
1.reg.4. dabo domum istā sicut Silo: et vrbem
hāc dabo in maledictionem cunctis
gētibus terre. Et audierunt sacerdo
tes et ꝓphe et oīs pp̃ls hieremiā lo-
quentē verba hec in domo dñi. Cūq;
cōplesset hieremias loquens oīa que
preceperat ei domin⁹ vt loqueret ad
vniuersum populū: apprehenderunt
eum sacerdotes et ꝓphete et omnis
pp̃ls dicens. Morte moriatur. Qua- C
re prophetauit in noie dñi: dicens.
Sicut Silo erit domus hec et vrbs
ista desolabitur eo q̄ non sit habita-
tor. Et congregatus est omnis popu
lus aduersus hieremiā in domo dñi.
Et audierunt principes Juda verba
hec/ et ascenderūt de domo regis in
domū dñi: et sederūt in introitu por-
te dom⁹ dñi noue. Et locuti sunt sa-
cerdotes et prophete ad principes:
et ad oēm pp̃lm dicentes. Judicium D
mortis est viro huic: quia propheta
uit aduersus ciuitatē istam/ sicut au-
distis auribus vestris. Et ait hiere-
mias ad omnes principes: ꝛ ad vni-
uersum populum dicens. Dñs misit 3.7.a.
me vt prophetarē ad domum istā: et
ad ciuitatem hanc omnia verba que
audistis. Nūc ergo bonas facite vi-
as vestras: et studia vestra: et audi-
te vocem domini dei vr̃i et penitebit
dñm mali quod locut⁹ est aduersum
vos. Ego autē ecce in manibus vr̃is
sum: facite mihi qđ bonū et rectū est
in oculis vr̃is. Uerūtamen scitote et E
cognoscite: q2 si occideritis me san-
guinē innocētem tradetis cōtra vos-
metipsos ꝛ ꝯtra ciuitatē istā et habi-
tatores ei⁹. In veritate eni misit me
dñs ad vos vt loquerer in aurib⁹ ve-
stris oīa verba hec. Et dixerūt princi-
pes: et oīs populus ad sacerdotes et
ꝓphetas. Nō est viro huic iudicium
mortis: q2 in nomine domini dei nr̃i
locut⁹ est ad nos. Surrexerunt ergo
viri de senioribus terre: et dixerunt ad
omnē cetū pp̃li loquentes. Micheas
de morasthim fuit ꝓpheta i diebus F
ezechie regis iuda: et ait ad oēm po-
pulū iude dicēs. Hec dicit dñs exer- mich.3.d.
cituū. Sion quasi ager arabit et hieru
salē in aceruū lapidū erit et mōs do-
mus dñi in excelsa siluarū. Nūquid
morte condemnauit eum Ezechias
rex iuda et omnis iuda? Nunquid
non timuerunt dominū et deprecati
sunt faciem domini: ꝛ penituit domi-
num mali qđ locutus fuerat aduer-
sum eos? Itaq; nos facimus malum
grande cōtra animas nostras. Fuit
quoq; vir prophetans in nomine do
mini vrias fili⁹ semei de cariathiarim
et ꝓphetauit aduers⁹ ciuitatē istam:

et aduersus terrã hanc iuxta oĩa ver
B ba hieremie. Et audiuit rex ioachim
et oẽs potẽtes ꝛ principes eius ver-
ba hec: et quesiuit rex interficere eũ.
Et audiuit vrias ꝛ timuit / fugitq; et
ingressus est egyptum. Et misit rex
ioachim viros in egyptũ / elnathan
filiũ achobor et viros cum eo in egy-
ptum. Et eduxerũt vriam de egypto:
et adduxerũt eũ ad regem ioachim
et percussit eũ gladio: et proiecit cada-
uer eius in sepulchris vulgi ignobi-
lis. Igitur man⁹ aicham filii saphã
fuit cũ hieremia vt nõ traderetur in
manus populi et interficerent eum.
¶ Ca. S. De catenis ligneis et vin-
culis mittendis quinq; regibus: et
moneantur subiici Nabuchodonosor
aliter morientur. Capitulum. xxvii.
A IN principio regni ioachim fi-
lii Iosie regis iuda / factũ est
vbũ istud ad hieremiã a dño
dicens. Hec dicit dñs ad me. Fac ti-
bi vincula ꝛ catenas: ꝛ pones eas in
collo tuo et mittes eas ad regẽ edõ /
et ad regem moab et ad regẽ filiorũ
ammon et ad regem tyri ꝛ ad regem
sidonis in manu nunciorũ qui vene-
runt hierl'm ad sedechiã regẽ iuda:
et precipies eis vt ad dños suos lo-
quantur. Hec dicit dñs exercituum
de⁹ isrl'. Hec dicetis ad dominos ve-
stros. Ego feci terrã ꝛ hoies ꝛ iumẽ-
ta que sunt sup faciem terre in forti-
tudine mea magna: et i brachio meo
extento: et dedi eam ei qui placuit in
oculis meis. Et nunc itaq; ego dedi
oẽs terras istas in manu nabucho-
donosor regis babylonis serui mei.
Insup et bestias agri dedi ei vt ser-
uiant illi. Et seruiẽt ei omnes gẽtes
et filio eius ꝛ filio filii eius / donec ve
B niat tps terre ei⁹ et ipsius: ꝛ seruient
ei gẽtes multe ꝛ reges magni. Gens
autẽ et regnũ qd non seruierit nabu-
chodonosor regi babylonis: et qui-
cũq; nõ curuauerit collũ suũ sub iu-
go regis babylonis: i gladio et in fa-
me et in peste visitabo sup gentẽ illã
ait dñs / donec cõsumã eos in manu
eius. Vos ergo nolite audire pphe-
tas vestros et diuinos et somniato-
res et augures ꝛ maleficos q dicunt
vobis. Non seruiet' regi babylonis
qr mendacium prophetãt vobis: vt
longe faciant vos de terra vestra et
eiiciãt vos et pereatis. Porro gens
que subiecerit ceruicem suam sub iu-
go regis babylonis et seruierit ei / di-
mittã eã in terra sua dicit domin⁹: ꝛ
colet eã et habitabit i ea. Et ad sede-
chiam regem iuda locutus sum s'm
omnia vba hec dicens. Subiicite col
la vestra sub iugo regis babylonis
et seruite ei et pplo eius et viuetis.
Quare moriemini tu et popul⁹ tuus C
gladio et fame et peste sicut locutus
est domin⁹ ad gentẽ q seruire nolue-
rit regi Babylonis? Nolite audire
verba pphetarum dicentium vobis.
Non seruietis regi babylonis quia
mẽdacium ipsi loquunt' vobis: qr nõ
misi eos ait dñs: et ipsi prophetãt in S. 14. c.
noie meo mendaciter vt eiiciant vos J. 29. b.
et pereatis tam vos q prophete qui
vaticinãtur vobis. Et ad sacerdotes
et ad ppl'm istũ locutus sum dicens.
Hec dicit domin⁹. Nolite audire v-
ba pphetarũ vestrorum qui prophetãt
vobis dicentes. Ecce vasa dñi reuer-
tentur de babylone nũc cito: menda-
ciũ enim pphetãt vobis. Nolite er- D
go audire eos / sed seruite regi baby-
lonis vt viuatis. Quare datur hec
ciuitas in solitudinẽ? Et si prophete
sunt et est verbũ dñi in eis / occurrãt
dño exercituũ vt nõ veniãt vasa que
derelicta fuerãt in domo dñi: ꝛ in do-
mo regis iuda et in hierl'm in baby-
lonem. Qr hec dicit dñs exercituum 4. Regũ
ad columnas et ad mare ꝛ ad bases 25. c.
et ad reliqua vasorum que remãserunt
in ciuitate hac que non tulit Nabu-
chodonosor rex babylonis cũ trans-
ferret iechoniã filiũ ioachim regẽ iu-
da de hierl'm i babylonẽ et oẽs opti-
mates iuda et hierl'm. Qr hec dicit
dñs exercituũ de⁹ israel ad vasa que
derelicta sunt i domo dñi et in domo
regis iuda et hierl'm in babylonem
transferent': ꝛ ibi erunt vsq; ad diem
visitationis sue dicit dñs. Et afferri
faciam ea et restitui in loco isto.
¶ C. S. Ananias ppheta dicit hiere
mie q post duos annos redibit ppl's
de babylone et oĩa vasa domus dñi:
respõdit hieremias amẽ. Ca. xxviii.
ET factũ est in anno illo in prin- A
cipio regni sedechie regis iu-
da in anno quarto in mense
quinto dixit ad me ananias filius
azur propheta de Gabaon in domo
dñi coram sacerdotibus et omni pplo
dicẽs. Hec dicit dñs exercituum deus
israel. Contriui iugum regis babylo-
nis. adhuc duo anni dierũ: et ego re-

ferri faciā ad locum istū oīa vasa dñi
que tulit Nabuchodonosor rex Ba-
bylonis de loco isto/et transtulit ea
in Babylonē. Et Jechoniā filiū Joa-
chim regē Juda ⁊ omnē trāsmigra-
tionem Jude qui ingressi sunt in Ba
B bylonē ego conuertam ad locū istum
ait dñs. Cōteram enim iugum regis
Babylonis. Et dixit Hieremias pro-
pheta ad Ananiam prophetā in ocu
lis sacerdotum ⁊ in oculis omnis po-
puli q̄ stabat in domo dñi: ⁊ ait Hiere
mias propheta. Amē/sic faciet dñs.
Suscitet dñs verba tua que ꝓphetas-
sti vt referant vasa in domum dñi: et
omnis trāsmigratio de babylone ad
locum istum. Uerumtamen audi ver-
bum hoc quod ego loquor in auribus
C tuis ⁊ in aurib⁹ vniuersi populi. Pro
phete q̄ fuerunt ante me ⁊ ante te ab
initio: ⁊ ꝓphetauerunt super terras
multas ⁊ super regna magna de pre-
lio ⁊ de afflictione ⁊ de fame: ꝓpheta
qui vaticinatus est pacem cum vene
rit verbum eius/scietur ꝓpheta quē
misit dñs in veritate. Et tulit Ana-
nias ꝓpheta catenam de collo Hiere
mie ꝓphete ⁊ confregit eā: ⁊ ait Ana
nias in conspectu oīs populi/dicēs.
Hec dicit dñs. Sic confringā iugum
Nabuchodonosor regis Babylonis
post duos annos dierum de collo om
nium gentiū. Et abiit Hieremias ꝓ-
pheta in viā suā. Et factū est verbum
dñi ad Hieremiā postq̄ ꝯfregit Ana
nias ꝓpheta catenā de collo Hiere-
D mie ꝓphete dicēs. Uade ⁊ dices Ana
nie. Hec dicit dñs. Catenas ligneas
cōtriuisti/⁊ facies ꝓ eis catenas fer-
reas: q̄r hec dicit dñs exercituum de⁹
Israel. Jugū ferreum posui sup col-
lum cunctarū gentium istarū: vt ser-
uiant regi Nabuchodonosor regi ba
bylonis ⁊ seruiēt ei: insuper ⁊ bestias
terre dedit ei. Et dixit Hieremias ꝓ-
pheta ad Ananiam ꝓphetam. Audi
Anania: non misit te dñs/⁊ tu confi-
dere fecisti populū istū in mēdacio.
Idcirco hec dicit dñs. Ecce ego mit-
tam te a facie terre: hoc anno morie-
ris: aduersum eñi dñm locut⁹ est. Et
mortuus est Ananias ꝓpheta in an-
no illo mense septimo.

¶ C.S. Propheta describit transmi-
grationem vt credat sibi scribens ad
captiuos babylonis: anno septuage-
simo a dño visitabūtur: et de pseudo-
prophetis cauendis. Cap. xxix.

A Et hec sunt verba libri que mi-
sit Hieremias ꝓpheta de Hie
rusalem ad reliquias seniorū
transmigrationis/⁊ ad sacerdotes/
et ad ꝓphetas/⁊ ad omnē populum
quē traduxerat Nabuchodonosor de
Hierusalē in babylonē: postq̄ egres-
sus est Jechonias rex/et domina/et
eunuchi/⁊ p̄ncipes Juda ⁊ Hierusa-
lē et faber ⁊ inclusor de Hierusalē in
manu elasa filij saphā: ⁊ gamalie fi-
lij helchie quos misit Sedechias rex
Juda ad Nabuchodonosor regē ba-
B bylonis in babylonem/dicens. Hec
dicit dñs exercituū de⁹ Israel omni
transmigrationi quā trāstuli de Hie-
rusalem in babylonem. Edificate do-
mos et habitate et plantate hortos/
⁊ comedite fructum eorum. Accipite
vxores et generate filios et filias: et
date filiis vestris vxores/⁊ filias ve-
stras date viris/et pariant filios et
filias/⁊ multiplicamini ibi. Et nolite
esse pauci numero/et querite pacem
ciuitatis ad quam transmigrare vos
feci: ⁊ orate ꝓ ea ad dñm/q̄r in pace
illius erit pax vobis. Hec enim dicit
C dñs exercituū deus Israel. Non vos
seducant prophete vestri qui sunt in
medio vestrum et diuini vestri: ⁊ ne
attendatis ad somnia vestra que vos
somniatis: quia falso ipsi prophetant
vobis in noīe meo ⁊ non misi eos di-
cit dñs. Quia hec dicit dñs. Cum ce- S.c.25.c.
perint impleri in babylone septua- 2.Paral.
ginta anni: visitabo vos et suscitabo 36.d.
super vos verbū meum bonū vt redu 1.Esd.1.a.
cam vos ad locū istū. Ego enim scio Dañ.9.a.
cogitationes quas ego cogito super
vos ait dñs: cogitationes pacis ⁊ nō
afflictionis vt dem vobis finem ⁊ pa
tientiam: ⁊ inuocabitis me ⁊ viuetis
et orabitis me et ego exaudiam vos/
queretis me et inuenietis. Cum que-
sieritis me in toto corde vestro: ⁊ in-
D ueniar a vobis ait dñs: ⁊ educam ca-
ptiuitatem vestrā ⁊ congregabo vos
de vniuersis gentibus et de cunctis
locis ad que expuli vos dicit dñs: et
reuerti vos faciam de loco ad quem
transmigrare vos feci: quia dixistis/
Suscitabit nobis dñs ꝓphetas in ba-
bylone. Quia hec dicit domin⁹ ad re-
gem qui sedet super solium Dauid: ⁊
ad omnem populum habitatorē vr-
bis huius/et ad fratres vestros qui
nō sunt egressi vobiscū in trāsmigra-
tionem. Hec dicit dñs exercituum.

Ecce ego mittã in eos gladium et fa-
mem ⁊ pestem:⁊ ponam eos quasi fi-
cus malas que comedi non possunt/
eo ꝙ pessime sint:⁊ persequar eos in
gladio ⁊ in fame et in pestilentia. Et
S.14.d. dabo eos in vexationem vniuersis re
gnis terre / in maledictionem/et in
stuporem/⁊ in sibilũ/⁊ in opprobriũ
cunctis gentibus ad quas ego eieci
eos/eo ꝙ non audierint verba mea
dicit dñs/que misi ad eos per seruos
meos prophetas de nocte cõsurgens
et mittens:⁊ non audistis dicit dñs.
E Uos ergo audite verbum dñi omnis
transmigratio quã emisi de Hierusa-
lem in babylonẽ. Hec dicit dñs exer-
cituum deus israel ad Achab filium
colie:⁊ ad sedechiã filiũ maasie/qui
prophetant vobis in noie meo men-
daciter. Ecce ego tradam eos in ma-
nu Nabuchodonosor regis Babylo-
nis:⁊ percutiet eos in oculis vestris.
Et assumetur ex eis maledictio omni
transmigrationi Jude que est in Ba
bylone dicentium. Ponat te dñs si-
cut Sedechiã ⁊ sicut Achab quos fri
xit rex Babylonis in igne ꝓ eo ꝙ fe-
cerint stultitiã in Israel:et mechati
sunt in vxores amicorum suorũ:⁊ lo-
cuti sunt verbũ in nomine meo men-
F daciter quod non mandaui eis. Ego
sum iudex et testis/dicit dñs. Et ad
Semeiam neelamitẽ/dices. Hec dicit
dñs exercituum deus Israel. Pro eo
ꝙ misisti in noie meo libros ad om-
nem populum qui est in Hierusalem
et ad Sophoniam filiũ maasie sacer-
dotem:et ad vniuersos sacerdotes/
dicens. Dñs dedit te sacerdotem pro
ioiada sacerdote:vt sis dux in domo
dñi super omnẽ virum arrepticium ⁊
prophetantem:vt mittas eum in ner
uum ⁊ in carcerẽ. Et nunc quare nõ
increpasti Hieremiã anathotitem/q̃
ꝓphetat vobis? Quia super hoc mi-
sit in Babylonem ad nos/dicẽs. Lõ-
gum est/edificate domos et habita-
te ⁊ plantate hortos/⁊ comedite fru-
S.eodem. ctus eorũ. Legit ergo Sophonias sa-
cerdos librum istũ in auribus Hiere-
G mie prophete. Et factũ est verbũ dñi
ad Hieremiã/dicẽs. Mitte ad omnẽ
transmigrationem dicens. Hec dicit
dñs ad Semeiã neelamitẽ. Pro eo ꝙ
ꝓphetauit vobis Semeias ⁊ ego non
misi eum ⁊ fecit vos cõfidere in men-
dacio:idcirco hec dicit dominus. Ec-
ce ego visitabo sup Semeiã neelami-
tem/⁊ super semen eius. Non erit ei
vir sedens in medio populi huius:et
non videbit bonum quod ego faciam
populo meo/ ait dominus:quia pre-
uaricationem locutus est aduersus
dominum.

¶ C.S. Promittit tristitiam:de capti
uitate Jude subdit:de gaudio libera-
tionis ⁊ vltione in hostes populi.

Capitulum.xxx.

Hoc verbum quod factum est ad A
Hieremiam a domino / dicens.
Hec dicit domin⁹ de⁹ Israel. Scribe
tibi omnia verba que locutus sum ad
te in libro. Ecce enim dies veniunt/
dicit dñs:⁊ cõuertam conuersionem
populi mei Israel ⁊ Juda ait dñs:et
conuertam eos ad terram quam de-
di patribus eorũ ⁊ possidebunt eam.
Et hec verba que locutus est domi-
nus ad Israel ⁊ ad Judam. Quoniã
hec dicit dñs. Uocem terroris audi-
uimus:formido ⁊ non est pax. Inter-
rogate et videte si generat masculus.
Quare ergo vidi omnis viri manum
super lumbum suum quasi parturien
tis:⁊ cõuerse sunt vniuerse facies in
auruginẽ? Ue quia magna dies illa B
nec est similis eius:tempusq; tribu- Joel.2.c.
lationis est Jacob/⁊ ex ipso saluabi- Am.5.c.
tur. Et erit in die illa ait dñs exerci- Soph.1.d
tuum/conteram iugum eius de collo
tuo:⁊ vincula eius dirumpam. Et nõ
dominabuntur ei amplius alieni:sed
seruient dño deo suo/et Dauid regi Esa.44.
suo quem suscitabo eis. Tu ergo ne a.
timeas serue meus Jacob / ait dñs:
neq; paueas Israel:q2 ecce ego salua
bo te de terra longinqua:⁊ semẽ tuũ
de terra captiuitatis eorum. Et re-
uertetur Jacob ⁊ requiescet:⁊ cũctis
affluet bonis:⁊ non erit quem formi-
det:quoniã tecũ ego sum ait dñs/vt
saluem te. Faciam eñi consummatio
nem in cunctis gentibus in quibus
dispersi te:te autẽ non faciam in con
summationem:sed ego castigabo te
in iudicio vt non tibi videaris inno-
xius: quia hec dicit dñs. Insanabi-
lis fractura tua:pessima plaga tua. C
Non est qui iudicet iudicium tuum
ad alligãdam curationem tuam:vti-
litas non est tibi. Omnes amatores
tui obliti sunt tui:teq; non querent.
Plaga eñi inimici percussi te/casti-
gatione crudeli. Propter multitu-
dinem iniquitatis tue : dura facta S.13.d.
sunt peccata tua. Quid clamas sup

contritione tua? Insanabilis est do-
lor tuus. Propter multitudinem ini-
quitatis tue:et propter dura pecca-
ta tua feci hec tibi. Propterea omnes
qui comedunt te:deuorabūtur:⁊ vni-
uersi hostes tui in captiuitatem ducē-
tur: ⁊ omnes qui te vastant/vasta-
būtur:cunctosq; predatores tuos da-
bo in predam. Obducam enī cicatri-
cem tibi:⁊ a vulneribus tuis sanabo
te/dicit dñs. Quia electā vocauerunt
te sion. Hec est que non habebat re-
D quirētem. Hec dicit dñs. Ecce ego cō-
uertam conuersionem tabernaculorū
Jacob:⁊ tectis eius miserebor:⁊ edi-
ficabitur ciuitas in excelso suo/et tē-
plum iuxta ordinem suum fundabi-
tur. Et egredietur de eis laus/vox q;
ludentium/⁊ multiplicabo eos ⁊ non
minuentur:et glorificabo eos et non
attenuabuntur:et erunt filii eius sicut
a principio: et cetus eius coram me
permanebit. Et visitabo aduersum
omnes qui tribulant eum/⁊ erit dux
eius ex eo/⁊ princeps de medio eius
producetur/⁊ applicabo eum ⁊ acce-
det ad me. Quis enim iste est qui ap-
plicet cor suum/vt appropinquet mi-
hi/ait dñs? Et eritis mihi in populū/
et ego ero vobis in deum. Ecce turbo
domini furor egrediens:procella ruēs
in capite impiorum conquiescet. Nō
auertet iram indignationis dominus:
donec faciat et compleat cogitationē
cordis sui. In nouissimo dierum in-
telligetis ea.
¶ C.S. Post plenitudinē gētiū iterat
Israel ad fidē:de plāctu:de cōsolatio-
ne Rachel super mortē filiorū suorū:
reuocat dñs Ephraim/⁊ Israel ad fi-
dem:de Christi natiuitate/⁊ sacramē-
to corporis ⁊ sanguinis eius:q; vnusq;
q; moriet in peccato suo:de reedifica-
tione ciuitatis Hierusalē. Cap. xxxi.
A 2.Co.6.d In tempore illo dicit dñs. Ero
deus vniuersis cognationibus
Israel:⁊ ipsi erunt mihi in po-
pulū. Hec dicit dñs. Inuenit gratiam
in deserto populus qui remanserat gla-
dio/vadet ad requiē suā Israel. Lon-
ge dñs apparuit mihi/⁊ in charitate
perpetua dilexi te:ideo attraxi te mi-
serās. Rursumq; edificabo te:et edi-
ficaberis virgo Israel: adhuc orna-
beris tympanis tuis/⁊ egredieris in
choro ludentium. Adhuc plantabis
vineas in montibus Samarie. Plā-
tabunt plantantes/et donec tempus
veniat non vindemiabunt: quia erit
dies in qua clamabunt custodes in
monte samarie ⁊ in monte ephraim.
Surgite et ascendamus in Sion ad
dominū deum nostrum: quia hec di-
cit dominus. Exultate in letitia Ja- B
cob/⁊ hinnite contra caput gētium/
personate ⁊ canite ⁊ dicite. Salua do-
mine populū tuum reliquias Israel.
Ecce ego adducam eos de terra aqui-
lonis:⁊ congregabo eos ab extremis
terre:inter quos erunt cecus et clau-
dus/et pregnans/et pariens simul:
cetus magnus reuertentium huc. In 9
fletu venient/⁊ in misericordia redu-
cam eos. Et adducam eos per torren-
tes aquarum in via recta/et non im-
pingent in ea:quia factus sum Israe-
li pater/et Ephraim primogenitus
meus est. Audite verbum domini gē-
tes:et annunciate in insulis que pro-
cul sunt/et dicite. Qui dispersit Is-
rael congregabit eum/⁊ custodiet eū
sicut pastor gregem suum. Redimet
enim dominus Jacob/et liberabit eū
de manu potentioris. Et venient/et
laudabunt in monte sion/et conflu-
ent ad bona domini super frumen-
to et vino/et oleo/et fetu pecorum et
armentorum: eritq; anima eorum/
quasi hortus irriguus/et vltra non
esurient. Tūc letabitur virgo in cho- C
ro/iuuenes et senes simul. Et con-
uertam luctum eorum in gaudium/
et consolabor eos/et letificabo a do-
lore suo. Et inebriabo animam sacer-
dotum pinguedine/et populus me-
us bonis meis adimplebitur:ait do-
minus. Hec dicit dominus. Vox in Mat.2.d. 15.
excelso audita est lamentationis:lu- 2.3.d.
ctus ⁊ fletus Rachel plorantis filios
suos et nolentis consolari super eis
quia non sunt. Hec dicit dominus:
Quiescat vox tua a ploratu/et ocu-
li tui a lachrymis/quia est merces
operi tuo/ait dominus. Et reuertent
de terra inimici:⁊ est spes in nouissi-
mis tuis/ait dominus:⁊ reuertentur
filii tui ad terminos suos. Audiens
audiui Ephraim transmigrantē. Ca-
stigasti me domine et eruditus sum/
quasi iuuenculus indomitus. Cōuer- D
tere me ⁊ cōuertar/quia tu dominus
deus meus. Post q̄ enim cōuertisti me
egi penitentiā:⁊ postq̄ ostendisti mi-
hi percussi femur meū:confusus sum ⁊
erubui:q̄m sustinui opprobrium ado-
lescentie mee. Si filius honorabilis

mihi ephraim: si puer delicatꝰ: qꝛ ex
quo locutꝰ sum de eo/adhuc recorda-
boꝛ eius: idcirco conturbata sunt vi-
scera mea super eū/miserans misere-
boꝛ eius ait dñs. Statue tibi specu-
lā/pone tibi amaritudines/dirige cor
tuum in viā rectā in qua ambulasti.
Reuertere virgo Israel: reuertere ad
ciuitates tuas istas. Usquequo deli-
ciis dissolueris filia vaga? Quia crea-
uit dñs nouū super terrā: femina cir-
cundabit virum. Hec dicit dñs exerci-
E tuū deus Israel. Adhuc dicēt verbū
istud in terra Juda ꝛ in vrbibus eiꝰ
cum conuertero captiuitatē eoꝝ. Be-
nedicat tibi dñs pulchritudo iusticie
mons sanctus: ꝛ habitabunt in eo iu-
das ꝛ omnes ciuitates eiꝰ simul agri-
cole ꝛ minātes greges: quia inebria-
ui animam lassam ꝛ omnem animā
esurientē saturaui. Ideo quasi de som-
no suscitatus sum et vidi: et somnus
meus dulcis mihi. Ecce dies veniunt
dicit dñs: ꝛ seminabo domū Israel et
domū Juda semine hominū et semi-
ne iumentoꝝ. Et sicut vigilaui super
eos vt euellerem ꝛ demolirer/ꝛ dissi-
parē ꝛ disperderē ꝛ affligerem: sic vi-
gilabo super eos vt edificē ꝛ plātem
ait dominus. In diebꝰ illis nō dicent
Eze.18.a. vltra. Patres comederunt vuā acer-
bam ꝛ dentes filioꝝ obstupuerūt:
sed vnusquisqꝫ in iniquitate sua mo-
rietur. Omnis homo qui comederit vuam
Heb.8.c. acerbā: obstupescent dentes eiꝰ. Ecce
F dies venient dicit dñs: ꝛ feriam domui
israel ꝛ domui Juda fedꝰ nouū. Non
sm pactū qđ pepigi cum patribꝰ ve-
stris in die qua apprehendi manum
eoꝝ vt educerē eos de terra Egypti:
pactū qđ irritū fecerunt ꝛ ego domi-
natus sum eoꝝ dicit dñs: sed hoc erit
pactū qđ feriā cū domo Israel. Post
dies illos dicit dñs/dabo legē meam
in visceribus eoꝝ/ꝛ in corde eorum
scribā eam ꝛ ero eis in deū/ꝛ ipsi erūt
Ioh.6.e. mihi in populū. Et non docebit vltra
Esa.26.b vir proximū suum: ꝛ vir fratrē suum
dicēs. Cognosce dñm. Omnes enī co-
gnoscēt me a minimo eoꝝ vsqꝫ ad
maximum ait dñs: quia propitiabor
iniquitati eoꝝ/ꝛ peccati eoꝝ non me-
Act.19.G moraboꝛ amplius. Hec dicit dñs: qui
dat solem in lumine diei: ordinē lune
et stellarū in lumine noctis: qui turbat
mare ꝛ sonant fluctus eiꝰ. Dñs exer-
G citiū nomen illi. Si defecerint leges
iste coram me dicit dñs: tunc ꝛ semē
Israel deficiet vt non sit gens coram
me cunctis diebus. Hec dicit dñs. Si
mensurari poterunt celi sursum ꝛ in-
uestigari fundamēta terre deoꝛsum: ꝛ
et ego abiiciā vniuersum semē Israel
ꝓpter oīa que fecerūt dicit dñs. Ecce
dies veniēt dicit dñs: et edificabitur ci-
uitas dño a turre Ananehel vsqꝫ ad
portā anguli. Et exibit vltra normam
mensure in conspectu eius sup collē
Gareb/ꝛ circuibit Goatha et omnem
vallē cadauerum ꝛ cineres ꝛ vniuer-
sam regionem mortis vsqꝫ ad torren-
tem cedron/ꝛ vsqꝫ ad angulum porte
equoꝝ orientalis sanctum domini
non euelletur/ꝛ non destruetur vltra
in perpetuum.
¶ C.S. Hieremias in carcere ꝓphe-
tat Sedechiā captiuū/ꝛ orbatū ducē-
dū in babylonē: ꝛ emit agrū in ana-
thot: ꝛ orat dñm ꝓ populo suo: sermo
dñi ad eū: de incēdio hierlm: ꝛ de libe-
ratione captiuoꝝ. Cap.xxxii.
VErbū quod factū est ad Hiere- A
miā a dño in anno decimo Se-
dechie regis Juda ipse est an-
nus decimus octauus Nabuchodo-
nosoꝛ. Tunc exercitus regis Babylo-
nis obsidebat Hierusalem/et Hiere-
mias ꝓpheta erat clausus in atrio
carceris qđ erat in domo regis Juda.
Clauserat enī eū Sedechias rex Juda
dicēs. Quare vaticinaris dicēs. Hec
dicit dominꝰ. Ecce ego dabo ciuitatē
istā in manu regis Babylonis/ꝛ ca-
piet eā: ꝛ Sedechias rex Juda nō ef-
fugiet de manu Chaldeoꝝ: sz tradetur
in manus regis Babylonis/et loque-
tur os eiꝰ cum ore illius: ꝛ oculi eius
oculos illius videbunt: ꝛ in babylonē
ducet Sedechiā: ꝛ ibi erit donec visi-
tem eū ait dñs. Si autē dimicaueritis
aduersum chaldeos nihil ꝓsperum
habebitis. Et dixit Hieremias. Factū
est verbū dñi ad me/dicēs. Ecce Ana-
mehel filius Sellū patruelis tuus ve-
niet ad te/dicēs. Eme tibi agrū meū
qui est in anathot: tibi enī cōpetit ex
propinquitate vt emas. Et venit ad B
me Anamehel filius patrui mei secū-
dum verbū dñi ad vestibulū carceris
et ait ad me. Posside agrū meū qui est
in Anathot in terra Beniamin: qꝛ ti-
bi cōpetit hereditas/ꝛ tu propinquꝰ
es vt possideas. Intellexi autem qꝫ
verbū dñi esset. Et emi agrū ab Ana-
mehel filio patrui mei qui est in Ana-
thot: et appendi ei argentum septem

stateres ⁊ decez argenteos ⁊ scripsi
in libro ⁊ signaui et adhibui testes.
Et appẽdi argẽtũ in statera ⁊ acce-
pi librũ possessionis signatum ⁊ sti-
pulationes ⁊ rata et signa forinsec⁹.
C Et dedi librũ possessionis baruch fi-
lio neri filij maasie in oculis anane
hel patruelis mei ⁊ in oculis testiuz
qui scripti erant in libro emptionis
⁊ in oculis omniuz iudeoꝝ qui sede-
bãt in atrio carceris. Et precepi ba-
ruch corã eis dicẽs. Hec dicit domi-
nus exercituuz deus israel. Sume li-
bros istos librũ emptionis hunc si-
gnatũ ⁊ librũ hunc qui apert⁹ est: et
pones illos in vase fictili vt ꝑmane-
re possint dieb⁹ multis. Hec eñi di-
cit dñs exercituũ de⁹ israel. Adhuc
possidebunt dom⁹ ⁊ agri et vinee in
tra ista. Et oraui ad dñm postq̃ tra-
didi librum possessiõis baruch filio
neri dicẽs. Heu heu heu dñe de⁹: ec-
ce tu fecisti celũ ⁊ terrã in fortitudi-
ne tua magna ⁊ in brachio tuo extẽ-
to: non erit tibi difficile oẽ verbuz
exo. 42. a qui facis misericordiã in milibus et
reddis iniquitatẽ patrũ in sinum fi-
D liorũ post eos. Fortissime magne et
potẽs: dñs exercituũ nomen tibi ma-
gnus cõsilio et incõprehensibilis co-
gitatu. Cui⁹ oculi aperti sunt super
oẽs vias filioꝝ adã: vt reddas vnu-
cuiq; secundũ vias suas/ ⁊ secundũ
fructũ adinuentionũ eius. Qui po-
suisti signa ⁊ portẽta in terra egypti
vsq; ad diẽ hãc ⁊ in israel ⁊ in hoib⁹
⁊ fecisti tibi nomẽ sicut est dies hec.
Et eduxisti populũ tuũ isrl' de terra
egypti in signis ⁊ in portẽtis ⁊ i ma-
nu robusta ⁊ in brachio extẽto et in
terrore magno: ⁊ dedisti eis terram
hãc quã iurasti patrib⁹ eorũ vt da-
res eis terrã fluẽtẽ lacte ⁊ melle: et
ingressi sunt ⁊ possederũt eã. Et non
obedierũt voci tue ⁊ in lege tua non
ambulauerunt: oĩa que mãdasti eis
vt facerẽt non fecerunt ⁊ euenerũt
eis oĩa mala hec. Ecce munitiões ex-
tructe sunt aduersum ciuitatẽ vt ca-
piatur: ⁊ vrbs data est in man⁹ chal-
deorũ ⁊ in manus regis babylonis
qui preliant aduersus eã a facie gla-
dij ⁊ famis ⁊ pestilẽtie: ⁊ q̃cunq; lo-
cut⁹ es acciderũt vt tu ipse cernis: ⁊
E tu dicis mihi dñe deus. Eme agrum
argento ⁊ adhibe testes: cũ vrbs da-
ta sit in manu chaldeorũ? Et factuz
est verbũ dñi ad hieremiam dicens.
Ecce ego dñs deus vniuerse carnis.
Nunquid mihi difficile erit oẽ ver-
buz? Propterea hec dicit dñs. Ecce
ego tradam ciuitatẽ istã in manus
chaldeoꝝ ⁊ in manus regis babylo-
nis ⁊ capiẽt eã: ⁊ veniẽt chaldei pre-
liantes aduersum vrbẽ hãc ⁊ succen-
dent eã igni ⁊ ꝯburent eaz ⁊ domos
in quaruz domatibus sacrificabant
baal ⁊ libabãt dijs alienis libamina
ad irritandũ me. Erãt enim filij isrl'
⁊ filij iuda iugiter faciẽtes malũ in
oculis meis ab adolescẽtia sua filij
israel: qui vsq; nũc exacerbãt me in
opere manuũ suarũ dicit dñs: quia
in furore ⁊ in indignatione mea fa-
cta est mihi ciuitas hec a die q̃ edifi-
cauerũt eã vsq; ad diẽ istã qua aufe-
F ret de ꝯspectu meo propter maliciã
filioꝝ israel ⁊ filioꝝ iuda quaz fece-
rũt/ ad iracũdiã me prouocãtes ipsi
⁊ reges eoꝝ ⁊ principes eoꝝ ⁊ sacer-
dotes eoꝝ ⁊ prophete eoꝝ viri iuda
⁊ habitatores hierusalẽ. Et verterũt 3. 2. f. a
ad me terga ⁊ nõ facies cũ docerem 7. b.
eos diluculo ⁊ erudirẽ ⁊ nollent au-
dire vt acciperẽt disciplinam. Et po-
suerunt idola sua in domo in qua in-
uocatũ est nomen meũ vt polluerẽt
eã: ⁊ edificauerũt excelsa baal q̃ sũt
in valle filij ennom vt initiarẽt filios
suos ⁊ filias suas moloch: qđ nõ mã-
daui eis nec ascẽdit in cor meũ vt fa-
cerent abominationẽ hanc ⁊ in pec-
catũ deducerẽt iudã. Et nunc ꝓpter
ista hec dicit dñs deus israel ad ciui-
tatẽ hanc de qua vos dicitis q̄ tra-
dat in man⁹ regis babylonis in gla-
dio ⁊ in fame ⁊ in peste. Ecce ego cõ-
gregabo eos de vniuersis terris ad
quas eieci eos in furore meo et ira
G mea ⁊ in indignatione grãdi: ⁊ redu-
cã eos ad locũ istum ⁊ habitare eos
faciã cõfidẽter ⁊ erũt mihi in popu-
lũ et ego ero eis in deũ. Et dabo eis
H cor vnũ ⁊ viã vnã vt timeãt me vni-
uersis dieb⁹ ⁊ bene sit eis ⁊ filijs eo-
rũ post eos. Et feriã eis pactuz sem-
piternũ ⁊ nõ desinã eis benefacere:
⁊ timorẽ meũ dabo in corde eorũ vt
nõ recedãt a me: ⁊ letabor super eis
cũ bñ eis fecero. Et plantabo eos in
terra ista in veritate. In toto corde
meo ⁊ in tota aĩa mea. Quia hec dicit
dñs. Sicut adduxi sup populũ istuz
oẽ malũ hoc grãde: sic adducã su-
per eos oẽ bonum qđ ego loquor ad
eos. Et possidebunt agri i terra ista

de qua vos dicitis q deserta sit eo q
nõ remãserit homo z iumentũ: z da-
ta sit in man⁹ chaldeorũ. Agri emẽ-
tur pecunia z scribent in libro z im-
primet signũ z testes adhibebuntur
in terra beniamin z in circuitu hie-
rusalem in ciuitatibus iuda et in ci-
uitatibus montanis et in ciuitatib⁹
campestribus et in ciuitatibus que
ad austrum sunt: quia cõuertam ca-
ptiuitatem eorum ait dominus.
¶C.S. De cõuersiõe iuda z hierusa-
lem: z de emendatione z gaudio: et
de grege transeũte ad manũ nũerã-
tis: de xp̃o nasciturо z regno ipsius
z sacerdotio perpetuo. Cap̃m. xxxiii.
A Et factum est verbũ dñi ad hie-
remiã secũdo: cum adhuc clau-
sus eẽt in atrio carceris dicẽs. Hec
dicit dominus. Qui facturus est: et
formaturus illud z paraturus/ Do-
minus nomen eius. Clama ad me z
exaudiã te: z annũciabo tibi grãdia
z firma q̃ nescis: q: hec dicit dñs de⁹
israel ad domos vrbis hui⁹ z ad do-
mos regis iuda que destructe sunt z
ad munitiones z ad gladiũ venien-
tiũ vt dimicẽt cũ chaldeis z ipleãt
eas cadauerib⁹ hominũ quos pcus-
si i furore meo et in idignatiõe mea
abscondẽs faciẽ meã a ciuitate hac
propter oẽm maliciã eorũ. Ecce ego
obducã eis cicatricẽ z sanitatẽ: z cu-
rabo eos / z reuelabo illis depreca-
tionẽ pacis z veritatis. Et conuertã
cõuersionẽ iuda z cõuersionẽ hieru-
salẽ: et edificabo eos sicut a pricipio
z emũdabo illos ab oĩ iniquitate
sua in qua peccauerũt mihi: z propi-
cius ero cũctis iniquitatib⁹ eorũ in
B quib⁹ deliquerũt mihi z spreuerunt
me. Et erit mihi in nomen et in gau-
diũ et in laudẽ z in exultationẽ cun-
ctis gentibus terre q̃ audierint oĩa
bona que ego facturus sum eis: et pa-
uebũt et turbabunt in vniuersis bo-
nis: z in oĩ pace quã ego faciã eis.
Hec dicit dñs. Adhuc audiet in loco
isto quem vos dicitis esse desertum
eo q nõ sit homo nec iumẽtũ in ciui-
tatib⁹ iuda z foris hierusalẽ: q̃ deso-
late sunt absq hoĩe et absq habita-
tore et absq pecore. Uox gaudij et
vox leticie: vox spõsi z vox spõse vox
dicentiũ. Confitemini dño exercituũ
qm̃ bon⁹ dñs qm̃ in eternũ mia eius
z portantiũ vota in domũ dñi. Re-
ducã eni cõuersionẽ terre: sicut a pnci-
pio dicit dñs. Hec dicit dñs exerci-
tuũ. Adhuc erit in loco isto deserto
absq hoĩe z absq iumẽto z i cũctis
ciuitatibus ei⁹ habitaculũ pastorũ z
accubãtiũ greges: et in ciuitatibus
mõtuosis z i ciuitatib⁹ cãpestrib⁹ et
in ciuitatib⁹ q̃ ad austrũ sunt z i ter- C
ra beniamin z in circuitu hierlm et
in ciuitatibus iuda adhuc trãsibunt
greges ad manũ nũerãtis: ait dñs.
Ecce dies veniẽt dicit dñs z suscita-
bo verbũ bonũ qd locut⁹ sum ad do- S.23.a.
mũ israel z ad domũ iuda. In dieb⁹
illis et in tẽpore illo germinare faciã
dauid germen iusticie: z faciet iudi-
ciũ et iusticiã in terra. In dieb⁹ illis
saluabitur Juda z Israel habitabit
confidenter. Et hoc est nomen quod
vocabũt eũ. Dñs iust⁹ noster. Quia
hec dicit dñs. Nõ interibit de dauid
vir q̃ sedeat sup thronũ dom⁹ isrl': et
de sacerdotib⁹ z leuitis nõ interibit
vir a facie mea q̃ offerat holocausto
mata z incẽdat sacrificiũ z cedat vi-
ctimas oĩb⁹ dieb⁹. Et factũ est vbũ
dñi ad hieremiã dicẽs. Hec dicit do- D
min⁹. Si irritũ põt fieri pactũ meũ
cũ die z pactũ meum cũ nocte vt nõ
sit dies z nox i tpe suo: et pactũ meũ
irritũ esse poterit cũ dauid suo meo
vt nõ sit ex eo filius q̃ regnet in thro-
no eius et leuite et sacerdotes minis-
tri mei. Sicut enũerari nõ possunt
stelle celi et metiri arene maris: sic
multiplicabo semẽ Dauid serui mei
et leuitas ministros meos. Et factũ
est vbũ dñi ad hieremiã dicẽs. Num-
quid nõ vidisti qd ppl's hic locut⁹ sit
dicens. Due cognationes quas ele-
gerat dñs abiecte sunt et populum
meum despexerunt: eo q non sit vl-
tra gens coram eis. Hec dicit dñs.
Si pactũ meũ inter diẽ et noctem et
leges celi et terre non posui: equidẽ
et semẽ iacob z dauid serui mei pro-
iiciam vt non assumã de semine ei⁹
principes seminis abraam/ isaac/ et
iacob: reducam enim conuersionem
eorum: z miserebor eis.
¶C.S. Pena q: nõ dimittunt suos
et ancillas hebreas liberos et punis
tio: cũ tñ pmiserãt in tẽplo cũ solẽni
tate vituli in duo scissi. Cap̃m. xxxiiii.
A Uerbũ qd factum est ad hiere-
miam a dño quãdo nabucho-
donosor rex babylonis z om-
nis exercit⁹ eius: vniuersaq regna
terre que erãt sub potestate manus

eius: ⁊ oẽs populi bellabant contra
hierusalẽ: ⁊ cõtra oẽs vrbes eius di-
cens. Hec dicit dñs de⁹ israel. Uade
et loq̃re ad Sedechiam regẽ iuda ⁊
dices ad eũ. Hec dicit dñs. Ecce ego
tradam ciuitatẽ hanc ĩ manu regis
babylonis ⁊ succendet eã igni. Et tu
nõ effugies de manu ei⁹: sed ↄprehẽ
sione capieris ⁊ in manu eius trade
ris: ⁊ oculi tui oculos regis babylo-
nis videbunt ⁊ os eius cũ ore tuo lo
quetur ⁊ babylonem introibis. Atta
men audi verbũ dñi sedechia rex iu
da. Hec dicit dñs ad te. Nõ morieris
in gladio: sed in pace morieris: ⁊ se-
cundũ cõbustiones patrũ tuorũ re-
gum priorũ qui fuerũt ante te sic cõ
burent te: ⁊ ve dñe plangent te: quia
B verbũ hoc ego locut⁹ sum: dicit dñs.
Et locutus est Hieremias propheta
ad sedechiã regẽ Juda vniuersa ver
ba hec in hierusalẽ: ⁊ exercit⁹ regis
babylonis pugnabat contra Hieru-
salẽ ⁊ contra oẽs ciuitates iuda que
relique erant contra lachis et cõtra
Azecha: he enĩ supererant de ciuita
tibus Juda vrbes munite. Uerbum
quod factuz est ad Hieremiã a dño:
postq̃ percussit rex sedechias fed⁹
cũ oĩ populo in hierusalẽ: predicãs
libertatem vt dimitteret vnusquisq̃
seruũ suũ ⁊ vnusquisq̃ ancillã suam
Hebreũ ⁊ hebream liberos: nequaq̃
dominarent eis: id est in iudeo ⁊ fra
tre suo. Audierũt ergo oẽs princi-
pes: et vniuersus populus qui inie-
rant pactũ vt dimitteret vnusquisq̃
seruũ suũ ⁊ vnusquisq̃ ancillã suam
liberos: et vltra nõ dominarent eis.
Audierunt igitur ⁊ dimiserũt. Et cõ
uersi sunt deinceps: ⁊ retraxerũt ser
uos suos ⁊ ancillas suas quos dimi-
serant liberos: ⁊ subiugauerũt in fa
C mulos ⁊ famulas. Et factum est ver
bum dñi ad hieremiam a dño dicẽs.
Hec dicit dñs deus Israel. Ego pcus-
si fedus cum patribus vestris ĩ die
qua eduxi eos de terra egypti de do
exo.21.a. mo seruitutis dicens. Cũ cõpleti fue
deu.15.a. rint septẽ anni dimittat vnusquisq̃
fratrẽ suum hebreũ qui vẽditus est
ei: ⁊ seruiet tibi sex annis ⁊ dimittes
eum a te liberũ. Et non audierũt pa
tres vestri me: nec inclinauerũt au-
rem suam. Et conuersi estis vos ho-
die et fecistis qd̾ rectũ est in oculis
meis: vt p̃dicaretis libertatẽ vnus-
quisq̃ ad amicum suũ ⁊ inistis pa-
ctũ in cõspectu meo in domo in qua
inuocatũ est nomen meũ super eã.
Et reuersi estis et cõmaculastis no-
mẽ meũ ⁊ reduxistis vnusquisq̃ seruũ
suum: et vnusquisq̃ ancillam suam:
quos dimiseratis: vt essent liberi et
sue potestatis: et subiugastis eos: vt
sint vobis serui ⁊ ãcille. Propterea
Hec dicit dñs. Uos non audistis me
vt predicaretis libertatem vnusq̃sq̃
fratri suo: et vnusquisq̃ amico suo.
ecce ego predico vobis libertatẽ: ait
dñs ad gladiũ ad pestẽ et ad famẽ: D
et dabo vos in cõmotionẽ cũctis re-
gnis terre. Et dabo viros qui preua-
ricant fedus meũ ⁊ non obseruaue-
rũt verba federis quib⁹ assensi sunt
in cõspectu meo: vitulũ quẽ concide
runt in duas partes: ⁊ transierũt in
ter diuisiones eius principes iuda ⁊
principes hierusalẽ eunuchi ⁊ sacer
dotes: et oĩs populus terre q̃ trãsie-
runt inter diuisiones vituli: et dabo
eos in manus inimicoꝝ suorum ⁊ in
manus querentiũ animã eorũ ⁊ erit
morticinum eorum in escaz volatili-
bus celi ⁊ bestijs terre. Et Sedechiã
regem Juda: et principes eius dabo
in manus inimicorũ suorũ et in ma-
nus querentium animas eorum: et
in manus exercituum regis babylo
nis qui recesserũt a vobis. Ecce ego
precipio dicit dñs: ⁊ reducã eos ĩ ci-
uitatem hanc: ⁊ preliabuntur aduer
sus eam ⁊ capient eam ⁊ incendent
igni: et ciuitates iuda dabo in solitu
dinem eo q̃ non sit habitator.

¶ C.S. Increpatur de inobedientia
propter obediẽtiam filiorum Jona-
dab filij rechab: rechabitis maledi-
ctio ꝓmittit: benedicetur stirps Jo-
nadab filij Rechab. Capitulũ. xxxv.

VErbũ qd̾ factum est ad hiere-
miã a dño in diebus ioachim A
filij Josie regis iuda dicens.
Uade ad domũ rechabitarũ: ⁊ loq̃-
re eis ⁊ introduces eos in domũ dñi
in vnam exedrã thesauroꝝ: ⁊ dabis
eis bibere vinũ. Et assumpsi Jecho-
niã filiũ Hieremie filij absanie ⁊ fra
tres eius: ⁊ oẽs filios eius ⁊ vniuer-
sam domũ Rechabitarũ: ⁊ introdu-
xi eos in domum dñi ad Gazophyla
cium filioꝝ Anan filij Jegedelie ho
minis dei quod erat iuxta gazophy-
lacium principum super thesaurum
maasie filij Sellum qui erat custos
vestibuli. Et posui corã filijs domus

rechabitarū cyphos plenos vino et
calices: et dixi ad eos. Bibite vinum.
Qui responderūt. Nō bibemus vi-
num: q2 Jonadab filius rechab pa-
ter noster precepit nobis dicēs. Nō
B bibetis vinum vos et filij vestri vsq3
in sempiternū. Et domū non edifica
bitis: et semente nō seretis: et vineas
non plātabitis nec habebitis: sed in
tabernaculis habitabitis cūctis die
bus vestris: vt viuatis diebus mul-
tis super faciem terre in qua vos pe
regrinamini. Obediuim⁹ ergo voci
Jonadab filij Rechab patris nostri
in omnib⁹ que precepit nobis: ita vt
non biberemus vinū cunctis diebus
nostris nos et mulieres nostre / filij
et filie nostre: et nō edificaremus do
mos ad habitandū: et vineā et agrū
et sementem nō habuimus: sed habi
tauimus in tabernaculis: et obedien
tes fuimus iuxta oīa que precepit
C nobis Jonadab pater noster. Cū au
tē ascēdisset Nabuchodonosor rex
babylonis ad terrā nostrā diximus.
Uenite et ingrediamur hierl'm a fa
cie exercit⁹ chaldeorū: et a facie exer
citus syrie: et mā simus in hierusalē.
Et factū est verbū dñi ad Hieremiā
dicens. Hec dicit dñs exercituū de⁹
israel. Uade et dic viris iuda et habi
tatoribus hierl'm. Nunquid nō reci
pietis disciplinam vt obediatis ver-
bis meis dicit dñs? Preualuerunt
sermōes Jonadab filij rechab quos
precepit filiis suis vt nō biberent vi
num: et nō biberūt vsq3 ad diem hāc
q2 obedierunt precepto patris sui.
Ego aūt locutus sum ad vos de ma-
ne cōsurgens et loquens: et nō obedi
stis mihi. Misiq3 ad vos oēs seruos
meos pphetas cōsurgens diluculo
mittēsq3: et dicēs. Conuertimini vnus-
quisq3 a via sua pessima: et bona fa-
cite studia vestra: et nolite seq̄ deos
alienos: neq3 colatis eos: et habitabi
tis i terra quam dedi vobis et patri-
bus vestris: et nō inclinastis aurem
vestrā / neq3 audistis me. Firmaue-
D runt igitur filij ionadab filij rechab
preceptum patris sui qd preceperat
eis: ppl's aūt iste nō obediuit mihi.
Jdcirco hec dicit dñs exercituū de⁹
Jsrael. Ecce ego adducā sup iudā et
sup oēs habitatores hierl'm vniuer-
sam afflictionem quam locutus sum
aduersus illos eo q locutus sum ad
illos et non audierūt: vocaui illos / et
nō responderūt mihi. Domui aūt re
chabitarum dixit hieremias. Hec di
cit dñs exercituū de⁹ Jsrael. Pro eo
q obedistis precepto Jonadab pa-
tris vestri: et custodistis oia manda
ta eius / et fecistis vniuersa que pre-
cepit vobis / propterea hec dicit dñs
exercituū de⁹ israel. Non deficiet vir
de stirpe Jonadab filij rechab stans
in conspectu meo cunctis diebus.
¶ C.S. Hieremias de carcere mittit
baruch cum libro / vt reuocet popu-
lum suum a via sua mala / Joachim
comburit librum / et alius scribitur
contra eum. Capitulum. xxxvi.
ET factum est in anno quarto A
Joachi filij iosie regis iuda /
factū est verbū hoc ad hiere-
miam a dño / dicens. Tolle volumen
libri et scribes in eo oīa verba q̄ lo-
cutus sum tibi aduersum Jsrael / et
Judam: et aduersum oēs gētes a die
qua locutus sum ad te ex diebus Jo
sie vsq3 ad diem hanc: si forte audiē-
te domo Juda vniuersa mala q̄ ego
cogito facere eis / reuertatur vnus-
quisq3 a via sua pessima: et propitius
ero iniquitati et peccato eorū. Uoca-
uit ergo Hieremias baruch filiū ne-
rie: et scripsit baruch ex ore hieremie
oēs sermones dñi / quos locutus est
ad eum in volumine libri. Et prece-
pit Hieremias Baruch dicens. Ego
clausus sum / nec valeo igredi domū
dñi. Ingredere ergo tu et lege de vo- B
lumine / in quo scripsisti ex ore meo
verba dñi audiēte ppl'o in domo do-
mini in die ieiunij: insup et audiente
vniuerso Juda qui veniūt de ciuita-
tib⁹ suis leges eis: si forte cadat ora
tio eorū in cōspectu dñi et reuertatur
vnusquisq3 a via sua pessima / quo-
niam magnus furor / et indignatio
est quam locutus est dñs aduersus
populū hunc. Et fecit Baruch filius
nerie iuxta oia q̄ preceperat ei Hie-
remias propheta / legens ex volumi
ne sermones dñi in domo dñi. Factū
est autē in anno quinto ioachim filij
Josie regis iuda in mense nono pre
dicauerunt ieiunium in cōspectu dñi
oñi ppl'o in hierl'z et vniuerse multi
tudini que confluxerat de ciuitatib⁹
Juda in hierl'm. Legitq3 Baruch ex C
volumine sermones Hieremie in do
mo dñi in Gazophilatio gamarie fi-
lij Saphā scribe i vestibulo superio-
ri in introitu porte noue domus dñi

audiente oĩ pplo. Cũq; audisset mi-
cheas fili⁹ gamarie filij saphan oẽs
sermones dñi ex libro/descẽdit in do
mũ regis ad gazophylacium scribe.
Et ecce ibi oẽs principes sedebant
elisama scriba: et dalaia fili⁹ semeie/
et elnathan fili⁹ Achobor: et gamari
as filius saphan/ et sedechias filius
D ananie/ et vniuersi principes. Et nũ-
ciauit eis Micheas oĩa verba que au
diuit: legẽtẽ Baruch ex volumine in
aurib⁹ ppli. Miserunt itaq; oẽs prin
cipes ad Baruch iudi filium natha-
nie filij selemie filij Chusi: dicẽtes. Uo
lumen ex quo legisti audiente popu-
lo sume in manu tua: et veni. Tulit er
go Baruch filius Nerie volumen in
manu sua: et venit ad eos. Et dixerũt
ad eum. Sede et lege hec in auribus
nostris. Et legit Baruch in aurib⁹ eo-
rũ. Igitur cũ audissent oĩa verba:
obstupuerunt vnusquisq; ad proximũ
suũ: et dixerunt ad baruch. Nũciare
debem⁹ regi oẽs sermones istos. Et
interrogauerunt eũ dicẽtes. Judica
nobis quomodo scripsisti oẽs ser-
mones istos ex ore eius. Dixit autẽ
eis Baruch. Ex ore suo loquebat̃ q̃si
legens ad me oẽs sermones istos/ et
E ego scribebã in volumine atramẽto.
Et dixerunt principes ad baruch. Ua-
de et abscõdere tu et hieremias/ et ne
mo sciat vbi sitis. Et ingressi sunt ad
regẽ in atriũ. Porro volumen com-
mendauerunt in gazophylacio Elisa
me scribe: et nunciauerũt audiẽte re
ge oẽs sermones. Misitq; rex iudi
vt sumeret volumen. Qui tollens il-
lud de gazophylacio elisame scribe
legit audiente rege: et vniuersis prin
cipibus q̃ stabant circa regẽ. Rex au
tẽ sedebat in domo hyemali in men-
se nono: et posita erat arula coram eo
plena prunis. Cumque legisset Judi
tres pagellas: vel quatuor: scidit il-
lud scalpello scribe ⁊ proiecit ĩ ignẽ
qui erat sup arulã: donec consumere-
tur omne volumẽ igni q̃ erat in aru-
F la. Et nõ timuerũt: neq; sciderunt ve
stimẽta sua rex/ et oẽs serui eius qui
audierũt vniuersos sermones istos.
Uerumtñ elnathan et dalaias et ga-
marias contradixerunt regi ne cõbu
reret librũ: et nõ audiuit eos. Et p̃ce-
pit rex hieremiele filio amalech et sa-
rie filio Ezriel/ et selemie filio abde-
hel/ vt cõprehenderẽt baruch scribã:
et hieremiã pphetã. Abscondit autẽ

eos dñs. Et factum est verbũ dñi ad
Hieremiã pphetã postq̃ cõbusserat
rex volumẽ: et sermõnes quos scripse-
rat baruch ex ore Hieremie dicens.
Rursum tolle volumen aliud: et scri-
be in eo oẽs sermones priores: q̃ erãt
in primo volumine qđ cõbussit Joa-
chim rex Juda. Et ad ioachĩ regẽ iu-
da dices. Hec dicit dñs. Tu cõbussi- G
sti volumen istud dicẽs. Quare scri-
psisti in eo annuncians/ festinus ve-
niet rex babylonis: et vastabit terrã
hanc: et cessare faciet ex illa hoiẽ et
iumentum? Propterea hec dicit dñs
de⁹ cõtra ioachim regẽ iuda. Nõ erit
ex eo q̃ sedeat sup soliũ dauid: et ca-
dauer eius pijciet ad estũ per diẽ: et
ad gelu per noctẽ. Et visitabo contra
eũ et contra semen ei⁹: ⁊ cõtra seruos
ei⁹ iniq̃tates suas: et adducam super
eos et sup habitatores hierlm: et su-
per viros iuda omne malum quod lo
cutus sum ad eos: et non audierunt.
Hieremias autẽ tulit volumen aliud
et dedit illud Baruch filio nerie scri-
be: qui scripsit in eo ex ore hieremie
omnes sermones libri quem combus-
serat Joachim rex iuda igni: et insu-
per additi sunt sermones multo plu
res/ q̃ antea fuerant.
C.S. Sedechias mãdat orare do-
minũ p se et pplo: et interiuuit hiere
mias egredi: capit: in carcerẽ mittit:
rex eũ alloquit ĩ vestibulo carceris et
torta panis q̃tidie ei dat. Cap. xxxvij.
ET regnauit rex sedechias filius A
Josie pro Jeconia filio Joachĩ/
quem constituit regem nabuchodo-
nosor rex babylonis in terra iuda: et
non obediuit ipse/ et serui eius: et po
pulus terre verbis dñi que locut⁹ est
in manu Hieremie prophete. Et mi-
sit rex sedechias iuchal filiũ selemie
et sophoniã filiũ maasie sacerdotem
ad hieremiã pphetã dicens. Ora pro .J.42.a.
nobis dñm deum nostrũ. Hieremias
aũt libere ambulabat in medio ppli:
non enim miserãt eũ in custodiã car
ceris. Igitur exercitus Pharaonis
egressus est de egypto. Et audientes
chaldei q̃ obsidebãt hierlm/ huiusce- B
modi nuncium/ recesserunt ab hieru
salẽ. Et factũ est verbum dñi ad hie-
remiã prophetã dicens. Hec dicit do-
minus de⁹ israel. Sic dicetis regi iu-
da/ qui misit vos ad me interrogan-
dum. Ecce exercitus Pharaonis qui
egressus est vobis in auxiliũ/ reuerte-

tetur in terrã suam in egyptum: et re-
dient chaldei/et bellabunt contra ci-
uitatẽ hanc/et capient eam:et succẽ-
dẽt eã igni. Hec dicit dñs. Nolite de-
cipere aĩas vestras dicẽtes. Euntes
abibunt et recedent a nobis chaldei
qz non abibunt:sed et si percusseritis
oẽm exercitũ chaldeorũ qui prelian-
tur aduersum vos:et derelicti fuerint
ex eis aliq̃ vulnerati singuli de tẽto-
rio suo consurgent et incendẽt ciuita-
tem hanc igni. Ergo cũ recessisset ex-
ercitus chaldeorũ ab hierl'm ꝓpter
exercitũ pharaonis:egressus est hie-
remias de hierl'm vt iret i terram bẽ-
iamin/et diuideret ibi possessionem
C in cõspectu ciuium. Cũq̃ peruenisset
ad portam beniamin:erat ibi custos
porte per vices noĩe hierias filius se-
lemie filij ananie/et apprehẽdit hie-
remiã ꝓphetã dicens. Ad chaldeos
ꝓfugis? Et r̃ndit hieremias. Falsuz
est:nõ fugio ad chaldeos. Et non au-
diuit eũ:sed cõprehendit hierias hie-
remiã/et adduxit eum ad principes.
Quam obrem irati principes cõtra
hieremiã:cesum eũ miserũt in carce-
rem qui erat i domo ionathã scribe:
ipse enim prepositus erat sup carce-
3.10.a. rẽ. Itaq̃ ingressus est hieremias in
domum laci et in ergastulum: et sedit
ibi hieremias dieb' multis. Mittens
autẽ sedechias rex tulit eum:et inter-
rogauit eũ in domo sua abscondite et
D dixit. Putasne est sermo a dño? Et di-
xit hieremias. Est. Et ait. In manus
regis Babylonis traderis. Et dixit
Hieremias ad regẽ sedechiã. Quid
peccaui tibi/et seruis tuis et populo
tuo:q2 misisti me in domũ carceris?
Ubi sunt prophete vr̃i q̃ ꝓphetabant
vobis et dicebant:nõ veniet rex baby-
lonis sup vos et super terrã hãc? Nũc
ergo audi obsecro dñe mi rex. Uale-
at deprecatio mea in cõspectu tuo/et
ne me remittas in domuz Jonathan
scribe: ne moriar ibi. Precepit ergo
rex Sedechias vt traderetur Hiere-
mias in vestibulũ carceris: et daret
ei torta panis quotidie excepto pul-
mento:donec consumerentur omnes
panes de ciuitate. Et mansit Hiere-
mias in vestibulo carceris.

¶ Ca. Sũ. Principes petunt Hiere-
miam occidi:in lacũ mittit vbi non
erat aqua/sed lutum: Abdemelech
extrahit eum: ea que prius regi pre-
dicat:rex iubet vt celet. Cap̃m. xxxviij.

AUdiuit aũt saphacias filius B
mathã et gedelias fili' phas-
sur:et iuchal filius selemie/et
Phassur fili' melchie sermones q̃s
hieremias loq̃bat ad oẽm populũ di-
cens. Hec dicit dñs. Quicũq̃ manse- 3.21.c.
rit in ciuitate hac:morietur gladio et
fame et peste/q̃ aũt ꝓfugerit ad chal-
deos viuet: et erit aĩa eius sospes et
viuẽs. Hec dicit dñs. Tradendo tra-
detur ciuitas hec i manu exercit' re-
gis Babylonis/et capiet eã. Et dixe-
rũt principes regi. Rogamus vt occi-
datur hõ iste: de industria eñ dissol-
uit man' virorũ bellantiũ q̃ remanse-
rũt in ciuitate hac/et man' vniuersi
popli loquẽs ad eos vniuersa verba
hec. Siquidẽ hõ iste non querit pacẽ B
poplo huic:sed malũ. Et dixit rex se-
dechias. Ecce ipse i manib' vr̃is est:
nec eñ fas est regẽ vobis quicq̃ ne-
gare. Tulerũt ergo hieremiã/et ꝓie-
cerũt eũ i lacũ melchie filij amalech
q̃ erat in vestibulo carceris: et submi-
serunt hieremiã in funib' in lacũ in
quo nõ erat aqua/sed lutũ. Descẽdit
itaq̃ hieremias in cenum. Audiuit
autẽ abdemelech ethiops vir eunu-
chus qui erat in domo regis/q' misis-
sent Hieremiã in lacũ. Porro rex se-
debat i porta beniamin. Et egressus
est abdemelech de domo regis: et lo- C
cutus est ad regẽ dicẽs. Dñe mi rex
male fecerũt viri isti oĩa q̃cunq̃ per-
petrarũt cõtra hieremiã ꝓphetã mit-
tẽtes eũ in lacuz/ vt moriat ibi fame
non sunt eñ panes vltra in ciuitate.
Precepit itaq̃ rex abdemelech ethio-
pi:dicens. Tolle tecum hinc triginta
viros:et leua hieremiã ꝓphetã de la-
cu añq̃ moriat. Assumpt' ergo abde-
melech secũ viris/ingress' est domũ
regis q̃ erat sub cellario:et tulit inde
veteres pãnos/et antiqua vestimen-
ta que cõputruerãt: et submisit ea ad
hieremiã i lacũ per funiculos. Dixit-
q̃ abdemelech ethiops ad hieremiã.
Pone veteres pannos/et hec scissa et D
putrida sub cubito manuum tuaz/et
super funes. Fecit ergo Hieremias
sic. Et extraxerũt hieremiã funibus .J.eodem
et eduxerũt eũ de lacu. Mansit autẽ
hieremias in vestibulo carceris. Et
misit rex sedechias/et tulit ad se hie-
remiã ꝓphetã ad ostiũ tertiũ/quod
erat in domo dñi. Et dixit rex ad hie-
remiã. Interrogo ego te sermonem
ne abscõdas a me aliq̃d. Dixit autez

hieremias ad sedechiã. Si annũcia-
uero tibi/nũquid no interficies me?
Et si ɔsiliũ dedero tibi / nõ me audi-
es? Jurauit ergo rex sedechias hie-
remie clam dicens : viuit dñs q̃ fecit
nobis aiam hanc: si occidero te/et si
tradidero te in man⁹ virorũ istorũ q̃
B querũt aiam tuã. Et dixit hieremias
ad sedechiã. Hec dicit dñs exercitu-
um / de⁹ israel. Si ꝓfect⁹ exieris ad
ꝑncipes regis babylonis : viuet aia
tua:et ciuitas hec no succẽdet igni :
✠ et ppl's tuus. et salu⁹ eris tu ✠ ⁊ dom⁹ tua. Si autẽ
nõ exieris ad ꝑncipes regis babylo-
nis/tradet ciuitas hec in man⁹ chal
deoꝝ/et succendẽt eã igni:et tu nõ ef
fugies de manu eorũ. Et dixit rex se-
dechias ad hieremiã. Sollicit⁹ sum
ꝓpter iudeos q̃ trãsfugerũt ad chal-
deos/ne forte tradar in man⁹ eorũ :
et illudãt mihi. Rñdit autẽ hieremi-
C as/et dixit ad eũ. No te tradent. Au-
di queso vocem dñi quam ego loquor
ad te/et bñ tibi erit: et viuet aia tua.
Q̃d si nolueris egredi:iste est sermo
quẽ ostendit mihi dñs. Ecce oẽs mu-
lieres q̃ remãserũt in domo regis iu-
da/educent ad pricipes regis baby-
lonis:et ipse dicẽt. Seduxerunt te et
preualuerũt aduersum te viri pacifi-
ci tui:demerserũt te in ceno/ et in lu-
brico pedes tuos:et recesserunt a te.
Et oẽs vxores tue et filij tui educen-
tur ad chaldeos/⁊ non effugies ma-
nus eorũ:sed in manu regis babylo-
nis capieris:⁊ ciuitatẽ hanc cõburet
D igni. Dixit ergo sedechias ad hiere-
miã. Null⁹ sciet verba hec/et nõ mo-
rieris . Si aũt audierint ꝑncipes q̃a
locut⁹ sũ tecũ: ⁊ venerint ad te/et di-
xerint tibi. Indica nobis q̃d locutus
sis cũ rege:ne celes/et non te interfi
ciem⁹:et q̃d locut⁹ est tecũ rex/ dices
ad eos. Prostraui ego preces meas
corã rege/ne me reduci iuberet in do
mũ ionathã: ⁊ ibi morerer. Venerũt
ergo oẽs ꝑncipes ad hieremiã:et in-
terrogauerunt eũ. Et locutus est eis
iuxta oia verba q̃ preceperat ei rex.
3.eodem. Et cessauerũt ab eo : nihil eñi fuerat
auditũ. Mãsit vo hieremias in vesti
bulo carceris vsq₃ ad diẽ q̃ capta est
hierl'm. Et factũ ẽ vt caperet hierl'm.
¶ Ca. S. Capta ciuitate sedechias fu
git:ɔp̄hendit/excecat:nabuzardã et
godoliã ⁊ paupes ppl'i in hierl'm di-
mittit:⁊ godolie ɔmittit hieremiã ꝓ-
phetã abdemelech saluat. Cap. xxxix.

A Nno nono sedechie regis iuda A
mense decimo: venit nabucho- 4. Regũ
donosor rex babylonis et omnis ex- 25.a.
ercitus eius ad hierusalez: et obside- .J.52.a.
bant eam. Undecimo aũt anno sede
chie/mẽse q̃rto q̃nta die mensis apta
est ciuitas: et ingressi sunt oẽs pricĩ-
pes regis babylonis : et sederunt in
porta media/neregel/sereser / seme-
gar/nabusarsachi, rabsaces:neregel
sereser:rebinag:et omes reliq̃ punci
pes regis babylonis. Cumq₃ vidisset
eos sedechias rex iuda:et omnes vi-
ri bellatores fugerunt:⁊ egressi sunt
nocte de ciuitate per viã hortí regis
et p portam que erat inter duos mu-
ros:et egressi sũt ad viã deserti. Per
B secut⁹ est aũt eos exercit⁹ chaldeorũ
et cõprehẽderũt sedechiã in cãpo so-
litudinis hierichontine:et captũ ad
duxerũt ad nabuchodonosor regem
babylonis in reblatha:q̃ est in terra
emath:⁊ locutus est ad eum iudicia.
Et occidit rex babylonis filios sede-
chie in reblatha i oculis eius : et oẽs
nobiles iuda occidit rex babylonis.
Oculos quoq₃ sedechie eruit : et vin-
xit eũ cõpedib⁹:vt duceret in babylo
nem. Domum quoq₃ regis: et domũ
vulgi succẽderũt chaldei igni:et mu-
C rum hierl'm subuerterũt. Et reliqui-
as ppl'i q̃ remãserãt in ciuitate:et ꝓ-
fugos qui transfugerãt ad eum:⁊ su
perfluos vulgi q̃ remãserãt: transtu-
lit nabuzardã magister militum in
babylonẽ:et de plebe pauperũ qui ni
hil penit⁹ habebãt:dimisit nabuzar-
dã magister militie in terra iuda : et
dedit eis vineas et cisternas in die
illa. Preceperat autẽ nabuchodono-
sor rex babylonis de hieremia nabu-
zardan magistro militie dicẽs. Tol-
le illum: et pone sup eũ oculos tuos :
nihilq₃ ei mali facias:sed vt voluerit
sic facias ei. Misit ergo Nabuzardã
princeps militie:et nabu:et sel ban:⁊
rabsaces:et neregel:et sereser et reb
mag: et omnes optimates regis ba-
bylonis miserunt: et tulerunt hiere-
miã de vestibulo carceris: et tradide
rũt eũ godolie filio aichã filij saphã
vt intraret in domum : et habitaret i
D populo. Ad hieremiam autem fact⁹
fuerat sermo domini cum clausus es
set in vestibulo carceris dicens. Ua-
de ⁊ dic abdemelech ethiopi dicens.
Hec dicit dominus exercituum deus
israel. Ecce ego inducam sermones

meos super ciuitatē hāc in malū/et
nō in bonū:et erunt in conspectu tuo
in die illa/et liberabo te i die illa ait
dñs/et nō traderis in man⁹ virorū/
quos tu formidas:sed eruens libera
bo te et gladio non cades: sed erit ti-
bi anima tua in salutem/quia in me
habuisti fiduciam ait dominus.
¶ C.S. De liberatiōe hieremie:de go
dolia ꝓposito ppl'i:de iohānā qui pre
dixit godolie ꝙ hismael vellet eū oc-
cidere et fecit q2 nō credidit. Cap.xl.
A S Ermo qui factus est ad hiere-
.4.43.d. miā a dño postq̄ dimissus est a
nabuzardan magistro militie de ra-
ma/quando tulit eum vinctum cate-
nis in medio oim qui migrabant de
hierl'm et iuda/et ducebant in baby-
lonē. Tollens ergo princeps militie
hieremiā/dixit ad eū. Dñs deus tu-
us locut⁹ est malū super locū istum
et adduxit et fecit dñs sicut locutus
est:q2 peccastis dño/et non audistis
vocē eius/et factus est vobis sermo
hic. Nunc ergo ecce solui te hodie de
catenis que sunt in manibus tuis:si
placet tibi vt venias mecum in baby-
lonem/veni et ponam oculos meos
sup te:si aūt displicet tibi venire me-
cum in babylonē reside:ecce oīs ter-
ra in cōspectu tuo est. Q̄d elegeris/
et quo placuerit tibi vt vadas/illuc
B perge:et mecū noli venire: sed habi-
Gen.13.b. ta apud godoliā filiū aicham filii sa-
phan/quem preposuit rex babylonis
ciuitatib⁹ iude. Habita ergo cū eo in
medio ppl'i: vel quocunq̄ placuerit
tibi vt vadas/vade. Dedit quoque ei
magister militie cibaria/et munuscu
la/et dimisit eum. Venit autē hiere-
mias ad godoliā filiū aicham i mas-
phat:et habitauit cū eo in medio po-
puli/q̄ relict⁹ fuerat in terra. Cumq̄
C audissent oēs principes exercitus/q̄
dispersi fuerant per regiones ipsi et
socii eorū/ꝙ prefecisset rex babylo-
nis godoliā filiū aicham terre/et q̄d
cōmendasset ei viros/et mulieres/et
paruulos/et de pauperibus terre qui
non fuerant trāslati in babylonē ve-
nerūt ad godoliā in masphat: et his-
mael fili⁹ nathanie: et iohānan fili⁹
caree:et ionathan et sareas fili⁹ the-
noemeth:et filii ophi qui erāt de ne
thophati: et iezonias fili⁹ maachati
ipsi et viri eorū. Et iurauit eis godo-
lias fili⁹ aicham filii saphā/et comiti
bus eorū dicēs. Nolite timere serui-

re chaldeis: habitate in terra/et ser-
uite regi babylonis: et bene erit vo-
bis. Ecce ego habito i masphat:vt re-
spondeam precepto chaldeorū q̄ mit
tunt ad nos. Uos autē colligite vin-
demiā/et messem/et oleū: et cōdite i
vasis vr̄is: et manete in vrbib⁹ vr̄is
quas tenetis. Sed et omnes iudei qui D
erāt in moab/et in finib⁹ ammon/et
in idumea/et in vniuersis regionib⁹
audito ꝙ dedisset rex babylonis reli-
quias in iudea:et ꝙ ꝓposuisset super
eos godoliam filium aicham filii sa-
phan/reuersi sunt inq̄ omnes iudei de
vniuersis locis ad q̄ profugerant/et
venerunt in terrā iuda ad godoliā i
masphat/et collegerunt vinū/et mes
sem multā nimis. Johānan autē fili-
us caree/et oēs principes exercitus
qui dispersi fuerant in regionib⁹/ve-
nerūt ad godoliā in masphat/et dixe
runt ei. Scito ꝙ baalis rex filiorum
ammon misit hismael filium natha-
nie ꝑcutere aīam tuā. Et non credi-
dit eis godolias fili⁹ aicham. Johan
nan autē fili⁹ caree/dixit ad godoliā
seorsum in masphat loquens. Ibo et
percutiā hismael filiū nathanie nul-
lo sciente/ne interficiat aīam tuā/et
dissipent oēs iudei qui cōgregati sūt
ad te:et peribūt reliquie iuda. Et ait
godolias fili⁹ aicham ad iohannan
filiū caree. Noli facere verbum hoc:
falsum enī tu loqueris de Hismael.
¶ C.S. Q̄uō hismael occidit godoli-
am: et octoginta viros venientes in
hierl'm saluatis decē:iohannā filius
caree fugat hismaelem cum octo vi-
ris qui fugiunt in egyptū. Capm.xli.
E T factum est in mense septimo
venit hismael filius nathanie fi A
lii elisama de semine regali/et opti-
mas regis/et decem viri cum eo ad
godoliam filiū aicham in masphat:
et comederūt ibi panes simul in mas
phat. Surrexit aūt hismael filius na
thanie:et decē viri qui cū eo erant:et
percusserunt godoliā filium aicham
filii saphan gladio: et interfecerunt
eū quē prefecerat rex babylonis ter-
re. Oēs quoq̄ iudeos qui erant cum
Godolia in Masphat: et chaldeos q̄
reperti sunt ibi: et viros bellatores
percussit hismael. Secūdo autem die B
post q̄ occiderat godoliam nullo ad
huc sciēte:venerūt viri de sichem: et
de silo: et de samaria octoginta viri
rasi barba:et scissis vestibus: et squa

lentes: et munera ꝛ thus habebãt in
manu/ vt offerrent in domo domini.
Egressus ergo hismael filius natha-
nie in occursū eoꝝ de masphat/ ince-
dens ꝛ plorãs ibat. Cū aūt occurris-
set eis dixit ad eos. Venite ad godo-
liam filium aichã. Qui cū venissent
ad medium ciuitatis/ interfecit eos
hismael fili⁹ nathanie circa medium
laci/ ipse et viri qui erant cū eo. Decē
autē viri reperti sunt inter eos/ qui
dixerunt ad hismael. Noli occidere
nos: q2 habemus thesauros in agro
frumenti/ ꝛ hordei/ et olei/ et mellis.
Et cessauit ꝛ non interfecit eos cum
fratribus suis. Lacus autē in quem
proiecerat hismael oīa cadauera vi-
roꝝ quos percussit ꝓpter godoliã: ip-
se est quē fecit rex Asa ꝓpter baasa
C regē israel. Ipsum repleuit hismael
filius nathanie occisis: et captiuas
duxit hismael oēs reliquias popli q
erant in masphat filias regis/ ꝛ vni
uersum pplm qui remãserat in mas-
phat quos commēdauerat nabuzar
dan princeps militie Godolie filio
aicham. Et cepit eos hismael filius
nathanie/ ꝛ abiit vt transiret ad fili-
os ammon. Audiuit autem iohãnan
fili⁹ caree/ ꝛ oēs principes bellatoꝝ
qui erãt cū eo omne malum qđ fece-
rat hismael fili⁹ nathanie: et assum-
ptis vniuersis viris/ profecti sunt vt
bellarent aduersum hismaelē filium
nathanie: et inuenerūt eū ad aquas
multas q sunt in gabaon. Cumq3 vi-
disset oīs pplus q erat cū hismael io-
hãnã filium caree et vniuersos prin-
cipes bellatoꝝ q erant cum eo letati
D sunt. Et reuersus est oīs pplus quem
ceperat hismael in masphat: reuer-
susq3 abiit ad iohannã filium caree.
Hismael aūt fili⁹ nathanie fugit cū
octo viris a facie iohãnan: et abiit
ad filios ammon. Tulit ergo iohan-
lit omnes magnificos meos dñs de
medio mei vocauit aduersum me tē-
F pus/ vt cōtereret electos meos. Tor-
cular calcauit dñs virgini filie iuda.
hie.14.c. Ain. Idcirco ego plorās: et ocul⁹ me⁹
deducens aquas. Quia longe factus
est a me consolator conuertens aiam
meā: facti sunt filii mei perditi/ qm̄
inualuit inimic⁹. Phe. Expādit sion
manus suas: nō est qui consolet eā.
Mandauit dñs aduersum Jacob: in
circuitu ei⁹ hostes ei⁹. Facta est hie-
rusalē quasi polluta menstruis inter
eos. Zade. Justus est dñs/ qr os eius
ad iracundiā prouocaui. Audite ob-
secro vniuersi populi: et videte dolo-
rem meū. Uirgines mee/ et iuuenes
mei abierunt in captiuitatem. Coph.
G Uocaui amicos meos: et ipsi decepe-
rūt me. Sacerdotes mei et senes mei
in vrbe consumpti sunt: qr quesierūt
cibū sibi: vt refocillarent aias suas.
Res. Uide dñe qm̄ tribulor cōturba-
tus est venter meus. Subuersum est
cor meū in memetipsa: qm̄ amaritu-
dine plena sum. Foris interficit gla-
di⁹ ꝛ domi mors similis est. Sin. Audie
runt qr ingemisco ego: et non est qui
consolet me. Oēs inimici mei audie-
runt malū meū/ letati sunt quoniam
tu fecisti. Adduxisti diem consolatio
nis: ꝛ fient similes mei. Thau. Ingre
diatur omne malū eorum corā te/ et
deuindemia eos/ sicut vindemiasti
me propter iniquitates meas. Mul-
ti enim gemit⁹ mei: et cor meum me-
rens. Capitulum. ij. Aleph.
Quomodo obtexit caligine in
furore suo dñs filiam Sion: A
proiecit de celo in terram in-
clytam israel: et nō est recordat⁹ sca-
belli pedum suorū in die furoris sui.
Beth. Precipitauit dñs nec pepercit
omnia speciosa iacob: destruxit in fu
rore suo munitiones vginis Juda: ꝛ
deiecit in terram: posuit regnum/ et
pncipes eius. Gimel. Confregit in
ira furoris sui omne cornu Israel/ a-
uertit retrorsum dexteram suam a fa
cie inimici/ et succendit in iacob qua
si ignem flamme deuorantis in gy-
ro. Daleth. Tetendit arcū suū quasi
inimicus: firmauit dexterā suā quasi
hostis: et occidit omne quod pulchrū B
erat visu in tabernaculo filie sion: ef-
fudit quasi ignē indignationē suam.
He. Factus est dominus velut inimi
cus pcipitauit Israel/ pcipitauit oia
menia eius/ dissipauit munitiones
ei⁹/ et repleuit in filia Juda humilia-
tum et humiliatam. Uau. Et dissipa-
uit quasi hortū tentoriū suum: demo-
litus est tabernaculū suū. Obliuioni
tradidit dñs in sion festiuitatem et
sabbatum: et in opprobriū et in indi-
gnationē furoris sui regem et sacer-
dotē. Zain. Repulit dñs altare suū/ C
maledixit sanctificationi sue. Tradi
dit in manus inimici muros turriū
eius. Vocē dederunt in domo dñi: si-
cut in die solenni. Heth. Cogitauit do
minus dissipare murum filie sion: te-
tēdit funiculū suū/ et nō auertit ma-
num suā a perditione. Luxitq; ante-
murale: et murus pariter dissipat⁹ est.
Teth. Defixe sunt in terra porte ei⁹
perdidit ꝛ cōtriuit vectes eius: regē
eius et principes ei⁹ in gētibus. Non
est lex: ꝛ pphete eius nō inuenerunt
visionē a dño. Jod. Sederunt in ter-
ra: cōticuerūt senes filie sion: cōsper-
serūt cinere capita sua: accincti sunt
ciliciis. Abiecerunt in terra capita
sua virgines Juda. Caph. Defecerūt
pre lachrymis oculi mei: conturbata D
sunt viscera mea. Effusum est in ter-
ra iecur meum super contritionē fi-
lie populi mei: cum deficeret paruu-
lus/ et lactens in plateis oppidi. La-
med. Matribus suis dixerūt. Ubi est
triticū et vinū? cum deficerent quasi
vulnerati in plateis ciuitatis/ cum

exhalarent aĩas suas in sinu matru
suarum. Mem. Cui cõparabo te / vel
cui assimilabo te filia hierusalem? Cui
adequabo te / et consolabor te virgo fi-
lia Syon? Magna est enim velut mare
E contritio tua / quis medebitur tui? Nun.
43.di.c. Prophete tui viderunt tibi falsa et stul
rpetoz. ta: nec aperiebant iniquitatem tuã
vt te ad penitentiã prouocarent. Vi-
derunt autem tibi assumptiones falsas
et electiones. Samech. Plauserunt
super te manibus oẽs transeuntes per viã
sibilauerunt: et mouerunt capita sua
super filiã hierusalem. Heccine est vrbs
dicentes perfecti decoris / gaudiũ vni-
uerse terre? Phe. Aperuerunt super te
os suum oẽs inimici tui: sibilauerũt
F et fremuerunt dentibus suis / et dixe-
runt: deuorabimus. En ista est dies
quam expectabamus / inuenimus / vi-
dimus. Ain. Fecit dñs que cogitauit
compleuit sermonẽ suum quẽ prece-
Le.26.b. perat a diebus antiquis. Destruxit et
Deu.28.b. non pepercit / et letificauit super te ini-
micũ, et exaltauit cornu hostiũ tuo-
rum. Zade. Clamauit cor eorũ ad do-
minũ super muros filie syon. Deduc
quasi torrentem lachrymas per diem
et noctẽ: non des requiẽ tibi: neqꝫ ta-
ceat pupilla oculi tui. Coph. Consur-
ge / lauda in nocte in principio vigi-
liarũ: effunde sicut aquã cor tuum an-
te conspectũ dñi. Leua ad eũ manus
tuas pro aĩa paruulorũ tuorũ qui fa-
me perierunt in capite oĩm compito-
G rum. Res. Vide dñe et considera quẽ
vindemiaueris ita. Ergo ne comedẽt
mulieres fructũ suum: paruulos ad
mẽsurã palme / si occidit in sanctua-
rio dñi sacerdos et propheta? Sin. Ia-
cuerunt in terra foris puer et senex:
virgines mee / et iuuenes mei cecide-
runt in gladio. Interfecisti in die fu-
roris tui: percussisti nec misertus es.
Thau. Vocasti quasi ad diẽ solennẽ:
qui terrerẽt me de circuitu / et nõ fuit
in die furoris domini qui effugeret et
relinqueretur. Quos educaui et enu
triui / inimicus meus cõsumpsit eos.

Capitulum. iii. Aleph.

A EGo vir videns paupertatẽ me-
am in virga indignationis eius.
Aleph. Me minauit / et addu-
xit in tenebras / et non in lucẽ. Aleph.
Tantũ in me vertit / et conuertit ma-
num suam tota die. Beth. Vetustam
fecit pellem meam et carnem meã /
contriuit ossa mea. Beth. Edificauit
in gyro meo: et circumdedit me felle
et labore. Beth. In tenebrosis collo-
cauit me / quasi mortuos sempiter-
nos. Gimel. Circumedificauit aduer-
sum me / vt non egrediar: aggraua-
uit compedem meum. Gimel. Sed et B
cum clamauero et rogauero: exclusit
orationem meam. Gimel. Conclusit
vias meas lapidibus quadris: semi-
tas meas subuertit. Daleth. Ursus
insidians factus est mihi leo in ab-
sconditis. Daleth. Semitas meas sub-
uertit / et confregit me: posuit me de-
solatam. Daleth. Tetendit arcum su-
um: et posuit me quasi signum ad sa-
gittam. He. Misit in renibus meis fi-
lias pharetre sue. He. Factus sum in
derisum omni populo meo: canticum
eorum tota die. He. Repleuit me a-
maritudinibus: inebriauit me absyn
thio. Vau. Cõfregit ad numerũ den
tes meos: cibauit me cinere. Vau. Et
repulsa est anima mea: oblitus sum C
bonorum. Vau. Et dixi. Periit finis
meus: et spes mea a domino. Zain.
Recordare paupertatis et transgres
sionis mee / absynthii / et fellis. Zain.
Memoria memor ero: et tabescet in
me anima mea. Zain. Hec recolens
in corde meo: in deo sperabo. Heth.
Misericordie domini quia non sumus
consumpti: quia non defecerunt mi-
serationes eius. Heth. Noui diluculo
lo: multa est fides tua. Heth. Pars
mea dominus dixit anima mea / prop-
terea expectabo eum. Teth. Bonus
est dominus sperantibus in eum: aĩe
me querenti illum. Teth. Bonũ est pre-
stolari cũ silentio salutare dei. Teth.
Bonum est viro cum portauerit iu-
gum ab adolescentia sua. Iod. Se-
debit solitarius et tacebit: quia leua-
uit se super se. Iod. Ponet in pulue-
re os suum: si forte sit spes. Iod. Da- D
bit percutienti se maxillam: saturabi-
tur opprobriis. Caph. Quia non re-
pellet in sempiternũ dominus. Caph.
Quia si abiecit: et miserebitur secũ
multitudinem misericordiarum sua-
rum. Caph. Non enim humiliauit ex
corde suo: et abiecit filios hominum.
Lamed. Ut contereret sub pedibus
suis omnes vinctos terre. Lamed.
Ut declinaret iudicium viri: in cõspe-
ctu vultus altissimi. Lamed. Ut per-
uerteret hominẽ in iudicio suo / dñs
ignorauit. Mem. Quis est iste qui di-
xit / vt fieret dño non iubente? Mem.

E Ex ore altissimi non egredientur: nec
esa. 45.a mala/nec bona? Mem. Quid mur-
muravit homo vivens/vir pro pecca
tis suis? Nun. Scrutemur vias no-
stras et queramus: et revertamur ad
dominum. Nun. Levemus corda no
stra: cum manibus ad dominum in
celos. Nun. Nos inique egimus/et
ad iracundiam provocavimus: idcir
co tu inexorabilis es. Samech. Ope-
ruisti in furore et percussisti nos oc-
cidisti nec pepercisti. Samech. Op-
posuisti nubem tibi: ne transeat ora-
tio. Samech. Eradicationem et abie-
ctionem posuisti me in medio populo
rum. Phe. Aperuerunt super nos os
F suum oes inimici nostri. Phe. For-
mido et laqueus facta est nobis va-
ticinatio et contritio. Phe. Divisio-
nes aquarum deduxit oculus meus
in contritione filie populi mei. Ain.
Oculus meus afflictus est nec tacu-
it: eo quod non esset requies. Ain. Donec
respiceret et videret deus de celis. Ain.
Oculus meus depredatus est animam
meam/in cunctis filiabus urbis mee.
Zade. Venatione ceperunt me quasi
avem inimici mei gratis. Zade. La-
psa est in lacum vita mea: et posue-
runt lapidem super me. Zade. Inun
daverunt aque super caput meum: di-
xi perii. Coph. Invocavi nomen tuum
G domine/de lacu novissimo. Coph. Vo
cem meam audisti: ne avertas aurem
tuam a singultu meo et clamoribus.
Coph. Appropinquasti in die quan-
do invocavi te: dixisti ne timeas. Res.
Iudicasti domine causam anime mee:
redemptor vite mee. Res. Vidisti do
mine iniquitatem illorum adversum
me: iudica iudicium meum. Res. Vidi-
sti oem furorem: universas cogitatio-
nes eorum adversum me. Sin. Audisti
opprobria eorum dne: omnes cogita-
tiones eorum adversum me. Sin. La
bia insurgentium mihi: et meditatio-
nes eorum adversum me tota die. Sin.
Sessionem eorum et resurrectionem
eorum vide: ego sum psalmus eorum.
Thau. Reddes eis vicem domine iu
xta opera manuum suarum. Thau.
Dabis eis scutum cordis laborem tuum.
Thau. Persequeris in furore tuo: et
conteres eos sub celis domine.

Capitulum.iiij. Aleph.

A Quomodo obscuratum est au
rum/mutatus est color optimus
dispersi sunt lapides sanctuarij
in capite oim platearum? Beth. Filij
sion incliti/et amicti auro primo: quo-
modo reputati sunt in vasa testea/o-
pus manuum figuli? Gimel. Sed et
lamie nudaverunt mammam: lactave
runt catulos suos: filia populi mei cru-
delis: quasi struthio in deserto. Daleth.
Adhesit lingua lactentis ad palatum
eius in siti: parvuli petierunt panem
et non erat qui frangeret eis. He. Qui ve-
scebantur voluptuose interierunt in
vijs: qui nutriebantur in croceis: ample-
xati sunt stercora. Vau. Et maior ef-
fecta est iniquitas filie populi mei pecca
sodomorum que subversa est in momen
to: et non ceperunt in ea manus. Zain.
Candidiores nazarei eius nive: niti- B
diores lacte: rubicundiores ebore anti
quo: sapphiro pulchriores. Heth. De-
nigrata est super carbones facies eo-
rum: et non sunt cogniti in plateis. Adhe
sit cutis eorum ossibus: aruit et facta est iudit.7.e.
quasi lignum. Teth. Melius fuit occi- 4.re.6.f.
sis gladio/quam interfectis fame: quoniam isti
extabuerunt consumpti a sterilitate ter-
re. Iod. Manus mulierum misericor-
dium coxerunt filios suos: facti sunt
cibus earum in contritione filie po-
puli mei. Caph. Complevit dominus fu-
rorem suum: effudit iram indignatio-
nis sue. Et succendit ignem in sion: et
devoravit fundamenta eius. Lamed.
Non crediderunt reges terre: et univer
si habitatores orbis quoniam ingrederetur ho-
stis et inimicus per portas hierusalem. Mem.
Propter peccata prophetarum eius et iniquita C
tes sacerdotum eius: qui effuderunt in me-
dio eius sanguinem iustorum. Nun. Erraverunt
runt ceci in plateis: polluti sunt sanguine.
Cumque non possent: tenuerunt laci
nias suas. Samech. Recedite pollu-
ti clamaverunt eis: recedite abite noli
te tangere. Iurgati quippe sunt et commoti
dixerunt inter gentes. Non addet ultra ut
habitet in eis. Phe. Facies domini divisit
eos: non addet ut respiciat eos. Faci-
es sacerdotum non erubuerunt: neque senum
miserti sunt. Ain. Cum adhuc subsisteremus
defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum
vanum cum respiceremus attenti ad gentem que
salvare nos non poterat. Zade. Lubrica D
verunt vestigia nostra in itinere platearum
nostrarum: appropinquavit finis noster: completi
sunt dies nostri: quia venit finis noster. Coph.
Velociores fuerunt persecutores nostri
aquilis celi: super montes persecuti sunt
nos in deserto insidiati sunt nobis. Res.
Spiritus oris nostri christus dominus captus

est in peccatis nostris/cui diximꝰ. In vm=
bra tua viuemus in gētibꝰ. Sin. Gau
de et letare filia edom q̄ habitas in
terra hus. Ad te quoq; perueniet ca=
lix: inebriaberis/ atque nudaberis.
Thau. Cōpleta est iniquitas tua filia
sion: nō addet vltra vt trāſmigret te.
Visitabit iniquitatē tuam filia edō:
discooperiet peccata tua.
¶ Oratio Hieremie. Capitulum. v.
A Recordare dn̄e quid acciderit no
bis: intuere et respice opprobriū
nostrum. Hereditas nostra versa est
ad alienos: domus nostre ad extra=
neos. Pupilli facti sumus absque pa
tre: matres nostre quasi vidue. Aquā
nostram pecunia bibimus: ligna no=
stra precio cōparauimus. Ceruicibꝰ
nr̄is minabamur: lassis non dabatur
B requies. Egypto dedimꝰ manū/ et assy=
rijs: vt saturaremur pane. Pr̄es no=
stri peccauerūt/ et nō sunt: et nos ini
quitates eorū portauimus. Serui do
minati sunt nr̄i: nō fuit q̄ redimeret
de manu eorū. In aīabus nostris af=
ferebamus panē nobis: a facie gladij
in deserto. Pellis nr̄a quasi cliba nꝰ
exusta est a facie tempestatū famis.
C Mulieres in sion humiliauerunt: et
virgines in ciuitatibꝰ iuda. Princi=
pes manu suspēsi sunt: facies senum
nō erubuerūt. Adolescentibus impu
dice abusi sunt: et pueri in ligno cor=
ruerunt. Senes defecerunt de portis
iuuenes de choro psallentiū. Defecit
gaudiū cordis nostri: versus est in
luctum chorus nr̄. Cecidit corona ca
D pitis nr̄i: ve nobis quia peccauimꝰ.
Propterea mestū factū est in dolo=
re cor nr̄m: ideo cōtenebrati sunt ocu
li nr̄i. Propter montē sion q2 dispe=
rijt: vulpes ambulauerunt in eo. Tu
aūt dn̄e in eternū permanebis: soliū
tuū in gn̄atione et gn̄ationē. Quare
in ppetuū obliuisceris nr̄i? derelin=
ques nos in lōgitudine dierum? Con
uerte nos dn̄e ad te et conuertemur:
innoua dies nostros sicut a pricipio.
Sed proijciens repulisti nos: iratus
es contra nos vehementer.
¶ Expliciunt Threni Hieremie.

¶ Prefatio i librū Baruch pphete.
Liber iste q̄ baruch noīe prenō=
tatur: in Hebreo canone non ha
betur/ sed tm̄ in vulgata editione: si=
militer et epistola Hieremie. Propē
notitiā aūt legentiū hic scripta sunt
quia multa de Christo nouissimisque
temporibus indicant.

¶ Incipit Baruch propheta.

¶ C.S. Scripsit Baruch librū: et le=
git corā Jechonia filio Joachim re=
ge iuda: Iudei et Babylonij miserūt
pecuniam/ et librum Iudeis in Hie=
rusalem: vt orarēt pro ipsis. Capm. i.
Et hec verba libri que A
scripsit Baruch filius
nerie/ filij maasie/ filij
sedechie/ filij sedei/ fi=
lij helchie i babylonia
in anno q̄nto/ et i septi
mo die mensis/ in tp̄e q̄
ceperunt chaldei hierl'm: et succēde=
rūt eā igni. Et legit baruch vba libri
huiꝰ ad aures iechonie filij ioachī re=
gis iuda: et ad aures vniuersi ppl'i ve=
niētis ad librū: et ad aures potētuū
filiorū regū: et ad aures p̄sbyterorum
et ad aures ppl'i/ a minimo vsque ad
maximū eorū oīm habitantiū in ba=
bylonia/ ad flumen sodi. Qui audiē=
tes plorabāt et ieiunabāt: et orabant
in ɔ̄spectu dn̄i. Et collegerūt pecuniā
B sm̄ qd̄ potuit vnuſcuiuſq; manꝰ: et
miserūt in hierl'm ad ioachī filiū hel
chie filij salon sacerdotē/ et ad reli=
q̄s sacerdotes/ et ad oēm ppl'm/ qui
inuēti sunt cum eo in hierl'm: cū acci
perent vasa tēpli dn̄i q̄ ablata fuer̄āt
de tēplo/ reuocare i terrā iuda deci=
ma die mensis siban/ vasa argentea
que fecit sedechias filius iosie rex iu
da posteaq̄; cepisset nabuchodono=
sor rex babylonis iechoniā/ et princi
pes: et cūctos potētes/ et ppl'm terre
ab hierl'm: et duxit eos vinctos in ba
bylonē. Et dixerūt. Ecce misimus ad
vos pecunias/ de quibus emite holo=
caustomata/ et thus/ et facite māna
et offerte pro peccato ad arā dn̄i dei
nr̄i. Et orate pro vita nabuchodono=
sor regis babylonis/ et pro vita bal= C
thasar filij eiꝰ: vt sint dies eorū sicut
dies celi super terrā: et vt det dn̄s vir=
tutē nobis: et illuminet oculos nr̄os
vt viuamꝰ sub vmbra nabuchodono=
sor regis babylonis: et sub vmbra bal
thasar filij eiꝰ/ et seruiamꝰ eis multis
diebus/ et inueniamus gratiā in con
spectu eorū. Et pro nobisipsis orate
ad dn̄m deū nr̄m/ q2 peccauimꝰ dn̄o
deo nr̄o: et non est auersus furor eiꝰ
a nobis vsq; in hunc diē. Et legite li=

bū istū quez misim⁹ ad vos recitari
in tēplo dñi/in die solēni et in die op-
portuno. Et dicetis. Dño deo nr̄o iu-
stitia/nobis aūt confusio faciei nr̄e:
sicut est dies hec oī iuda et hitantib⁹
in hierl'm: regib⁹ nr̄is/et principib⁹
nr̄is/et sacerdotib⁹ nr̄is/et ꝓphetis
Dan.9.a. nr̄is/et pr̄ib⁹ nr̄is. Peccauim⁹ ante
dñm deū nr̄m/et nō credidim⁹ diffi-
dētes in eum:et nō fuim⁹ subiectibi-
les illi/et non audiuim⁹ vocē dñi dei
nr̄i/vt ambularem⁹ in mādatis eius
D que dedit nob̄. A die qua eduxit pa-
tres nr̄os de terra egypti vsq ad diē
hanc/eramus incredibiles ad dñm
deū nr̄m: ⁊ dissipati recessim⁹/ne au
direm⁹ vocē ipsius. Et adheserūt no-
bis multa mala/⁊ maledictiōes que
Deu.28.b. cōstituit dñs moysi seruo suo/q̄ edu-
xit patres nr̄os de terra egypti/dare
nobis terrā fluentem lac et mel sicut
hodierna die. Et non audiuimus vo-
cē dñi dei nr̄i scd̄m oīa vba ꝓpheta-
rū q̄s misit ad nos/⁊ ad iudices no-
stros:et abiuim⁹ vnusq̄sq in sensum
cord̄ nr̄i maligni opari diis alienis
faciētes mala añ oculos dñi dei nr̄i.
¶ Ca.B. Iudei ꝓpter pctā facti sunt
subter ⁊ non supra: vox penitentium
peccauimus/⁊ inique egimus: q nō
mortua sed aīa esuriēs dat gloriam
deo: ꝓmittit dñs alterū testamētum
eternum scilicet nouum. Capl'm. ii.

A PRopter quod statuit dñs de⁹
nr̄ verbū suū q̄d locut⁹ est ad
nos/⁊ ad iudices nr̄os qui iu
dicauerūt in hierl'm/et ad reges no-
stros/et ad ꝑncipes nr̄os/et ad oēm
israel et iuda/vt adduceret dñs sup
nos mala magna que non sunt facta
sub celo/quemadmodū facta sunt in
hierl'm: scd̄z que scripta sunt in lege
moysi: vt manducaret hō carnes filij
sui/et carnes filie sue. Et dedit eos
sub manu regū oīm q̄ sunt in circui-
tu nr̄o in improperiū et in desolatio-
nem/⁊ in oībus ppl'is in quibus nos
B dispersit dñs. Et facti sumus subtus
et non supra: q̄z peccauimus dño deo
nr̄o/nō obaudiēdo voci ipsius. Dño
deo nr̄o iustitia: nobis aūt et patrib⁹
nr̄is cōfusio faciei/sicut est dies hec.
Q̄z locut⁹ est dñs sup nos oīa mala
hec q̄ venerūt sup nos/⁊ non sumus
depcati faciez dñi dei nr̄i/vt reuerte-
remur vnusq̄sq nr̄m a viis nr̄is pes-
simis. Et vigilauit dñs in malis/et
adduxit ea super nos: q̄z iust⁹ est dñs

in oībus operib⁹ suis q̄ mādauit no-
bis: et non audiuim⁹ vocē ipsius/vt
irem⁹ in ꝑceptis dñi q̄ dedit ante fa- C
ciē nostrā. Et nunc dñe de⁹ israel/qui Dan.9.d.
eduxisti ppl'm tuū de terra egypti in
manu valida: et in signis/et in ꝓdi-
giis/et in virtute tua magna/⁊ i bra-
chio excelso: et fecisti tibi nomē sicut
est dies iste: peccauim⁹/impie egim⁹
inique gessimus dñe de⁹ nr̄/in oībus
iustitiis tuis. Auertat̄ ira tua a no-
bis: q̄z derelicti sumus pauci inter gē-
tes/vbi dispersisti nos. Exaudi dñe
preces nr̄as/et orones nr̄as/et educ
nos propter te: et da nobis inuenire
gratiā ante faciē eorū qui nos abdu-
xerūt: vt sciat oīs terra q̄z tu es dñs
deus nr̄: et q̄z nomen tuū inuocatum D
est sup isrl' et sup genus ipsius. Re- Deu.26.d.
spice dñe de domo sctā tua in nos/et Esa.63.c.
inclina aurē tuā et exaudi nos. Ape- Io.113.d.
ri oculos tuos et vide: q̄z non mortui
qui sunt in inferno, quorū spūs acce-
ptus est a visceribus suis dabunt ho
norē ⁊ iustificationem dño: sed aīa q̄
tristis est sup magnitudinē mali: et
incedit curua ⁊ infirma/⁊ oculi defi-
ciētes/et aīa esuriens dat tibi gloriā
et iustitiā dño: q̄z non scd̄m iustitias
patruz nr̄oꝝ nos fundimus preces/
et petimus miam ante cōspectū tuū
domine deus noster: sed quia misisti
irā tuā et furorē tuuz super nos sicut
locutus es in manu puerorum tuorū
ꝓphetaꝝ dicēs. Sic dicit dñs. Incli- E
nate humerū vr̄m/⁊ ceruicē vestram Hie.29.b.
et opa facite regi babylonis/et sede-
bitis in terra quā dedi pr̄ib⁹ vr̄is. Q̄
si nō feceritis/nec audieritis vocem
dñi dei vestri opari regi babylonie/
defectionē vestrā faciā de ciuitatib⁹
iuda/⁊ a foris hierl'm: ⁊ auferā a vo-
bis vocē iocūditatis/et vocē gaudij
et vocem sponsi/⁊ vocē sponse: ⁊ erit
oīs terra sine vestigio ab inhabitan-
tibus eā. Et non audierūt vocē tuā/
vt operarētur regi babylonis: et sta-
tuisti vba tua que locut⁹ es in mani-
bus puerorū tuorum prophetarū: vt
transferrentur ossa regum nostroꝝ/
et ossa patrum nostrorū de loco suo. F
Et ecce proiecta sunt in calore solis
et in gelu noctis/et mortui sunt i do-
loribus pessimis/in fame/et in gla-
dio/et in emissione. Et posuisti tem-
plū in quo inuocatū est nomen tuū
in ipso sicut hec dies propter iniqta-
tem domus israel/et domus iuda.

Et fecisti in nobis domine de⁹ noster
secundum omnem bonitatem tuam: et secundum omnem
miserationem tuam illam magnam: sicut lo-
cutus es in manu pueri tui moysi in
die qua precepisti ei scribere legem tu-
Le.26.b. am coram filiis israel dicens. Si non au-
Deu.28.b. dieritis vocem meam/multitudo hec
magna conuertetur in minimam gentem
quoniam ego eos dispergam: quia scio quod
me non audiet populus. populus est
B enim dura ceruice. Et conuertetur ad
cor suum in terra captiuitatis sue: et
scient quia ego sum dominus deus eorum: et
dabo eis cor et intelligent: et aures et
audient. Et laudabunt me in terra ca-
ptiuitatis sue: et memores erunt no-
minis mei. Et auertent se a dorso suo
duro et a malignitatibus suis: quia
reminiscentur viam patrum suorum qui pec-
cauerunt in me. Et reuocabo illos in
terram quam iuraui patribus eorum abraam
isaac et iacob: et dominabuntur eis.
Et multiplicabo eos: et non minora-
buntur. Et statuam illis testamentum
alterum sempiternum: vt sim illis in de-
um/et ipsi erunt mihi in populum: et non
mouebo amplius populum meum fi-
lios israel a terra quam dedi illis.
¶C.S. Clamor anime et spiritus in angustiis
positi: audire debemus mandata vite/
vt sciamus prudentiam: et discere debe-
mus vbi sit sapientia: gygantes statu-
ra magnos: et scientes bellum non ele-
git dominus: dominus adinuenit omnem viam di-
scipline: de christo incarnato. Cap. iii.
A ET nunc domine omnipotens deus is-
rael/anima in angustiis/et spiritus
anxius clamat ad te. Audi domine et
miserere: quia deus es misericors/et
miserere nostri: quia peccauim⁹ an-
te te. Quia tu sedes in sempiternum/
et nos peribimus in euum? Domine
omnipotens deus israel audi nunc
orationem mortuorum israel/et filiorum
ipsorum qui peccauerunt ante te/et
non audierunt vocem domini dei sui: et ag-
glutinata sunt nobis mala. Noli me-
minisse iniquitatis patrum nostrorum
sed memento manus tue et nominis tui
in tempore isto: quia tu es dominus deus no-
ster: et laudabimus te domine: quia pro-
pter hoc dedisti timorem tuum in cor-
dibus nostris: et vt inuocemus no-
men tuum: et laudemus te in capti-
uitate nostra: quia conuertimur ab
iniquitate patrum nostrorum qui pec-
cauerunt ante te. Et ecce nos in ca-
ptiuitate nostra sumus hodie/qua

nos dispersisti in improperium et in
maledictum et in peccatum secundum om-
nes iniquitates patrum nostrorum
qui discesserunt a te domine deus no-
ster. Audi israel mandata vite/auri- B
bus percipe/vt scias prudentiam.
Quid est israel quod in terra inimicorum
es? Inueterasti in terra aliena/co-
inquinatus es cum mortuis: deputa-
tus es cum descendentibus in infer-
num. Dereliquisti fontem sapientie.
Nam si in via dei ambulasses/habi-
tasses vtique in pace super terram.
Disce vbi sit prudentia/vbi sit vir-
tus/vbi sit intellectus: vt scias simul
vbi sit longiturnitas vite et victus:
vbi sit lumen oculorum et pax. Quis
inuenit locum eius? et quis intrauit
in thesauros eius? Ubi sunt princi-
pes gentium/et qui dominantur su-
per bestias que sunt super terram: qui
in auibus celi ludunt: qui argentum
thesaurizant et aurum in quo confi-
dunt homines/et non est finis acqui-
sitionis eorum: qui argentum fabricant
et soliciti sunt/nec inuentio est ope-
rum illorum? Exterminati sunt: et ad in-
feros descenderunt: et alii loco eorum
exurrexerunt. Iuuenes viderunt lu- C
men et habitauerunt super terram:
viam autem discipline ignorauerunt
neque intellexerunt semitas eius: ne-
que filii eorum susceperunt eam: a fa-
cie ipsorum longe facta est: non est audi-
ta in terra chanaan: neque visa est in
theman. Filii quoque agar qui exqui-
sierunt prudentiam que de terra est/
negociatores terre/et theman/et fa-
bulatores/et exquisitores prudentie
et intelligentie: viam autem sapientie
nescierunt: neque commemorati sunt semi-
tas eius. O israel quam magna est domus
dei: et ingens locus possessionis eius.
Magnus est et non habet finem/excel-
sus et immensus. Ibi fuerunt gygan-
tes nominati illi qui ab initio fuerunt
statura magna scientes bellum. Non
hos elegit dominus/neque viam discipline
inuenerunt: propterea perierunt. Et
quoniam non habuerunt sapientiam:
interierunt propter suam insipientiam.
Quis ascendit in celum et accepit eam: D
et eduxit eam de nubibus? Quis trans-
fretauit mare et inuenit illam et attu-
lit illam super aurum electum? Non est qui
possit scire vias eius/neque qui exqui-
rat semitas eius: sed qui scit vniuer-
sa nouit eam et adinuenit eam pru-

Ceria sua. qui preparauit terram in
eterno tpe ꝛ repleuit eam bipedibus
et quadrupedib⁹. qui emittit lumen:
et vadit et vocauit illud: et obedit il-
li in tremore. Stelle autẽ dederũt lu-
men in custodiis suis: et letate sunt
vocate sunt ꝛ dixerũt. Adsum⁹. et lu-
xerũt ei cũ iucunditate: q̃ fecit illas.
Hic est de⁹ noster: et nõ estimabitur
alius aduersus eum. Hic adinuenit
omnem viam discipline: et tradidit
illam iacob puero suo: et Israel dile-
cto suo. Post hec in terris visus est:
et cum hominibus conuersatus est.
¶C.S. De lege eterna et tenẽtib⁹ eã
et spernẽtib⁹ eam: vox ecclesie tribu-
lantis confortatio et consolatio hie-
rusalem: id est ecclesie in tribulatio-
nibus constitute. Capitulum.iiij.
A Hic liber mandatorum dei: et lex
que est in eternum. Omnes qui
tenẽt eam peruenient ad vitam: qui
autẽ dereliquerunt eam: in mortem.
Cõuertere iacob et apprehẽde eam:
ambula p viã ad splendorẽ eius con
tra lumẽ eius. Ne tradas alteri glo-
riam tuã: et dignitatẽ tuã genti alie-
ne. Beati sumus israel: qz q̃ deo pla-
cent: manifesta sunt nobis. Anime-
quior esto populus dei: memorabilis
israel. Venũdati estis gentibus non
in perditionez: sed propter qđ in ira
dei ad iracũdiam prouocastis dñm:
B traditiq; estis aduersariis. Exacer-
bastis eñ eũ q̃ fecit vos deũ eternũ:
immolãtes demoniis ꝛ nõ deo. Obli-
ti eñ estis eũ qui nutriuit vos: ꝛ con
tristastis nutricẽ vestrã hierusalem.
Vidit enim iracundiã a deo veniẽtẽ
vobis: ꝛ dixit. Audite confines sion.
Adduxit enim mihi de⁹ luctum ma-
gnum. vidi enim captiuitatẽ populi
mei: filiorũ meorũ et filiarũ quã sup-
duxit illis etern⁹. Nutriui eniz illos
cũ iucunditate: dimisi aũt illos cum
C fletu et luctu. Nemo gaudeat super
me viduã et desolatam: a multis de-
relicta sum propter peccata filiorum
meoꝝ: quia declinauerũt a lege dei.
Iustitias autẽ ipsius nescierunt: nec
ambulauerunt per vias mãdatorum
dei: neq; per semitas veritatis eius
cũ iustitia ingressi sunt. Veniãt con-
fines sion et memorentur captiuita-
tem filiorũ et filiarũ mearũ quam su
perduxit illis eternus. Adduxit eniz
super illos gentẽ de longinquo gen-
tem improbam et alteri⁹ lingue: qui

non sunt reueriti senem: neq; puero
rum misereti sunt. Et abduxerũt dile- D
ctos vidue: ꝛ a filiis vnicã desolaue-
runt. Ego autem quid possum adiu-
uare vos? Qui enim adduxit super
vos mala: ipse vos eripiet de mani-
bus inimicorum vestroꝝ. Ambulate
filii ambulate: ego eñ derelicta sum
sola. Exui me stola pacis indui autẽ
me sacco obsecrationis: et clamabo
ad altissimũ in dieb⁹ meis. Anime-
quiores estote filii clamate ad dñm:
et eripiet vos de manu principũ ini-
micorũ. Ego enim speraui in eternũ J.eodem.
salutem vestrã: ꝛ venit mihi gaudiũ
a sancto super misericordia que ve-
niet vobis ab eterno salutari nostro.
Emisit eñ vos cum luctu et ploratu: E
reducet aũt vos mihi dñs cum gau-
dio et iucũditate in sempiternũ. Si-
cut enim viderunt vicine sion capti-
uitatem vestram a deo: sic videbũt ꝛ
in celeritate salutẽ vestrã in deo: que
superueniet vobis cum honore ma-
gno et splendore eterno. Filii patiẽ-
ter sustinete iram: que superueniet
vobis. Persecutus est eniz te inimi-
cus tuus: sed cito videbis perditio-
nem ipsius et super ceruices ipsius
ascẽdes. Delicati mei ambulauerũt
vias asperas: ducti sunt eniz vt grex
direptus ab inimicis. Animequio- F
res estote filii et proclamate ad do-
minum: erit eniz memoria vestra ab
eo qui duxit vos. Sicut enim fuit sen
sus vester vt erraretis a deo: decies
tantum iterum conuertentes requi-
retis eum. Qui enim induxit vobis
mala: ipse rursũ adducet vobis sem-
piternã iucũditatẽ cũ salute vestra.
Animequior esto hierusalem. exhor-
tatur enim te qui te nominauit. No-
centes peribunt qui te vexauerunt:
et q̃ gratulati sunt in tua ruina pu-
nientur. Ciuitates quibus seruierũt
filii tui punientᷣ: et que accepit filios
tuos. Sicut eñ gauisa est in tua rui-
na et letata est in casu tuo: sic contri-
stabitur in sua desolatiõe. Et ampu-
tabitur exultatio multitudinis eius:
et gaudimonium ei⁹ erit in luctum.
Ignis eniz superueniet ei ab eterno G
in longiturnis dieb⁹: et habitabit a J.5.b.
demoniis in multitudine temporis.
Circũspice hierusalem ad orientẽ: et
vide iucunditatẽ a deo tibi venien-
tem. Ecce eniz veniunt filii tui quos
dimisisti dispersos: veniunt collecti

ab oriente vsq; ad occidẽtem/in ver-
bo sancti gaudentes in honorẽ dei.
¶ C.S. De xp̃o dño qui est iocundi-
tas veniens a deo missus: de christo
A domino et ecclesia. Capitulum. v.
Exue te hierl'm stola luctus et
vexationis tue: ⁊ indue te de-
core et honore / que a deo tibi
est sempiterna gloria. Circũdabit te
B de⁹ diploide iustitie: et imponet mi-
tram capiti tuo honoris eterni. De⁹
eñ ostendet splendorẽ suũ in te: qui
sub celo est. Nominabit eniz tibi no-
men tuum a deo in sempiternũ. Pax
iustitie ⁊ honor pietatis. Exurge hie-
rusalem et sta in excelso: ⁊ circũspice
ad orientem et vide collectos filios
tuos ab oriente sole vsq; ad occiden-
tem / in verbo sancti gaudentes dei
C memoria. Exierunt eñ abs te pedib⁹
I.4.G. ducti ab inimicis: adducet aũt illos
dñs ad te portatos in honorem sicut
filios regni. Cõstituit enim deus hu-
miliare oẽm montem excelsum ⁊ ru-
pes perennes et cõualles replere in
equalitatem terre vt ambulet israel
D diligẽter in honorem dei. Obumbra-
uerũt aũt sylue ⁊ oẽ lignum suauita-
tis israel mandato dei. Adducet eñ
deus israel cum iocũditate in lumi-
ne maiestatis sue: cum misericordia
et iustitia que est ex ipso.
¶ Exẽplum epistole quã misit hiere-
mias ad abductos captiuos in Ba-
bylonian a rege babyloniorũ / vt an-
nunciaret illis sm quod preceptum
A est illi a deo. Capitulum. vi.
Propter peccata que peccastis
ante deum / abducemini in ba-
bylonian captiui a nabucho-
donosor rege babyloniorũ. Ingressi
itaq; in babylonem / eritis ibi annis
plurimis et tẽporib⁹ longis vsq; ad
generationes septem. Post hoc aũt
educam vos inde cũ pace. Nunc aũt
videbitis in babylonia deos aureos
et argẽteos ⁊ lapideos et ligneos in
humeris portari / ostentãtes metum
gẽtibus. Videte ergo ne et vos simi-
les efficiamini factis alienis: et me-
tuatis et metus vos capiat in ipsis.
Visa itaq; turba de retro et ab ante
adorãtes / dicite in cordibus vestris.
Te oportet adorari dñe. Angel⁹ aũt
meus vobiscum est: ipse aũt exquirã
aias vestras. Nam ligna ipsorũ poli-
ta a fabro / ipsa etiã inaurata et inar-
gentata falsa sunt: et non possunt lo-
qui. Et sicut virgini amãti ornamen-
ta: ita accepto auro fabricata sunt.
Coronas certe aureas habent super
capita sua dii illorũ: vnde subtrahũt
sacerdotes ab eis aurũ et argẽtum /
et erogant illud in semetipsis. Dant
aũt et ex ipso prostitutis / et meretri-
ces ornant: ⁊ iterum cum receperint
illud a meretricibus / ornãt deos su-
os. Hi aũt nõ liberant ab erugine et B
tinea. Opertis aũt illis veste purpu-
rea / extergent faciem ipsorũ propter
puluerem domus qui est plurim⁹ in-
ter eos. Sceptrum autẽ habet vt ho-
mo: sicut iudex regionis q̃ in se pec-
cantem non interficit. Habet etiã in
manu gladiũ et securim: se autem de
bello et a latronib⁹ nõ liberat. Unde
vobis notũ sit q2 nõ sunt dii. Non er-
go reuereamini eos. Sicut enim vas
hoĩs confractum inutile efficitur / ta-
les sunt et dii illorũ. Constitutis illis
in domo / oculi eorũ pleni sunt pulue-
re a pedib⁹ introeuntiũ. Et sicut ali-
cui qui regem offendit / circumsepte
sunt ianue: aut sicut ad sepulchrum
adductum mortuũ ita tutant sacer-
dotes ostia clausuris ⁊ seris / ne a la-
tronibus expolient. Lucernas accẽ-
dunt illis / et quidẽ multas: ex quib⁹
nullam videre possunt: sunt autẽ si-
cut trabes in domo. Corda vero eorũ
dicunt elingere serpentes qui de ter-
ra sunt dum comedũt eos ⁊ vestimẽ-
tum ipsorũ et nõ sentiunt. Nigre fiũt
facies eorũ a fumo qui in domo fit.
Supra corpus eorum et supra caput
eorũ volant noctue et hirũdines et a-
ues etiã: similiter ⁊ catte. Unde scie- C
tis q2 non sunt dii. Ne ergo timueri-
tis eos. Aurum etiam qđ habent / ad
speciem est / nisi aliquis exterserit
eruginem / nõ fulgebunt: neq; eñ dũ
conflarẽtur / sentiebant. Ex oĩ precio
empta sunt: in q̃b⁹ spũs nõ inest ipsis.
Sine pedib⁹ in humeris portantur: Esa.46. b.
ostentantes ignobilitatem suam ho-
minibus. Confundantur etiã qui co-
lunt ea. Propterea si ceciderint in
terrã / a semetipsis nõ cõsurgũt: neq;
si quis eũ statuerit rectũ / p semetip-
sum stabit: sed sicut mortuis mune-
ri eorũ illis apponent. Hostias illo-
rũ vẽdũt sacerdotes ipsorũ ⁊ abutun-
tur: similiter et mulieres eorũ decer-
pentes / neq; infirmo / neq; mẽdican-
ti aliq̃d impertiũt: de sacrificiis eorũ
fete ⁊ mẽstruate cõtingũt. Scientes

itaqꝫ ex his qz non sunt dij ne timea-
tis eos. Unde em̃ vocant dij? Quia
mulieres apponunt diis argenteis ⁊
aureis et ligneis: ⁊ in domibus eorũ
sacerdotes sedent/habẽtes tunicas
scissas: ⁊ capita ⁊ barbã rasam: quo-
D rum capita nuda sunt. Rugiũt autẽ
clamantes contra deos suos sicut in
cena mortui. Uestimenta eorũ aufe-
runt sacerdotes: et vestiunt vxores
suas et filios suos. Neqꝫ si quid ma-
li patiunt ab aliquo: neqꝫ si quid bo-
ni poterunt retribuere: neqꝫ regem
cõstituere possunt/neqꝫ auferre. Si-
militer neqꝫ dare diuitias possunt:
neqꝫ malum retribuere. Si quis illis
votũ vouerit ⁊ non reddiderit: neqꝫ
hoc requirũt. Hominẽ a morte nõ li-
berant: neqꝫ infirmum a potentiori
eripiũt. Hominẽ cecũ ad visum non
restituũt: de necessitate hominẽ non
liberabũt. Uidue non miserebuntur:
neqꝫ orphanis benefacient. Lapidi-
bus de monte similes sunt dij illorũ:
lignei ⁊ lapidei/⁊ aurei ⁊ argentei.
Qui autẽ colunt ea: ɔfundent. Quo-
modo ergo estimandum est aut dicẽ-
dum illos esse deos? Adhuc em̃ ipsis
chaldeis non honorãtibꝰ ea: qui cum
audierint mutũ non posse loqui/offe-
runt illud ad bel: postulantes ab eo
loqui: quasi possint sentire qui non
habẽt motũ: ⁊ ipsi cum intellexerint
relinquẽt ea: sensum enim nõ habẽt
ipsi dij illoꝝ. Mulieres autẽ circũda-
te funibus/in vijs sedent succendẽ-
E tes ossa oliuarũ. Cum autẽ aliqua ex
ipsis abstracta ab aliquo transeun-
te dormierit cum eo: proxime sue ex-
probrat ꝙ ea non sit digna habita si-
cut ipsa/neqꝫ funis eius dirupt⁹ sit.
Omnia autẽ que illis fiunt/falsa sunt.
Quomodo estimandũ aut dicẽdũ est
illos esse deos? A fabris autẽ ⁊ ab au-
rificibꝰ facta sunt. Nihil aliud erũt:
nisi id qđ volunt esse sacerdotes. Au-
rifices etiã ipsi qui ea faciũt: nõ sunt
multi tẽporis. Nũquid ergo possunt
ea q̃ fabricata sunt ab ipsis esse dij?
Reliquerunt autem falsa et oppro-
briũ postea futuris. Nã cum superue-
nerit illis preliũ: ⁊ mala: cogitant sa-
cerdotes post se vbi se abscondãt cũ
illis. Quõ ergo sentiri debeãt qm̃ dij
sunt qui nec de bello se liberant: neqꝫ
de malis se eripiunt? Nã cum sint li-
gnea ⁊ lapidea ⁊ inaurata ⁊ inargen
tata: scietur postea qz falsa sunt ab
vniuersis gẽtibus ⁊ regibus que ma-
nifesta sunt: qz nõ sunt dij/sed opera
manuũ hoim/⁊ nullum dei opꝰ cum
illis. Unde ergo notũ est qz non sunt
dij/sed opa manuũ hominũ: ⁊ nullũ
dei opus in ipsis est. Regem regioni
non suscitant/neqꝫ pluuiã hoibus da-
bunt. Judiciũ quoqꝫ non discernent/
neqꝫ regiones liberabunt ab iniuria:
qz nihil possunt sicut cornicule inter
medium celi ⁊ terre. Etem̃ cũ incide-
rit ignis in domũ deoꝝ ligneoꝝ ⁊ ar-
genteoꝝ ⁊ aureoꝝ: sacerdotes quidẽ
ipsoꝝ fugient ⁊ liberabunt: ipsi vero
sicut trabes in medio cõburent. Re-
gi autẽ ⁊ bello nõ resistẽt. Quomodo
ergo estimãdum est aut recipiẽdũ qz
dij sunt? Nõ a furibꝰ neqꝫ a latronibꝰ
se liberabũt dij lignei ⁊ lapidei ⁊ in-
aurati et inargentati/quibus iniqui
fortiores sunt. Aurum ⁊ argentum ⁊
vestimentũ quo operti sunt auferent
illis ⁊ abibunt/nec sibi auxiliũ ferẽt.
Itaqꝫ melius est esse regem ostentã-
tem virtutem suam: aut vas in domo
vtile in quo gloriabit qui possidet il-
lud: vel ostium in domo qđ custodit
que in pace sunt q̃ falsi dij. Sol qui-
dem ⁊ luna ac sydera cũ sint splendi-
da ⁊ emissa ad vtilitates obaudiũt:
similiter ⁊ fulgur cũ apparuerit/per-
spicuũ est. Idipsum autẽ ⁊ spũs in oĩ
regione spirat: ⁊ nubes qbꝰ cũ impe-
ratũ fuerit a deo perambulare in vni
uersum orbẽ pficiũt qđ ipatũ est eis. F
Ignis etiã miss⁹ desup vt ɔsumat mõ-
tes ⁊ syluas/facit qđ preceptũ est ei.
Hec autẽ neqꝫ speciebꝰ neqꝫ virtutibꝰ
vni eoꝝ similia sunt. Unde neqꝫ esti-
mãdũ est neqꝫ dicẽdũ illos esse deos
quando nõ possunt/neqꝫ iudiciũ iu-
dicare/neqꝫ quicq̃ facere hominibꝰ.
Scientes itaqꝫ qz non sunt dij: ne er-
go timueritis eos. Neqꝫ enim regibꝰ
maledicent neqꝫ benedicent. Signa
etiã in celo gentibꝰ nõ ostẽdunt: neqꝫ
vt sol lucebunt neqꝫ illuminabunt vt
luna. Bestie meliores sunt illis: que
possunt fugere subtectum ac pdesse
sibi. Nullo itaqꝫ modo nobis est ma-
nifestum qz sunt dij: propter qđ ne ti-
meatis eos. Nam sicut in cucume-
rario formido nihil custodit: ita sunt
dij illoꝝ lignei ⁊ argẽtei ⁊ inaurati.
Eodem modo ⁊ in horto spina alba
supra quã oĩs auis sedet. Similiter
et mortuo proiecto in tenebris: simi-
les sunt dij illoꝝ lignei ⁊ inaurati et

✠ Vl.mu margãrari. Di purpura q̃q ⁊ ✠ mar-
rice. more que supra illos teneant: scietis
itaq; quia non sunt dii. Ipsi etiam po
stremo comedunt: ⁊ erit opprobrium
in regione. Melior est homo iustus q̃
non habet simulacra: nam erit lon-
ge ab opprobriis.

¶ Liber Baruch explicit.

## ¶ Prologꝰ sancti Hieronymi in Ezechielẽ prophetam.

EZechiel propheta cũ Joachin
rege Juda captiuus ductꝰ est
in Babylonẽ: ibiq; his q̃ cum
eo captiui fuerant ꝓphetauit penitẽ
tibꝰq; ad Hieremie vaticinium se vi-
tro aduersariis tradidisse: ⁊ viderẽt
adhuc vrbẽ Hierosolymã stare quã il
le casurã esse predixerat. Tricesimo
autẽ etatis sue anno/⁊ captiuitatis
quinto: exorsus est ad cõcaptiuos lo-
qui. Et eodẽ tẽpore licet posterior hic
in chaldea/Hieremias in Judea ꝓ-
phetauerunt. Sermo eiꝰ nec satis di-
sertꝰ nec admodum rusticꝰ est: sed ex
vtroq; medie tẽperatus. Sacerdos ⁊
ipse fuit sicut Hieremias: principia
voluminis ⁊ finẽ magnis habẽs ob-
scuritatibꝰ inuoluta. Sz vulgata eiꝰ
editio non multũ distat ab hebraico.
Unde satis miror quid cause extite-
rit: vt si eosdẽ in vniuersis libris ha-
bemꝰ interpretes/in aliis eadem/in
aliis diuersa trãstulerint. Legite igi-
tur ⁊ hunc iuxta translationẽ nostrã
quoniam per cola scriptus et comma-
ta: manifestiorem legẽtibus sensum
tribuit. Si autem amici mei et hunc
subsannauerint: dicite eis q̃ nemo
eos compellat vt scribant. Sed ve-
reor ne illud eis eueniat q̃d grece si-
gnificantiꝰ dicit vt vocent phagoledo
ri: q̃d est mãducantes senectas.

¶ Explicit prologus.

## ¶ Ezechiel propheta incipit.

¶ C. S. Uisio scribit quatuor aĩaliũ ⁊
visio rotarũ: throni dei ⁊ imaginis su
per thronum. Cap. I.

A
ET factum est in tricesi
mo anno/in quarto: in
quinta mensis: cum es-
sem in medio captiuo-
rum iuxta fluuiũ cho-
bar: aperti sunt celi/et
vidi visiones dei. In
q̃nta mẽsis ipse est annus q̃ntꝰ trans-
migrationis regis Joachin/factum
est verbũ dñi ad Ezechielẽ filium Bu
zi sacerdotem in terra Chaldeorum
secus flumen chobar. Et facta est su-
per eum ibi manus domini. Et vidi/ B
et ecce ventus turbinis veniebat ab
aquilone ⁊ nubes magna ⁊ ignis in-
uoluens/⁊ splendor in circuitu eius:
et de medio eiꝰ quasi species electri/
id est de medio ignis. Et in medio eo
rum similitudo quatuor animalium:
⁊ hic aspectus eorum/similitudo ho-
minis in eis. Et quatuor facies vni
⁊ quatuor penne vni: ⁊ pedes eorum
pedes recti: et planta pedis eorum
quasi planta pedis vituli: ⁊ scintille
quasi aspectus eris candẽtis. Et ma-
nus hominis sub pennis eorum in
quatuor partibus: et facies et pen-
nas ꝑ quatuor partes habebant/iun-
cteq; erant penne eorum alterius ad
alterum. Non reuertebãtur cum in- C
cederent: sed vnumquodq; ante fa- De pe. di.
ciem suam gradiebatur. Similitu- i.c. pẽnas
do autem vultus eorum/facies ho- ta. ⁊ ca. re
minis ⁊ facies leonis a dextris ipso- uertebãt.
rum quatuor: facies autem bouis a
sinistris ipsorum quatuor: et facies
aquile desuper ipsorum quatuor: et
facies eorum ⁊ penne eorum extente
desuper. Due penne singulorum iun-
gebantur: ⁊ due tegebant corpora eo-
rum. Et vnumquodq; eorũ coram fa-
cie sua ambulabat. Ubi erat impe-
tus spiritus/illuc gradiebantur: nec D
reuertebantur cum ambularent. Et
similitudo animalium ⁊ aspectus eo
rum quasi carbonũ ignis ardẽtium/
⁊ quasi aspectus lampadarum. Hec
erat visio discurrens in medio aĩa-
lium/splẽdor ignis ⁊ de igne fulgur
egrediens. Et aĩalia ibant et reuer-
tebantur in similitudinẽ fulguris co
ruscantis. Cumq; aspicerẽ aĩalia/ap-
paruit rota vna super terram iuxta
animalia/habens quatuor facies.
Et aspectus rotarum et opus earum
quasi visio maris: et vna similitudo
ipsarum quatuor: ⁊ aspectꝰ earum et
opera quasi sit rota in medio rote.
Per quatuor partes earum euntes
ibant: ⁊ non reuertebant cum ambu- E
larẽt. Statura quoq; erat rotis et al-
titudo et horribilis aspectus. Et to-
tum corpus oculis plenũ in circuitu
ipsarum quatuor. Cumq; ambularent
animalia/ambulabant pariter ⁊ ro-

te iuxta ea. Et cum eleuarentur ani=
malia de terra/eleuabantur simul et
rote. Quocunq; ibat spiritus/illuc
eunte spiritu ⁊ rote pariter eleuaban
tur sequentes eum: spiritus enim vi=
te erat in rotis. Cum euntibus ibant:
et cum stantibus stabant: ⁊ cum ele=
uatis a terra pariter eleuabantur et
F rote sequentes ea: quia spiritus vi=
te erat in rotis. Et similitudo super
capita animalium firmamenti: quasi
aspectus crystalli horribilis: ⁊ exten=
ti super capita eorum desuper. Sub
firmamento autē penne eorum recte
alteri⁹ ad alterū. Unūquodq; duab⁹
alis velabat corpus suum: ⁊ alterum
similiter velabatur. Et audiebam so=
num alarum quasi sonum aquarum
multarum/quasi sonum sublimis
dei. Cum ambularent/quasi sonus
erat multitudinis: vt sonus castro=
rum. Cumq; starent/demittebantur
penne eorum. Nam cum fieret vox
super firmamentum quod erat su=
per caput eorum stabant/et submit=
G tebant alas suas. Et super firmamen
tum quod erat imminens capiti eo=
rum quasi aspectus lapidis saphyri/
similitudo throni: ⁊ super similitudi=
nem throni/similitudo quasi aspect⁹
hominis desuper. Et vidi quasi spe=
ciem electri velut aspectum ignis in=
trinsecus per circuitum eius/a lum=
bis eius ⁊ desuper. Et a lumbis eius
vsq; deorsum vidi quasi speciē ignis
splendentis in circuitu/velut aspe=
ctum arcus cum fuerit in nube in die
pluuie: hic erat aspectus splendoris
per gyrum. Hec visio similitudinis
glorie domini.

¶ C.S. Mittit̄ ꝑpheta reuocare po=
pulū ab erroribꝰ suis. Cap.ij.

D J.3.f. 50.dist.ca. ad ē hoc.
ET vidi ⁊ cecidi in faciē meam
et audiui vocem loquentis/et
dixit ad me. Fili hominis/sta
super pedes tuos et loquar tecum.
Et ingressus est in me spiritus post=
q̄ locutus est mihi/et statuit me su=
pra pedes meos: et audiui loquen=
B tem ad me ⁊ dicentem. Fili hominis
mitto ego te ad filios Israel ad gen=
tes apostatrices que recesserunt a
me. Patres eorum preuaricati sunt
pactū meū vsq; ad diem hanc: et filij
dura facie ⁊ indomabili corde sunt/
ad q̄s ego mitto te. Et dices ad eos.
Hec dicit dominus deus. Si forte
vel ipsi audiant et si forte quiescant

quoniam domus exasperans est: et
scient quia propheta fuerit in medio
eorum. Tu ergo fili hominis ne timeas C
eos neq; sermones eorum metuas: q̄m
increduli ⁊ subuersores sunt tecū: et
cum scorpionib⁹ habitas. Uerba eo= 23.q.4.
rum ne timeas: ⁊ vult⁹ eorum ne for= ca. nabu=
mides quia domus exasperans est. chodono=
Loqueris ergo verba mea ad eos: si sor.
forte audiant et quiescant quoniam 40.di.ca.
irritatores sunt. Tu autem fili homi= q̄liter.
nis audi quecūq; loquar ad te: ⁊ no= D
li esse exasperans sicut domus exa=
sperratrix est. Aperi os tuū/⁊ comede
quecumq; ego do tibi. Et vidi/et ecce Apo.5.a.
manus missa ad me in qua erat inuo
lutus liber: ⁊ expandit illum coram
me qui erat scriptus intus ⁊ foris: et
scripte erant in eo lamentationes et
carmen ⁊ ve.

¶ C.S. Cibatur ꝑpheta volumine: re=
cipit faciē sicut adamantis ⁊ silicis/
⁊ mittit̄ ad filios transmigrationis:
ꝓbat̄ obsidio Hierusalē ꝑ inclusionē
ꝓphete: de gloria dn̄i quā vidit in cā=
po: q̄d oportet speculatorē annūciare
peccatori scelera sua ne requiratur san
guis de manib⁹ eius. Cap.iij.

ET dixit ad me. Fili hominis/ A
quodcunq; inueneris/comede. Apo.x.d.
Comede volumen istud: et vadens
loquere ad filios Israel. Et aperui os
meum: et cibauit me volumine illo.
Et dixit ad me. Fili hominis venter
tuus comedet/et viscera tua comple=
buntur volumine isto quod ego do ti=
bi. Et comedi illud: et factum est in
ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad
me. Fili hominis vade ad domum
Israel: et loqueris verba mea ad
eos. Non enim ad populum profun= B
di sermonis ⁊ ignote lingue tu mitte
ris ad domum Israel: neq; ad popu=
los multos ꝓfundi sermonis ⁊ igno=
te lingue quorum nō possis audire ser=
mones: ⁊ si ad illos mittereris: ipsi au
dirēt te. Dom⁹ autē isrl' nolūt audire
te: q2 nolunt audire me. Omnis qi ip
pe domus Israel attrita fronte est et
duro corde. Ecce dedi faciem tuam
valentiorē faciēb⁹ eorum/⁊ frontē tuam
duriorē frontibus eorum: vt adamantē
et vt silicē dedi faciē tuā. Ne timeas
eos neq; metuas a facie eorum: q2 do
m⁹ exasperās est. Et dixit ad me. Fi= C
li hominis/omnes sermones meos
q̄s ego loquor ad te assume in corde
tuo et aurib⁹ tuis audi: et vade ⁊ in=

gredere ad trāſmigrationē ad filios
populi tui: ꝛ loqueris ad eos / et dices
eis. Hec dicit dñs deꝰ: ſi forte audiāt
16.q.5.c. et quieſcant. Et aſſumpſit me ſpiritꝰ/
epi. ꝛ audiui poſt me vocē commotionis
magne. Benedicta gloria dñi de loco
ſuo/ ꝛ vocē alarū animalium pcutiē-
tium alterā ad alterā: ꝛ vocē rotarum
ſequentiū animalia ꝛ vocē cōmotio-
nis magne. Spiritꝰ quoq; leuauit me
ꝛ aſſumpſit me / ꝛ abij amarꝰ in indi-
D gnatione ſpiritꝰ mei. Manus enī dñi
erat mecum cōfortans me: ꝛ veni ad
trāſmigrationē ad aceruū nouarum
frugum ad eos qui habitabant iuxta
flumē chobar: ꝛ ſedi vbi illi ſedebant/
ꝛ manſi ibi ſeptē diebꝰ merēs in me-
dio eoꝝ. Cum autē ptranſiſſent ſeptē
dies: factū eſt verbum dñi ad me/ di-
cēs. Fili hominis ſpeculatorem de-
di te domui Jſrael/ ꝛ audies de ore
E meo verbū / ꝛ annunciabis eis ex me.
Si dicēte me ad impium: morte mo-
J.33.b. rieris: non annūciaueris ei neq; locu-
tus fueris vt auertatur a via ſua im-
pia ꝛ viuat: ipſe impius in iniquita-
te ſua morieť: ſanguinē autē eius de
manu tua requirā. Si autē tu annun-
ciaueris impio ꝛ ille nō fuerit cōuer-
ſus ab impietate ſua: ꝛ a via ſua im-
pia: ipſe quidē in impietate ſua mo-
rietur: tu autē animam tuā liberaſti.
F Sed ꝛ ſi conuerſus iuſtus a iuſticia
ſua fuerit ꝛ fecerit iniquitatē/ ponā
offendiculū coram eo: ipſe morieť/ q2
nō annunciaſti ei: in peccato ſuo mo-
rietur/ ꝛ nō erūt in memoria iuſticie
eius quas fecit: ſanguinē vero eius
de manu tua requirā. Si autē tu an-
nunciaueris iuſto vt non peccet iuſtꝰ
ꝛ ille non peccauerit: viuens viuet: q2
annunciaſti ei ꝛ tu animā tuā libera-
ſti. Et facta eſt ſuper me manꝰ dñi: ꝛ
dixit ad me. Surgēs egredere in cā-
pum: ꝛ ibi loquar tecum. Et ſurgens
egreſſus ſum in campū: ꝛ ecce ibi glo
ria dñi ſtabat quaſi gloria quam vidi
iuxta fluuiū chobar/ ꝛ cecidi in faciē
meam. Et ingreſſus eſt in me ſpūs: ꝛ
ſtatuit me ſuper pedes meos: ꝛ locu-
G tus eſt mihi/ ꝛ dixit ad me. Jngrede-
re: ꝛ includere in medio domus tue.
Et tu fili hominis ecce date ſunt ſu-
per te vincula ꝛ ligabunt te in eis: ꝛ
non egredieris de medio eoꝝ: ꝛ lin-
guam tuā adherere faciā palato tuo
ꝛ eris mutꝰ: nec quaſi vir obiurgans
q2 domꝰ exaſperās eſt. Cū autē locu-
tus fuero tibi: aperiā os tuū/ ꝛ dices
ad eos. Hec dicit dñs deus. Qui au-
dit audiat/ ꝛ qui quieſcit quieſcat: q2
domus exaſperans eſt.

¶ C.S. Per laterē ſignificať inſtātia
obſidionis: ira dei irrefragabilis: per
ſanguinē diuturnitas captiuitatꝭ de-
cē tribuū: de anguſtia famis. Ca. iiii. A

Et tu fili hominis ſume tibi late-
rem: ꝛ pones eum coram te ꝛ de-
ſcribes in eo ciuitatem Hieruſalem.
Et ordinabis aduerſus eam obſidio-
nem: ꝛ edificabis munitiones ꝛ com-
portabis aggerem: et dabis contra
caſtra: et pones arietes in gyro. Et
tu ſume tibi ſartaginē ferream: ꝛ po-
nes eam in murū ferreū inter te ꝛ in-
ter ciuitatē: ꝛ obfirmabis faciē tuam
ad eā ꝛ erit in obſidionē/ ꝛ circumda-
bis eam. Signū eſt domui Jſrael. Et
tu dormies ſup latus tuum ſiniſtrum
et pones iniquitates domus Jſrael
ſuper eo: numero dierum quibus dor-
mies ſup illud et aſſumes iniquitates B
eoꝝ. Ego autē dedi tibi annos iniq- Nu.14.f.
tatis eoꝝ numero dierum trecentos
et nonaginta dies: ꝛ portabis iniqui-
tatē domus Jſrael. Et cum comple-
ueris hec/ dormies ſuper latus tuum
dextrum ſecundo: ꝛ aſſumes iniqui-
tatē domus Juda quadraginta die-
bus. Diē p anno: diē inquam p anno
dedi tibi. Et ad obſidionē Hieruſalē
cōuertes faciē tuā: ꝛ brachium tuum
erit extentum/ ꝛ prophetabis aduer-
ſus eā. Ecce circumdedi te vinculis: ꝛ
non te cōuertes a latere tuo in latus
aliud/ donec cōpleas dies obſidionis
tue. Et tu ſume tibi frumētum ꝛ hor- C
deum/ ꝛ fabā/ ꝛ lentē/ ꝛ milium/ ꝛ vi-
ciam/ ꝛ mittes ea in vas vnū/ ꝛ facies
tibi panes numero dierū quibus dor-
mies ſuper latus tuum. Trecentis ꝛ
nonaginta diebus comedes illud. Ci-
bus autem tuus quo veſceris: erit in
pondere viginti ſtateres in die. A tē-
pore vſq; ad tempus comedes illud.
Et aquam in mēſura bibes ſextā par-
tem hin. A tempore vſq; ad tēpus bi-
bes illud. Et quaſi ſubcinericiū hor-
tatẽ possidere:et contra eos qui vba
ꝓphetie vertũt in canticũ. Cap. xxxiij.

A Et factum est verbum dñi ad me
dicens. Fili hoĩs/loquere ad fi-
lios populi tui:et dices ad eos. Ter-
ra cũ induxero super eam gladiuz et
tulerit populus terre virum vnuz de
nouissimis suis: et constituerit eum
super se speculatorem: et ille viderit
gladiũ venientez super terrã/et ceci-
nerit buccina/et annũciauerit pplo.
audiẽs autẽ quisquis ille est/sonitum
buccine et non se obseruauerit/vene
ritqz gladius et tulerit eum/sanguis
ipsius super caput eius erit. Sonitum
buccine audiuit et nõ se obseruauit:
sanguis eius in ipso erit. Si autẽ se cu
stodierit/aiam suam saluabit. Quod si
B speculator viderit gladiũ venientem
et nõ insonuerit buccina/et populus
se nõ custodierit: venerit qz gladius
et tulerit de eis animã:ille quidez in
iniquitate sua captus est: sanguinem
autẽ eius de manu speculatoris requi-
S.3.D. ram. Et tu fili hoĩs speculatorẽ dedi
te domui israel. Audiens ergo ex ore
meo sermonem/annunciabis eis ex
me. Si me dicẽte ad impiũ/impie mor-
te morieris/non fueris locutus vt se
custodiat impius a via sua: ipse impi-
us in iniquitate sua morietur: sanguinẽ
autez eius de manu tua requirã. Si
autẽ annũciãte te ad impiuz vt a vijs

suis cõuertatur/non fuerit cõuersus a
via sua: ipse in iniquitate sua morietur:
porro tu aiam tuam liberasti. Tu er- C
go fili hoĩs/dic ad domum israel. Sic 26.q.6.c.
locuti estis dicẽtes. Iniquitates nr̃e/et agnoui-
peccata nr̃a sup nos sunt: et in ipsis mus.
nos tabescimus/quomodo ergo viue-
re poterimus? Dic ad eos. Uiuo ego
dicit dñs deus. Nolo mortẽ impii:sed S.18.G.
vt cõuertatur impius a via sua et viuat.
Cõuertimini a vijs vestris pessimis. 27.q.1.c.
Et quare moriemini domus israel? finali.
Tu itaqz fili hoĩs/dic ad filios popu-
li tui. Iustitia iusti nõ liberabit eũ in
quacũqz die peccauerit: et impietas
impii nõ nocebit ei:in quacumqz die
cõuersus fuerit ab impietate sua. Et
iustus non poterit viuere in iustitia
sua in quacumqz die peccauerit. Etiã
si dixero iusto q vita viuat/et confi-
sus in iustitia sua fecerit iniquitatẽ:
oẽs iustitie eius obliuioni tradẽtur/et
in iniquitate sua quaz operatus est/in
ipsa morietur. Si autẽ dixero impio mor- D
te morieris:et egerit penitentiã a pec
cato suo feceritqz iudiciũ et iustitiaz/
et pignus restituerit ille impius/rapi-
nãqz reddiderit/in mãdatis vite am-
bulauerit/nec fecerit quicqz iniustuz
vita viuet et nõ morietur. Oĩa peccatã eius
que peccauit/non imputabunt ei:iu-
diciũ et iusticiam fecit:vita viuet. Et
dixerunt filii ppli tui. Non est eq põ-
deris via dñi:et ipsorum via iniusta est.
Cũ enim recesserit iustus a iustitia sua
feceritqz iniquitates: morietur in eis. Et
cũ recesserit impius ab ipietate sua
feceritqz iudiciũ et iustitiã: viuet in
eis. Et dicitis/non est recta via dñi.
Unũquẽqz iuxta vias suas iudicabo
de vobis domus israel. Et factum est E
in duodecimo anno/in decimo men- S.18.G.
se/in quinta mẽsis transmigrationis
nr̃e/venit ad me q fugerat de hieru-
salẽ dicẽs. Uastata est ciuitas. Ma-
nus autẽ dñi facta fuerat ad me ve-
spere anteqz veniret qui fugerat:ape
ruitqz os meum donec veniret ad me
mane/et aperto ore meo nõ silui am-
plius. Et factũ est verbũ dñi ad me di-
cens. Fili hoĩs/q habitant in ruinos
sis his/sup humum israel loquentes
aiunt. Unus erat abraam/et heredita-
te possedit terram. Nos autez multi
sumus:nobis data est terra in posses-
sionẽ. Idcirco dices ad eos. Hec di-
cit dñs deus. Qui in sanguine come-
ditis/et oculos vr̃os leuatis ad im- F

mū dicioes vr̄as/⁊ sanguinē fundiris:
nūq̄d terrā hereditate possidebitis?
Stetistis i gladiis vr̄is/fecistis abo=
minatiōes/et vnusquisq; vxorē ꝓxi=
mi sui polluit: ⁊ t̄rā hereditate possi=
debitis? Hec dices ad eos. Sic dicit
dñs deꝰ. Uiuo ego q2 qui in ruinosis
hītāt/gladio cadēt: ⁊ q̄ i agro est/be=
stiis tradet̄ ad deuorandū: q̄ autē in
ꝑsidiis ⁊ speluncis sūt/peste morient̄.
Et dabo terrā in solitudinē ⁊ i deser=
tū: et deficiet supbia ⁊ fortitudo eiꝰ:
et desolabunt̄ mōtes israel: eo ꝙ nul=
lus sit q̄ p eos trāseat: ⁊ scient q2 ego
dñs/cū dedero terrā eorū desolatā et
B desertā propter vniuersas abomina=
tiōes suas quas opati sunt. Et tu fili
hoīs/filii ppl'i tui q̄ loquunt̄ de te iu=
xta muros/et in ostiis domorū: et di=
cunt vnꝰ ad alterū/vir ad ꝓximū suū
loquentes. Uenite et audiamꝰ q̄s sit
sermo egrediēs a dño. Et veniunt ad
te/q̄si si ingrediat̄ ppl's: et sedent corā
te ppl's meꝰ/⁊ audiunt sermones tu=
os/et nō faciūt eos: q2 in cāticū oris
sui vertūt illos: ⁊ auaritiā suā sequi=
tur cor eorū: et es eis q̄si carmen mu=
sicū/qd suaui dulciq; sono canit̄. Et
audiēt v̄ba tua/⁊ nō faciēt ea: ⁊ cum
venerit qd ꝑdictū ē (ecce eniz venit)
tūc sciēt q2 ꝓphetes fuerit īter eos.
¶ Ca. S. Sermo dñi contra pastores
negligētes ⁊ oppmētes gregē ⁊ q̄rē=
tes q̄ sua sunt: et ꝓmissio de pastore
A nouo: ⁊ pl'ibꝰ bñdictiōibꝰ. Ca. xxxiiii.

ET factū est verbū dñi ad me/
dicēs. Fili hoīs ꝓpheta de pa=
storibꝰ isrl': propheta/et dices
Hie.23.a. pastoribꝰ. Hec dicit dñs deus. Ue pa=
23.q.4. storibꝰ israel' q̄ pascebāt semetipos.
displicuit Nōne greges a pastoribꝰ pascūtur?
et.q.6.c. Lac comedebatis/⁊ lanis operieba=
ꝙ errauerat. mini: ⁊ qd crassū erat/occidebatis:
gregē autē meū non pascebatis. Qd
infirmū fuit non cōsolidastis: et qd
egrotum nō sanastis: qd confractū
est nō alligastis: ⁊ quod abiectū est
nō reduxistis: et quod perierat non
quesistis/sed cū austeritate impera=
B batis eis/et cum potētia. Et disperse
sunt oues mee/eo ꝙ non esset pastor
et facte sunt in deuoratione oīm be=
stiarū agri/et disperse sunt. Errauerunt
greges mei in cunctis montibꝰ
et in vniuerso colle excelso: et super
omnē faciem terre dispersi sunt gre=
ges mei et nō erat qui requireret: nō
erat inq̄ qui requireret. Propterea
pastores audite verbū dñi. Uiuo ego
dicit dñs deꝰ quia ꝓ eo ꝙ facti sunt
greges mei in rapinā: ⁊ oues mee in
deuoratione omniū bestiarum agri
eo ꝙ non esset pastor (neq; eñi quesie=
runt pastores mei gregez meum: sed
pascebāt pastores semetipsos: ⁊ gre=
ges meos non pascebant) propter=
ea pastores audite verbum dñi. Hec
dicit dñs deus. Ecce egoipse sup pa= C
stores requiram gregē meum de ma=
nu eorū: et cessare eos faciā vt vltra
non pascant gregem meum: nec pa=
scant amplius pastores semetipsos.
Et liberabo gregē meum de ore eorū:
et non erit vltra eis in escam: q2 hec
dicit dñs deus. Ecce egoipse requirā
oues meas: et visitabo eas. Sicut vi=
sitat pastor gregē suum in die quan=
do fuerit in medio ouium suarū dis=
sipatarum: sic visitabo oues meas: ⁊
liberabo eas de omnibꝰ locis in qui=
bus disperse fuerant in die nubis: et
caliginis. Et educā eas de populis: D
et congregabo eas de terris: et indu=
cam eas in terrā suam: et pascā eas
in montibꝰ israel i riuis et i cunctis
sedibꝰ terre. In pascuis vberrimis
pascam eas: et in montibus excelsis
Israel erunt pascua earum. Ibi re=
quiescent in herbis virentibus: et in
pascuis pinguibus pascentur super
montes israel. Ego pascā oues meas
et ego eas accubare faciam dicit do=
minꝰ deꝰ. Quod perierat requirā: et
quod abiectū erat: reducam: et quod
cōfractū fuerat: alligabo: et quod in=
firmū fuerat: consolidabo: et qd pin=
gue et forte: custodiam: ⁊ pascā illas
in iudicio. Uos autē greges mei: hec E
dicit dñs deus. Ecce ego iudico inter
pecus et pecus: arietē ⁊ hircū. Non=
ne satis vobis erat pascua bona de=
pasci? insuper et reliquias pascuarū
vestrarum conculcabatis pedibꝰ ve=
stris: et cū purissimā aquam bibere=
tis: reliquam pedibus vestris turba=
batis. Et oues mee his que conculca=
ta pedibus vestris fuerāt: pascebant=
tur: ⁊ que pedes vestri turbauerant:
hec bibebāt. Propterea hec dicit do=
minꝰ deꝰ ad vos. Ecce egoipse iudi=
co inter pecus pingue et macilentum.
Pro eo ꝙ lateribus et humeris im=
pingebatis: ⁊ cornibus vestris venti=
labatis omnia ifirma pecora: donec
dispergerentur foras: saluabo gregē
meū: ⁊ non erit vltra in rapinā: ⁊ iu=

F dicabo inter pecus et pecus: et suscl
I.ca.37. tabo super ea pastorē vnum qui pa-
Jo.10.b. scat ea seruũ meũ dauid: ipse pascet
esa.40.c. ea: et ipse erit eis in pastorem. Ego
autẽ dñs ero eis in deũ: ⁊ seruꝰ meus
dauid princeps in medio eoꝝ: ego
dñs locutus sum. Et faciã cũ eis pa-
ctum pacis: ⁊ cessare faciam bestias
pessimas de terra: et qui habitant in
deserto: securi dormient in saltibus
et ponã eos ĩ circuitu collis mei be-
nedictionẽ: et deducã imbrem in tpe
suo: ⁊ pluuie bñdictionis erũt. Et da-
bit lignũ agri fructũ suũ: et terra da-
bit germen suũ: et erunt in terra sua
absq; timore. Et sciẽt q2 ego dñs/cuꝫ
cõtriuero catenas iugi eoꝝ: et erue-
G ro eos de manu imperãtium sibi. Et
non erunt vltra in rapinã gentibus:
neq; bestie terre deuorabũt eos: sed
habitabunt cõfidẽter absq; vllo ter-
rore. Et suscitabo eis germen nomi-
natum: et nõ erũt vltra imminuti fa-
me in terra: neq; portabũt amplius
opprobria gentium. Et scient q2 ego
dñs deus eoꝝ cum eis: et ipsi ppl'us
meus domus israel / ait dominꝰ deꝰ.
Jo.10.b. Vos autẽ greges mei/greges pascue
mee hoĩes estis: et ego dñs deus ve-
ster dicit dominus deus.
¶ C.S. Sermo super mõtem seyr: de
conditione eius pro eo ꝙ afflixit po-
pulum domini. Capitulum. xxxv.
A ET factus est sermo domini ad
me dicẽs. Fili hominis/pone fa-
ciem tuam aduersum mõtem Seyr:
et ꝓphetabis de eo et dices illi. Hec
dicit dñs deus. Ecce ego ad te mons
seyr: et extendã manũ meã sup te: et
dabo te desolatum atq; desertũ. Ur-
bes tuas demoliar/et tu desertꝰ eris:
et scies quia ego dñs/eo ꝙ fueris ini-
micus sempiternus/et cõcluseris fi-
lios israel ĩ manus gladii in tpe af-
flictionis eoꝝ/in tpe iniquitatis ex-
B treme. Propterea viuo ego dicit do-
minus deus: quoniam sanguini tra-
dam te/et sanguis te ꝑsequet: ⁊ cum
sanguinẽ oderis/sanguis perseque-
tur te. Et dabo montẽ seyr desolatuꝫ
atq; desertum: et auferã de eo euntem
et redeuntem: ⁊ implebo mõtes eius
occisoꝝ suoꝝ. In collibus tuis et in
vallibus tuis: atq; in torrẽtibus in-
terfecti gladio cadent. In solitudi-
nes sempiternas tradã te: et ciuita-
C tes tue non habitabunt. Et scietis q2
ego dñs deꝰ: eo ꝙ dixeris/Due gẽtes

et due terre mee erunt/et hereditate
possidebo eas: cũ dñs esset ibi. Pro-
pterea viuo ego dicit dñs deus: quia
faciã iuxta irã tuã: et ẜm zelũ tuum
quem fecisti odio habens eos: et no-
tus efficiar per eos cum te iudicaue-
ro: et scies quia ego dñs. Audiui vni-
uersa opprobria tua que locutus es
D de montibus israel dicens. Deserti
nobis ad deuorandum dati sunt. Et
insurrexistis super me ore vestro: et
derogastis aduersum me. Verba ve-
stra ego audiui. Hec dicit dñs deus.
Letante vniuersa terra in solitudi-
nem te redigam/sicuti gauisus es
super hereditatem domus israel/eo
ꝙ fuerit dissipata/sic faciã tibi: dissi-
patus eris mons seyr ⁊ idumea om-
nis. Et scient q2 ego dominus deus.
¶ Ca.S.Q2 dñs vindicabit israel de
inimicis suis: ⁊ restituet ⁊ multipli-
cabit in terrã suã: et ꝙ afflixit isrl' ꝓ
peccato idolatrie: de gratia et virtu-
te baptismi: vocatur ppl's ad penitẽ-
tiam: etiam promittitur integra re-
stitutio et multiplicatio. Cap. xxxvi.
A TU autẽ fili hoĩs propheta sup
montes israel et dices. Mon-
tes israel audite verbum do-
mini. Hec dicit dominus deus. Eo
ꝙ dixerit inimicus de vobis/Euge:
altitudines sempiterne in heredita-
tem date sunt nobis: propterea va-
ticinare et dic. Hec dicit dñs deus.
Pro eo ꝙ desolati estis ⁊ conculcati
per circuitum: et facti in hereditatẽ
reliquis gentibus: et ascendistis su-
per labium lingue et opprobrium po-
puli: propterea mõtes israel audite
verbũ domini dei. Hec dicit dñs deꝰ
montibus et collibus/torrentibus/
vallibusq; et desertis/parietinis et
vrbibus derelictis que depopulate
sunt et subsannate a reliq̃s gẽtibus
B p circuitũ. Propterea hec dt dñs deꝰ/
qm̃ ĩ igne zeli mei locutꝰ suꝫ de reliq̃s
gẽtibꝰ: ⁊ de idumea vniuersa q̃ dede-
runt terram meam sibi in heredita-
tem cum gaudio et toto corde/et ex
animo: et eiecerunt eã vt vastarent.
Idcirco vaticinare super humum is-
rael: ⁊ dices mõtibus et collibus iu-
gis et vallibus. Hec dicit dñs deus.
Ecce ego in zelo meo et ĩ furore meo
locutus sum: eo ꝙ confusionem gen-
tium sustinueritis. Idcirco hec dicit
dominus deus. Ego leuaui manum
meam/vt gentes que in circuitu ve-

stro sunt/ipse cōfusionem suam por-
tent: vos autem mōtes israel ramos
vestros germinetis: et fructum ve-
strum afferatis populo meo israel.
C Prope enim est/vt veniat. Quia ec-
ce ego ad vos: et conuertar ad vos/
et arabimini ⁊ accipietis sementem
et multiplicabo in vobis hoīes / om-
nēꝗ domum israel: et habitabuntur
ciuitates / et ruinosa instaurabūtur/
et replebo vos hominibus et iumen-
tis: et multiplicabuntur et crescent.
Et habitare vos faciam sicut a prin-
cipio: bonisꝗ donabo maiorib⁹ quã
habuistis ab initio: et scietis q2 ego
dominus. Et adducam super vos ho
mines populum meū israel: et here-
ditate possidebūt te: ⁊ eris eis in he-
D reditatem: ⁊ nō addes vltra vt absꝗ
eis sis. Hec dicit dn̄s deus. Pro eo ꝙ
dicūt de vobis/deuoratrix hominum
es et suffocās gētē tuā: ꝓptea hoīes
nō cōedes ampli⁹: et gētē tuā nō ne-
cabis vltra ait dn̄s deus: nec auditā
faciā in te amplius confusionem gē-
tium: et opprobriū populoꝝ nequaꝗ̄
portabis: et gentem tuam nō amit-
tes amplius ait dominus deus. Et
factum est verbum domini ad me di
cens. Fili hominis domus israel ha-
bitauerunt in humo sua / et pollue-
rūt eā in vijs suis: et in studijs suis.
Iuxta immundiciam mēstruate fa-
cta est via eorum coram me: ⁊ effudi
indignationem meã super eos pro
sanguine quē fuderūt super terram.
Et in idolis suis polluerunt eam: et
E dispersi eos in gētes: et vētilati sunt
Esa.52.c. in terras. Iuxta vias eoꝝ: ⁊ adinuē-
Ro.2.d. tiōes eorum iudicaui eos. Et ingres-
si sunt ad gētes ad quas introierūt:
et polluerūt nomē sctm̄ meū cum di-
cereť de eis. Pp̄ls dn̄i iste est: et de
terra eius egressi sunt: ⁊ peperci noī
sctō meo quod polluerat dom⁹ israel
in gentib⁹ ad quas ingressi sunt. Id-
circo dices domui isrl̄. Hec dicit dn̄s
de⁹. Nō ꝓpter vos ego faciā domus
israel: sed ꝓpter nomen sanctū meū
quod polluistis in gentibus ad quas
intrastis. Et sctificabo nomē meum
magnum qđ pollutū est inter gētes
qđ polluistis in medio earū: vt sciāt
gētes q2 ego dn̄s ait dn̄s exercituū:
cū sanctificat⁹ fuero in vobis coram
de 9se.di. eis. Tollā quippe vos de gentibus:
4.ca.nec et congregabo vos de vniuersis ter-
quēmāꝗ̄. ris: et adducam vos in terram ve-

stram. Et effundā super vos aquam
mundā: et mūdabimini ab oib⁹ inqᷓ-
namētis vestris et ab vniuersis ido-
lis vestris mundabo vos: et dabo vo
bis cor nouum et spiritū nouum po-
nā in medio vestri. Et auferā cor la- F
pideū de carne vestra: et dabo vobis
cor carneū et spiritū meum ponā in
medio vestri et faciā vt in preceptis
meis ambuletis et iudicia mea cu-
stodiatis et operemini: ⁊ habitabitis
in terra quā dedi patrib⁹ vestris: et
eritis mihi in populū et ego ero vo-
bis in deū: et saluabo vos ex vniuer-
sis inqnamentis vr̄is: et vocabo fru-
mētū et multiplicabo illud et nō im-
ponam vobis famē et multiplicabo
fructū ligni ⁊ genimina agri vt non
portetis vltra opprobrium famis in
gētib⁹: ⁊ recordabimini viarū vr̄arū
pessimarū: studiorūꝗ nō bonorū/ et
displicebūt vobis iniquitates vr̄e et
scelera vestra. Non propter vos ego
faciā/ait dn̄s deus: notum sit vobis.
Confundimini et erubescite sup vijs
vestris domus israel. Hec dicit dn̄s G
deus. In die qua mundauero vos ex
oibus iniquitatibus vestris: ⁊ inha- Rom.1.
bitari fecero vrbes et instaurauero
ruinosa et terra deserta fuerit excul-
ta que quōdam erat desolata in ocu-
lis oīs viatoris dicent. Terra illa in
culta facta est vt hortus voluptatis:
et ciuitates deserte et destitute atqꝫ
suffosse: munite sederūt. ⁊ scient gen
tes quecunqꝫ derelicte fuerint in cir
cuitu vestro: quia ego dominus edi-
ficaui dissipata: plantauiꝗ inculta:
ego dominus locutus sum ⁊ fecerim.
Hec dicit dn̄s deus. Adhuc in hoc in
uenient me domus israel/vt faciam
eis. Multiplicabo eos sicut gregem
hominū: vt gregē sanctum: vt gre-
gem hierusalem in solēnitatib⁹ eius.
Sic erunt ciuitates deserte pleneꝗ
gregib⁹ hoim: ⁊ scient quia ego dn̄s.
¶C.S. De generali resurrectiōe: de
christo et ꝙ in nouissimis diebus re-
cipiet cum iuda ⁊ hierusalem et erit
vnus populus. Capitulum.xxxvij.
FActa est sup me manus dn̄i: et A
eduxit me ī spū dn̄i: et dimisit
me in medio cāpi q̄ erat plen⁹
ossibus: et circunduxit me per ea ī gy-
ro. Erant autem multa valde su-
per faciem campi: siccaꝗ vehemen-
ter. Et dixit ad me. Fili hominis pu-
tas ne viuēt ossa ista? Et dixi. Domi-

ne deus tu nosti. Et dixit ad me. Va-
ticinare de ossibus istis: et dices eis.
Ossa arida audite verbum dñi. Hec
B dicit dñs deus ossibus his. Ecce ego
intromittā in vos spiritū et viuetis
et dabo sup vos neruos: et succresce-
re faciā sup vos carnes / et superexten
dam in vobis cutem / et dabo vobis
spiritū et viuetis: ⁊ scietis q2 ego do-
minus. Et prophetaui sicut precepe-
rat mihi. Fact⁹ est autē sonitus pro-
phetāte me / ⁊ ecce ꝯmotio. Et acces-
serunt ossa ad ossa: vnumquodq̧ ad
iuncturā suā. Et vidi ⁊ ecce super ea
neruí: et carnes ascēderunt: et exten
ta est in eis cutis desuper: ⁊ spiritum
C non habebāt. Et dixit ad me. Vatici-
nare ad spiritū / vaticinare fili hois
et dices ad spiritū. Hec dicit dñs de-
us. A quatuor ventis veni spirit⁹ / et
insuffla sup interfectos istos et reui
uiscant. Et prophetaui sicut precepe
rat mihi. Et ingressus est in ea spūs
et reuixerunt / steteruntq̧ sup pedes
suos exercitus grādis nimis valde.
Et dixit ad me. Fili homis / ossa hec
vniuersa dom⁹ israel est. Ipsi dicūt.
Aruerunt ossa nostra et periit spes
nostra et abscisi sumus: ꝓpterea va-
ticinare ⁊ dices ad eos. Hec dicit do-
D minus de⁹. Ecce ego aperiam tumu-
los vestros et educam vos de sepul-
chris vestris ppl's meus / ⁊ inducam
vos in terram israel: et scietis q2 ego
dñs: cū aperuero sepulchra vestra: ⁊
eduxero vos de tumulis vr̄is popule
meus: et dedero spiritū meum in vo-
bis ⁊ vixeritis: ⁊ requiescere vos fa-
ciam sup humum vestrā: ⁊ scietis q2
ego dñs locutus sum et feci / ait dñs
deus. Et factus est sermo dñi ad me
dicens. Et tu fili homis sume tibi li-
gnum vnū: ⁊ scribe sup illud iude et
filiorꝫ isrl' sociorꝫ ei⁹. Et tolle lignum
alterum et scribe sup illud / ioseph li-
gnū effraim ⁊ cūcte domus israel so-
E ciorūq̧ eius. Et adiunge illa vnum
ad alterū tibi i lignū vnū: et erunt in
vnionē in manu tua. Cum autē dixe-
rint ad te filii populi tui loquentes.
Nōne indicas nobis quid in his ti-
bi velis: loqueris ad eos. Hec dicit
dñs deus. Ecce ego assumam lignū
ioseph quod est i manu ephraim / et
tribus isrl' q̄ sunt ei adiuncte: ⁊ dabo
eas pariter cum ligno iuda: ⁊ faciā
eas i lignū vnū / et erunt vnū in ma-
nu ei⁹. Erunt aūt ligna super q̄ scri-

pseris in manu tua in oculis eorū et
dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Ec
ce ego assumā filios israel de medio
nationū ad quos abierunt: et cōgre-
gabo eos vndiq̧: ⁊ adducam eos ad
humū suā. Et faciā eos in gentē vnā F
in terra in mōtibus israel: et rex vn⁹ Jo.10.b.
erit oībus imperans: et nō erunt vl-
tra due gētes: nec diuidētur ampli⁹
in duo regna: neq̧ polluent vltra in
idolis suis et abominatiōibus suis:
et cūctis iniquitatib⁹ suis: et saluos
eos faciā de vniuersis sedib⁹ suis in
quib⁹ peccauerunt et emūdabo eos.
Et erūt mihi ppl's: ⁊ ego ero eis de⁹. S.c.34.f.
Et seruus meus dauid rex sup eos: ⁊ ioā.1.g.
et pastor vnus erit oīm eorū. In iu- et.10.b.
diciis meis ambulabunt: et mādata G
mea custodient / et facient ea. Et ha- esa.40.c.
bitabūt super terrā quam dedi seruo hie.23.a.
meo iacob: in qua habitauerunt pa- dañ.9.g.
tres vestri: et habitabunt sup eā / ipsi
et filii eorꝫ et filii filiorꝫ eorum vsq̧ in
sempiternum: ⁊ dauid seruus meus
princeps eorꝫ in ꝑpetuum. Et ꝑcutiā Jo.12.e.
illis fedus pacis: pactū sempiternū p.109.b.
erit eis. Et fundabo eos et multipli- ⁊.116.a.
cabo et dabo sanctificationē meā in
medio eorꝫ in perpetuum. Et erit ta-
bernaculum meum in eis: et ero eis
deus et ipsi erunt mihi populus. Et
scient gentes q2 ego dñs sanctifica-
tor israel: cum fuerit sctificatio mea
in medio eorum in perpetuum.

¶ C.S. Sermo domini contra gog ⁊
magog: de interitu eorum et peccato
populi. Capitulum. xxxviii.

ET factus est sermo dñi ad me A
dicens. Fili hois / pone faciē
tuā cōtra gog et terrā magog
principem capitis mosoch et thubal
et vaticinare de eo / et dices ad eum.
Hec dicit dñs deus. Ecce ego ad te
gog principē capitis mosoch et thu-
bal. Et circumagā te / et ponā frenū
in maxillis tuis: ⁊ educam te et oēm
exercitū tuū / equos et equites vesti-
tos loricis vniuersos: multitudinem
magnā hastā et clypeū arripiētium
et gladiū. Perse / ethiopes / et lybies B
cū eis: oēs scutati et galeati. Gomer
et vniuersa agmina eius / dom⁹ tho-
gorma latera aquilonis / ⁊ totum ro-
bur eius: populiq̧ multi tecū. Pre-
para et instrue te et oēm multitudi-
nē tuam que coaceruata est ad te: et
esto eis in preceptū. Post dies mul-
tos visitaberis. In nouissimo anno

rum venies ad terrā que reuersa est
a gladio/ ⁊ cōgregata est de populis
multis ad montes Israel qui fuerūt
C deserti iugiter. Hec de populis edu-
cta est: ⁊ habitauerūt in ea confiden-
ter vniuersi. Ascendens autem quasi
tempestas venies et quasi nubes: vt
operias terram tu ⁊ oīa agmina tua/
et populi multi tecum. Hec dicit dñs
de⁹. In die illa ascendent sermones
sup cor tuum: ⁊ cogitabis cogitatio-
nem pessimā/ ⁊ dices. Ascendam ad
terrā absq muro: veniam ad quiescē-
D tes habitantesq secure. Hi oēs ha-
bitant sine muro: vectes ⁊ porte non
sunt eis: vt diripias spolia et inua-
das predā: vt inferas manū tuā su-
per eos qui deserti fuerant et postea
restituti: ⁊ sup populū qui est congre
gatus ex gentibus: qui possidere ce-
pit et esse habitator vmbilici terre.
Saba et dedan ⁊ negociatores thar-
sis: ⁊ oēs leones ei⁹ dicent tibi. Nun-
quid ad sumenda spolia tu venis?
Ecce ad diripiendā predā congrega-
sti multitudinē tuam: vt tollas argē-
tum ⁊ aurum/ ⁊ auferas supellectilē
E atq substantiam/ et diripias manu-
bias infinitas. Propterea vaticina-
re fili hoīs/ ⁊ dices ad gog. Hec dicit
dñs de⁹. Nunquid nō in die illo cum
habitauerit popul⁹ me⁹ Israel confi-
denter/ scies: et venies de loco tuo a
laterib⁹ aquilonis tu et populi mul-
ti tecū ascensores equorum vniuersi:
cetus magnus ⁊ exercitus vehemēs:
⁊ ascēdes super populū meū Israel/
quasi nubes vt operias terram? In
nouissimis dieb⁹ eris et adducam te
super terrā meam: vt sciāt gētes me:
cum sanctificat⁹ fuero in te in oculis
F eorum o gog. Hec dicit dñs deus. Tu
ergo ille es de quo locutus sum in
diebus antiquis in manu seruorum
meorū prophetarū Israel/ qui pphe-
tauerunt in dieb⁹ illorū tēporū: vt ad-
ducerem te sup eos. Et erit in die il-
la: in die aduentus gog super terram
Israel/ ait dñs de⁹: ascēdet indigna-
tio mea in furore meo ⁊ in zelo meo.
In igne ire mee locut⁹ sum: quia in
die illa erit cōmotio magna sup ter-
ram Israel: ⁊ commouebūtur a facie
mea pisces maris/ et volucres celi et
bestie agri/ ⁊ omne reptile qđ mouet
G super humū: cunctiq hoīes qui sunt
super faciem terre. Et subuertentur
montes ⁊ cadent sepes: ⁊ omnis mu-
rus corruet in terram: et conuocabo
aduersus eum in cunctis montibus
meis gladium/ ait dñs de⁹. Gladius
vniuscuiusq in fratrē suū dirigetur.
Et iudicabo eum peste ⁊ sanguine et
imbre vehementi/ ⁊ lapidib⁹ immen-
sis. Ignem et sulphur pluam super
eum/ ⁊ super exercitū ei⁹/ ⁊ super po-
pulos multos qui sunt cū eo. Et ma-
gnificabor et sanctificabor/ et notus
ero in oculis multarum gentium: et
scient qz ego dominus.

¶ C.S. In nouissimis diebus insur-
get gog ⁊ magog: ⁊ de congregatione
auium ⁊ bestiarum ad edenda cada-
uera eorum. Cap. xxxix.

Tu autem fili hoīs vaticinare A
aduersum gog/ et dices. Hec
dicit dñs de⁹. Ecce ego sup te
gog principē capitis mosoch ⁊ Thu-
bal/ ⁊ circūagā te ⁊ educā te/ ⁊ ascen-
dere te faciā de laterib⁹ aquilonis/ et
adducā te sup montes Israel/ ⁊ percu-
tiam arcū tuū in manu sinistra tua/
et sagittas tuas de manu dextera
tua deiiciam. Sup montes Israel ca-
des tu ⁊ oīa agmina tua: et ppli tui
q̄ sunt tecū. Feris/ auib⁹/ oīq volati-
li celi ⁊ bestiis terre dedi te ad deuo- B
randum. Sup faciē agri cades: quia
ego locutus sum ait dñs deus. Et im-
mittam ignem in magog: et in his q̄
habitāt in insulis confidenter: ⁊ sciēt
quia ego dñs: ⁊ nomē sanctū meum
notum faciam in medio populi mei
Israel/ ⁊ non polluam nomē sanctū
meum ampli⁹: ⁊ sciēt gētes quia ego
dñs sanctus Israel. Ecce venit ⁊ fa-
ctum est ait domin⁹ de⁹. Hec est dies
de qua locutus sum: et egredientur
habitatores de ciuitatibus Israel: et
succendent et comburent arma: cly-
peum et hastas/ arcum ⁊ sagittas/ et
baculos manuum/ ⁊ contos: ⁊ succē-
dent ea igni septē annis. Et non por-
tabūt ligna de regionib⁹/ neq succi-
dent de saltib⁹: quoniā arma succen-
dent igni: ⁊ depredabunt eos quibus
prede fuerant et diripient vastato-
res suos/ ait dñs de⁹. Et erit in die il- C
la: dabo gog locū noīatū sepulchrum
in Israel: vallem viatorum ad oriētē
maris: que obstupescere facit pre-
tereuntes: ⁊ sepeliēt ibi gog ⁊ omnē
multitudinem eius/ ⁊ vocabitur val-
lis multitudinis Gog/ ⁊ sepeliēt eos
domus Israel/ vt mundēt terrā septē
mēsibus. Sepeliet autē eum oīs po-

pul⁹ terre/⁊ erit eis nominata dies/
in qua glorificatus sum ait dominus
D deus. Et viros iugiter constituent lu-
strantes terram qui sepeliant et re-
quirāt eos qui remanserāt sup faciē
terre/ vt emundent eam. Post men-
ses autē septem querere incipient/ et
circuibunt peragrātes terrā. Cumqꝫ
viderint os hominis/ statuēt iuxta il
lud titulū/ donec sepeliant illud pol-
linctores in valle multitudinis gog:
nomē autē ciuitatis amona/⁊ mun-
dabūt terram. Tu ergo fili hominis/
hec dicit dn̄s deus. Dic omni volu-
cri et vniuersis auibus cunctisqꝫ be-
stijs agri. Conuenite/ properate/ con-
currite vndiqꝫ ad victimā meā quam
ego immolo vobis/ victimam grandē
E super montes Israel: vt comedatis
carnem et bibatis sanguinem. Car-
nes fortium comedetis/⁊ sanguinē
principū terre bibetis/ arietū/ agno-
rum/⁊ hircoꝝ taurorūqꝫ/⁊ altilium/
et pinguium omnium. Et comedetis
adipem in saturitatem/⁊ bibetis san
guinē in ebrietatē/ de victima quam
ego immolaui vobis: et saturabimi-
ni sup mēsam meam de equo et equi-
te forti/ et de vniuersis viris bellato-
rib⁹ ait dominus deus. Et ponam glo
riam meam in gentibus:⁊ videbunt
oēs gētes iudicium meum quod fece
F rim:⁊ manum meam quā posuerim
super eos. Et scient domus Israel: qꝛ
ego dn̄s deus eorū a die illa/⁊ dein-
ceps. Et sciēt gentes quoniam in ini-
quitate sua capta sit domus Israel/
eo ꝙ dereliquerint me/ et abscondē-
rim faciem meam ab eis: et tradide-
rim eos in manus hostiū: et cecide-
rint in gladio vniuersi. Iuxta immū-
ditiam eoꝝ ⁊ scelus feci eis:⁊ abscon
G di faciem meam ab illis. Propterea
hec dicit dn̄s deus. Nunc reducā ca-
ptiuitatē Iacob/⁊ miserebor omnis
domus Israel: et assumam zelum ꝓ
noīe sancto meo/⁊ portabunt ꝯfusio-
nem suam/⁊ omnē preuaricationem
qua preuaricati sunt in me/ cum ha-
bitauerint in terra sua confidenter
neminem formidantes: et reduxero
eos de populis:⁊ cōgregauero de ter
ris inimicoꝝ suoꝝ/⁊ sanctificat⁹ fue-
ro in eis in oculis gētiū plurimarū.
Et sciēt qꝛ ego dn̄s deus eorum/ eo ꝙ
transtulerim eos in nationes:⁊ con-
gregauerim eos sup terrā suā/⁊ non
dereliquerim quēqꝫ ex eis ibi. Et non
absconda͂ vltra faciē meam ab eis/
eo ꝙ effuderim spiritū meū sup om-
nem domū Israel/ ait dn̄s deus.
¶ C. S. De edificatiōe ciuitat̄ ⁊ viro
q̄ stabat in porta ⁊ mēsurabat murū
exteriorē cū calamis suis: de loc̄ de-
putatis ad custodiā tēpli ⁊ altar̄: de
mensa atrij ⁊ altar̄ holocaustoꝝ: de
mēsura vestibuli tēpli. Cap. xl.
In vicesimoquinto anno trans- A
migrationis nostre/ i exordio
anni/ decima mensis/ quarto-
decimo anno/ postqꝫ ꝑcussa est ciui-
tas/ in ipsa hac die facta est sup me
manus dn̄i/⁊ adduxit me illuc in vi-
sionibus dei. Adduxit me in terram
Israel:⁊ dimisit me super montē ex-
celsum nimis: super quem erat quasi
edificium ciuitatis vergentis ad au-
strum/⁊ introduxit me illuc. Et ecce
vir cuius erat species quasi species
eris:⁊ funiculus lineus in manu ei⁹/
et calamus mensure in manu eius.
Stabat autem in porta/⁊ locutus est
ad me idem vir. Fili hoīs/ vide ocu-
lis tuis et auribus tuis audi/ et pone
cor tuum in omnia que ego ostēdam
tibi: quia vt ostēdantur tibi adduct⁹
es huc. Annūcia omnia que tu vides
domui Israel. Et ecce murus forinse
cus in circuitu domus vndiqꝫ: et in
manu viri calamus mensure sex cu-
bitorū et palmo. Et mensus est lati- B
tudinem edificij calamo vno: altitu-
dinem quoqꝫ calamo vno. Et venit
ad portā que respiciebat viam orien-
talem/⁊ ascēdit per gradus eius. Et
mensus est limen porte calamo vno
latitudinē id est limē vnum calamo
vno in latitudine/ et thalamum vno
calamo in longum/⁊ vno calamo in
latum:⁊ inter thalamos quinqꝫ cu-
bitos/⁊ limē porte iuxta vestibulum
porte intrinsec⁹ calamo vno. Et mē-
sus est vestibulum porte octo cubito-
rum/ et frontē eius duobus cubitis.
Vestibulum autē porte erat intrinse-
cus. Porro thalami porte ad viam
orientalē/ tres hinc ⁊ tres inde mē-
sura vna trium/⁊ mensura vna fron-
tium ex vtraqꝫ parte. Et mēsus est la-
titudinē liminis porte decē cubitorū/
et longitudinē porte tredecim cubi-
torum:⁊ marginē ante thalamos cu-
biti vnius/⁊ cubit⁹ vn⁹ finis vtrinqꝫ.
Thalami autē sex cubitorū erāt hinc
et inde. Et mēsus est portam a tecto C
thalami vsqꝫ ad tectum eius latitudi-

nem viginti quinqȝ cubitorū/ostium
contra ostiū. Et fecit frontes ꝑ sexa-
ginta cubitos, ⁊ ad frontem atrii por-
te vndiqȝ per circuitum: ⁊ ante faciē
porte que pertingebat vsqȝ ad faciem
vestibuli porte interioris quinquagin-
ta cubitos: et fenestras obliquas in
thalamis/⁊ in frontibus eorū ꝗ erāt
intra portam vndiqȝ per circuitum.
Similiter autē erant ⁊ in vestibulis
fenestre per gyrum intrinsec⁹: ⁊ ante
frontes pictura palmarū celata. Et
eduxit me ad atrium exterius: ⁊ ecce
gazophylacia/⁊ pauimētum stratum
lapide in atrio ꝑ circuitum. Trigin-
ta gazophylacia in circuitu pauimē-
ti: ⁊ pauimētum in fronte portarum
𝔣m longitudinem portarum erat in-
ferius. Et mensus est latitudinem a
facie porte inferioris vsqȝ ad fron-
tem atrii interioris extrinsecus cen-
tum cubitos ad orientem ⁊ ad aqui-
D lonē. Portam quoqȝ que respiciebat
viam aquilonis atrii exterioris mē-
sus est tam in longitudine ꝙ̄ in lati-
tudine/⁊ thalamos eius tres hinc et
tres inde: ⁊ frontem eius ⁊ vestibu-
lum eius 𝔣m mēsuram porte prioris:
quinquaginta cubitorū longitudinē
eius ⁊ latitudinē viginti quinqȝ cu-
bitorum. Fenestre autē eius ⁊ vesti-
bulū/⁊ sculpture 𝔣m mēsuram porte
que respiciebat ad orientem: ⁊ septem
graduum erat ascēsus eius/⁊ vestibu-
lum ante eam: ⁊ porte atrii interioris
contra portam aquilonis ⁊ orientalē.
Et mēsus est a porta vsqȝ ad portam
centum cubitos. Et eduxit me ad viā
australē: ⁊ ecce porta que respiciebat
ad austrum. Et mensus est frontem
eius ⁊ vestibulum eius iuxta mensu-
ras superiores: ⁊ fenestras eius ⁊ ve-
stibula in circuitu/sicut fenestras ce-
teras quinquaginta cubitorum lon-
gitudine ⁊ latitudine viginti quinqȝ
cubitorū: ⁊ in gradibus septē ascēde-
batur ad eam. Et vestibulum ante fo-
res eius/et celate palme erant: vna
hinc/et altera inde in fronte eius/et
porta atrii interioris in via austra-
li. Et mensus est a porta vsqȝ ad por-
tam in via australi centum cubitos.
E Et introduxit me in atriū interi⁹ ad
portam australē: ⁊ mēsus est portam
iuxta mēsuras superiores thalamum
ei⁹ ⁊ frontē ei⁹/⁊ vestibulū ei⁹ iisdem
mēsuris: ⁊ fenestras ei⁹ ⁊ vestibulum
eius in circuitu quinquaginta cubi-
tos longitudinis/et latitudinis vi-
ginti quinqȝ cubitos: ⁊ vestibulū per
gyrum longitudine viginti quinqȝ cubi-
torum/⁊ latitudine quinqȝ cubitorū.
Et vestibulū eius ad atrium exterius
⁊ palmas ei⁹ in fronte: ⁊ octo gradus
erant quib⁹ ascēdebatur ꝑ eā. Et in-
troduxit me in atriū interius ꝑ viam
orientalem: ⁊ mensus est portam 𝔣m
mēsuras superiores/thalamū eius ⁊
frontē eius ⁊ vestibulū eius sicut su-
pra: ⁊ fenestras ei⁹ ⁊ vestibula in cir-
cuitu longitudine quinquaginta cu-
bitorum: et latitudine viginti quinqȝ
cubitorū/⁊ vestibulū eius id est atrii
exterioris: et palme celate in fronte
eius hinc ⁊ inde/⁊ in octo gradibus
ascensus eius. Et introduxit me ad F
portam que respiciebat ad aquilonē:
⁊ mēsus est 𝔣m mēsuras superiores:
thalamum eius ⁊ frontē eius/⁊ vesti-
bulū ei⁹ ⁊ fenestras ei⁹ per circuitum
longitudine quinquaginta cubitorū/
et latitudine viginti quinqȝ cubito-
rum. Et vestibulum eius respiciebat
ad atriū exteri⁹: ⁊ celatura palmarū
in fronte ei⁹ hinc ⁊ inde: ⁊ in octo gra-
dib⁹ ascēsus eius. Et ꝑ singula gazo-
phylacia ostiū in frontib⁹ portarū/et
ibi lauabant holocaustū. Et in vesti-
bulo porte due mense hinc/⁊ due mē-
se inde: vt immolet̄ sup eas holocau-
stum/⁊ pro peccato et pro delicto. Et
ad lat⁹ exterius qḋ ascendit ad ostiū
porte ꝗ pergit ad aquilonē due men-
se: ⁊ ad latus alterū ante vestibulum
porte due mense: quatuor mēse hinc
et quatuor mense inde. Per latera
porte octo mense erant super quas
immolabant. Quatuor autē mēse ad
holocaustū de lapidibus quadris ex-
tructe/longitudine cubiti vnius et
dimidii: ⁊ latitudine cubiti vnius et
dimidii/⁊ altitudine cubiti vnius su-
per quas ponēt vasa in quibus immo-
latur holocaustū ⁊ victima. Et labia G
earū palme vni⁹ reflexa intrinsec⁹ ꝑ
circuitum. Sup mensas autē carnes
oblationis. Et extra portā interiorē ga-
zophylacia cātorū i atrio interiori qḋ
erat in latere porte respicientis ad
aquilonē/⁊ facies eorū contra viā au-
stralē: vna ex latere porte orientalis
ꝗ respiciebat ad viā aquilonis. Et dixit
ad me. Hoc est gazophylacium quod
respicit viam meridianā sacerdotū/
qui excubant in custodiis tēpli. Por-
ro gazophylaciū qḋ respicit ad viam

aquilonis sacerdotum erit qui excu-
bãt ad ministeriũ altaris. isti sunt fi-
lii sadoch ꝗ accedũt de filiis Leui ad
dominũ vt ministrẽt ei. Et mẽsus est
atriũ longitudine cẽtũ cubitoꝝ/⁊ lati
tudine cẽtũ cubitorũ per quadrum/⁊
altare ante faciẽ tẽpli. Et introduxit
me in vestibulũ tẽpli:⁊ mẽsus est ve-
stibulũ quinqꝫ cubitis hinc ⁊ quinqꝫ
cubitis inde/⁊ latitudinẽ porte triũ
cubitoꝝ hinc/⁊ triũ cubitoꝝ inde: lon
gitudinẽ autẽ vestibuli viginti cubi-
toꝝ ⁊ latitudinẽ vndecim cubitorũ: et
octo gradibus ascẽdebatur ad eam.
Et columne erant in frontibus: vna
hinc ⁊ altera inde.

¶ C.S. Mensuratur templum ⁊ san-
ctum sanctoꝝ: de cochlea quoqꝫ agit:
de hostiis tẽpli ⁊ sanctuarii/⁊ hostia-
riis sanctuarii. Cap. xli.

A ET introduxit me in templum:
⁊ mẽsus est frontes sex cubitos
latitudinis hinc/⁊ sex cubitos latitu-
dinis inde latitudinem tabernaculi.
Et latitudo porte decem cubitorum
erat: et latera porte quinqꝫ cubitis
hinc/⁊ quinqꝫ cubitis inde. Et men-
sus est longitudinem eius quadra-
ginta cubitorũ/⁊ latitudinem vigin-
ti cubitorum. Et introgressus intrin-
secus mẽsus est in fronte porte duos
cubitos:⁊ portam sex cubitorũ ⁊ lati-
tudinem porte septem cubitorum. Et
mensus est longitudinẽ eius viginti
cubitoꝝ/⁊ latitudinẽ eius viginti cu-
bitorũ ante faciẽ templi. Et dixit ad
me. Hoc est sanctũ sanctorũ. Et mẽ-
sus est parietẽ dom⁹ sex cubitorum/⁊
latitudinẽ lateris quatuor cubitorũ
vndiqꝫ per circuitum domus. Late-
ra autem latus ad latus bis triginta
B tria. Et erant eminẽtia que ingrede-
rẽtur per parietẽ domus in laterib⁹
per circuitum vt continerẽt ⁊ non at-
tingerẽt parietem templi. Et platea
erat in rotundum ascẽdẽs sursum p
cochleã:⁊ in cenaculum tẽpli defere-
bat p gyrum. Idcirco latius erat tẽ-
plum in superioribus. Et sic de infe-
rioribus ascẽdebat ad superiora in
medium. Et vidi in domo altitudinẽ
p circuitum fundata latera ad mẽsu
ram calami sex cubitorũ spacio ⁊ la-
titudinẽ per parietẽ lateris forinse-
cus quinqꝫ cubitorum. Et erat interior
domus in lateribus domus. Et inter
gazophylacia latitudinẽ viginti cu-
bitorum in circuitu domus vndiqꝫ et
ostiũ lateris ad orationẽ ostiũ vnum
ad viã aquilonis/⁊ ostium vnum ad
viam australẽ ⁊ latitudinem loci ad
orationẽ quinqꝫ cubitoꝝ in circuitu.
Et edificiũ qđ erat separatũ versumqꝫ
ad viam respiciẽtẽ ad mare: latitu-
dinis septuaginta cubitorũ. Paries
autẽ edificii quinqꝫ cubitorum latitu-
dinis per circuitũ ⁊ longitudo eius
nonaginta cubitorũ. Et mẽsus est do
mus longitudinẽ centum cubitorũ/⁊
qđ separatum erat edificium ⁊ parie
tes ei⁹ longitudinis cẽtum cubitorũ. C
Latitudo autẽ ante faciem domus:⁊
eius quod erat separatum cõtra oriẽ
tẽ centũ cubitoꝝ. Et mẽsus est longi-
tudinẽ edificii cõtra faciẽ eius quod
erat separatũ ad dorsũ ecthecas ex
vtraqꝫ parte cẽtum cubitorum. Et tẽ-
plum interius ⁊ vestibula atrii limi-
na ⁊ fenestras obliquas ecthecas in
circuitu per tres partes cõtra vniuscu-
iusqꝫ limẽ/stratũqꝫ ligno p gyrum
in circuitu. Terra autẽ vsqꝫ ad fene-
stras ⁊ fenestre clause super ostia:⁊
vsqꝫ ad domũ interiorẽ ⁊ forinsecus
p omnẽ parietẽ in circuitu intrinse-
cus ⁊ forinsec⁹ ad mẽsuram ⁊ fabre
facta. Cherubin et palme. Et palma
inter cherub ⁊ cherub. Duasqꝫ facies
habebat cherub: faciẽ hominis iuxta
palmam ex hac parte ⁊ faciem leo-
nis iuxta palmam ex alia parte ex-
pressam/p omnẽ domum in circuitu: D
de terra vsqꝫ ad superiorem partem
cherubin/⁊ palme celate erant in pa
riete tẽpli. Limen quadrangulũ ⁊ fa
cies aspectus sanctuarii contra aspe
ctũ altaris lignei trium cubitoꝝ altis
tudo:⁊ longitudo eius duorũ cubito-
rum ⁊ anguli eius ⁊ longitudo eius/
⁊ parietes eius lignei. Et locutus est
ad me. Hec est mensa corã dño. Et
duo ostia erant in tẽplo ⁊ in sanctua-
rio:⁊ in duob⁹ ostiis ex vtraqꝫ parte
bina erãt ostiola que in semetipsa plis
cabant. Bina enĩ ostia erãt ex vtraqꝫ
parte ostiorũ. Et celata erãt in ipsis
ostiis tẽpli cherubin ⁊ sculptura pal-
marũ sicut in parietib⁹ quoqꝫ expres-
sa erant. Quãobrẽ ⁊ grossiora erant
ligna in vestibuli fronte forinsec⁹ sup
que fenestre oblique ⁊ similitudo pal
marũ hinc: atqꝫ inde in humerulis ve
stibuli/ sm latera domus/ latitudi-
nemqꝫ parietum.

¶ C.S. De gazophylaciis australis
⁊ aquilonaris edificii:⁊ descriptione

eoꝝ edificatorū de locis vbi edebāt
sacerdotes: q nō exeant ad populū
nisi depositis vestimentis ministe=
rij sui: mensuratur murus diuidens
sanctuarium a vulgi loco. Cpm.xlij.
A ET eduxit me in atrium exteriꝰ
per viā ducentem ad aquilonē.
Et induxit me in gazophylaciū qd
erat contra separatum edificium et
contra edem vergentem ad aquilo=
nem in facie lōgitudinis centū cubi
tos ostij aquilonis: ꝛ latitudinis qn=
quaginta cubitos cōtra viginti cu=
bitos atrij interioris ꝛ contra paui=
mētū stratū lapide atrij exterioris
vbi erat porticus iūcta porticui tri=
plici. Et ante gazophylacia deambu
latio decē cubitoꝝ latitudinis ad in
teriora respiciens vie cubiti vnius.
Et ostia earū ad aquilonē vbi erant
gazophylacia in superioribꝰ humi=
B liora: qꝛ supportabāt porticus que ex
illis eminebant de inferioribus ꝛ de
medijs edificij. Tristega enim erant
ꝛ nō habebāt colūnas: sicut erāt co=
lūne atriorū. Propterea eminebant
de inferioribꝰ: ꝛ de medijs a terra cu
bitis quinquaginta. Et peribolꝰ ex=
terior secūdū gazophylacia q erant
in via atrij exterioris ante gazophy
lacia. Longitudo eius quinquagin=
ta cubitorū/ qꝛ longitudo erat gazo=
phylacioꝝ atrij exterioris quinqua=
ginta cubitoꝝ: et longitudo ante fa=
ciē tēpli centū cubitoꝝ. Et erat sub=
ter gazophylacia hec introitus ab
oriente ingredientium in ea de atrio
exteriori in latitudine periboli atrij
C qd erat contra viā orientalē: in faciē
edificij separati. Et erant ante edifi
ciū gazophylacia ꝛ via ante faciem
eorum iuxta similitudinē gazophy=
lacioꝝ q erant in via aquilonis. Se=
cūdū longitudinē eorum sic ꝛ latitu=
do eoꝝ et omnis introitus eorū: ꝛ si=
militudines/ et ostia eorū secunduz
ostia gazophylacioꝝ que erāt in via
respiciēte ad nothū: ostiū in capite
vie que via erat ante vestibulū sepa=
ratū per viā orientalē ingrediētibꝰ.
Et dixit ad me. Gazophylacia aqui=
lonis/ et gazophylacia austri q sunt
ante edificiuz separatū: hec sunt ga=
zophylacia sancta in quibus vescun
tur sacerdotes qui appropinquant
ad dominū in sancta sanctoruz. Ibi
ponent sancta sanctoꝝ et oblationē
pro peccato et pro delicto: locꝰ enim
sanctus est. Cuz autē ingressi fuerint
sacerdotes: nō egredient de sanctis
in atriū exterius. Et ibi reponēt ve=
stimēta sua in quibus ministrant qꝛ
sancta sunt: vestienturq; vestimentis
alijs/ ꝛ sic procedēt ad populū. Cūq;
D complesset mēsuras domus interio=
ris: eduxit me ꝑ viā porte q respicie
bat ad viā orientalem: ꝛ mensus est
eā vndiq; per circuituz. Mensus est
autē contra ventū orientalē calamo
mensure quingētos calamos in cala
mo mēsure per circuitū. Et mensus
est contra ventū aquilonis quingen
tos calamos in calamo mēsure per
gyrū. Et ad ventū australem mēsus
est quingentos calamos: in calamo
mensure per circuitum. Et ad ven=
tum occidentalē mensus est quingē
tos calamos i calamo mēsure. Per
quatuor vētos mēsus est murū eius
vndiq; per circuitū: longitudinē qn
gentorum cubitoruz et latitudinem
quingentorū cubitoruz/ diuidentem
inter sanctuarium et vulgi locum.
C.C.S. Vidit ꝓpheta claritatē dei
arguit iudeos de idolis suis: precipi
tur ostendere figuram et descriptio=
nem domus: de mensura altaris ho=
locaustorum: de ritu eius et sacrifi=
cijs eiusdem. Capitulum.xliij.
A ET duxit me ad portā que respi=
ciebat ad viā orientalem: ꝛ ecce
gloria dei israel ingrediebatur per
viam orientalem: ꝛ vox erat ei qua=
si vox aquarū multarū ꝛ terra splen
debat a maiestate eius. Et vidi visio
nem secundum speciem quā viderā
quando venit vt disperderet ciuita=
tē: ꝛ species secundū aspectum quez
viderā iuxta fluuiū chobar. Et ceci=
di super faciē meā. Et maiestas do=
mini ingressa est tēplum per viā por
te q respiciebat ad orientē. Et eleua=
uit me spūs/ ꝛ introduxit me in atriū
interius: ꝛ ecce repleta erat gl'ia dn̄i
domus. Et audiui loquētē ad me de
domo. Et vir qui stabat iuxta me: di=
xit ad me. Fili hoīs locus solij mei
B et locus vestigiorū pedū meoꝝ: vbi
habito in medio filioꝝ israel in eter=
nū: et non polluent vltra domus isrł
nomen sanctū meū: ipsi et reges eo=
rū in fornicationibꝰ suis et in ruinis
regū suoꝝ et in excelsis qui fabrica=
ti sunt limen suū iuxta limen meum
et postes suos iuxta postes meos: et
murus erat inter me et eos. Et pol=

luerūt nomē sanctū meū in abomi-
nationib⁹ quas fecerunt: propter qđ
C ꝯsumpsi eos in ira mea. Nunc ergo
repellant procul fornicationem suā
⁊ ruinas regū suorū a me: et habita-
bo in medio eoꝝ semper. Tu aūt fili
hominis ostende domui israel templū
⁊ confundant ab iniquitatib⁹ suis: et
metiant fabricā et erubescāt ex oib⁹
que fecerūt. Figurā dom⁹ et fabrice
eius exitus ⁊ introitus et omnē de-
scriptionē ei⁹: et vniuersa precepta
eius: cunctūq₃ ordinē eius / ⁊ omnes
leges ei⁹ ostēde eis: ⁊ scribes i oculis
eorū vt custodiāt oēs descriptiones
eius ⁊ precepta illius et faciant ea.
D Ista est lex domus. In summitate
montis omes fines eius: in circuitu
sanctū sanctoꝝ est: hec est ergo lex
domus. Iste autem mensure altaris
in cubito verissimo: qui habebat cu-
bitū ⁊ palmū. In sinu eius erat cubi-
tus et cubitus in latitudine: ⁊ defini-
tio eius vsq₃ ad labiū eius in circu-
itu palmus vn⁹: hec quoq₃ erat fossa
altaris. Et de sinu terre vsq₃ ad cre-
pidinē nouissimā duo cubiti et lati-
tudo cubiti vnius: ⁊ a crepidine mi-
nore vsq₃ ad crepidinē maiorē qua-
tuor cubiti et latitudo cubiti vnius.
E Ipse autem ariel quatuor cubitorū:
⁊ ab ariel vsq₃ sursum cornua quatu-
or. Et ariel duodecim cubitorum in
longitudine per duodecim cubitos
latitudinis quadrangulū equis la-
teribus. Et crepido quatuordecim
cubitorū lōgitudinis ꝑ quatuorde-
cim cubitos latitudinis in quatuor
angulis ei⁹. Et corona in circuitu ei⁹
dimidij cubiti et sinus ei⁹ vni⁹ cubiti
per circuitum: gradus autē ei⁹ ver-
si ad orientē. Et dixit ad me. Fili ho-
F minis: hec dicit dñs deus. Hi sunt ri-
tus altaris in quacūq₃ die fuerit fa-
bricatū vt offeratur sup illud holo-
caustū ⁊ effundat sanguis. Et dabis
sacerdotib⁹ leuitis qui sunt de semi-
ne sadoch qui accedūt ad me / ait do-
minus deus vt offerant mihi vitulū
de armēto pro peccato. Et assumēs
de sanguine ei⁹ pones sup quatuor
cornua eius / ⁊ super quatuor angu-
los crepidinis: ⁊ sup coronā i circu-
itu ⁊ mūdabis illud et expiabis. Et
tolles vitulū qui oblatus fuerit pro
peccato: ⁊ ꝯbures eū in separato lo-
co domus extra sanctuariū. Et i die
secūda offeres hircū caprarū imma-
culatū pro peccato: ⁊ expiabūt alta-
re sicut expiauerūt in vitulo. Cumq₃ G
ꝯpleueris expiās illud: offeres vitu-
lum de armēto immaculatū: ⁊ arie-
tē de grege immaculatum: ⁊ offeres
eos in cōspectu dñi. Et mittēt sacer-
dotes sup eos sal: et offerēt eos i ho-
locaustū dño. Septem diebus facies
hircū pro peccato quotidie: ⁊ vitulū
de armēto ⁊ arietē de pecorib⁹ imma-
culatos offerēt: septē diebus expia-
būt altare ⁊ mūdabūt illud ⁊ imple-
būt manū eius. Expletis aūt septem
dieb⁹: in die octaua ⁊ vltra faciēt sa-
cerdotes sup altare holocausta vr̄a
⁊ que pro pace offerunt et placatus
ero vobis: ait dominus deus.

¶ C. S. De porta clausa: ⁊ ne incircū-
cisi itrēt sanctuariū: de scrimonia et
hereditate leuitarum. Capm. xliiij.

ET conuertit me ad viam porte
sanctuarij exterioris que respi- A
ciebat ad orientem: et erat clausa.
Et dixit dñs ad me. Porta hec clau-
sa erit ⁊ non aperiet ⁊ vir nō trāsiet
per eam: qm̄ dominus deus israel in
gressus est ꝑ eā: eritq₃ clausa princi-
pi. Princeps ipse sedebit in ea: vt co
medat panem coram dño. Per viā
porte vestibuli ingredietur: ⁊ per viā
ei⁹ egredietur. Et adduxit me ꝑ viā
porte aquilonis in cōspectu domus
⁊ vidi: ⁊ ecce impleuit gloria dñi do-
mum dñi. Et cecidi in faciē meā. Et B
dixit ad me dñs. Fili hois pone cor
tuū ⁊ vide oculis tuis: ⁊ aurib⁹ tuis
audi omnia que ego loquar ad te de
vniuersis ceremonijs domus dñi: et
de cūctis legibus eius. Et pones cor
tuū in vijs templi ꝑ oēs exitus san-
ctuarij / ⁊ dices ad exasperātem me
domū israel. Hec dicit domin⁹ deus.
Sufficiant vobis oia scelera vr̄a do
mus israel: eo q̄ inducitis filios alie-
nos incircūcisos corde ⁊ incircūci-
sos carne vt sint in sanctuario meo:
⁊ polluāt domū meā: ⁊ offertis pa- C
nes meos adipē ⁊ sanguinē: ⁊ dissol
uistis pactū meū in oibus scelerib⁹
vestris ⁊ non seruastis precepta san
ctuarij mei ⁊ posuistis custodes ob-
seruationū mearū i sanctuario meo
vobismetipsis. Hec dicit dñs deus.
Omnis alienigena incircūcisus cor
de ⁊ icircūcisus carne nō ingredietur
sanctuariū meū ois filius alienus q̄
est in medio filioꝝ israel. Sed ⁊ leui
te q̄ lōge recesserūt a me in errore fi-

liorum Israel:⁊ errauerūt a me post
idola sua/⁊ portauerunt iniquitatē
suā: erunt in sanctuario meo editui/
et ianitores portarū domus ⁊ mini
stri domus: ipsi mactabunt holocau
sta ⁊ victimas popl'i: ⁊ ipsi stabūt in
D conspectu eorū vt ministrēt eis. Pro
eo ꝙ ministrauerūt illis in cōspectu
idolorum suorū: ⁊ facti sunt domui
israel in offendiculū iniquitatis: ideir
co leuaui manum meā sup eos/ ait
dñs deus: ⁊ portauerunt iniquitatē
suam: ⁊ nō appropinquabunt ad me
vt sacerdotio fungant mihi neq̄ ac
cedet ad oē sanctuariū meū iuxta
sancta sanctorū: sed portabūt confu
sionē suā/ ⁊ scelera sua que fecerūt: ⁊
dabo eos ianitores domus in oī mi-
nisterio eius ⁊ vniuersis q̄ fiēt i ea.
Sacerdotes aūt leuite filij Sadoch
q̄ custodierūt ceremonias sanctua-
rij mei cū errarēt filij israel a me: ipi
accedent ad me vt ministrēt mihi: ⁊
stabunt in cōspectu meo vt offerant
E mihi adipē ⁊ sanguinē/ ait dñs de⁹.
Ipsi ingredientur sanctuariū meū: ⁊
ipsi accedent ad mensam meā vt mi
nistrēt mihi ⁊ custodiāt ceremonias
meas. Cunq̄ ingredientur portas
atrij interioris vestib⁹ lineis induē-
tur: nec ascēdet super eos quicq̄ la-
neū quando ministrāt in portis atrij
interioris et intrinsecus. Uitte linee
erunt in capitibus eorū ⁊ feminalia
linea erūt in lūbis eorū: ⁊ nō accingē
tur in sudore. Cūq̄ egrediētur atriū
exterius ad populū/ exuent se vesti-
mētis suis in quibus ministrauerāt
et reponent ea in gazophylacio san-
ctuarij/ ⁊ vestient se vestimētis alijs
et nō sanctificabunt ppl'm in vestib⁹
suis. Caput aūt suum nō radēt/ neq̄
comā nutriēt: sed tōdentes attōdēt
F capita sua. Et vinū non bibet oīs sa-
cerdos: quādo ingressurus est atriū
leu.21.c. interi⁹. Et viduā ⁊ repudiatā nō ac-
cipient vxores: sed virgines de semi
ne domus Israel: sed ⁊ viduā q̄ fue-
rit vidua a sacerdote accipient. Et
populū meū docebūt qd sit inter san
ctū ⁊ pollutū: ⁊ inter mūdū ⁊ imun-
dū ostendēt eis. Et cū fuerit contro-
uersia stabunt in iudicijs meis ⁊ iu
dicabūt. Leges meas/ ⁊ pcepta mea
in oībus solennitatibus meis custo-
dient/ ⁊ sabbata mea sanctificabūt.
Et ad mortuū hominē nō ingredien
tur ne polluātur: nisi ad patrē ⁊ ma-
trem/ ⁊ filiū ⁊ filiā/ ⁊ fratrē ⁊ sororē
q̄ alterū virū nō habuit: in quib⁹ cō-
taminabunt. Et postq̄ fuerit emun-
dat⁹ septē dies numerabunt ei: et in
die introit⁹ sui i sanctuariū ad atriū B
interi⁹ vt ministrēt mihi in sanctua
rio offeret pro pctō suo: ait dñs de⁹.
Non erit autē eis hereditas: ego he
reditas eorū. Et possessionē nō dabi-
tis eis in israel: ego enī possessio eo-
rum. Uictimā ⁊ pro peccato ⁊ pro de-
licto ipsi comedēt: ⁊ oē votū in is-
rael ipsorū erit. Et primitiua omniū exo.22.d.
primogenitorū: ⁊ oīa libamenta ex
oībus que offerunt sacerdotū erunt.
Et primitiua ciborū vestrorum dabi-
tis sacerdoti: vt reponat benedictio
nē domui sue. Omne morticinū ⁊ ca
ptum a bestia de auibus ⁊ de pecori- leui.22.b.
bus non comedent sacerdotes.
¶ C.S. De loco scīficato i quo sunt
san :ta sanctorū/ ⁊ habitatio scōrū: de
iustitia ponderis ⁊ mēsure: de quan
titate pmutatiū: de duab⁹ primis so-
lennitatib⁹ primi mēsis q̄ nō sunt in
lege/ de oblationib⁹ pasche pentecō
stes ⁊ scenophegie. Capitulum. xlv.
CUnq̄ ceperitis terram diuide- A
re sorte: separate primitias do
mino: sanctificatum de terra longi-
tudine vigintiquinq̄ milia: ⁊ latitu-
dine decē milia. Scīficatum erit in
oī termino ei⁹ per circuitum. Et erit
ex omni parte sanctificatū quingen
tos p quingentos/ quadrifariā per
circuitum et quinquaginta cubitis
in suburbana eius p gyrū. Et a men
sura ista mēsurabis longitudinē vi-
gintiq̄nq̄ milium/ ⁊ latitudinē decē B
miliū. Et in ipso erit tēplū: sanctūq̄
sanctorum. Sācrificatū de terra erit
sacerdotibus ministris sanctuarij q̄
accedunt ad ministerium dñi: ⁊ erit
eis locus in domos/ et in sanctuariū
sanctitatis. Uigintiquinq̄ autē mi-
lia lōgitudinis ⁊ decē milia latitudi
nis erunt leuitis qui ministrant do-
mui: ipsi possidebūt viginti gazophy-
lacia. Et possessionē ciuitatis dabi-
tis q̄nq̄ milia latitudinis/ ⁊ lōgitu-
dinis vigintiquinq̄ milia secūdum
separationē sanctuarij omni domui
israel. Principi quoq̄ hinc ⁊ inde in
separationē sanctuarij ⁊ i possessio-
nē ciuitatis ⁊ contra faciem separa C
tionis sanctuarij et cōtra faciē pos-
sessiōis vrbis a latere maris vsq̄ ad
mare ⁊ a latere orientis vsq̄ ad oriē-

tem. Lõgitudinis autem iuxta vnã=
quãq; partẽ a termio occidẽtali vsq;
ad terminum orientalẽ: de terra erit
ei possessio in israel. Et nõ depopula
buntur vltra principes populũ meũ/
sed terrã dabunt domui israel secun
dum tribus eorũ. Hec dicit dñs de⁹.
Sufficiat vobis principes israel: ini
D quitatem et rapinas intermittite/ ⁊
iudicium ⁊ iustitiã facite. Separate
cõfinia vestra a populo meo: ait dñs
deus. Statera iusta ⁊ ephi iustum et
batus iust⁹ erit vobis: ephi et batus
equalia ⁊ vnius mensure erũt/ vt ca
piat decimã partẽ cori batus ⁊ deci=
mã partẽ cori ephi. Iuxta mẽsuram
cori erit equa libratio eorũ: siclus au
exo. 30. b. tem viginti obolos habet. Porro vi=
leu. 27. f. ginti sicli ⁊ vigintiquinq; sicli: ⁊ qui=
Nu. 3. g. decim sicli mnã faciũt. Et he sũt pri=
mitie quas tolletis sextã partẽ ephi
de coro frumenti: ⁊ sextã partẽ ephi
E de coro hordei. Mensura quoq; olei.
Batus olei decima pars cori est / et
decẽ bati corũ faciunt/ quia decẽ ba=
ti implent corũ. Et arietẽ vnũ de gre
ge ducentorũ de his q̃ nutriũt israel
in sacrificiũ ⁊ in holocaustũ/ ⁊ in pa
cifica ad expiãdum pro eis: ait dñs
deus. Ois populus terre tenebitur
primitijs his principi in israel. Et su
per principem erũt holocausta ⁊ sa
crificiũ ⁊ libamina in solẽnitatibus
et in calẽdis/ ⁊ in sabbatis: ⁊ in vni=
uersis solennitatib⁹ dom⁹ israel. Ip=
se faciet ꝓ peccato sacrificium ⁊ ho=
locaustum ⁊ pacifica ad expiandũ
F pro domo Israel. Hec dicit dñs de⁹.
In primo mense vna mensis sumes
vitulũ de armẽto immaculatũ: ⁊ ex=
piabis sanctuariũ. Et tollet sacerdos
de sanguine qđ erit ꝓ peccato: ⁊ po=
net in postibus domus: ⁊ in quatuor
angulis crepidinis altaris: et in po=
stibus porte atrij interioris. Et sic fa
cies in septima mensis pro vno quo
q; qui ignorauit/ et errore deceptus
est: et expiabis pro domo. In primo
mense quartadecima die mẽsis erit
vobis pasche solennitas. Septẽ die=
bus azyma comedent. Et faciet prin
cepe in die illa pro se/ ⁊ pro vniuer=
G so populo terre vitulum pro pecca=
to. Et in septẽ dierũ solẽnitate faciet
holocaustum dño: septem vitulos et
septem arietes immaculatos quoti=
die septem diebus ⁊ pro peccato hir
cũ capraꝝ quotidie: ⁊ sacrificiũ ephi
per vitulum: et ephi per arietem fa=
ciet: et olei hin per singula ephi. Se=
ptimo mense quintadecima die mẽ=
sis in solennitate faciet/ sicut supra
dicta sunt per septem dies/ tam pro
peccato q̃ pro holocausto: et in sacri
ficio ⁊ in oleo.

¶ Ca. S. De sacrificijs sabbati Neo
menie: per quas portas intrare debe
bunt: ⁊ exire principes ⁊ ppl'i ad oran
dũ deũ ⁊ de spõtaneo holocausto prĩ
cipis: qđ princeps possit dare: ⁊ de de=
structione coquinarum. Capm. xlvi.

Hec dicit dominus deus. Porta A
atrij interioris que respicit ad
orientẽ erit clausa sex diebus in qui=
bus opus fit. Die autem sabbati ape
rietur: sed et in die calendarum ape
rietur: ⁊ intrabit princeps per viã ve=
stibuli porte deforis ⁊ stabit in limi=
ne porte. Et facient sacerdotes holo
caustũ eius: ⁊ pacifica eius ⁊ adora=
bit sup limen porte ⁊ egredietur. Por= B
ta autem non claudetur vsq; ad vespe
ram. Et adorabit populus terre ad
ostiũ porte illi⁹ in sabbatis ⁊ in calẽ
dis coram dño. Holocaustũ autẽ hoc
offeret princeps dño in die sabbati:
sex agnos immaculatos: ⁊ arietẽ im
maculatũ ⁊ sacrificiũ ephi per arie=
tem: in agnis autẽ sacrificiũ qđ dede=
rit manus ei⁹ et olei hin per singula
ephi. In die autẽ calendarũ vitulũ
de armento immaculatũ ⁊ sex agni
⁊ arietes imaculati erunt ⁊ ephi per
vitulũ: ephi quoq; per arietẽ faciet C
sacrificiũ. De agnis autẽ sicut inue=
nerit manus eius: et olei hin per sin
gula ephi. Cumq; ingressur⁹ est prin
ceps per viam vestibuli porte ingre
diatur: et p eandẽ viã exeat. Et cũ in
trabit ppl's terre in cõspectu dñi in
solennitatib⁹ qui ingreditur per portã
aquilonis vt adoret: egrediatur p viã
porte meridiane. Porro q̃ ingredi=
tur p viã porte meridiane: egrediatur
per viã porte aquilonis. Nõ reuer=
tetur per viã porte: per quã ingressus
est: sed e regiõe illi⁹ egredietur. Prin=
ceps autẽ in medio eoꝝ cũ ingrediẽ=
tibus ingredietur: ⁊ cũ egredientibus
egredietur. Et in nundinis: ⁊ in solẽ
nitatibus erit sacrificiũ ephi per vi=
tulũ: et ephi per arietẽ. In agnis au
tẽ erit sacrificiũ: sicut inuenerit ma= D
nus ei⁹ ⁊ olei hin per singula ephi.
Cum autem fecerit princeps spõta=
neum holocaustum aut pacifica vo=

luntaria dño: aperietur ei porta q̃ re=
spicit ad orientem/ et faciet holocau=
stũ suũ, et pacifica sua: sicut fieri so=
let in die sabbati, et egredietur: claude=
turq̧ porta postq̃ exierit. Et agnum
eiusdē anni immaculatum faciet holo=
caustũ quotidie dño: semp mane fa=
E ciet illud. Et faciet sacrificium super
eo cata mane/ mane sextam partem
ephi/ et de oleo tertiam partē hin / vt
misceat simile/ sacrificiũ dño legiti=
mũ/ iuge/ atq̧ ꝑpetuũ. Faciet agnũ
et sacrificiũ/ et oleum cata mane: ma=
ne holocaustũ sempiternum. Hec di=
cit dñs deus. Si dederit princeps do
num alicui de filijs suis: hereditas
eius filiorũ suorũ erit/ possidebũt eã
hereditarie. Si aũt dederit legatum
F de hereditate sua vni seruorũ suorũ/
erit illi⁹ vsq̧ ad annũ remissionis/ ⁊
reuertetur ad principem. Hereditas
autē ei⁹ filijs ei⁹ erit. Et non accipiet
princeps de hereditate ppl'i per vio=
lentiam/ ⁊ de possessione eorũ: sed de
possessione sua hereditatem dabit fi=
lijs suis: vt nõ dispergat ppl's meus
vnusq̄sq̧ a possessione sua. Et intro=
duxit me per ingressum q̃ erat ex la=
tere porte in gazophylacia sanctua=
rij ad sacerdotes / q̃ respiciebant ad
aquilonē: et erat ibi locus vergēs ad
occidentē. Et dixit ad me. Iste est lo=
cus vbi coquēt sacerdotes ꝓ peccato
et pro delicto vbi coquent sacrificiũ
vt nõ efferāt in atriũ exteri⁹/ et sctifi=
cet ppl's. Et eduxit me in atriũ exte=
rius: et circũduxit me ꝑ quatuor an=
G gulos atrij. Et ecce atriolũ erat ĩ an=
gulo atrij/ atriola singula per angu=
los atrij. In quatuor angulis atrij a=
triola disposita quadraginta cubito=
rum ꝑ longũ: et triginta ꝑ latũ. Men
sure vni⁹ quatuor erant: et paries per
circuitũ ambiens quatuor atriola/ et
culine fabricate erant subter portic⁹
per gyrum: et dixit ad me. Hec est do
mus culinarũ in qua coquent mini=
stri domus dñi victimas populi.

¶ Ca. S. De aquis multis que proce
dunt de tēplo/ de gratia baptismi/ de
diuisione terre quã hereditarie acce=
pit israel/ et de porta ciuitatis/ cuius
nomen est domus iude. Capm. xlvij.

A ET cõuertit me ad portã dom⁹
et ecce aq̄ egrediebant' subter
limē domus ad orientē: facies
eñ dom⁹ respiciebat ad orientẽ. Aq̄
aũt descendebāt in lat⁹ tēpli dextrũ
ad meridiē altaris. Et eduxit me per
viã porte aquilonis/ et conuertit me
ad viã foras portam exteriorē/ viam
q̃ respiciebat ad orientē. Et ecce aque
redundātes a latere dextro/ cũ egre=
deret vir ad orientē q̃ habebat funi=
culũ in manu sua: et mensus est mille
cubitos: et traduxit me per aquã vsq̧
ad talos. Rursũq̧ mēsus est mille: et
traduxit me ꝑ aquam vsq̧ ad genua:
rursũq̧ mensus est mille: et traduxit
me ꝑ aquã vsq̧ ad renes. Et mensus
est mille torrentē quē non potui per=
trāsire: qm̃ intumuerāt aque profun=
di torrentis/ q̃ non potest transuada
ri. Et dixit ad me. Certe vidisti fili ho
minis. Et eduxit me: et conuertit ad B
ripam torrētis. Cũq̧ me cõuertissem
ecce in ripa torrētis ligna multa ni=
mis ex vtraque parte. Et ait ad me.
Aque iste q̃ egrediuntur ad tumulos
sabuli orientalis/ et descendũt ad pla=
na deserti intrabũt mare ⁊ exibũt: et
sanabuntur aque. Et oĩs aĩa viuens
que serpit quocunq̧ venerit torrens
viuet et erũt pisces multi satis post=
q̃ venerint illuc aq̄ iste. Et sanabun=
tur et viuent oĩa ad que venerit tor=
rens: et stabũt super illa piscatores.
Ab engaddi vsq̧ ad engallim sicca=
tio sagenarũ erit. Plurime species
erunt pisciũ eius: sicut pisces maris
magni: multitudinis nimie. In litto=
ribus autē eius: et in palustribus nõ
sanabũtur: q2 in salinas dabũtur. Et C
super torrentē orietur in ripis ei⁹ ex
vtraq̧ parte omne lignũ pomiferũ.
Nõ defluet foliũ ex eo: ⁊ non deficiet
fructus eius: per singulos menses af
feret primitiua: q2 aque eius de san=
ctuario egredientur: et erũt fructus
ei⁹ in cibũ: et folia eius ad medicinã.
Hec dicit dñs de⁹. Hic est terminus
in quo possidebitis terram in duode
cim tribub⁹ israel: q2 ioseph duplicẽ
funiculũ habet. Possidebitis autem
eã singuli eque vt frater suus super
quã leuaui manũ meã: vt darem pa=
tribus vestris et cadet terra hec vo=
bis in possessionē. Hic est aũt termi=
nus terre ad plagã septētrionalem a
mari magno via ethalon venientib⁹
sedada: emath: berotha: sabarim que
est inter mediũ damasci: et confiniũ
emath: domus thicon q̃ est iuxta ter=
minũ auran. Et erit terminus a ma= D
ri vsq̧ ad atriũ enon termin⁹ dama=
sci: et ab aqlone ad aqlonē terminus

emath plaga septētrionalis. Porro
plaga orientalis de medio auran: et
de medio damasci: et de medio gala=
ad: et de medio terre israel iordanis
disterminans ad mare orientale me=
tiemini plagā orientalē. Plaga autē
australis meridiana a thamar vsq
ad aquas contradictionis cades: et
torrēs vsq ad mare magnum: et hec
est plaga ad meridiem australis. Et
plaga maris mare magnū a cōfinio
per directum: donec venias emath:
hec est plaga maris. Et diuidetis ter
rā istā vobis p trib9 Israel: et mitte=
tis eam in hereditatē vobis et adue=
nis q accesserint ad vos: q genuerint
filios in medio vestrm: et erunt vobis si
cut indigene inter filios Israel: vo=
biscū diuident possessionē in medio
tribuum Israel. In tribu autez qua=
cunqz fuerit aduena: ibi dabitis pos
sessionem illi: ait dn̄s deus.
¶ Ca. S. Hic describitur diuisio terre
quārū ad intraneos. Capitulū. xlviii.
A Et hec noīa tribuum a finib9 aq=
lonis iuxta viam ethalon pergē
tibus emath atrium enon terminus
damasci: ab aquilone iuxta viam E=
math. Et erit ei plaga orientalis ma=
re: dan vna. Et a termino dan a pla=
ga orientali vsq ad plagam maris
aser vna. Et sup terminū aser a pla=
ga orientali vsq ad plagā maris: ne
ptalim vna. Et sup terminuz nepta=
lim a plaga oriētali vsq ad plagam
maris: manasse vna. Et super termi=
nū manasse a plaga orientali vsq ad
plagam maris: ephraim vna. Et sup
terminuz ephraim a plaga orientali
vsq ad plagaz maris: ruben vna. Et
sup terminuz rubē a plaga orientali
vsq ad plagā maris / Juda vna. Et
sup terminū Juda a plaga orientali
vsq ad plagā maris erunt primitie
quas separabitis vigintiqnqz mili=
bus calamis latitudīs et longitudīs
sicuti singule partes a plaga orienta
li vsq ad plagam maris. Et erit san=
B ctuariū in medio ei9. Primitie quas
separabitis dn̄o / longitudo viginti=
quiqz milib9: et latitudo decē milib9.
He autē erūt primitie sanctuarii sa=
cerdotū ad aqlonē: longitudinis vi=
gintiqnqz milia: et ad mare latitudi=
nis decē milia / sed et ad orientē lati=
tudinis decē milia: et ad meridiē lō=
gitudinis vigintiqnqz milia. Et erit
sanctuariū dn̄i in medio ei9. Sacer=
dotib9 sctuariū erit de filiis Sadoch
q custodierunt ceremonias meas / et
nō errauerunt cū errarent filii israel
sicut errauerunt et leuite. Et erūt eis
primitie de primitiis terre sanctū san
ctorū iuxta terminū leuitarū. Sed et
leuitis siliter iuxta fines sacerdotuz
vigintiquinqz milia lōgitudinis / et la=
titudinis decē milia. Ois longitudo
vigīti et quinqz miliū / et latitudo de=
cē miliū. Et nō venūdabūt ex eo / ne=
qz mutabūt / neqz transferent primi=
tie terre: qz sctificate sunt dn̄o. Quinqz
milia autē q supersunt in latitudine
per vigintiqnqz milia: pphana erūt
vrbis in habitaculum / et in suburba=
na: et erit ciuitas in medio ei9. Et he
mensure ei9. Ad plagā septētrionalē
quingenta et quatuor milia: et ad pla
gā meridianā quīgēti et quatuor mi=
lia / et ad plagā orientalē qngenti / et
quatuor milia: et ad plagā occidēta=
lem quingēti et quatuor milia. Erūt
autē suburbana ciuitatis ad aquilo=
nē ducēti qnquaginta / et ad meridiē
ducēti quīquaginta: et ad orientē du=
centi qnquaginta: et ad mare ducēti
quinquaginta. Quod autē reliquūz fue C
rit in longitudine scdm pmitias san
ctuarii decē milia i orientē / et decem
milia in occidentē: erūt sicut primi=
tie sanctuarii. Et erunt fruges ei9 in
panes his q seruiūt ciuitati. Seruiē=
tes autē ciuitati opabuntur ex oībus
tribub9 isrl'. Oēs pmitie vigintiqnqz
miliū per vigintiquiqz milia in qua=
drum separabūtur i primitias sctūa=
rii / et possessionē ciuitatis. Quod autez
reliquū fuerit / pricipis erit ex omni
parte pmitiarū sctūarii / et possessio=
nis ciuitatis e regione vigintiquiqz
miliū primitiarū / vsq ad terminum
orientalē / sed et a mari e regione vi=
gintiqnqz miliū vsq ad terminū ma=
ris / siliter in partibus principis erit.
Et erunt primitie sctūarii / et sanctua
riū tēpli in medio eius. De possessio=
ne aūt leuitarū / et de possessione ciui=
tatis in medio partiū principis erit
in terminū Juda / et in terminū ben=
iamin / et ad principē ptinebit. Et re=
liquis tribub9 erunt tales portiones.
A plaga oriētali vsq ad plagaz occi=
dentalem / beniamin vna. Et contra D
terminū Beniamin a plaga orienta=
li vsq ad plagā occidentalē / symeon
vna. Et super terminū Symeonis a
plaga orientali vsq ad plagā occidē

talē/Isachar vna. Et super terminum
Isachar a plaga orientali vsqȝ ad pla-
gā occidentalē/ zabulon vna. Et sup
terminū zabulō a plaga orientali vs-
qȝ ad plagā maris/ gad vna. Et sup
terminū gad ad plagā austri in me-
ridiē/et erit finis de thamar vsqȝ ad
aquas cōtradictionis cades heredi-
tas cōtra mare magnuȝ. Hec est ter-
ra quā mittetis in sorte tribub⁹ israel
et he partitiones earū/ait dn̄s deus.
Et hi egressus ciuitatis. A plaga se-
ptentrionali q̄ngētos et quattuor mi-
lia mēsurabis. Et porte ciuitatis in
oibus tribubus isrl̄. Porte tres a se-
ptentrione: porta ruben vna: porta iu-
da vna: porta leui vna. Et ad plagaȝ
orientalem quingētos et quattuor mi-
lia: ⁊ porte tres: porta ioseph vna/por-
ta beniamin vna/porta dan vna. Et
ad plagā meridianam quingētos et
quattuor milia metieris: et porte tres
porta symeonis vna: porta isachar
vna: porta zabulon vna. Et ad plagā
occidentalem quingentos ⁊ quattuor
milia: et porte eorum tres: porta gad
vna: porta aser vna: porta neptalim
vna. Per circuitum decem ⁊ octo mi-
lia. Et nomen ciuitatis ex illa die/ do-
minus ibidem. Amen.

¶ Explicit Ezechiel propheta.

¶ Prologus sancti Hieronymi i Da-
nielem prophetam incipit.

DAnielem ꝓphetaȝ iuxta septua-
ginta interpretes dn̄i saluatoris
ecclesie non legunt vtentes theodo-
tionis editione: et hoc cur acciderit:
nescio. Siue enī quia sermo chaldai-
cus est/et q̄busdam proprietatibus a
nr̄o eloquio discrepat: noluerunt se-
ptuaginta interpretes easdeȝ lingue
lineas in translatione seruare: siue
sub nomine eoruȝ ab alio nescio quo
non satis Chaldeam linguam scien-
te edit⁹ est liber: siue aliud q̄d cause
extiterit ignorans hoc vnū affirma-
re possum: ꝙ multū a veritate discor-
det: et recto iudicio repudiatus sit.
Sciēdum quippe Danieleȝ maxime
et Esdram hebraicis quidem literis
sed chaldeo sermone conscriptos: et
vnā Hieremie pericopen: Iob quo-
qȝ cū arabica lingua plurimaȝ habe-
re societatē. Denique et ego adolescen-
tulus post Quintiliani et Tullij le-
ctionem/ac flores rhetoricos: cum
me in lingue huius pistrinum reclu-
sissem: et multo sudore multoqȝ tem-
pore vix cepissem/anhelātia striden-
tiaqȝ verba resonare: et quasi per cri-
ptam ambulans rarū desuper lumē
aspicerē impegi nouissime in Danie-
lē: et tanto tedio affectus sum: vt de-
speratione subita omneȝ laborem ve-
terem voluerim contēnere. Uerum
adhortante me quodā Hebreo: et il-
lud mihi crebrius sua lingua ingerē-
te labor improbus omnia vincit: et q̄
mihi videbar sciolus inter Hebreos
cepi rursus esse discipulus chaldai-
cus. Et vt verum fatear: vsque ad p̄-
sentem diem magis possum sermonē
Chaldaicum legere et intelligere q̄
sonare. Hec idcirco refero: vt diffi-
cultatem vobis Danielis ostenderē
qui apud Hebreos nec Susanne ha-
bet historiā: nec hymnū trium puero-
rum/ nec belis draconisque fabulas
quas nos quia in toto orbe disperse
sunt/veru anteposito easque iugulā-
te subiecim⁹: ne videremur apud im-
peritos magnam partem voluminis
detruncasse. Audiui ego quendā de
preceptoribus iudeoruȝ: cum Susan- Dan. 13. a.
ne derideret historiam: et a Greco ne-
scio quo eam diceret esse confictaȝ il-
lud opponere quod Origeni quoque
Aphrican⁹ opposuit: ethymologias
has apo tou schinou schise/ cai apo
tou prinou prise: de greco sermone
descendere. Cuius rei nos intelligen-
tiam nostris hanc possumus dare:
vt verbi gratia dicamus cōtinuo de
arbore ilice dixisse eum ilico pereas
et a lentisco in lentem te comminu-
at angelus: vel non lente pereas aut
lentus: id est flexibilis ducaris ad
mortem: siue aliud quid ad arboris
nomen conueniēs. Deinde tn̄ fuisse Dan. 3. c.
ocij tribus pueris cauillabatur: vt in
camino estuantis incēdij metro lude-
rent: et p ordinē ad laudē dei oia ele-
mēta ꝓuocarēt. Aut ꝙ miraculuȝ di-
uineqȝ aspirationis indiciū: vel dra-
conem interfectum offa picis: vel sa-
cerdotū belis machinas deprehēsas/q̄
magis prudentia solertis viri q̄ pro-
phetali essent spū ꝑpetrata. Cū vero Dan. 14. c.
Abacuch veniret: ⁊ de iudea in chal-
deā raptū discophorū lectitaret q̄re-
bat exēplū vbi legissem⁹ in toto vete-
ri testamento quemq̄ sanctoruȝ gra-
ui volasse corpore: et in puncto hore
tāta terrarū spacia trāsisse. Cui cum Eze. 8. c.

quidã e nostris satis ad loquendum
ꝓ̃prulus: Ezechielez adduxisset in
medium et diceret eũ de Chaldea in
Judeã fuisse trãslatũ: derisit hominẽ
et ex ipso volumine demõstrauit Eze
chielẽ in spũ se vidisse trãspositum.
Denique et aplm nrm videlz vt erudi-
tum virũ: et q̃ legẽ ab Hebreis didi-
cisset: non fuisse ausum affirmare se
2.co.12.a. raptum in corpore sed dixisse. Siue
in corpore siue extra corpus nescio
deus scit. His et talibus argumentis
apocryphas in libro ecclesie fabulas
arguebat. Sup qua re lectoris arbi-
trio iudiciũ derelinquẽs illud admo-
neo non haberi Danielem apud He
breos inter prophetas: sed inter eos
q̃ agiographa cõscripserũt. In tres
siquidez partes ois ab eis scriptura
diuidit. In legem: in ꝓphetas: et in
agiographa: id est in quinq;: et octo: et
in vndecim libros: de quo non est hu
ius temporis disserere. Que autẽ ex
hoc ꝓpheta / imo contra hunc librum
Porphyrius obiiciat: testes sunt Me-
thodius / Eusebius / et Appollinaris:
qui multis versuũ millibꝰ eius vesa-
nie respondentes: nescio an curioso
lectori satisfecerint. Unde obsecro
vos o Paula et Eustochium / funda-
tis pro me ad dominũ preces: vt q̃
diu in hoc corpusculo sum: scribã ali-
quid gratum vobis: vtile ecclesie: di-
gnum posteris. Presentium quippe
iudiciis oblatrantium non satis mo-
ueor: qui in vtramq; partem aut amo
re labuntur aut odio.

¶ Argumentum in Danielem.

Daniel qui extremꝰ est inter qua
tuor prophetas / temporum con
scius / et totius mundi philistoros la-
pidem precisum de monte sine mani
bus / et regna omnia subuertentem /
claro sermone pronunciat.

¶ Incipit Daniel propheta.

¶ Ca. S. De filiis captiuis q̃s elegit
Nabuchodonosor: et docet eos lras
Chaldeorum. De abstinentia. Cap. I.

A
4. Regũ
24.c.

Anno tertio regni ioa-
chim regis iuda venit
Nabuchodonosor rex
babylonis hierusalez / et
obsedit eaz: et tradidit
dñs in manu eius ioa-
chim regẽ iude / et par-
tẽ vasorũ domus dei / et asportauit ea
in terrã sennaar in domũ dei sui: et va
sa intulit in domũ thesauri dei sui. Et
ait rex asphanez ꝓposito eunuchorũ
vt introduceret de filiis israel / et de
semine regio / et tyrãnorũ pueros / in
quibus nulla esset macula: decoros
forma / et eruditos oi sapientia: cau-
tos sciẽtia / et doctos disciplina: et q̃
possent stare in palatio regio: vt do-
ceret eos lras et linguã chaldeorum.
Et cõstituit eis rex annonaz per sin-
gulos dies de cibis suis / et de vino
vnde bibebat ipse: vt enutriti tribus
annis / postea starent in cõspectu re-
gis. Fuerunt ergo inter eos de filiis B
iude daniel / ananias / misael / et aza-
rias. Et imposuit eis prepositus eunu-
chorũ noia. Danieli / balthasar: ana-
nie / sidrac: misaeli / misac: et azarie /
abdenago. Proposuit autẽ daniel in 27. di. ca.
corde suo / ne pollueretur de mẽsa re- q̃ de men
gis / neq; de vino potꝰ eius: et rogauit sa.
eunuchorũ prepositũ / ne contamina
ret. Dedit autẽ deus danieli gratiaz
et miam in cõspectu principis eunu-
chorũ. Et ait princeps eunuchorũ ad
danielẽ. Timeo ego dñm meuz regẽ /
qui cõstituit vobis cibuz et potũ: qui
si viderit vultus vros macilentiores
pre ceteris adolescentibus coeuis ve
stris / condẽnabitis caput meum re-
gi. Et dixit daniel ad malassar / quem C
cõstituerat princeps eunuchorũ su-
per danielẽ / ananiã misaelẽ / et aza-
riam. Tenta nos obsecro seruos tu-
os diebus decẽ: et dent nobis legumi-
na ad vescendũ et aqua ad bibendũ
et contẽplare vultus nros: et vultus
puerorũ qui vescunt cibo regio: et si-
cut videris / facies cum seruis tuis.
Qui audito sermone huiuscemodi /
tentauit eos diebus decem. Post di-
es aũt decẽ / apparuerunt vultꝰ eorũ
meliores et corpulentiores pre oibꝰ
pueris q̃ vescebant cibo regio. Por-
ro malassar tollebat cibaria / et vi-
nũ potus eorũ: dabatq; eis legumina. D
Pueris autẽ his dedit deus sciẽtiã
et disciplinã in omni libro et sapiẽtia
Danieli autẽ intelligentiã oim visio-
nũ et somniorũ. Completis itaq; die-
bus post quos dixerat rex vt introdu
cerentur / introduxit eos prepositus
eunuchorũ in conspectu nabuchodo
nosor. Cumq; eis locutus fuisset rex:
non sunt inuenti tales de vniuersis /
vt daniel / ananias / misael / et azari-

us. Et steterunt in cõspectu regis: et
omne verbũ sapientie et intellectus
qđ sciscitat⁹ est ab eis rex/ inuenit in
eis decuplum super cũctos ariolos
et magos qui erant in vniuerso re-
gno eius. Fuit autẽ Daniel vsq; ad
annum primum Cyri regis.

¶ Ca. II. De somnio Nabuchodono-
sor quod fugit ab eo: de sapientibus
occidendis: de oratione Danielis: et
interpretatione somnii. Capitulum. ii.

A In anno scđo regni Nabucho
donosor / vidit Nabuchodo-
nosor somniũ: et conterrit⁹ est
spũs ei⁹: et somniũ eius fugit ab eo.
Precepit autem rex vt cõuocarẽtur
arioli/ ⁊ magi/ et malefici/ et chaldei
vt indicarent regi somnia sua. Qui
cum venissent: steterunt coram rege
et dixit ad eos rex. Vidi somnium et
mente confusus ignoro quid vide-
rim. Respõderuntq; chaldei regi sy-
riace. Rex in sempiternum viue: dic
somniũ seruis tuis: et interp̃tationẽ
eius indicabim⁹ tibi. Et rñdens rex/
ait chaldeis. Sermo recessit a me ni-
si indicaueritis mihi somniũ et con-
iecturã eius/ peribitis vos/ ⁊ domus
vestre publicabunt. Si autẽ somniũ
et coniecturã eius narraueritis/ pre-
mia/ et dona/ ⁊ honorẽ multum acci-
B pietis a me. Sõniũ igit ⁊ interpreta-
tionẽ eius indicate mihi. Responde-
rũt scđo/ atq; dixerũt. Rex sõniũ di-
cat seruis suis: et interpretationẽ ei
indicabim⁹. Rñditq; rex: et ait. Cer-
te noui q tempus redimitis/ sciẽtes
q recesserit a me s̃mo. Si ergo som-
niũ non indicaueritis mihi: vna est
de vobis sententia: q interpretatio-
nem quoq; fallacẽ et deceptione ple-
naz cõposueritis vt loquamini mihi
donec tempus pertranseat. Sõnium
itaq; dicite mihi / vt sciã q interp̃ta-
tionẽ quoq; ei⁹ verã loquamini. Re-
spondẽtes ergo chaldei corã rege di-
xerunt. Nõ est homo sup terram qui
sermonẽ tuuz rex possit implere: sed
neq; regũ quisq̃ magnus et potẽs/
verbũ huiuscemodi sciscitat ab omi
ariolo/ et mago/ et chaldeo. Sermo
enim quez tu queris rex/ grauis est:
nec reperiet quisq̃ q̃ indicet illuz in
conspectu regis: exceptis diis quorũ
nõ est cũ hoib⁹ conuersatio. Quo au-
dito/ rex in furore ⁊ ira magna pre-
cepit vt perirẽt oẽs sapientes baby-
lonis. Et egressa sententia/ sapiẽtes

interficiebãtur. Querebãtq; Daniel C
et socii ei⁹/ vt perirẽt. Tũc daniel re-
q̃siuit de lege atq; sentẽtia ab arioch
p̃cipe militie regis/ q̃ egressus fue-
rat ad interficiendos sapiẽtes baby-
lonis. Et interrogauit eũ q̃ a rege po-
testatẽ acceperat/ quã ob causã tã cru-
delis sentẽtia a facie regis eẽt egres-
sa. Cũ ergo rem idicasset arioch da-
nieli/ daniel egress⁹ rogauit regez vt
tẽp⁹ daret sibi ad solutionẽ indican-
dã regi. Et ingressus est domuz suã:
ananieq;/ et misaeli/ et azarie sociis
suis indicauit negociũ/ vt quererent
miam a facie dei celi sup sacramẽto
isto: et nõ perirẽt daniel et socii eius
cũ ceteris sapiẽtib⁹ babylonis. Tũc
danieli mysteriuz p visionẽ nocte re-
uelatũ est. Et bñdixit daniel deũ celi
et locutus ait. Sit nomẽ dñi bñdictũ Fo.113.
a sclo et vsq; in sclm: q2 sapientia et
fortitudo ei⁹ sunt: ⁊ ipse mutat tpa et
etates. Trãsfert regna atq; ꝯstituit:
dat sapientiam sapiẽtib⁹ ⁊ sciẽtiã in-
telligẽtibus disciplinã. Ipse reuelat
p̃funda ⁊ abscõdita/ ⁊ nouit in tene-
bris cõstituta: ⁊ lux cum eo est. Tibi D
de⁹ patrũ nr̃orũ cõfiteor: teq; laudo:
q2 sapientiã ⁊ fortitudinẽ dedisti mi-
hi: et nũc ostẽdisti mihi q̃ rogauim⁹
te/ q2 sermonẽ regis aperuisti nobis.
Post hec daniel igressus ad arioch/
quẽ cõstituerat rex vt p̃deret sapien-
tes babylonis: sic ei locutus est. Sa-
piẽtes babylonis ne p̃das: introduc
me in cõspectu regis/ et solutionẽ re-
gi narrabo. Tũc arioch festinus in-
troduxit danielẽ ad regez/ et dixit ei.
Inueni hominez de filiis trãsmigra-
tionis iude / q̃ solutionẽ regi annun-
ciet. Rñdit rex et dixit danieli cuius
nomẽ erat balthasar. Putasne vere
potes mihi indicare somniũ qđ vidi
et interp̃tationẽ ei⁹? Et rñdẽs daniel
corã rege ait. Mysteriũ qđ rex inter-
rogat/ sapientes magi ⁊ arioli ⁊ aru- E
spices nequeũt indicare regi: sed est
de⁹ in celo reuelãs mysteria/ q̃ indi-
cauit tibi rex nabuchodonosor que
vẽtura sunt nouissimis tpib⁹. Sõniũ F
tuũ / et visiones capitis tui in cubili
tuo huiuscemodi sunt. Tu rex cogi-
tare cepisti in stratu tuo/ q̃d esset fu-
turum post hec: ⁊ q̃ reuelat mysteria
ostendit tibi q̃ vẽtura sunt. Mihi q̃q;
nõ in sapiẽtia q̃ est i me plusq̃ in cũ-
ctis viuẽtibus sc̃m hoc reuelatũ est
sed vt interp̃tatio regi manifesta fie-

rex: et cogitationes mētis tue scires.
Tu rex videbas/et ecce quasi statua
vna grandis. Statua illa magna: et
statura sublimis stabat contra te: et
intuitus eius erat terribilis. Huius
statue caput ex auro optimo erat: pe
ctus autē et brachia de argēto. Por=
ro venter et femora ex ere: tibie autē
ferree. Pedum quedā pars erat fer=
rea: quedā autē fictilis. Uidebas ita
donec abscisus est lapis de monte si
ne manibus: ⁊ percussit statuā in pe
dibus eius ferreis et fictilib⁹: ⁊ cōmi
nuit eos. Tunc cōtrita sunt pariter
ferrū/testa/es/argentum/et aurū/⁊
redacta quasi in fauillaʒ estiue aree
que rapta sunt vento: nullusq̄ locus
inuent⁹ est eis. Lapis autē qui ꝑcus=
serat statuā/fact⁹ est mons magnus
et impleuit vniuersam terrā: hoc est
F somniū. Interpretationē quoq̄ eius
dicem⁹ corā te rex. Tu rex regū es: ⁊
deus celi regnū ⁊ fortitudinē et im=
periū ⁊ gloriā dedit tibi: ⁊ oīa in qui=
bus habitant filii hoim et bestie agri
volucresq̄ celi dedit in manu tua
et sub ditione tua vniuersa cōstituit.
Tu es ergo caput aureum: et post te
cōsurget regnum aliud minus te ar
genteū: ⁊ regnū tertiū aliud ereum/
qđ imperabit vniuerse terre: ⁊ regnū
quartū erit velut ferreuʒ. Quomodo
ferrum comminuit et domat oīa: sic
cōminuet et conteret oīa hec. Porro
q̄ vidisti pedū ⁊ digitoꝝ partem te=
steā figuli/⁊ partē ferreā: regnū diui
sum erit/qđ tamē de plantario ferri
orief. Scđm qđ vidisti ferrū mixtum
teste ex luto/et digitos pedū ex par=
te ferreos et ex parte fictiles: ex par
te regnū erit solidū/et ex parte cōtri=
tum. Qđ autē vidisti ferrū mixtū te=
ste ex luto/cōmiscebunt quidem hu=
mano semine: sed nō adherebūt sibi
sicuti ferrū misceri non potest teste.
G In diebus autē regnoꝝ illoꝝ suscita
bit de⁹ celi regnū quod in eternū nō
dissipabit: et regnū eius alteri poplo
nō tradetur. Cōminuet autē ⁊ consu
met vniuersa regna hec: ⁊ ipsum sta
bit in eternū. Scđm qđ vidisti/q̄ de
monte abscisus est lapis sine mani=
bus: ⁊ comminuit testam/⁊ ferrum/
et es/et argentū/et aurum: deus ma
gnus ostendit regi que ventura sunt
postea. Et verū est somniū: et fidelis
interpretatio eius. Tunc rex nabu=
chodonosor cecidit in faciem suam/

et danielē adorauit: et hostias et in=
censum precepit vt sacrificarent ei.
Loquens ergo rex/ait danieli. Uere
deus vester deus deoꝝ est et dñs re=
gum/reuelans mysteria: quoniaʒ tu
potuisti aperire hoc sacramentum.
Tunc rex danielem in sublime extu=
lit: ⁊ munera multa et magna dedit
ei. Et constituit eum principē super gen.41.c
omnes ꝓuincias babylonis: et pre=
fectum et magistrum sup cūctos sa=
pientes babylonis. Daniel autem po
stulauit a rege: ⁊ cōstituit super ope=
ra prouincie babylonis/sidrac/mi=
sac et abdenago. Ipse autem daniel
erat in foribus regis.

¶ C.3. De statua aurea quā adora=
ri precepit rex: quā q̄ꝛ non adoraue=
rūt pueri missi sunt in fornacem: de
oratione azarie: de cantico triū pue=
roꝝ: ⁊ de liberatione eoꝝ: et qualiter
a rege exaltati sunt. Capitulum .iii.

Nabuchodonosor rex fecit sta D
tuā aureā altitudine cubito=
rum sexaginta: latitudine cu
bitoꝝ sex: ⁊ statuit eam in campo du
ran prouincie babylonis. Itaq̄ na=
buchodonosor rex misit ad cōgregan=
dos satrapas/magistratus et iudi=
ces/duces et tyrannos et prefectos:
oēsq̄ principes regionū: vt conueni
rēt ad dedicationem statue quā ere=
xerat nabuchodonosor rex. Tūc con
gregati sunt satrape: magistratus ⁊
iudices/duces et tyranni: et optima=
tes qui erant in potestatib⁹ constitu=
ti: ⁊ vniuersi principes regionum: vt
cōuenirent ad dedicationem statue
quaʒ erexerat nabuchodonosor rex.
Stabāt autē in cōspectu statue quam
posuerat Nabuchodonosor rex: ⁊ p̄=
co clamabat valenter. Uobis dicitur
populis/tribubus: ⁊ linguis: ⁊ in ho
ra qua audieritis sonitum tube et fi=
stule et cithare/sambuce et psalterii
⁊ symphonie: ⁊ vniuersi generis mu
sicorum: cadentes adorate statuam
aureā quaʒ statuit nabuchodonosor
rex. Si quis autē nō prostratus ado
rauerit/eadem hora mittet in forna=
cem ignis ardentis. Post hec igitur
statim vt audierūt oēs populi soni=
tum tube/fistule/⁊ cithare et sambu=
ce et psalterii/symphonie et oīs ge=
neris musicorū/cadentes oēs popu=
li tribus et lingue adorauerunt sta=
tuā aureā quā cōstituerat nabucho=
donosor rex. Statimq̄ ⁊ in ipso tem=

pore accedentes viri chaldei accusa
uerũt iudeos: dixerũtq; nabuchodo-
B nosor regi. Rex in eternum viue. tu
E.2.a. rex posuisti decretũ vt oīs homo qui
E.3.b. audierit sonitũ tube / fistule et cytha-
I.6.b. re / sambuce et psalterii et sympho-
nie et vniuersi generis musicor: p-
sternat se / et adoret statuam aureā:
si quis aũt non procidens adoraue-
rit mittatur in fornacē ignis arden-
tis. Sunt ergo viri iudei quos cōsti-
tuisti super opera regionis babylo-
nie / sidrac / misac / et abdenago viri
isti cōtempserunt rex decretũ tuum.
Deos tuos nō colũt et statuā aureā
quā erexisti nō adorant. Tũc nabu-
chodonosor rex in furore et ira pre-
cepit: vt adducerētur sidrac / misac /
et abdenago. Qui confestim addu-
cti sunt in cōspectu regis: pronunci-
ansq; Nabuchodonosor rex ait eis.
Vere ne sidrac / misac / et abdenago
deos meos nō colitis: et statuam au-
ream quā cōstitui nō adoratis? Nũc
ergo si estis parati quacũq; hora au-
dieritis sonitum tube / fistule / cytha-
re / sambuce et psalterii et sympho-
nie: oīsq; generis musicorũ: proster-
nite vos et adorate statuā quā feci.
Quod si nō adoraueritis eadē hora
mittemini in fornacē ignis ardētis.
et quis est deus qui eripiet vos de
manu mea? Respondentes Sidrac /
misac / et abdenago: dixerũt regi na-
buchodonosor. Non oportet nos de
hac re respōdere tibi. Ecce enim deus
noster quem colimus potest eripere
nos de camino ignis ardentis: et de
manib⁹ tuis o rex liberare. Quod si
noluerit notum sit tibi rex quia deos
tuos non colimus: et statuā auream
C quam erexisti non adoramus. Tunc
nabuchodonosor repletus est furo-
re: et aspectus faciei illius immuta-
tus est super sidrac / misac / et abde-
nago. Et precepit vt succenderet for-
nax septuplũ q̄ succēdi cōsueuerat:
et viris fortissimis de exercitu suo
iussit vt ligatis pedib⁹ sidrac / misac
et abdenago mitterent eos in forna-
cem ignis ardētis. Et confestim viri
illi vincti cũ braccis suis et tiaris / et
calceamētis et vestibus: missi sunt in
mediũ fornacis ignis ardētis. nam
iussio regis vrgebat. Fornax autem
22 succensa erat nimis. Porro viros il-
los qui miserant sidrac / misac / et ab-
23 denago interfecit flāma ignis. Viri
autem hi tres: id est sidrac / misac / et
abdenago ceciderũt in medio cami-
ni ignis ardentis colligati.
¶ Que sequuntur in hebreis volu-
minibus non reperi.
¶ Et ambulabant in medio flamme 24
laudātes deum et benedicentes dño.
Stās autē azarias: orauit sic / aperi-
ensq; os suũ in medio ignis ait. Bñ-
dictus es dñe deus patrũ nostrorum
et laudabile et gloriosum nomē tuũ
in secula: quia iust⁹ es in omnibus que
fecisti nobis et vniuersa opera tua
vera et vie tue recte: et oīa iudicia
tua vera. Judicia enī vera fecisti iu-
xta oīa que induxisti sup nos et sup
ciuitatem sanctā patrum nostrorum
hierusalem: quia in veritate et in iu-
dicio induxisti oīa hec propter pec-
cata nr̄a. Peccauim⁹ enim et inique D
egimus recedētes a te: et deliq̄m⁹ in 3.re.8.c.
oīb⁹ et precepta tua non audiuimus
nec obseruauim⁹ nec fecim⁹ sicut p̄-
ceperas nobis vt bene nobis esset.
Oīa ergo que induxisti super nos: et
vniuersa q̄ fecisti nobis in vero iudi-
cio fecisti et tradidisti nos in mani-
bus inimicorũ nostrorũ iniquorũ et
pessimor: preuaricatorũq; et regi in-
iusto et pessimo vltra omnē terram.
Et nunc non possumus aperire os.
Cōfusio et opprobrium facti sumus
seruis tuis: et his q̄ colũt te. Ne que-
sumus tradas nos in perpetuũ pro-
pter nomē tuum / et ne dissipes testa-
mētum tuũ: neq; auferas misericor-
diam tuā a nobis propter abraam di-
lectum tuũ et isaac seruum tuũ et is-
rael sanctũ tuum quibus locutus es /
pollicens q̄ multiplicares semē eo-
rũ sicut stellas celi et sicut arenā que
est in litore maris: quia dñe imminuti
sum⁹ plus q̄ omnes gentes: sumusq;
humiles in vniuersa terra hodie p-
pter peccata nostra. Et nō est i tem-
pore hoc princeps et dux et prophe-
ta neq; holocaustum neq; sacrificiũ
neq; oblatio neq; incēsum neq; locus
primitiarũ coram te vt possimus in-
uenire misericordiam tuam: sed in
anima cōtrita et spiritu humilitatis
suscipiamur. Sicut in holocausto
arietũ et taurorũ et sicut in milibus
agnorum pinguiũ: sic fiat sacrificiũ
nostrum in conspectu tuo hodie: vt
placeat tibi: quoniam non est confu-
sio confidentibus in te. Et nunc se-
quimur te in toto corde: et timemus

te: et querimus faciẽ tuã. Ne cõfun-
das nos / sed fac nobiscũ iuxta man-
suetudinem tuã: et sm multitudinez
mie tue. Et erue nos in mirabilibus
tuis / et da gloriã noĩ tuo dñe: et con-
fundant oẽs qui ostẽdũt seruis tuis
mala / cõfundãtur in oĩ potẽtia tua:
et robur eorꝫ conteratur: et sciant qꝛ
tu es dñs deus solus: ⁊ gloriosus su-
E 47 per orbẽ terrarum. Et non cessabant
qui miserant eos ministri regis suc-
cendere fornacem / napththa ⁊ stup-
pa ⁊ pice et malleolis: et effundebat
48 flamma super fornacez cubitis qua-
dragintanouem: ⁊ erupit / et incẽdit
quos reperit iuxta fornacem de chal-
deis. Angelus autẽ dñi descendit cũ
azaria et sociis eius in fornacem. Et
49 excussit flãmam ignis de fornace: et
fecit medium fornacis quasi vẽtum
roris flantem / et nõ tetigit eos oĩno
ignis: neqꝫ ꝯtristauit nec quicqꝫ mo-
lestie intulit. Tunc hi tres quasi ex
vno ore laudabant et glorificabant
et benedicebãt deũ in fornace dicen-
tes. Benedictus es dñe deus patrũ
nostrorꝫ: ⁊ laudabilis et gloriosus et
superexaltat⁹ in secula. et benedictũ
nomẽ glorie tue sanctum: ⁊ laudabi-
le et superexaltatũ in oĩbus seculis.
Benedictus es i templo sancto glo-
rie tue: et suplaudabilis ⁊ supglorio-
sus in secula. Benedictus es in thro-
no regni tui: ⁊ suplaudabilis et sup-
exaltatus in secula. Benedictus es
qui intueris abyssos et sedes super
cherubin: ⁊ laudabilis et superexalta-
tus in secula. Benedictus es in fir-
mamẽto celi: et laudabilis et glorio-
sus in secula. Benedicite oĩa opera
dñi dño: laudate et superexaltate eũ
in secula. Benedicite angeli dñi dño
laudate et superexaltate eũ in secula.
Benedicite celi dño: laudate et sup-
Ps.148. exaltate eum in secula. Benedicite
aque omnes que sup celos sunt dño:
laudate et superexaltate eum in se-
cula. Benedicite oẽs virtutes domi-
ni dño: laudate et superexaltate euz in
secula. Bñdicite sol et luna dño: lau-
date et superexaltate eũ in secula. Be-
nedicite stelle celi dño: laudate ⁊ su-
perexaltate eum in secula. Bñdicite
ymber et ros dño: laudate et super-
exaltate eũ in secula. Bñdicite oĩs spi-
ritus dei dño: laudate et superexaltate
eum in secula. Benedicite ignis et
estus dño: laudate et superexaltate eũ
in secula. Benedicite frigus et estas
dño: laudate et superexaltate eũ in se-
cula. Benedicite rores et pruina do-
mino: laudate et superexaltate eum in
secula. Benedicite gelu et frigus do-
mino: laudate et superexaltate eum in
secula. Bñdicite glacies et niues do- F
mino: laudate et superexaltate eum in
secula. Bñdicite noctes et dies dño:
laudate et superexaltate eũ in secula.
Bñdicite lux et tenebre dño: laudate
et superexaltate euz in secula. Bñdici-
te fulgura et nubes dño: laudate et
superexaltate eũ in secula. Benedicat
terra dñm: laudet et superexaltet eum
in secula. Benedicite mõtes ⁊ colles
dño laudate et superexaltate eum i se-
cula. Benedicite vniuersa germinã-
tia in terra dño: laudate ⁊ superexalta-
te eũ in secula. Bñdicite fontes dño:
laudate et superexaltate eũ in secula.
Bñdicite maria et flumina dño: lau-
date et superexaltate eũ in secula. Be-
nedicite cete et oĩa q̃ mouent in aqs
dño: laudate et superexaltate eũ in se-
cula. Bñdicite oẽs volucres celi do-
mino: laudate et superexaltate eum in
secula. Bñdicite oẽs bestie et pecora
dño: laudate ⁊ superexaltate eum in
secula. Benedicite filii hominũ dño:
laudate et superexaltate eum in secu-
la. Bñdicat israel dñm: laudate ⁊ su-
perexaltate eũ i secula. Bñdicite sa-
cerdotes dñi dño: laudate ⁊ superexal-
tate eum in secula. Benedicite serui
dñi dño: laudate et superexaltate eum
in secula. Benedicite spirit⁹ et aĩe iu-
storꝫ dño: laudate ⁊ superexaltate eum
in secula. Benedicite sancti et humi-
les corde dño: laudate et superexalta-
te eum in secula. Benedicite anania
azaria misael dño: laudate et super-
exaltate euz in secula. qui eruit nos de 88
inferno / ⁊ saluos fecit de manu mor-
tis: ⁊ liberauit nos de medio ardẽtis
flamme et de medio ignis eruit nos.
Cõfitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in se-
culũ mia eius. Bñdicite oẽs religiosi
dño deo deorũ: laudate et cõfitemini
ei: qꝛ in oĩa secula misericordia ei⁹.
¶ Hucusqꝫ in hebreo non habetur:
et que posuimus / de theodotiõis edi-
tione translata sunt.
¶ Tunc nabuchodonosor rex obstu-
puit ⁊ surrexit ꝓpere: et ait optima-
tibus suis. Nonne tres viros misi-
mus in medium ignis compeditos?
Qui respondentes regi / dixerũt. Ue- G 91

re rex. Respondit rex ⁊ ait. Ecce ego
video quatuor viros solutos ⁊ am-
bulantes in medio ignis: ⁊ nihil cor-
ruptionis in eis est: et species quar-
ti similis filio dei. Tunc accessit rex
Nabuchodonosor ad ostium forna-
cis ignis ardentis, ⁊ ait. Sidrac/Mi
sac ⁊ Abdenago serui dei excelsi egre
dimini ⁊ venite. Statimq́ egressi sunt
Sidrac/Misac/⁊ Abdenago de me-
dio ignis. Et cõgregati satrape ⁊ ma
gistratus ⁊ iudices ⁊ potẽtes regis/
contemplabant viros illos: quoniam
nihil potestatis habuisset ignis in
corporibus eorũ: et capillus capitis
eorũ non esset adustus/etiã sarabala
eorum non fuisset immutata: ⁊ odor
ignis nõ transisset per eos. Et erum-
pens Nabuchodonosor/ait. Benedi-
ct⁹ deus eorum, Sidrac videlicet Misac
⁊ Abdenago: qui misit angelũ suũ et
eruit seruos suos qui crediderunt in
eum: ⁊ verbum regis immutauerũt/
et tradiderunt corpora sua ne serui-
rent ⁊ ne adorarẽt omnẽ deum exce-
9.di.ca.i. pto deo suo. A me ergo positum est
11.q.3.ca. hoc decretũ: vt ois popul⁹/tribus et
Ipatores. lingua q̃cunq́ locuta fuerit blasphe-
miam cõtra deum Sidrac/Misac/⁊
Abdenago/dispereat ⁊ domus eius
vastetur: neq́ enim est alius de⁹ qui
possit ita saluare. Tunc rex ꝓmouit
Sidrac/Misac/⁊ Abdenago in ꝓuin
cia babylonis. Nabuchodonosor rex
oibus populis/gentibus/et linguis
qui habitant in vniuersa terra/pax
vobis multiplicet. Signa et mirabi-
lia fecit apud me deus excelsus. Pla
cuit ergo mihi predicare signa eius
quia magna sunt: ⁊ mirabilia eius qr
fortia: ⁊ regnũ eius/quia regnũ sem-
piternum: ⁊ potestas eius in genera
tione ⁊ generationem.

¶ C.S. Aliud somniũ regis: ⁊ de in-
terpretatione Danielis: de amissio-
ne regni ⁊ habitatione eius cum be-
stiis: comedit q́ fenum vt bos: ⁊ resti-
tutione propter penitentiam regis:
et de arbore. Cap.iiii.

A E Go Nabuchodonosor quietus
eram in domo mea/et florens
in palatio meo/somnium vidi
qd perterruit me: ⁊ cogitationes mee
in stratu meo: ⁊ visiones capitis mei
cõturbauerunt me. Et p me ꝓpositũ
est decretum vt introducerent in con
spectu meo cunctos sapientes Babylo
nis: ⁊ vt solutionẽ somnij indicarent
mihi. Tunc ingrediebant arioli, ma-
gi/chaldei/⁊ aruspices: et somnium
narraui in cõspectu eorum: ⁊ solutionẽ
eius nõ indicauerũt mihi/donec col-
lega ingressus est in conspectu meo
Daniel/cui nomẽ Balthasar ẽm no-
men dei mei qui habet spiritum deorum
sanctorũ in semetipso: ⁊ somniũ corã
ipso locut⁹ sum. Balthasar princeps
ariolorum/quia ego scio q spiritũ sancto
rum deorũ habeas in te: ⁊ oẽ sacra-
mẽtũ nõ est impossibile tibi/visiones
somniorum meorum quas vidi/⁊ solutionẽ
earum narra. Visio capitis mei in cu B
bili meo. Videbã: ⁊ ecce arbor in me-
dio terre ⁊ altitudo eius nimia. Ma-
gna arbor ⁊ fortis: ⁊ ꝓceritas ei⁹ con
tingens celum. Aspectus illius erat
vsq́ ad terminos vniuerse terre. Fo-
lia ei⁹ pulcherrima: ⁊ fructus eius ni
mius/⁊ esca vniuersorum in ea. Subter
eã habitabant aialia ⁊ bestie: ⁊ in ra-
mis eius conuersabant volucres celi
et ex ea vescebat ois caro. Videbam
in visione capitis mei super stratum
meum: ⁊ ecce vigil ⁊ sanctus de celo
descendit: clamauit fortiter ⁊ sic ait.
Succidite arborẽ ⁊ precidite ramos
ei⁹: excutite folia ei⁹ ⁊ dispergite fru-
ctus ei⁹: fugiãt bestie que subter eam
sunt/⁊ volucres de ramis eius: verũ-
tamẽ germẽ radicum eius in terra si- C
nite: ⁊ alliget vinculo ferreo et ereo
in herbis q̃ foris sunt/⁊ rore celi tin-
gatur: ⁊ cum feris pars ei⁹ in herba
terre. Cor eius ab humano cõmutet
⁊ cor fere det ei: ⁊ septẽ tẽpora muten
tur sup eũ. In sententia vigilũ decretũ
est/⁊ sermo sanctorũ ⁊ petitio donec
cognoscãt viuẽtes qm dominat excel
sus in regno hoim: ⁊ cuicunq́ volue-
rit/dabit illũ: ⁊ humilimũ hominẽ cõ
stituet super eũ. Hoc somniũ vidi ego
Nabuchodonosor rex. Tu ergo Bal-
thasar interpretationẽ narra festi-
nus: qr oẽs sapientes regni mei non
queunt solutionẽ edicere mihi: tu au-
tẽ potes/qr spirit⁹ deorum sanctorum in te
est. Tunc Daniel cui⁹ nomẽ Baltha-
sar cepit intra semetipsum tacitus co
gitare quasi vna hora: et cogitatiões
eius cõturbabant eum. Respondens D
autẽ rex ait. Balthasar/somnium et
interpretatio eius non cõturbent te.
Respõdit Balthasar ⁊ dixit. Domine
mi/somnium his qui te oderunt ⁊ in-
terpretatio eius hostib⁹ tuis sit. Ar-
borem quam vidisti sublimẽ atq́ ro-

bustā: cuius altitudo pertingit ad ce-
lum: ꝛ aspectꝰ illiꝰ in omnem terram/
et rami eius pulcherrimi/ꝛ fructus
eius nimius/ꝛ esca oīm in ea/subter
eam habitantes bestie agri: et in ra-
mis eius cōmorantes aues celi: tu es
rex qui magnificatus es et inualui-
sti: ꝛ magnitudo tua creuit et puenit
vsqꝫ ad celū/ꝛ potestas tua in termi-
nos vniuerse terre. Quod autē vidit rex
vigilem ꝛ sanctū descendere de celo
et dicere. Succidite arborē ꝛ dissipa-
te illam: attamen germē radicum eiꝰ
in terra dimittite/ꝛ vinciatur ferro ꝛ
ere in herbis foris/ꝛ rore celi cōsper-
gatur: ꝛ cum feris sit pabulum eius/
donec septē tēpora mutent̄ sup eum:
hec est interpretatio sententie altissi-
mi que peruenit super dn̄m meum re-
E gem. Eiicient te ab hominibꝰ ꝛ cū be-
Job. xl. b. stiis ferisqꝫ erit habitatio tua: ꝛ fenū
vt bos comedes/ꝛ rore celi infunde-
ris. Septē quoqꝫ tēpora mutabūtur
super te: donec scias ꝙ dominetur ex-
celsus sup regnū hoīm: ꝛ cuicūqꝫ vo-
luerit/det illud. Quod autē precepit vt
relinqueretur germen radicū eius id
est arboris: regnum tuum tibi mane-
bit/postꝙ̄ cognoueris potestatē esse
De pe. di. celestem. Quamobrem rex consilium
i. c. quam meum placeat tibi: ꝛ peccata tua elee-
obrem. mosynis redime: ꝛ iniquitates tuas
Eccl. 3. d. misericordiis pauperū: forsitā igno-
scet deus delictis tuis. Omnia hec ve-
nerunt super Nabuchodonosor re-
gem. Post finem mēsium duodecim
in aula Babylonis deābulabat. Re-
F spondítqꝫ rex ꝛ ait. Nōne hec est Ba-
bylon ciuitas magna quam ego edifi-
caui in domum regni/in robore forti-
tudinis mee ꝛ in gloria decoris mei?
Cūqꝫ sermo adhuc esset in ore regis:
vox de celo ruit. Tibi dicit̄ Nabucho-
donosor rex: regnū tuū transibit a te:
ꝛ ab hominibꝰ eiciēt te: ꝛ cum bestiis
ꝛ. eodem. et feris erit habitatio tua. Fenum
quasi bos comedes: ꝛ septem tēpora
mutabunt̄ sup te/donec scias ꝙ do-
minetur excelsus in regno hominū:
ꝛ cuicunqꝫ voluerit/det illud. Eadem
hora sermo completus est sup Nabu-
chodonosor: ꝛ ex hominibꝰ abiectus
est: ꝛ fenū vt bos comedit: ꝛ rore ce-
li corpus eius infectum est/donec ca-
pilli eius in similitudinem aquilarū
crescerent: ꝛ vngues eius quasi vn-
G gues auium. Igitur post finem die-
J. 7. d. rum ego Nabuchodonosor oculos

meos ad celum leuaui/ꝛ sensus meꝰ
redditus est mihi: ꝛ altissimo benedi-
xi: ꝛ viuentem in sempiternum lau-
daui et glorificaui: quia potestas eiꝰ
potestas sempiterna: et regnum eiꝰ
in generatione et generationem: et
omnes habitatores terre apud eum
in nihilum reputati sunt. Iuxta volū-
tatem eni suam facit: tam in virtuti-
bus celi ꝙ̄ in habitatoribus terre: et
non est qui resistat manui eius: ꝛ di-
cat ei. Quare fecisti? In ipso tēpore
sensus meꝰ reuersus est ad me: et ad
honorē regni mei decorēqꝫ perueni:
et figura mea reuersa est ad me: et
optimates mei et magistratus mei
requisierūt me: ꝛ in regno meo resti-
tutus sum: ꝛ magnificentia mea am-
plior addita est mihi. Nunc igitur
ego Nabuchodonosor laudo et ma-
gnifico ꝛ glorifico regem celi: q2 oīa
opera eius vera: et omnes vie eius
iudicia: ꝛ gradientes in superbia po-
test humiliare.

¶ C. 5. Balthasar bibēs in vasis tēpli
vidit manū scribētē i pariete: ꝛ iuxta
interpretationē Danielis pdidit re-
gnum: ꝛ successit ei Dariꝰ. Cap. v.

Balthasar rex fecit grande con- A
uiuium: optimatibus suis mille:
et vnusquisqꝫ ꝓm suam bibebat eta-
tem. Precepit ergo iam temulentus
vt afferrentur vasa aurea ꝛ argētea
que asportauerat Nabuchodonosor
pater eius de tēplo quod fuit in Hie-
rusalē: vt biberent in eis rex et opti-
mates eius/vxoresqꝫ eius ꝛ concubi-
ne. Tunc allata sunt vasa aurea que
asportauerat de templo quod fuerat
in Hierl'm: ꝛ biberūt in eis rex ꝛ opti-
mates eius/vxores ꝛ cōcubine illius.
Bibebant vinum et laudabant deos
suos aureos et argenteos et ereos/
ferreos ligneosqꝫ ꝛ lapideos. In ea-
dem hora apparuerunt digiti quasi
manus hoīs scribentis contra cande-
labrū in superficie parietis aule re-
gie. Et rex aspiciebat articulos ma-
nus scribētis. Tunc facies regis cō- B
mutata est: ꝛ cogitationes eiꝰ contur-
babant eum: ꝛ cōpages renū eiꝰ sol-
uebant̄/ꝛ genua eiꝰ ad seinuicē colli-
debantur. Exclamauit itaqꝫ rex forti-
ter vt introducerēt magos chaldeos
et aruspices. Et ꝓloquens rex/ait sa-
pientibꝰ babylonis. Quicunqꝫ legerit
scripturam hanc ꝛ interpretationem
eius manifestā mihi fecerit/purpura

ra vestietur/⁊ torquem auream habe
bit in collo/et tertius in regno meo
erit. Tunc ingressi oēs sapientes re-
gis/non potuerūt nec scripturā lege-
re/nec interpretationem eius indi-
care regi. Unde rex Balthasar satis
conturbat⁹ est:⁊ vultus illius immu-
C tatus est: sed ⁊ optimates ei⁹ turba-
bantur. Regina autē pro re que acci-
derat regi ⁊ optimatibus eius/domū
conuiuij ingressa est:⁊ ꝓloquens ait.
Rex in eternū viue: non te cōturbent
cogitationes tue/neqꝫ facies tua im-
mutetur: est vir in regno tuo q̄ spiri-
tum deorū sanctorū habet in se:⁊ in
diebus patris tui sciētia ⁊ sapientia
inuente sunt in eo. Nam ⁊ rex Nabu
chodonosor pater tuus principē ma-
gorum/incantatorum/chaldeorū/et
aruspicū constituit eū. Pater inquā
tuus o rex qꝛ spūs amplior ⁊ pruden
tia intelligētiaqꝫ ⁊ interpretatio som
niorū ⁊ ostensio secretorū ac solutio
ligatorū inuente sunt in eo: hoc est in
Daniele: cui rex posuit nomē Baltha
sar. Nunc itaqꝫ Daniel vocetᷣ ⁊ inter-
pretationem narrabit. Igitur intro-
D ductus est Daniel corā rege. Ad quē
prefatus rex ait. Tu es Daniel de fi-
lijs captiuitatis Jude quem adduxe
rat pater meus rex de Judea? Audi-
ui de te qm̄ spiritum deorum habeas
et scientia intelligentiaqꝫ ac sapien-
tia ampliores inuente sunt in te. Et
nunc introgressi sunt in conspectu
meo sapientes magi vt scripturam
hanc legerent:⁊ interpretationē ei⁹
indicarent mihi/⁊ nequiuerūt sensum
huius sermonis edicere. Porro ego
audiui de te ꝙ possis obscura inter-
pretari/et ligata dissoluere. Si ergo
vales scripturam legere ⁊ interpreta
tionem eius indicare mihi/purpu-
ra vestieris ⁊ torquem auream circa
collum tuum habebis:⁊ tertius in re
gno meo princeps eris. Ad que re-
E spondens Daniel ait corā rege. Mu-
nera tua sint tibi/et dona domus tue
alteri da: scripturā autē legā tibi rex:
et interpretationē eius ostendā tibi.
O rex/deus altissimus regnum ⁊ ma
gnificētiam/gloriam ⁊ honorē dedit
Nabuchodonosor patri tuo:⁊ ꝓpter
magnificentiā quam dederat ei/vni-
uersi ppl'i trib⁹ ⁊ lingue tremebant ⁊
metuebant eū. Quos volebat interfi-
ciebat/⁊ quos volebat percutiebat/et
quos volebat exaltabat/⁊ quos vole
bat humiliabat. Quando autē eleua-
tum est cor ei⁹:⁊ spirit⁹ ei⁹ ob firmat⁹
est ad superbiā: depositus est de solio
regni sui/⁊ gloria eius ablata est/⁊ a F
filijs hoim̄ electus est: sed ⁊ cor eius d.4.c.
cum bestijs positū est/⁊ cum onagris
erat habitatio eius. Fenum quoqꝫ vt
bos comedebat:⁊ rore celi corpus ei⁹
infectū est/donec cognosceret ꝙ po-
testatem haberet altissimus in regno
hoim̄:⁊ quēcunqꝫ voluerit suscitabit
sup illud. Tu quoqꝫ filius ei⁹ Baltha
sar non humiliasti cor tuū: cū scires
hec oia: sed aduersum dominatorem
Joseph/Jezrahel/Bethel/Bethauē
et interdū Jacob. Qñ autez ad duas
loquit trib° sub his noibus sermo p-
fert: id est Juda/Hierlm/Beniamin
dom° David/et interdū Jacob. Ali-
quoties Isrl ad totas duodecim tri-
bus refert. Duplex est apud Hebre-
os sentētia de his quatuor versibus
q in capite sunt pnotati. Plerique eni
dicūt q ab Esdra scriba in oib° pro-
phetis sic fuerit titulatū: vt prescri-
ptio vniuscuiusq noie pphetia cui°
sit seqns noscat. Ipse est aūt Esdras
qui vltimus prophetaruz Malachie
noie scribitur. Alii vero dicunt/q ab
ipsis pphetis per spiritum sanctuz/
vt cetera sunt conscripta.

¶ Incipit plog° i librū Osee pphe.

Temporibus Ozie/et Joathe/
Achaz/et Ezechie regū Juda
et Hieroboā filii Josie regis/
Osee fili° Beeri ad pphetiā dicēdaz
spū scō repletus est. De memorato
itaq numero reguz: Achaz rex iuda
et Hieroboā rex isrl dñm derelinqn-
tes/vt historie Regum 7 Paralipo-
menon indicant: etiā israel idolatrie
crimen iperio ac ptāte sua admitte-
re coegerūt. Propter qđ de° ad Osee
hec locut° est dicēs. Accipe tibi vxo-
rem fornicariam siue fornicationuz
et fac filios fornicationis. Fornica-
riā itaq nō electione corporis mere-
tricē: sed gentilē deum ignorantē ap
pellat q dei creatoris sui amore con-
tempto simulacrorū se subiecit desi-
deriis. Sed cū dei pcepto ppheta in
hac re paruisset: cōceptū ex ea filiuz
Jezrahel pcepit nolare: deo pollicen
te post breue tps sanguinez iezrahel
in domo iehu vidicare. Cui° pmissio- 1.re.9.a.
nis hec causa est: iehu p heliseū in re
gē inunctū ad defendēdū sanguinez
naboth: cuius iezrahel que tunc tpis
metropolis erat: quē iezrahel achab
regis isrl vxor interemerat: sicut re- 2.f.21.i.
gū historia exponit. Is cuz grauiter 4.f.10.
iuxta diuinū pceptū vindicandi san
guinis causa: in omnē memorati do-
mū deseuisset: hoc pacto dñm dereli-
quisse inuenit cui° p nepote hieroboā
qui lectiōe ꝯprehēs° est: originis sue
facta imitāte ac ꝯtra dei pcepta 7 re
ligionē cū pplo israel agēte: sanguis
naboth qui in loco certe iezrahel fue
rat pfusus in domo iehu procurato-
ris memorati hieroboe p petō redū-
daturus significatur. Hinc factum
est vt ira dei i pplo israel p denūcia-
tionē pphete pcessura deberetur: do 4.Reg.
mui aūt iuda mia lectiōe cōprehen- 18.a.
sa ob hoc pmissa est. Quia ezechias
rex iuda filius achaz sublatis idolis
que tam pater ei° q ceteri reges cō-
secrauerāt templum dei purgasse et
purificasse monstratur.

¶ Argumētū in librū osee prophete.

Osee crebro nominat ephraiz
samariā/ioseph/iezrahel/et
vxorem fornicariā/et forni-
cationis filios: et adulteram cubicu-
lo clausam mariti multo tempore se-
dere viduam: et sub veste lugubri vi-
ri ad se reditum prestolari.

¶ Incipit liber osee prophete.

¶ C.S. Accipit osee vxorem fornica-
riā et de ea tres pueros generat: sez
duos filios 7 vnā filiam: cucurrit ad
ecclesiā iuda et hierlm: et fiūt vnum
ouile et vnus pastor. Capitulum.i. A

Verbū dñi quod factum
est ad osee filium beeri
in diebus ozie/ioathā/
achaz/Ezechie regū iu
da: et in diebus Hiero-
boam filii Joas regis
israel. Principium loquendi domi-
no in osee. Et dixit dominus ad osee.
Vade/sume tibi vxorem fornicatio-
num/et fac tibi filios fornicationis:
quia fornicans fornicabitur terra a
domino. Et abiit et accepit gomer fi- B
liam debelaim et concepit et peperit
ei filium. Et dixit dominus ad eum. Esa.8.c.
Voca nomen eius Jezrahel: quoniā

adhuc modicum ⁊ visitabo sanguinẽ
iezrahel sup domũ iehu: et quiescere
faciã regnũ domus israel: ⁊ in die il-
la conterã arcũ israel / in valle iezra-
hel. ⁊ cõcepit adhuc ⁊ peperit filiam
C et dixit ei. Uoca nomẽ ei⁹ absq͂ mia
q2 non addã vltra miseri domui isrl'
sed obliuiõe obliuiscar eorum: et do-
mui iuda miserebor: et saluabo eos
in dño deo suo: et non saluabo eos in
arcu / et gladio / ⁊ in bello / ⁊ in eq̃s / et
in equitib⁹: et ablactauit eã que erat
absq͂ mia: ⁊ cõcepit ⁊ pepit filium: et
D dixit ei. Uoca nomen eius non ppl's
meus: q2 vos nõ ppl's me⁹: ⁊ ego non
ero vester de⁹. Et erit numer⁹ filiorũ
israel quasi arena maris q̃ sine men
Ro.9.c. sura est / ⁊ nõ numerabit. Et erit ĩ lo-
co vbi dicet eis / nõ pplus meus vos:
dicet eis filii dei viuẽtis: ⁊ congrega
bunt filii iuda ⁊ filii israel pariter: et
ponent sibimet caput vnum: ⁊ ascen
dent de t͂ra: q2 magn⁹ dies iezrahel.
¶ C.S. De vocatione israel ad peni-
tentiã et cõmunicationẽ si peniteat:
de captiuitate iude: de cessatione fe-
stoꝝ propter idola: de cõsolatione li-
berationis ꝑpter baptismũ et pniam
de federe ⁊ pace credẽtiũ: de despon
satione ⁊ ꝯuersatiõe iudeoꝝ. Cap.ii.
A Dicite fratribus vestris popul⁹
meus: ⁊ sorori vestre misericor-
diam consecuta. Judicate matrem
vestram / iudicate: quoniam ipsa nõ
vxor mea: et ego non vir eius. Aufe-
rat fornicationes suas a facie sua: et
adulteria sua de medio vberũ suoꝝ
ne forte expoliẽ eam nudã: et statuã
eam scd'm diẽ natiuitatis sue. Et po-
nam eã quasi solitudinẽ: et statuã eã
velut terrã inuiã / et interficiã eã siti
et filioꝝ illius nõ miserebor: q̃m filii
fornicationum sunt: q2 fornicata est
mater eoꝝ. Confusa est que concepit
eos / quia dixit. Uadam post amato-
res meos qui dãt panes mihi et aq̃s
meas: ⁊ lanã meã et linũ meum: ole-
B um meum et potum meum. Propter
hoc ecce ego sepiam viam tuam spi-
nis: et sepiam eam maceria. Et semi
tas suas nõ inueniet: et sequet amа-
tores suos: ⁊ non apprehẽdet eos et
queret eos / et non inueniet / et dicet.
Uadam ⁊ reuertar ad virum meum
priorem: quia bene mihi erat tunc /
magis q̃ nunc. Et hec nesciuit: quia
ego dedi ei frumentum / et vinum / et
oleum / et argentum multiplicaui ei
et aurum que fecerunt baal. Idcir-
co conuertar et sumam frumentum
meum in tẽpore suo: ⁊ vinum meum
in tempore suo: et liberabo lanã meã
et linum meum que operiebãt igno-
miniam eius. Et nunc reuelabo stul-
titiam eius in oculis amatorum ei⁹:
et vir non eruet eam de manu mea.
Et cessare faciã omne gaudiũ eius /
solẽnitatem eius / neomeniam eius /
sabbatum eius / et omnia festa tem-
pora eius: ⁊ corrumpã vineam eius /
et ficum eius / de quibus dixit. Mer-
cedes he mee sunt: quas dederũt mi C
hi amatores mei. Et ponam eam in
saltum: et comedet eam bestia agri.
Et visitabo super eam dies baalim
quibus accendebat incensum: et or
nabatur inaure sua / et monili suo: et
ibat post amatores suos: et mei obli-
uiscebatur / dicit dominus. Propter
hoc ecce ego lactabo eam: et educam
eam in solitudinem: et loquar ad cor
eius / et dabo ei vinitores eius ex eo-
dem loco / et vallem achor ad aperi-
endam spem. Et canet ibi iuxta dies
iuuentutis sue: et iuxta dies ascẽsio-
nis sue de terra egypti. Et erit in die
illa ait dominus: vocabit me vir me-
us: et non vocabit me vltra baalim.
Et auferam nomina baalim de ore D
eius: et non recordabitur vltra no-
minis eorum. Et percutiam eis fe-
dus in die illa cũ bestia agri / et cum
volucre celi: et cum reptili terre. Et
arcum / et gladium / et bellum conte-
ram de terra: et dormire eos faciam
fiducialiter. Et sponsabo te mihi in
sempiternũ: et spõsabo te mihi in iu-
stitia / et iudicio / et in misericordia /
et in miserationibus: et sponsabo te
mihi in fide: et scies quia ego domi-
nus. Et erit in die illa: exaudiam di-
cit dñs / et exaudiã celos: et illi exau-
dient terram: et terra exaudiet triti-
cum / et vinum / et oleum: ⁊ hec exau-
diẽt Iezrahel. Et seminabo eam mi-
hi in terram: et miserebor eius que
fuit absq͂ misericordia. Et dicam nõ Ro.9.e.
populo meo / populus meus es tu: et 1.pe.2.b.
ipse dicet / deus meus es tu. 35.q.1.§.
¶ C.S. De ppl'o iudeorũ derelicto a hac itaq͂.
dño: et mercede conducto dimisso iu
deo: ⁊ expectãte messiã: de cõuersione
ei⁹ ad xp̃m ĩ nouissimis dieb⁹. Ca.iii. A
E T dixit dominus ad me. Ad- 23.q.1.pe
huc vade / et dilige mulierem nulli. et
dilectam amico et adulteram viri.

sicut diligit dominus filios israel: et
ipsi respiciunt ad deos alienos: et di-
ligunt vinacea vuarum. Et fodi eam
mihi quindecim argenteis / et coro
B hordei / et dimidio coro hordei: et di-
xi ad eã. Dies multos expectabis me:
non fornicaberis / et non eris viro:
sed et ego expectabo te: quia dies mul-
tos sedebunt filii israel sine rege: et
sine principe et sine sacrificio et sine
altari / et sine ephot / et sine thera-
phim. Et post hec reuertentur filij is-
rael: et querent dominum deum suum
et Dauid regem suum: et pauebunt
ad dominum: et ad bonum eius in
nouissimo dierum.

¶ C.S. Propter peccata popli deso-
latur terra: repellit israel / increpan-
tur sacerdotes: quia subuerterunt popu-
lum: et populum pro idolis: et iudas
ab idolis prohibetur. Capitulũ.iiii.

A Udite verbum dñi filii israel
quia iudiciũ dño cum habita-
toribus terre. Non est enim ve-
ritas / et non est mia / et non est scien
tia dei in terra. Maledictum et men
daciũ et homicidiũ et furtũ et adul-
terium inundauerũt: et sanguis san
guinem tetigit. Propter hoc lugebit
terra: et infirmabitur omnis qui habi-
tat in ea / in bestia agri et in volucre
celi: sed et pisces maris cõgregabun
B tur. Uerũtamen vnusquisq; non iu-
dicet / et non arguatur vir. Populus
enim tuus sicut hi qui contradicunt
sacerdoti / et corrues hodie / et corru-
et etiam propheta tecũ. Nocte tace-
re feci matrẽ tuã. Conticuit populus
meus / eo q non habuerit scientiam.
38.dis.c. Quia tu scientiã repulisti / repellam
omnes. te: ne sacerdotio fungaris mihi. Et
3.q.1.ca. oblita es legis dei tui: obliuiscar fi-
nulli. liorum tuorũ et ego. Scdm multitu-
dinem eorum sic peccauerũt mihi: glo-
riam eorum in ignominiã cõmutabo.
Peccata ppli mei comedẽt / et ad ini
quitatem eorum subleuabũt alas eorũ.
C Et erit sicut popul⁹ / sic sacerdos. Et
esa.24.a visitabo sup eum vias eius: et cogi-
tatiões eius reddam ei. Et comedẽt
et nõ saturabũtur. Fornicati sunt et
non cessauerunt: qm dñm dereliquer-
runt in nõ custodiendo. Fornicatio
et vinum et ebrietas auferunt cor.
Populus meus in ligno suo inter-
rogauit: et baculus eius annũciauit
ei. Spiritus enim fornicationum dece
pit eos: et fornicati sunt a deo suo.
Super capita montium sacrificabãt /
et super colles ascendebant thymia
ma: subtus quercum et populum et
terebinthũ / quia bona erat vmbra ei⁹.
Ideo fornicabunt filie vestre: et spon
se vestre adultere erunt. Non visita-
bo super filias vestras cum fuerint
fornicate / et super sponsas vestras
cũ adulterauerint: quoniam ipsi cum
meretricib⁹ conuersabant: et cũ effe-
minatis sacrificabãt. Et popul⁹ non D
intelligens vapulabit. Si fornicaris
tu Israel: non delinquat saltẽ iuda.
Et nolite igredi i galgala: et ne ascẽ-
deritis in bethauẽ / neq; iurauerintis.
Uiuit dñs: quoniam sicut vacca lasci-
uiens declinauit israel. Nunc pascet
eos dñs quasi agnum in latitudine.
Particeps idolorum ephraim dimit-
te eum. Separatum est conuiuium
eorum fornicatione fornicati sunt: di
lexerũt afferre ignominiam protecto-
res ei⁹. Ligauit eũ spũs in alis suis:
et confundentur a sacrificiis suis.

¶ Ca.S. Sermo dñi contra sacerdo-
tes seducẽtes: et populum seductum
et q deum nõ placant hostiis q eũ fa
ctis offendũt: et q ppls frustra qrit
hũanũ auxiliũ cui dñs aduersat. c.v.

A Udite hoc sacerdotes et attẽ- A
dite domus israel et dom⁹ re-
gis auscultate: quia vobis iu-
diciũ est. quoniã laqueus facti estis
speculationi et sicut rete expansum
sup thabor: et victimas declinastis
in profundum. Et ego eruditor om
nium eorum. ego scio Ephraim et Israel
non est abscõditus a me: quia nunc
fornicatus est ephraim: contaminia-
tus est israel. Nõ dabunt cogitatio- B
nes suas vt reuertantur ad deũ suũ:
quia spiritus fornicationum in me-
dio eorum et dominum non cogno-
uerunt. Et respondebit arrogantia
israel in facie eius et israel et ephra-
im ruẽt in iniquitate sua. Ruet etiam
iudas cũ eis. In gregibus suis et in
armentis suis vadent ad querendũ
dominum et non inuenient: ablatus
est ab eis. In dño preuaricati sunt:
quia filios alienos genuerunt. Nũc
deuorabit eos mensis cum partibus
suis. Clangite buccina in gabaa: tu- C
ba in Rama: vlulate in Bethauen
post tergũ tuũ Beniamin: Ephraim
in desolatione erit. In die correptio-
nis: in tribubus israel ostẽdi fidem.
Facti sunt pricipes iuda quasi assu-

mentes terminũ: sup eos effundam
quasi aquã irã meã. Calumniam pa=
tiens est ephraim / fractus iudicio:
D qm̃ cepit abire post sordes. Et ego
quasi tinea ephraim: et quasi putre=
do domui iuda. Et vidit ephraim lã=
guorem suũ: et iudas vinculũ suum.
Et abiit ephraim ad assur / ꝛ misit ad
regem vltorem: ꝛ ipse non poterit sa
nare vos: nec soluere poterit a vo=
bis vinculũ: quoniaꝫ ego quasi leena
ephraim: et quasi catulus leonis do=
mui iuda. Ego capiã et vadã: tollam
et non est qui eruat. Vadens reuer=
tar ad locum meũ / donec deficiatis
et queratis faciem meam.
¶ C.S. De triduo passionis et nati=
uitatis christi: q a sacerdotibus pro=
dit iniquitas. Capitulum. vi.
A In tribulatione sua mane con
surgẽt ad me. Venite et reuer
tamur ad dñm: qꝛ ipse cepit ꝛ
sanabit nos: percutiet / et curabit nos.
1.co.15.a. Viuificabit nos post duos dies: in
die tertia suscitabit nos: et viuemus
in cõspectu eius: sciem⁹ sequemurq̃
B vt cognoscamus dñm. Quasi dilu=
culuꝫ preparatus est egressus eius:
et veniet quasi hymber nobis tempo=
raneus et serotinus terre. Quid fa=
ciam tibi ephraim? quid faciam tibi
iuda? Misericordia vestra quasi nu=
bes matutina: ꝛ quasi ros mane per=
C transiens. Propter hoc dolaui in ꝓ=
phetis: et occidi eos i verbis oris mei
mat.9.b. et iudicia tua quasi lux egredient: qꝛ
et.12.a. miam volui et nõ sacrificiũ: et scien=
eccl.4.d. tiam dei pl⁹ q̃ holocausta. Ipsi autẽ
1.re.15.e. sicut adam transgressi sunt pactum:
4.f.10.d. ibi preuaricati sunt i me. Galaad ci=
50.di.c. uitas operantium idolũ supplantata
põderet. sanguine: ꝛ quasi fauces virorum la
D tronum. Particeps sacerdotũ in via
interficientiũ pgentes de sichem: qꝛ
scelus operati sunt. In domo israel
vidi horrendum: ibi fornicationes
ephraim: cõtaminat⁹ est israel. Sed
et iuda pone messem tibi: cũ conuer=
tero captiuitatem populi mei.
¶ Capi. Sũ. Q hierusalem fauore
hieroboã exarsit ad idolatriam: ar=
guit ephraim et q simuletur gentib⁹
nec reuertatur per penitentiam: sua
detrimẽta non videt: et quasi colũba
perdit pullos: et cedetur ꝓ clamore
petõrũ: arguit de apostasia et idola=
tria: de ingratitudine: de gula: de do
losa infestatione dei: nec reuertun=
tur ad penitentiam. Capitulum. vii.
Cum sanare vellẽ israel / reue= A
lata est iniquitas ephraim et
malitia samarie: qꝛ opati sunt
mendaciũ. Et fur ingressus est / spo=
lians latrunculus foris. Et ne forte
dicant in cordibus suis oẽm malitiã
eorũ me recordatũ: nunc circũdede=
runt eos adinuentiones sue / coram
facie mea facte sunt. In malitia sua
letificauerũt regem: ꝛ in mendaciis
suis pñcipes. Oẽs adulterãtes quasi B
cliban⁹ succensus a coquente. Quie=
uit paululũ ciuitas a cõmixtiõe fer=
mẽti donec fermẽtaret totum. Dies mat.13.c.
regis nostri. Ceperunt principes fu=
rere a vino. Extendit manũ suam cũ
illusorib⁹: qꝛ applicauerunt quasi cli=
banũ cor suũ cum insidiaret eis. To=
ta nocte dormiuit coquens eos: ma=
ne ipse succensus quasi ignis flãme.
Omnes calefacti sunt quasi cliban⁹:
et deuorauerunt iudices suos. Oẽs
reges eorꝫ ceciderũt: non est qui cla=
met in eis ad me. Ephraim in ppl'is
ipse cõmiscebat. Ephraim factus est C
subcinericius panis qui nõ reuersa=
tur. Comederũt alieni robur eius: et
ipse nesciuit. Sed et cani effusi sunt
in eo: ꝛ ipse ignorauit. Et humiliabi=
tur superbia israel in facie eius. Nec
reuersi sunt ad dñm deum suũ: et nõ
quesierunt eum in omnib⁹ his. Et fa
ctus est ephraim quasi columba se=
ducta non habens cor. Egyptũ inuo
cabant: ad assyrios abierũt. Et cum
profecti fuerint / expandã super eos
rete meũ: et q̃si volucrẽ celi detrahaꝫ
eos. Cedam eos fm auditionem ce=
tus eorũ. Ve eis quoniam recesserũt D
a me. Vastabuntur: quia preuaricati de pe.di.
sunt in me. Ego redemi eos: ꝛ ipsi lo= 4.§.his
cuti sunt ꝯtra me mendacia. Et non lijs.
clamauerunt ad me in corde suo: sed
vlulabant in cubilibus suis. Super
triticum et vinum ruminabant: ꝛ re=
cesserunt a me. Et ego erudiui eos /
et confortaui brachia eorꝫ: ꝛ in me co
gitauerũt malitiam. Reuersi sunt vt
essent absq̃ iugo: facti sunt quasi ar=
cus dolosus. Cadent in gladio prin=
cipes eoruꝫ: a furore lingue sue. Ista
subsannatio eorum in terra Egypti.
¶ Capituli Summariũ. Predicit sa=
mariam cum vitulo suo: et populum
destruendum per Nabuchodonosor
propter causas plurimas: et vrbes
iuda concremandas. Capitulũ. viij.

A In gutture tuo sit tuba quasi
aquila sup domum dñi: pro eo
φ transgressi sunt fedus meũ
ꝛ legem meam preuaricati sunt. Me
inuocabunt deus meus: cognouim⁹
te Israel. Proiecit Israel bonũ: ini-
8.q.1.ca. audacter mic⁹ persequetur eum. Ipsi regnaue-
runt ꝛ nõ ex me: principes extiterũt
et nõ cognoui. Aurũ suũ et argentũ
suũ fecerunt sibi idola / vt interirent.
Proiectus est vitulus tuus sama-
ria: irat⁹ est furor meus in eis. Usq3
B quo non poterũt emũdari: q2 ex Isrl'
et ipse est. Artifex fecit illũ ꝛ nõ est
deus: quoniã in aranearũ telas erit
vitulus samarie: quia vẽtum semina-
bunt / et turbinem metent. Culmus
stans nõ est in eo germen / non faciet
farinã: qđ ꝛ si fecerit alieni comedẽt
eam. Deuoratus est Israel: nunc fa-
ctus est in nationibus quasi vas im-
mundũ: q2 ipsi ascẽderunt ad Assur
C onager solitarius sibi. Ephraim mu-
nera dederunt amatorib⁹ suis: sed ꝛ
cum mercede conduxerũt nationes.
Nunc congregabo eos: ꝛ quiescent
paulisper ab onere regis ꝛ principũ.
Quia multiplicauit Ephraim alta-
ria ad peccandũ: facte sunt ei are in
delictum. Scribam ei multiplices le-
ges meas: que velut aliene computa-
D te sunt. Hostias offerẽt / immolabunt
carnes ꝛ comedent: ꝛ dñs non susci-
piet eas. Nunc recordabit̃ iniquitat̃
eorũ: ꝛ visitabit peccata eorũ. Ipsi in
Egyptum conuertentur. Et oblit⁹ est
Israel factoris sui / ꝛ edificauit delu-
bra / ꝛ Iudas multiplicauit vrbes mu-
nitas. Et mittam ignem in ciuitates
eius / ꝛ deuorabit edes illius.

¶C.S. Prophetat famẽ Samarie ꝛ
reprobationẽ sacrificiorum ꝛ captiuita-
tẽ Israel: ꝓphetas suos deceptos: fi-
lias dicit a patrib⁹ degenerare: ꝛ im-
precatur sterilitatẽ parẽtib⁹ eorum im-
penitibus illos. Cap.ix.

A Noli letari Israel / noli exultare
sicut populi: quia fornicatus es
a deo tuo. Dilexisti mercedem super
omnes areas tritici. Area ꝛ torcu-
lar non pascet eos: ꝛ vinum mẽtietur
eis / non habitabunt in terra dñi. Re-
uersus est Ephraim i Egyptum: ꝛ in
Assyriis pollutum comedit. Non li-
babunt dño vinum / ꝛ non placebunt
ei. Sacrificia eorũ quasi panis lugẽ-
tium: oẽs qui comedẽt eum contami-
nabunt: quia panis eorũ aie ipsorũ /
nõ intrabunt in domũ dñi. Quid fa-
cietis in die solẽni in die festiuitatis
dñi: Ecce enĩ profecti sunt a vastita-
te. Egyptus congregabit eos: mem-
phis sepeliet eos. Desiderabile ar- B
gẽtum eorum vrtica hereditabit lap-
pa in tabernaculis eorum. Uenerũt
dies visitationis: venerunt dies re-
tributionis. Scitote Israel stultum
prophetã insanum virum spiritualẽ /
propter multitudinẽ iniquitatis tue /
ꝛ multitudinẽ amentie. Speculator
Ephraim cum deo meo propheta: la-
queus ruine factus est super omnes
vias eius. Insania in domo dei eius.
Profunde peccauerunt sicut in die- 1.Re.8.a
bus gabaa. Recordabitur iniquita-
tes eorum: ꝛ visitabit peccata eorum.
Quasi vuas in deserto inueni Israel
quasi prima poma ficulnee: in cacu-
mine eius vidi patres eorum. Ipsi autẽ C
intrauerunt ad beelphegor / ꝛ abalie-
nati sunt in confusione / ꝛ facti sunt
abominabiles sicut ea q̃ dilexerunt
Ephraim quasi auis auolauit. Glo-
ria eorũ a partu: ꝛ ab vtero ꝛ a con-
ceptu. Q đ etsi enutrierit filios suos:
absq3 liberis eos faciã in hominib⁹.
Sed ꝛ ve eis: cum recessero ab eis.
Ephraim (vt vidi) tyrus erat funda-
ta in pulchritudine. Et Ephraim edu-
cet ad interfectorem filios suos. Da D
eis domine. Quid dabis eis: Da eis
vuluam sine liberis: ꝛ vbera arentia.
Oẽs nequitie eorum in galgal: q2 ibi 1.Re.x.a.
exosos habui eos. Propter malitiam
adinuentionũ eorũ de domo mea ei-
ciam eos: nõ addam vt diligam eos.
Oẽs principes eorum recedentes. Per-
cussus est Ephraim radix eorũ exic-
cata est / fructum nequaquam facient.
Q đ etsi genuerint: interficiam amã-
tissima vteri eorũ. Abiciet eos dñs
deus meus: quia nõ audierunt eũ / ꝛ
erunt vagi in nationibus.

¶C.S. De vite frondosa ꝛ sperantib-
bus ꝓspera: predicit interitũ Israel
ꝛ vastationes terre propter idola: ar-
guit Ephraim φ dederat ad vomitũ /
ꝛ prouocat ad veram penitẽtiã: alios
quin affligetur. Cap.x.

Uitis frondosa Israel: fructus A
adequatus est ei. Secũ mul-
titudinẽ fructus sui multipli-
cauit altaria: iuxta vbertatem terre
sue exuberauit simulacris. Diuisum
est cor eorum: nunc interibunt. Ipse
confringet simulacra eorũ: depopu-

labitur aras eorū. Quia tunc dicēt.
Non est rex nobis:non enī timemus
dn̄m. Et rex q̄d faciet nobis? Loqui-
mini verba visionis inutilis:⁊ ferie-
tis fedus cum mēdacio:⁊ germina-
bit quasi amaritudo iudiciū sup sul-
B cos agri. Vaccas bethauē coluerunt
habitatores samarie: quia luxit sup
eum popul⁹ ei⁹:⁊ editui ei⁹ sup eum
exultauerūt in gloria ei⁹/quia migra
uit ab eo. Siquidem ⁊ ipse in Assur
delatus est/munus regi vltori. Con-
fusio Ephraim capiet:⁊ cōfundetur
Israel in voluntate sua. Transire fe-
cit Samaria regē suum quasi spumā
sup faciē aque/⁊ disperdētur excelsa
idoli. Peccatū Israel. Lappa ⁊ tribu
lus ascēdet sup aras eorum. Et dicēt
Esa.2.d. montibus. Operite nos: ⁊ collibus.
C Cadite sup nos. Ex dieb⁹ gabaa pec-
Apo 9.b. cauit Israel/ibi steterunt. Non com-
Lu.23.d. prehēdet eos in gabaa prelium sup
Judi.20. filios iniquitat̄:iuxta desideriū meū
a.7.b. corripiam eos. Congregabuntur sup
eos populi/cum corripiētur propter
duas iniq̄tates suas. Ephraim vitula
docta diligere trituram:⁊ ego trāsiui
sup pulchritudinē colli eius. Ascē-
dam sup Ephraim. Arabit Judas/
D confringet sibi sulcos Jacob. Semi-
Mic.4.a. nate vobis in iustitia:⁊ metite in ore
misericordie:innouate vobis nouale:
tēpus autē requirēdi dn̄m/cum vene-
rit qui docebit vos iustitiam. Arastis
impietatem/iniquitatem messuistis:
comedistis frugē mēdacii. Quia con
fisus es in viis tuis/⁊ in multitudine
fortium tuorum:consurget tumultus
in populo tuo:⁊ oēs munitiones tue
vastabunt sicut vastatus est salmana
a domo ei⁹ q̄ vindicauit Baal in die
Jud.8.c. prelii:matre sup filios allisa. Sic fe-
cit vobis Bethel a facie malitie neq̄-
tiarum vestrarum.

¶C.S. De⁹ commemorat beneficia
sua/⁊ increpat ingratitudinē Israel:
⁊ exprimit patris effectum in puniē-
do Israel valde:de aduētu Christi ⁊
vocatione ecclesie. Cap.xi.

A Sicut mane transiit/ pertrāsiit
Mat.2.c. rex Israel:q2 puer Israel ⁊ di-
lexi eū/⁊ ex Egypto vocaui fi-
lium meū. Vocauerunt eos:sic abie-
rūt a facie eo2. Baalim immolabāt:
et simulacris sacrificabant. Et ego
quasi nutrici⁹ Ephraim portabā eos
in brachiis meis:⁊ nescierūt q̄ cura-
B rem eos. In funiculis Adā traham
eos in vinculis charitatis. Et ero eis
quasi exaltās iugū sup maxillas eo-
rum/⁊ declinaui ad eum vt vesceret.
Non reuertetur in terram Egypti:⁊
Assur ipse rex eius:qm̄ noluerunt cō
uerti. Cepit gladius in ciuitatibus
eius:⁊ cōsumet electos ei⁹/⁊ comedi C
capita eorū:⁊ popul⁹ me⁹ pēdebit ad
reditum meum. Jugum autē impone
tur eis simul qd̄ non auferet. Quomo
do dabo te Ephraim/ꝓtegā te Isrl?
Quomodo dabo te? Sicut adama/po Gen.19.e
nam te vt seboim. Conuersum est in De pe.di.
me cor meum:pariter conturbata est 1.c.si ⁊ cō
plenitudo mea. Non faciam furorē tinuo.
ire mee:non conuertar vt disperdam D
Ephraim/quoniam deus ego ⁊ non
homo. In medio tui sanct⁹:⁊ non in-
grediar ciuitatē. Post dn̄m ambula-
bunt. Quasi leo rugiet:quia ipse ru-
giet ⁊ formidabunt filiū maris/⁊ auo
labunt quasi auis ex Egypto/⁊ quasi
columba de terra Assyrio2/⁊ colloca
bo eos in domibus suis/dicit dn̄s. Cir
cumdedit me Ephraim in negociatio
ne ⁊ in dolo dom⁹ Israel. Judas au-
tē testis descēdit cum deo/⁊ cum san
ctis fidelibus.

¶C.S. De pena Israel ⁊ Jude:de be
neficiis factis Jacob ⁊ malitia filio2
eius/scz Ephraim ⁊ Chanaan: ⁊ de
reuocatione populi p prophetas: de
Juda sequēte viam Israel:⁊ de bene-
ficiis factis Jacob. Cap.xii.

Ephraim pascit vētum ⁊ sequi- A
tur estum:tota die mēdacium
⁊ vastitatē multiplicat: ⁊ fe-
dus cum Assyriis init/⁊ oleū in Egy
ptum ferebat. Judiciū ergo dn̄i cum
Juda/⁊ visitatio super Jacob:iuxta
vias eius/⁊ iuxta adinuētiones eius
reddet ei. In vtero supplantauit fra Gen.25.e
trē suum: ⁊ in fortitudine sua dire- Gen.32.f.
ct⁹ est cum angelo:⁊ inualuit ad an-
gelum/⁊ confortatus est:fleuit/⁊ ro- B
gauit eum. In Bethel inuenit eum:⁊
ibi locut⁹ est nobiscum:⁊ domin⁹ de⁹
exercituum/dn̄s memoriale eius. Et
tu ad dn̄m deū tuum cōuerteris:miseri-
cordiā ⁊ iudiciū custodi/⁊ spera i deo
tuo semp. Chanaan in manu ei⁹ state
ra dolosa: calumniā dilexit. Et dixit
Ephraim. Verūtamē diues effectus
sum/inueni idolum mihi: oēs labo-
res mei non inuenient mihi iniquita-
tem quam peccaui. Et ego dn̄s deus C
tuus ex terra Egypti: adhuc sedere
te faciā in tabernaculis sicut in die

tuis festiuitatis. Et locutus sum sup
prophetas:⁊ ego visionē multiplica-
ui/⁊ in manu prophetarum assimila-
tus sum. Si galaad idolum: ergo fru
stra erant in galgal bobus immolan-
tes: nam ⁊ altaria eorum quasi acer-
D ui sup sulcos agri. Fugit Jacob in re
Deut.28.a gionē Syrie:⁊ seruiuit Jsrael in vxo-
Exo.14.c rem/⁊ in vxorē seruiuit. Jn propheta
autē eduxit dominus Jsrael de Egy-
pto:⁊ in ꝓpheta seruatus est. Ad ira-
cundiam me ꝓuocauit Ephraim in
amaritudinibus suis:⁊ sanguis eius
super eum veniet/⁊ opprobrium eius
restituet ei dñs deus suus.

¶ C.S. De idolatria Ephraim:⁊ de
dño persequente ipsum/ꝙ solus deus est
adiutor/⁊ ipse memor peccatorū: de
passione christi ⁊ aduētu eius:⁊ destru
ctione mortis inferni. Cap.xiij.

A Oquēte Ephraim/horror inua
sit Jsrael ⁊ deliquit in Baal ⁊
mortuus est. Et nunc addide
runt ad peccandum/feceruntq; sibi
conflatile de argēto suo quasi simili-
tudinē idolorū: factura artificū totū
est. His ipsi dicunt. Jmmolate homi-
nes vitulos adorantes. Jdcirco erūt
quasi nubes matutina / ⁊ sicut ros
matutinus preteriens / sicut puluis
B turbine raptus ex area / et sicut fu-
Esa.43.b mus de fumario. Ego autē dñs deus
tuus ex terra Egypti/⁊ deum absq;
me nescies/⁊ saluator non est preter
me. Ego cognoui te in deserto/in ter-
ra solitudinis. Juxta pascua sua ad-
impleti sunt ⁊ saturati sunt:⁊ eleua-
uerunt cor suum / ⁊ obliti sunt mei.
Et ego ero eis quasi leena: sicut par-
dus in via Assyriorum: occurram eis
C quasi vrsa raptis catulis/⁊ dirūpam
interiora iecoris eorū:⁊ consumā eos
ibi quasi leo/bestia agri scindet eos.
Perditio tua Jsrael: tantummodo in
me auxilium tuum. Ubi est rex tuus?
Maxime nunc saluet te in oībus vrbi-
bus tuis:⁊ iudices tuos de quibus di
1.Re.8.a xisti. Da mihi regē ⁊ principes. Da-
bo tibi regem in furore meo:⁊ aufe-
D ram in indignatione mea. Colliga-
ta est iniquitas Ephraim: abscondi-
tum peccatū eius/dolores parturiē-
tis venient ei: ipse filius non sapiēs:
nūc enī nō stabit in contritione filiorū.
De manu mortis liberabo eos: de
morte redimam eos. Ero mors tua o
1.Co.15.g mors: morsus tuus ero inferne. Con-
Heb.2.d. solatio abscōdita est ab oculis meis:
quia ipse inter fratres diuidet. Addu-
cet vrētē vētū dñs de deserto ascēdē-
tem ⁊ siccabit venas eius:⁊ desolabit
fontē eius:⁊ ipse diripiet thesaurū oīs
vasis desiderabilis.

¶ C.S. De interitu Samarie/monet
cōuerti ad dñm ⁊ cōfiteri ⁊ cōuerti ab
Assur:⁊ cōuersis promittit bona plu-
rima/si tamen non vltra redeant ad
peccatum.

Capitulum.xiiij.

Ereat samaria/qm ad amari- A
tudinē cōcitauit deum suum.
Jn gladio pereāt/paruuli eorū
elidantur/⁊ fete eius discindantur. Con-
uertere Jsrael ad dñm deum tuum:
quoniam corruisti in iniquitate tua.
Tollite vobiscum vba:⁊ conuertimi-
ni ad dñm ⁊ dicite ei. Omnē aufer ini B
quitatē/⁊ accipe bonum/⁊ reddemus
vitulos labiorū nostrorū. Assur nō sal-
uabit nos: sup equos nō ascēdemus/
nec dicemus vltra. Dii nostri opa ma-
nuum nostrarum: quia eius q in te est/
misereberis pupilli. Sanabo contri-
tiones eorum/diligam eos spōtanee:
quia auersus est furor meus ab eis.
Ero quasi ros/⁊ Jsrael germinabit si C
cut lilium:⁊ erumpet radix eius vt li-
bani/ibunt rami eius ⁊ erit quasi oli-
ua gloria eius/⁊ odor eius vt libani.
Conuertētur sedētes in vmbra eius:
viuēt tritico/⁊ germinabunt quasi vi-
nea. Memoriale eius sicut vinum li- D
bani. Ephraim quid mihi vltra ido-
la? ego exaudiam/⁊ dirigā eum: ego
vt abietem virentem/ex me fructus
eius inuentus est. Quis sapiens et
intelliget ista? intelligēs ⁊ sciet hec?
quia recte vie domini/⁊ iusti ambula
bunt in eis. Preuaricatores vo cor-
ruent in eis.

¶ Explicit Osee propheta.

¶ Jncipit prologus in
Joel prophetam.

Anctus Joel apud Hebreos
post Osee ponitur. Et sicut ibi
sub nomine Ephraim ad de-
cem tribus cōfertur vaticinium/que
vel samaria/vel Jsrael sepe memo-
rantur: sic in hunc prophetam om-
ne quod dicitur ad tribum Juda/et
ad Hierusalem pertinere credēdum
est:⁊ nullā omnino Jsrael/id est de-
cem tribuum in hoc fieri mētionem.

Osee.1.c. Tēpora quoq3 quibus ꝓphetauit: eas-
dem debem⁹ accipere q̄ in Osee legi-
mus in dieb⁹ Ozie Joathā ⁊ Achā ⁊
Ezechie regū Juda: ⁊ in dieb⁹ Hiero-
boā filii Joas regis Israel. Porro fa-
ctū esse sermonē dñi ad meritū ei⁹ re-
fert cui fit: non ad ꝯditionē ei⁹ q̄ fieri
Ps.117.a. dicit: vt alibi legimus. Dñs fact⁹ est
mihi in salutē. Auditus enim in scri-
pturis sanctis: non est iste qui ad au-
res sonat/sed qui in corde percipit:
Mat.11.b iuxta illud qđ dñs loquit. Qui habet
c.13.a. aures audiēdi audiat. Quod autem
dicit hebraice haazinu/grece eno-
tisasthe: latine sonat auribus perci-
pite ꝓprie non aure/sed corde perci-
pit. Qui senes sunt ⁊ celestes/audiūt
spiritualiter: q̄ autē habitant in terra
appellanturq3 terreni/auribus perci
piunt. Ubicunq3 autē hec duo verba
iuncta ponunt: nō ad simplicē tantū
vbor sonum: sed ad reconditā quoq3
dictor intelligētiam ptinēt intellige-
Gen. 4.d dum est. In Genesi Lamech loquit
ad vxores suas ⁊ Ada ⁊ Sella. Audi-
te verba mea vxores Lamech: aurib⁹
percipite sermones meos. Quia virū
occidi in vulnus meum: ⁊ iuvenē in
liuorē meum. Et Esaias. Audite celi
⁊ auribus percipe terra.

Itē alius prologus in eundem.

Joel filius Phatuel describit ter-
ram duodecim tribuum: erucha
brucho locusta rubigine vastante cō-
sumptam: ⁊ post reuersionē prioris
populi effusum iri spiritum sanctum
super seruos dei ⁊ ancillas: id est su-
per centum viginti credētium nosa/
⁊ fuerunt viri in cenaculo sion. Qui
centū viginti ab vno vsq3 ad quinde-
cim paulatim ⁊ per incremēta surgē-
tes: quindecim graduū numerū effi-
ciūt: q̄ in psalterio mystice cōtinent.
Ex trib⁹ igit generib⁹ rhetor hec su-
munt principia: ⁊ tres sunt argumē-
tor partes ex quib⁹ incipere solet ois
orator. Aut eñ dociblies aut beneuo-
los: aut attētos auditores debet effi-
cere. Hic ergo propheta a magnitu-
dine cladis sumēs principium eosq3
qui audituri erant: volēs ad penitē-
tiā prouocare: reddit attētos admi-
rans futurū malū vt cōsiderātes vē-
ture cladis aspertatē/ocius arripe-
rēt penitētiam. In hoc ꝓpheta ideir-
co nec reges nec tēpora sunt prenota
ta: ꝗ isdē tēporib⁹ ac regib⁹ qb⁹ Osee
ꝓphetauerat ⁊ ipse ꝓphetauit. Joel
interpretat incipiēs: aut dñi descen-
sus. Phatuel vero aut latitudo/aut
ostium dei. Tropologice: hoc est q̄ q̄
ostium dei ⁊ sciētiam habuerit aper-
tam: ⁊ recte incipit ꝓphetare.

Expliciunt prologi.

Argumentum in Joel prophetam.

Joel de tribu Ruben: natus in
agro bethoron: vbi etiā in pa-
ce mortuus est ⁊ sepultus.

Incipit Joel propheta.

C.S. Prophetat ꝯtra Judeā qua-
tuor plagas ⁊ excitat dormiētes: vt vi
deant futurum sibi malum: ⁊ sacerdo
res vt plangant: ⁊ ipse plangit vastita
tem terre sue.

Capitulum.I.



Erbum dñi qđ factū est A
ad Joel filiū Phatuel.
Audite hec senes ⁊ au
ribus ꝑcipite oēs habi
tatores terre si factum
est istud in dieb⁹ vřis
aut in dieb⁹ patrum ve
strorum. Sup hoc filiis vestris nar-
rate: ⁊ filii vestri filiis suis/⁊ filii eo-
rū generationi altere. Residuū eru- B
ce comedit locusta: ⁊ residuū locuste
comedit bruchus/⁊ residuum bruchi
comedit rubigo. Expgiscimini ebrii ⁊
flete: ⁊ vlulate oēs q̄ bibitis vinum in
dulcedine: quoniā perijt ab ore vřo.
Gēs eñ ascēdet sup terrā meā: fortis
⁊ innumerabilis: dētes ei⁹/vt dētes
leonis: et molares eius/vt catuli leo-
nis. Posuit vineam meā in desertū:
⁊ ficū meā decorticauit. Nudās spo-
liauit eam ⁊ ꝓiecit: albi facti sunt ra-
mi ei⁹. Plange quasi virgo accincta
sacco sup virū pubertatis sue. Perijt
sacrificiū ⁊ libatio de domo dñi: ⁊ lu- C
xerunt sacerdotes ministri dñi. De-
populata est regio: luxit hum⁹: quo-
niam deuastatum est triticum. Cōfu-
sum est vinum/⁊ elanguit oleum. Cō-
fusi sunt agricole: vlulauerunt vini-
tores super frumento vino ⁊ hordeo:
quia perijt messis agri. Uinea confu-
sa est: ⁊ ficus elanguit. Malograna-
tum ⁊ palma ⁊ malum: ⁊ oīa ligna
agri aruerunt: quia cōfusum est gau-
dium a filiis hominum. Accingite
vos ⁊ plangite sacerdotes: vlulate
ministri altaris. Ingredimini: cuba-

te in sacco ministri dei mei: quonia3
interiit de domo dei vestri sacrificiū
et libatio. Sanctificate ieiuniū / vo-
cate cetum/ congregate senes: omēs
habitatores terre i domū dei vestri.
D Et clamate ad dominū. A/a/a/ diei:
quia prope est dies dñi: et quasi vasti
tas a potente veniet. Nunquid non
coram oculis vestris alimenta per-
ierūt de domo dei vestri letitia et ex-
ultatio? Computruerūt iumenta in
stercore suo demolita sunt horrea/
dissipate sunt apothece: quoniā con-
fusum est triticum. Quid ingemuit
animal: mugierunt greges armēti?
Quia non est pascua eis: sed et gre-
ges pecorum disperierūt. Ad te dñe
clamabo: quia ignis comedit specio
sa deserti: et flāma succendit omīa li-
gna regionis: sed et bestie agri quasi
area sitiens ymbrē suspexerunt ad
te: qm exiccati sunt fontes aquarū/
et ignis deuorauit speciosa deserti.

¶ Ca. ij. Iubet dñs sonitu tubarum
pdicari aduētū hostiū: quorum aduen-
tus describit et crudelitas: hortatur
ad penitentiā: bona plurima penitē
tib9 pmittit: de missione spūs sancti:
et tempore passionis. Capitulum. ij.

A Canite tuba in sion: vlulate in
monte sancto meo. Conturbē
tur omnes habitatores terre:
quia venit dies dñi quia prope est
dies tenebrarū et caliginis: dies nu
bis et turbinis. Quasi mane expan-
sum super montes populus multus
et fortis. Similis ei nō fuit a princi-
pio: et post eū non erit vsque in annos
generatiōis et generatiōis. Ante fa-
ciem eius ignis vorās et post euz ex-
urens flamma. Quasi hortus volu-
ptatis terra corā eo: et post eū solitu
do deserti: neque est qui effugiat eum.
B Quasi aspectus equorum aspectus
eoruz: et quasi equites sic current: si-
cut sonitus quadrigaruz super capi
ta montiū exilient: sicut sonitus flā-
me ignis deuorantis stipulā: velut
populus fortis preparatus ad pre-
liū. A facie eius cruciabunt populi:
omēs vultus redigent in ollam. Si-
cut fortes currēt: quasi viri bellato-
res ascēdēt murū. Viri in viis suis
gradient: et nō declinabūt a semitis
suis. Vnusquisque fratrē suū non co-
artabit: singuli in calle suo ambula-
bunt. Sed et per fenestras cadent: et
nō demolient. Vrbē ingredient: in
muro current. Domos conscēdent: C
per fenestras intrabunt quasi fur. A
facie eius cōtremuit terra: moti sūt mat.13.c.
celi. Sol et luna obtenebrati sunt: et mar.13.c.
stelle retraxerunt splendorē suū. Et Luc.21.c.
dñs dedit vocē suā ante faciem exer eze.32.b.
citus sui: quia multa sunt nimis ca- Esa.13.b.
stra eius quia fortia et faciētia ver- hie.30.b.
bū eius. Magnus enī dies dñi et ter- amos.5.c
ribilis valde: et quis sustinebit eū? soph.1.d.
Nūc ergo dicit dñs/ cōuertimini ad 12
me in toto corde vestro/ in ieiunio et
fletu et in plāctu: et scindite corda ve
stra et nō vestimenta vestra. Et con
uertimini ad dominū deū vestrum:
quia benignus et misericors est: pa-
tiens et multe misericordie et presta-
bilis sup malitia. Quis scit si puer-
tatur et ignoscat/ et relinquat post se Ione.4.a
benedictionē: sacrificium et libamen Jone.3.a.
dño deo nostro? Canite tuba in sion
sanctificate ieiuniū/ vocate cetū: cō- D
gregate populū/ sanctificate eccle-
siā/ coadunate senes: cōgregate par
uulos et sugentes vbera. Egrediatur
sponsus de cubili suo: et spōsa de tha
lamo suo. Inter vestibulū et altare
plorabūt sacerdotes ministri dñi et
dicēt. Parce dñe parce populo tuo
et ne des hereditatē tuam in oppro-
briū vt dominent eis natiōes. Qua-
re dicūt in populis. Ubi est deus eo-
rum? Zelatus est dñs super terram
suā: et pepercit populo suo. Et respō-
dit dñs: et dixit poplo suo. Ecce ego E
mittam vobis frumentū et vinum et
oleū et replebimini in eis: et nō dabo
vos vltra opprobriū in gentibus. Et
eum qui ab aquilone est / procul fa-
ciā a vobis: et expellam eum in terrā
inuiā et desertam. Faciē eius contra
mare orientale: et extremū eius vsque
ad mare nouissimuz. Et ascendet fe-
tor eius/ et ascēdet putredo eius: qz
superbe egit. Noli timere terra exul
ta et letare: quoniā magnificauit do-
minus vt faceret. Nolite timere ani
malia regionis quia germinauerūt
speciosa deserti: quia lignum attulit
fructum suū: ficus et vinea dederunt F
virtutē suam. Et filie sion exultate/
et letamini in dño deo vestro quia de
dit vobis doctorem iustitie et descen
dere faciet vos ad ymbrem matu-
tinum et serotinū sicut in principio.
Et implebunt aree frumento: et re-
dundabunt torcularia vino et oleo.
Et reddā vobis ānos quos comedit

locuſta/bruchus/⁊ rubigo / ⁊ eruca.
Fortitudo mea magna quaꝫ miſi in
vos. Et comedetis veſcentes ⁊ ſatu-
rabimini: ⁊ laudabitis nomē domi-
ni dei veſtri qui fecit mirabilia vo-
biſcum. Et non confundetur populꝰ
meus in ſempiternuꝫ: et ſcietis quia
in medio iſrael ego ſum: ⁊ ego domi-
nus deꝰ veſter/ ⁊ nō eſt ampliꝰ: ⁊ nō
confundetur populus meus in eter
B nū. Et erit poſt hec: effundam ſpiri-
Act.2.c. tū meū ſuper omnē carnē: ⁊ prophe
tabūt filii veſtri ⁊ filie veſtre. Senes
veſtri ſomnia ſomniabūt: ⁊ iuuenes
veſtri viſiones videbunt. Sed et ſu-
per ſeruos meos et ancillas in die-
bus illis effundam ſpiritum meū et
dabo prodigia in celo: ⁊ in terra ſan
guinem et ignem et vaporem fumi.
Sol conuertetur in tenebras ⁊ luna
Ro.10.c. in ſanguinem: anteꝗ̄ veniat dies do
mini magnꝰ ⁊ horribilis. Et erit: oīs
qui inuocauerit nomē dn̄i ſaluꝰ erit
quia in monte ſion/ ⁊ in hieruſalem
erit ſaluatio ſicut dixit dn̄s: ⁊ in reſi-
duis quos dominus vocauerit.
¶ C.S. De iudicio poſt conuerſionē
iudeorum ſub nomine tyri ⁊ ſidonis
cōtra romanos qui vaſa templi hie-
ruſalem poſuerūt in templo pacis:
et de liberatione populi tempore cy
ri: vocant viui ⁊ mortui ad iudiciū:
de ſepulchris: de felicitate ſanctoꝝ:
de predicatione apoſtolorū: ⁊ fonte
baptiſmi ⁊ de viſiōe ſanctoꝝ. Cp̄. iii.
A Quia ecce in diebꝰ illis in tē-
pore illo cum conuertero ca
ptiuitateꝫ iuda ⁊ hieruſalē:
congregabo oēs gentes ⁊ deducā
eas in valleꝫ ioſaphat: ⁊ diſceptabo
cū eis ibi ſuper populo meo et here-
ditate mea iſrael quos diſperſerunt
in natiōibus: ⁊ terrā meā diuiſerūt/
⁊ ſuper populū meum miſerunt ſor-
tē: ⁊ poſuerunt pueruꝫ in proſtibulo
⁊ puellam vendiderunt pro vino vt
biberent. Uerū qd mihi ⁊ vobis ty-
rus ⁊ ſidon: ⁊ oīs terminus pale-
ſtinorum? Nunqd vltionē vos red-
detis mihi? Et ſi vlciſcimini vos cō-
B tra me: cito velociter reddā viciſſitu
dinē vobis ſuper caput veſtrū. Ar-
gentū enim meū ⁊ auruꝫ tuliſtis/ et
deſiderabilia mea et pulcherrima
intuliſtis in delubra veſtra: ⁊ filios
iuda ⁊ filios hieruſalem vēdidiſtis
filiis grecoꝝ vt longe faceretis eos
de finibus ſuis. Ecce ego ſuſcitabo
eos de loco in quo vendidiſtis eos/
⁊ conuertam retributionem veſtraꝫ
in caput veſtrū: ⁊ vendam filios ve-
ſtros ⁊ filias veſtras in manibus fi-
liorū iuda/ ⁊ venūdabūt eos ſabeis
gēti longinque: quia dn̄s locutꝰ eſt.
Clamate hec in gētibus / ſanctifica-
te bellū/ſuſcitate robuſtos: aſcēdāt
accedant oēs viri bellatores: cōcidi
te aratra veſtra in gladios: ⁊ ligōes
veſtros in lāceas. Infirmus dicat.
Quia fortis ego ſum. Erūpite et ve-
nite oēs gētes de circuitu ⁊ cōgre C
gamini: ibi occumbere faciet dn̄s ro
buſtos tuos. Conſurgant ⁊ aſcēdāt
gentes in vallem ioſaphat: quia ibi
ſedebo vt iudicem oēs gētes in cir
cuitu. Mittite falces: quoniā matu- apo.14.d
rauit meſſis. Uenite ⁊ deſcēdite: qꝛ
plenū eſt torcular: exuberant torcu-
laria: quia multiplicata eſt malitia
eorū. Populi populi in valle cōciſio
nis: quia iuxta eſt dies dn̄i in valle
conciſionis. Sol ⁊ luna obtenebrati eſa.13.b.
ſunt: ⁊ ſtelle retraxerunt ſplendorē mat.24.c
ſuum. Et dn̄s de ſion rugiet/ ⁊ de hie eze.32.b.
ruſalem dabit vocē ſuam: ⁊ mouebū hie.25.f.
tur celi ⁊ terra ⁊ dn̄s ſpes populi ſui amos.1.a
⁊ fortitudo filiorum iſrael: ⁊ ſcietis D
quia ego dn̄s deus veſter habitans
in Sion in mōte ſancto meo. Et erit
hieruſalem ſancta: ⁊ alieni non trāſ amos.9.d
ibunt per eaꝫ amplius. Et erit in die
illa: ſtillabunt montes dulcedinem/
⁊ colles fluēt lacte: ⁊ per oēs riuos
iuda ibūt aque / ⁊ fons de domo do-
mini egredietur / ⁊ irrigabit torren-
tem ſpinarū. Egyptus in deſolatio-
ne erit et idumea in deſertum perdi
tionis: pro eo ꝙ inique egerint in fi-
lios iuda: ⁊ effuderint ſanguineꝫ in
nocentem in terra ſua. Et iudea in
eternū habitabitur: ⁊ hieruſalem in
generationem et generationem: et
mundabo ſanguinem eorum / quos
non mundaueram ⁊ dominus com-
morabitur in ſion.

¶ Explicit Joel propheta.

¶ Incipit prologus in Amos
prophetam.


Zias rex cū dei religionem 2.pa.26.a
ſolicite emularet nimio re-
ligionis amore prouocatus
contra preceptum legis moyſi arre-
pto thuribulo vt in hiſtoria libri ſe-
cundi paralipomenon oſtēdit ſacer
dotale officium preſumere conatus
eſt. Ob eam rem terremotū in tēplo zac.14.b.

dei exortũ constat/cuius etiã Zacha
rias propheta meminit. Ante hunc
itaq terremotũ amos ꝓpheta tẽpib⁹
predicti regis: ⁊ tẽpibus hieroboam
filij Joas regis israel: i eas gẽtes q̃
lectione ꝯprehense sunt iram dei ob
amos.1.b eas causas quas memorauit affutu
3.4.a. ram denũciat. Et qr idẽ propheta se
quẽtibus ait. Sup tribus impietati
bus ⁊ super quatuor non conuertã
eũ: tertio peccatorũ indulgẽtiã deũ
dare posse significat: quẽ quarto ea
dem peccata admittentibus: nec pe
nitentiam nec indulgentiam datur
annunciat. Nam per ignis similitu
dinẽ: quẽ in predictas gẽtes immit
tendũ ꝑdixit/grauẽ atq irreuocabi
lẽ dei irã ad euersionẽ earundẽ ciui
tatũ processurã voluit demonstrare.

¶ Item alius prologus.

AMos propheta pastor ⁊ rusti
cus ⁊ ruborum moros distrin
gens: paucis verbis explicari nõ po
test. Quis eniz digne exprimat tria
amos. 4. et quatuor scelera Damasci/gaze: ty
d. ri: idumee filiorum Ammõ ⁊ moab:
ibid.6.a. et septimo octauoq gradu iude ⁊ is
rael. Hic loquit ad vaccas pingues
qui sunt in monte Samarie: ⁊ ruitu
ram domum maiorem minorẽq te
statur. Ipse cernit victorẽ locuste: ⁊
stãtẽ dñm sup murũ litũ vel adamã
tinũ ⁊ vncinũ pomorũ attrahentem
supplicia peccatorib⁹ ⁊ famẽ in ter
ra: nõ famẽ panis/neq sitim aq̃: sed
audiẽdi verbũ dñi: nõ dixit vba: sed
verbum. Amos vero interpretatur
onustus: Hic amos spirituali gratia
plen⁹ prophetauit inter ceteros pro
phetas. Non enĩ solus ipse erat pro
phetes sed etiam alij. Et quippe nõ
poterat ꝓphetes esse nisi pastor an
te fuisset. Qui etiã tuba sua clangit
per singulos dies erudiẽs ⁊ docens
in ecclesia. In veritate enĩ vox oĩm
prophetarum tãq̃ tuba spiritualis
est: predicans in ecclesia ſm q scri
esa. 40.b ptũ est. Ascẽde in montem excelsũ
tu qui euangelizas Sion: exalta vo
cem tuam qui predicas hierusalem.

¶ Incipit alius prologus.

HIc Amos propheta ⁊ pastor nõ
fuit pater Esaie prophete: q̃q̃
et ille propheta extiterit. Nam alijs
literis ille: alijs iste apud Hebreos
scribitur: que differentia literarum
apud latinos non habetur: ⁊ ille for
tis et robustus: hic vero amisus in
terpretatur: quia loquitur contra de
cem tribus: que per idolatriã a cul
tu dei et regno Dauid erant auulse.
Fuit autem cognatio eius ex oppi
do thecue: quod sex miliarib⁹ distat
a bethleem: curam gerens pecorum
in latitudine camporũ qui sunt pro
ximi oppido thecue in quibus humi
aride atq arenose: nihil oĩno frugũ
gignitur: sed vberrimis pascuis abũ
dant ⁊ ideo cuncta sunt plena pasto
ribus: ⁊ sterilitas terre compẽsatur
pecoꝝ multitudine. Ex hoc numero
pastoꝝ fuit amos imperit⁹ sermone
sed plenus scientia. Prophetauit au
tem eisdem temporibus quib⁹ Joel:
Naum: Ionas: Osee: esaias. Sed ali
quantulum exorsus est prophetare
anteq̃ esaias. Maxime autẽ cõtra
decẽ trib⁹ locutus est pauca de dua
bus interserens. Hunc ablatum de
numero pastorum misit dñs vt in sa
maria prophetaret: quẽ amasias sa
cerdos frequẽter plagas afflixit: tã
dem filius eius ozias vecte per tẽpo
ra transfixit. Post hec semiuiuus in
terraz suã euectus: post aliquot dies
dolore vulneris expirauit: sepultusq
est cum patribus suis.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit amos propheta.

¶ C.S. De vastatione decẽ tribuũ:
de visione dñi contra tres regiones
quas nõ conuertit: qr captiuauerũt
et conduxerũt captiuos de israel cõ
tra filios ammõ: pro diuisione. Cap.i.



VErba amos q̃ fuit i pa A
storalib⁹ thecue q̃ vidit
sup israel in dieb⁹ osie
regis iuda: ⁊ in diebus
hieroboã filij ioas reg
isrł: añ duos ãnos ter 3a.14.a.
remot⁹: ⁊ dixit. Dñs de hie.15.f.
siõ rugiet: ⁊ de hierłz dabit vocẽ suã. Joel.3.c.
Et luxerũt speciosa pastoꝝ: ⁊ exicca
tus est vertex carmeli. Hec dicit dñs
deus. Sup tribus sceleribus Dama
sci: ⁊ sup quatuor nõ conuertam eũ:
eo q triturauerit i plaustris ferreis
galaad: ⁊ mittam ignẽ in domũ aza
hel: et deuorabit domos benadab: et B
conterã vectẽ damasci: ⁊ disperdam de pe. dis.
habitatorẽ de campo idoli: ⁊ tenentẽ 1.c.super
sceptrũ de domo voluptatis: ⁊ trans tribus.
ferer popłs syrie cyrenem: dicit dñs
hec dicit dñs. Sup trib⁹ scelerib⁹ ga
ze: ⁊ sup quatuor nõ cõuertam eũ: eo

ꝙ transtulerint captiuitatẽ pfectã
vt concluderent eã in idumeã: ⁊ mit
tam ignem in murũ gaze: et deuora-
bit edes eius: et disperdã habitatorẽ
de azoto: et tenẽtem sceptrũ de asca-
lone: et conuertam manũ meã super
C accaron: et peribunt reliqui philisti
noꝝ dicit dñs deꝰ. Hec dicit dñs. Su
per tribus sceleribus tyri: ⁊ sup qua
tuor nõ cõuertam eũ: eo ꝙ concluse-
rint captiuitatẽ pfectam ĩ idumea
et non sint recordati federis fratrũ:
et mittã ignem in murũ tyri: ⁊ deuo-
rabit edes eius. Hec dicit dñs. Sup
tribus sceleribus edom / et sup qua-
tuor nõ cõuertam eũ: eo ꝙ psecutus
sit in gladio fratrem suũ / ⁊ violaue-
rit miam eius: et tenuerit vltra fu-
rorem suũ: ⁊ indignationẽ suam ser
D uauerit vsq in finẽ. Mittam ignem
in theman / et deuorabit edes bosre.
Hec dicit dñs. Super tribus sceleri-
bus filioꝝ Ammon / et sup quatuor
nõ conuertam eum: eo ꝙ dissecuerit
pregnantes Galaad ad dilatandũ
terminum suũ: ⁊ succendam ignẽ in
muro rabbath / et deuorabit edes eiꝰ
in vlulatu ĩ die belli: et in turbine in
die commotionis. Et ibit melchõ in
captiuitatem ipse et principes eius
simul dicit dominus.

Capitu. Sũma. Ultio domini con-
tra moab pro crudelitate ĩ mortuos
contra Judam ⁊ israel pro contem-
ptu legis pro idolatria / de beneficiis
dei ⁊ ingratitudine populi: de destru
ctione ipsorum. Capitulum. ii.

A Hec dicit dominus. Super tribꝰ
sceleribus moab: et super qua-
tuor nõ conuertam eũ: eo ꝙ incende
rit ossa regis idumee vsq ad cine-
rem: ⁊ mittam ignem in moab / ⁊ de-
uorabit edes carioth / ⁊ morietẽ in so-
nitu moab in clangore tube: ⁊ disper
dam iudicem de medio eiꝰ: ⁊ omnes
principes eius interficiã cum eo di-
cit dñs. Hec dicit dñs. Super tribus
sceleribus iuda: ⁊ super quatuor nõ
cõuertam eũ: eo ꝙ abiecerit legẽ do
mini: ⁊ mandata eius non custodie
rit: deceperũt eñ eos idola sua post
B que abierant patres eoꝝ. Et mittam
ignem in iudam: et deuorabit edes
hierl'm. Hec dicit dñs. Super tribꝰ
sceleribus israel / ⁊ sup quatuor non
conuertam eum: pro eo ꝙ vẽdiderit
pro argento iustum: et pauperẽ pro
calceamentis / qui cõterunt sup pul-
uerem terre capita pauperũ: ⁊ viam
humilium declinant. Et filius ac pa C
ter eius ierunt ad puellam / vt viola
rent nomen sanctũ meũ: ⁊ sup vesti
mẽtis pignoratis accubuerũt iuxta
omne altare: et vinũ damnatorũ bi-
bebant in domo dei sui. Ego autẽ ex- Nu. 21. C.
terminaui amorreũ a facie eoꝝ: cuiꝰ deut. 2. F.
altitudo / cedrorũ altitudo eiꝰ: ⁊ for-
tis ipse quasi quercus: ⁊ cõtriui fru
ctum eius desuper / et radices eius
subter. Ego sum qui ascẽdere vos fe exo. 14. E.
ci de terra egypti: ⁊ eduxi vos in de-
sertum quadraginta annis / vt possi
deretis terram amorrei: ⁊ suscitaui
de filiis vestris in pphetas: ⁊ de iu-
uenibus vestris nazareos. Nũquid
nõ ita est filii israel: ait dñs? Et ppi- D
nabatis nazareis vinũ: ⁊ prophetis
mandabatis / dicentes. Ne prophe-
tetis. Ecce ego stridebo subter vos
sicut stridet plaustrũ onustũ feno /
et peribit fuga a veloce: ⁊ fortis non
obtinebit virtutẽ suam / et robustus
non saluabit animã suã: ⁊ tenens ar
cum non stabit: et velox pedibꝰ suis
non saluabitur: ⁊ ascensor equi non
saluabit animam suam / ⁊ robustus
corde inter fortes nudus effugiet in
illa die dicit dominus.

C. S. De penis discordantium / de
viis domini contemptis / de iniquita
tibus / de destructione israel pro ido-
latria ⁊ deliciis. Capitulum. iii.

Audite verbum quod locutꝰ est A
dominus super vos filii israel:
super omnẽ cognationẽ quã eduxi
de terra egypti dicens. Tantũmodo
vos cognoui ex oibus cognationibꝰ
terre: idcirco visitabo sup vos omes
iniquitates vestras. Nũquid ambu
labũt duo pariter: nisi cõuenerit eis?
Nunquid rugiet leo in saltu: nisi ha
buerit predã? Nunquid dabit catulꝰ iob. 6. a.
leonis vocẽ de cubili suo: nisi aliqd
apprehẽderit? Nunqd cadet auis ĩ B
laqueũ terre absq aucupe? Nunqd
auferetẽ laqueus de terra anteꝙ qd
ceperit? Si clãget tuba in ciuitate / ⁊
populus non expauescet? Si erit ma
lũ in ciuitate: qd dñs nõ fecerit? Q.r
nõ faciet dñs deus verbũ: nisi reuela
uerit secretum suum ad seruos suos
prophetas. Leo rugiet: qs non time
bit? Dñs deus locutꝰ est: qs non pro-
phetabit? Auditum facite in edibus
azoti: ⁊ ĩ edibꝰ terre egypti ⁊ dicite.
Cõgregamini super mõtes samarie C

et videte insanias multas in medio
eius/et calumniam patiẽtes in pene
tralib⁹ eius:et nescierũt facere rectũ
dicit dñs/thesaurizantes iniquitatẽ ꝛ
rapinas in edibus suis. Propterea
hec dicit dñs deus. Tribulabit et cir-
cuietur terra/et detrahetur ex te for-
titudo tua/ꝛ diripiẽtur edes tue. Hec
dicit dñs. Quomodo si eruat pastor
de ore leonis duo crura/aut extremũ
auricule:sic eruentur filij israel q̃ ha-
D bitant in samaria in plaga lectuli:ꝛ
in damasci grabato. Audite et con-
testamini in domo iacob dicit domi-
Hec sunt ergo vba q̄ facietis. Loqui- eph.4.f.
mini veritatē vnusquisqꝫ cum proxi-
mo suo. Ueritatē et iudicium pacis
iudicate in portis vestris : et vnus-
quisqꝫ malum cōtra amicū suum ne
cogitetis in cordibꝰ vestris : et iura-
mentū mendax ne diligatis. Omnia
eñ hec sunt que odi/ dicit dñs. Et fa-
ctum est verbū dñi exercituū ad me
dicens. Hec dicit dñs exercituū. Je-
iuniū quarti ꝛ ieiuniū quinti et ieiu-
nium septimi et ieiuniū decimi erit
domui iude in gaudium et in letitiā
et in solennitates preclaras . Ueri- D
tatem tātum ꝛ pacē diligite. Hec di-

erit dñs exercituū. Usqquo veniant
populi ⁊ habitent in ciuitatib⁹ mul-
tis: et vadant habitatores vnus ad
alterum/ dicentes. Eam⁹ ⁊ depręce-
mur faciem dñi et quęramus domi-
num exercituū: vadā etiam ego ⁊ ve-
nient populi multi et gentes robustę
ad quęrendū dñm exercituū in hie-
rusalem ⁊ deprecādam faciem domi
ni. Hec dicit dñs exercituum. In die-
bus illis/ in quib⁹ apprehēdēt decem
hoies ex oib⁹ linguis gentiū: ⁊ appre
hendēt fimbriā viri Iudei/ dicentes.
Ibim⁹ vobiscū: audiuim⁹ enī quoniā
de⁹ vobiscum est.

¶ C. S. De vocatione gentiū quarum
scientia destruetur: spes cōfundetur:
supbia humiliabit: ⁊ sic ecclesia con-
struetur ⁊ munietur: de aduentu do-
mini in die ramis palmarū: de passio-
ne eius ⁊ liberatione sanctorū: de in-
ferno: de confusione hereticoꝝ ⁊ phi-
losophorum: ⁊ de victoria Iudeorum
contra gentes. Cap. ix.

A Onus verbi domini in terra
Adrach ⁊ damasci requiei ei⁹:
qꝛ dñs est oculus hois ⁊ om-
nium tribuū Israel. Emath quoqꝫ in
terminis eius ⁊ tyrus ⁊ sidon assum-
pserunt quippe sibi sapiētiam valde.
Et edificauit tyr⁹ munitionē suam:
⁊ coaceruauit argētū quasi humum
et aurum vt lutū platearū. Ecce dñs
possidebit eā: ⁊ percutiet in mari forti-
tudinem eius: et hec igni deuorabit.
Videbit ascalon et timebit: ⁊ gaza et
dolebit nimis: ⁊ accaron/ quoniā cō-
fusa est spes eius. Et peribit rex de
gaza ⁊ ascalon non habitabit. Et se-
debit separator in azoto: ⁊ disperdā
B superbiā philistinorū. Et auferā san-
guinem eius de ore eius: ⁊ abomina-
tiones eius de medio dentium eius.
Et relinquetur etiam ipse deo nostro/
et erit quasi dux in Iuda: ⁊ accaron
quasi iebuseus. Et circundabo domū
mat. xx. a. meā ex his qui militant mihi euntes
Esa. 61. d et reuertentes: ⁊ non transibit super
eos vltra exactor: qꝛ nūc vidi in ocu-
lis meis. Exulta satis filia sion/ iubi-
la filia hierusalē: ecce rex tuus veniet
tibi iustus et saluator / ipse pauper
et ascendens super asinā ⁊ super pul
C lum filiū asine. Et disperdam quadri
gam ex Ephraim/ ⁊ equū de hierusa-
lem: ⁊ dissipabitur arcus belli. Et lo-
quetur pacem gentibus: et potestas
eius a mari vsqꝫ ad mare: et a flumi-
nib⁹ vsqꝫ ad fines terre. Tu quoqꝫ in
sanguine testamenti tui emisisti vin-
ctos tuos de lacu in quo nō est aqua.
Cōuertimini ad munitionem vincti
spei: hodie quoqꝫ annuncians dupli-
cia reddam tibi: quoniā extendi mi-
hi iudā q̄si arcum impleui Ephraim:
et suscitabo filios tuos sion super fi-
lios tuos grecia: ⁊ ponam te quasi
gladium fortiū: ⁊ dñs de⁹ super eos vi
debitur/ ⁊ exibit vt fulgur iaculū ei⁹.
Et dñs deus in tuba canet: ⁊ vadet in D
turbine austri. Domin⁹ exercituū ꝓ-
teget eos et deuorabunt ⁊ deiicient la-
pidibus fundę: ⁊ bibentes inebriabū-
tur quasi a vino/ et replebuntur vt
phiale/ ⁊ quasi cornua altaris. Et sal-
uabit eos dñs de⁹ eorū in die illa vt
gregem populi sui: qꝛ lapides sancti
eleuabunt super terrā ei⁹. Quid enī
bonū eius est/ ⁊ quid pulchrum eius
nisi frumentum electoꝝ ⁊ vinum ger-
minans virgines?

¶ C. S. Monet ppl's petere doctrinā
veritatis: qꝛ seducti mēdacio captiua-
ti sunt: pmittit eis liberatio/ reuersio
congregatio in vnū gregē/ ⁊ inimico-
rum suoꝝ liberatio. Cap. x.

Petite a dño pluuiam in tēpore A
serotino/ ⁊ dñs faciet niues et
pluuiam hymbris/ ⁊ dabit eis
singulis herbam in agro. Quia simu
lacra locuta sunt inutile/ ⁊ diuini vi-
derunt mendaciū: ⁊ somniatores lo-
cuti sunt frustra ⁊ vane consolaban-
tur: idcirco abducti sunt quasi grex:
affligentur quia non est eis pastor.
Super pastores iratus est furor me⁹ B
et super hircos visitabo: qꝛ visitauit
dñs exercituū gregem suū domū Iu-
da: et posuit eos quasi equum glorię
sue in bello. Ex ipso angulus/ ex ipso
paxillus/ ex ipso arc⁹ prelij/ ⁊ ex ipso
egredietur ois exactor simul. Et erunt
quasi fortes conculcantes lutū viarū
in prelio ⁊ bellabunt: qꝛ dñs cum eis
et confundentur ascēsores equorum.
Et confortabo domū Iuda: ⁊ domum
Ioseph saluabo. Et cōuertam eos qꝛ
miserebor eorū: ⁊ erunt sicut fuerunt
quando non proiecerā eos. Ego enī C
dñs deus eoꝝ ⁊ exaudiā eos: ⁊ erunt
quasi fortes Ephraim: et letabitur coꝝ
eorū quasi a vino/ ⁊ filij eorū videbūt
et letabuntur/ ⁊ exultabit cor eorū in
dño. Sibilabo eis ⁊ congregabo illos
qꝛ redemi eos: et multiplicabo eos
sicut ante fuerant multiplicati: et se-

D minabo eos in populis:et de longe
recordabunt mei / et viuent cum fi-
liis suis ⁊ reuertētur:⁊ reducam eos
de terra Egypti/⁊ de Assyriis cōgre-
gabo eos:⁊ ad terram galaad ⁊ liba-
ni adducā eos/⁊ non inuenietur eis lo-
cus ⁊ trāsibit in maris freto/⁊ percu-
tiet in mari fluctus/⁊ confundentur
omnia profunda fluminis/ ⁊ humi-
liabitur superbia Assur/⁊ sceptrum
Egypti recedet. Cōfortabo eos in do-
mino:⁊ in nomine eius ambulabūt/
dicit dominus.

¶ C.S. Prophetat planctus: de de-
structione templi per Romanos:⁊ q
non parcet populo cui pastores non
parcebant/sed occidebant ⁊ nō corri-
piebant:de duabus virgis in figura
Judeorum ⁊ gentium: de precisione gē-
tium ⁊ correptione Judeorū: de anti
christo pastore. Cap.xi.

A Aperi libane portas tuas / et
comedet ignis cedros tuas.
Ulula abies/qr cecidit cedrus
quoniā magnifici vastati sunt. Ulu
late quercus basan:quoniā succisus est
saltus munitus. Uox vlulatus pa-
storum:quia vastata est magnificentia
eorum. Uox rugitus leonum:quoniam vasta-
ta est superbia iordanis. Hec dicit do-
minus deus meus. Pasce pecora oc-
cisionis:que qui possederant occide-
bant ⁊ non dolebant/⁊ vendebant ea
dicētes. Benedictus dominus:diuites
facti sumus. Et pastores eorum non par-
cebant eis:⁊ ego nō parcā vltra sup
B habitantes terrā dicit dñs. Ecce ego
tradam hoies vnumquēqz in manu
proximi sui/et in manu regis sui/et
concidēt terram:⁊ nō eruā de manu
eorū:⁊ depascā pecus occisionis pro-
pter hoc o pauperes gregis. Et assum
psi mihi duas virgas/vnam vocaui
decorē/⁊ alteram vocaui funiculum:
et paui gregem et succidi tres pasto-
res in mense vno/⁊ contracta est aia
mea in eis:siquidem ⁊ aia eorū varia
Hie.15.a. uit in me. Et dixi. Non pascam vos.
Quod moritur/moriatur:⁊ qd succi-
ditur/succidatur:⁊ reliqui deuorent
C vnusquisqz carnem proximi sui. Et
tuli virgā meam que vocabat decus
et abscidi eam:vt irritum facerē fe-
dus meum qd percussi cum oibus po
pulis/et in irritum deductum est in
die illa. Et cognouerūt sic pauperes
gregis qui custodiūt mihi/quia ver-
bum dñi est. Et dixi ad eos. Si bonū
est in oculis vestris/afferte mercedē
meam:⁊ si non/quiescite. Et appen-
derunt mercedem meam triginta ar Mat.27.
genteos. Et dixit dñs ad me. Proiji- a.
ce illud ad statuariū:decorum precium
quo appreciatus sum ab eis. Et tuli
triginta argenteos:⁊ proieci illos in
domo dñi ad statuarium. Et precidi
virgā meā secūdā que appellabat fu
niculus: vt dissoluerem germanita-
tem inter Judam ⁊ Israel. Et dixit D
ad me. Adhuc sume tibi vasa pasto-
ris stulti:quia ecce ego suscitabo pa-
storem in terra qui derelicta non visi
tabit/dispersum non queret/⁊ contri
tum non sanabit:⁊ id quod stat non
enutriet:⁊ carnes pinguiū comedet/
et vngulas eorum dissoluet. O pastor
et idolum/derelinquens gregē. Gla-
dius sup brachiū eius/⁊ sup oculum
dextrum eius:brachium eius ariditate
siccabitur/⁊ oculus dexter eius te-
nebrescens obscurabitur.

¶ C.S. De obsidione hierlm ⁊ popu-
lis inebriādis in persecutione eius ⁊
lacerandis ⁊ percutiēdis:de mia dei
super Hierlm:cuius duces sicut ignis
vastabunt hostes suos ⁊ dñs proteget
⁊ promouebit habitatores eius: de effu-
sione spiritussancti:⁊ planctu Judeo
rum pro nece Christi. Cap.xii.

O Onus verbi dñi super Israel. Di- A
xit dominus extendens celū ⁊ fun
dans terram/⁊ fingens spiritum ho-
minis in eo. Ecce ego ponam Hieru-
salem superliminare crapule omnibus
populis in circuitu: sed ⁊ Juda erit
in obsidione cōtra Hierlm. Et erit in
die illa:ponam Hierlm lapidem one
ris cunctis populis. Omnes qui leua-
bunt eum/concisione lacerabūtur:et
colligentur aduersus eam oia regna
terre. In die illa dicit dñs:percutiam
omnem equum in stuporem:⁊ ascen-
sorem eius in amentiam. Et super do
mum Juda aperiam oculos meos:⁊
omnem equum populorū percutiam B
cecitate. Et dicent duces Juda in cor
de suo. Confortentur mihi habitato-
res Hierusalē in dño exercituum deo
eorum. In die illa ponā duces Juda
sicut caminū ignis in lignis:et sicut
facem ignis in feno / et deuorabunt
ad dextram et ad sinistrā omnes po-
pulos in circuitu:⁊ habitabitur Hie
rusalem rursus in loco suo in Hieru-
salē:⁊ saluabit dominus tabernacula
Juda sicut in principio:vt nō magni-

fice glorietur domus David: et glo-
ria habitantium Hierusalem contra
C Judam. In die illa proteget dñs ha-
bitatores Hierl'm. Et erit: qui offen-
derit ex eis in die illa quasi David: ⁊
domus David quasi dei: sicut ange-
lus dñi in conspectu eius. Et erit in
die illa: querã conterere oẽs gentes
que veniunt contra Hierl'm: ⁊ effun-
dam super domũ David ⁊ super ha-
Jo.19.g. bitatores Hierl'm spiritum gratie et
precum: ⁊ aspicient ad me quem con-
fixerunt: et plangent eum plãctu q̃si
super unigenitum: et dolebunt super
eum, ut doleri solet in morte primo-
D geniti. In die illa magnus erit plan-
2. Para. ctꝰ in Hierl'm: sicut planctus ad Rẽ-
35.d. mon in campo Mageddon. Et plan-
get terre familie, ⁊ familie seorsum
familie domꝰ David seorsum: ⁊ mu-
lieres eorũ seorsum. Familie domus
Nathan seorsum: et mulieres eorum
4. Reg. seorsum. Familie domus Levi seor-
23.f. sum, et mulieres eorũ seorsum. Fami
lie Semei seorsum, ⁊ mulieres eorum
seorsum. Omnes familie relique: fa-
milie et familie seorsum: ⁊ mulieres
eorum seorsum.

¶ C.S. De fonte baptismi: de destru-
ctione idolorũ: de pseudoprophet. ⁊
totꝰ mẽdacii: de passione Christi: de
pbatione tertie part. scz christiano-
rum: pereuntibꝰ iudeis ⁊ gẽtibꝰ in in-
fidelitate sua permanentibus.

Capitulum. xiii.

A In die illa erit fons patẽs do-
mui David ⁊ habitãtibꝰ Hie-
rusalem: in ablutionem pec-
Exo.30.d. catoris et menstruate. Et erit in die
illa, dicit dñs exercituũ. Disperdam
nomina idolorum de terra, ⁊ nõ me-
morabuntur ultra, et pseudopro phe-
tas ⁊ spiritũ immundum auferam de
terra. Et erit: cũ prophetauerit quis-
piam ultra: dicent ei pater eiꝰ et ma-
B ter eius qui genuerunt eum. Non vi-
ues: q2 mendacium locutus es in no-
mine dñi: ⁊ configẽt eum pater eius
et mater eiꝰ genitores eius cum pro-
phetauerit. Et erit: in die illa confun-
dẽtur prophete unusquisq3 ex visio-
ne sua cum prophetauerint: nec ope-
rientur pallio saccino ut mẽtiantur,
sed dicet. Non sum propheta: homo
agricola ego sum: quoniã Adã exem-
plum meum ab adolescentia mea. Et
C dicetur ei. Quid sunt plage iste in
medio manuũ tuarũ? Et dicet. His
plagatus sum in domo eorũ qui dili-
gebant me. Framea suscitare super
pastorem meum, ⁊ super virum cohe-
rentem mihi, dicit dñs exercituum.
Percute pastorem et dispergentur mat.26.c
oues: et conuertã manũ meã ad par- D
uulos. Et erunt in oĩ terra, dicit dñs: Mar.14.
partes due in ea dispergentur ⁊ defi- c.
cient, ⁊ tertia pars relinquet in ea: et
ducã tertiã partẽ p ignẽ, et uram eos
sicut uritur argentum: ⁊ probabo eos
sicut probat aurum. Ipse vocabit no-
men meũ ⁊ ego exaudiã eum. Et di-
cam. Populꝰ meus es. Et ipse dicet.
Dominus deus meus.

¶ C.S. De destructione hierl'm p ne-
ce Christi, ⁊ scissione populorũ sub ty-
po montis oliuarum: de die iudicii ⁊
aduẽtu Christi ⁊ latitudine ecclesie:
de plagis hostiũ Hierl'm: de plagis
non faciẽtiũ scenophegia: q2 lebetes
vertent in phialas, ⁊ non erit merca-
tor in ecclesia. Cap. xiiii.

A Ecce dies domini venient, dicit
dominus: et diuidentur spolia
tua in medio tui: et congregabo om-
nes gentes ad Hierusalẽ in prelium:
et capietur ciuitas, et vastabuntur
domus, et mulieres violabuntur. Et
egredietur media pars ciuitatis in
captiuitatem: ⁊ reliquum populi nõ
auferetur ex urbe. Et egredietur do-
minus et preliabitur contra gentes
illas, sicut preliatus est in die certa-
minis. Et stabunt pedes eius in die
illa super montem oliuarum qui est
cõtra Hierl'm ad orientem: ⁊ scindet
mons oliuarũ ex media parte sui ad
orientem, ⁊ ad occidentem prerupto
grandi valde: ⁊ separabitur medium
montis ad aquilonem, ⁊ medium eiꝰ
ad meridiem. Et fugietis ad vallem
montiũ eorũ: quoniã cõiunget vallis
montiũ usq3 ad proximum. Et fugie- 2. Para.
tis sicut fugistis a facie terremotus 36.d.
in diebꝰ Ozie regis iuda: ⁊ veniet dñs Amo.1.a.
deus meꝰ, omnesq3 sancti cum eo. Et
erit: in die illa nõ erit lux, sed frigus
et gelu. Et erit dies una que nota est B
dño: non dies, neq3 nox: ⁊ in tempore
vesperi erit lux. Et erit: in die illa exi-
bunt aque viue de Hierusalem: me-
dium earũ ad mare orientale: ⁊ me-
dium earum ad mare nouissimũ in
estate ⁊ in hyeme erunt: ⁊ erit domi-
nus rex sup omnẽ terram. In die illa
erit dñs unus: ⁊ erit nomẽ eius unũ:
et reuertetur omnis terra usq3 ad de-

sertum/de colle remmon ad austrum Hierusalem. Et exaltabitur/et habitabitur in loco suo/a porta Beniamin usque ad locum porte prioris/et usque ad portam angulorum: et a turre hananeel usque ad
C torcularia regis. Et habitabunt in ea et anathema non erit amplius: sed sedebit Hierusalem secura. Et hec erit plaga qua percutiet dominus omnes gentes que pugnauerunt aduersus Hierusalem. Tabescet caro uniuscuiusque stantis super pedes suos: et oculi eius contabescent in foraminibus suis/et lingua eorum contabescet in ore suo. In die illa erit tumultus domini magnus in eis: et apprehendet vir manum proximi sui: et conseretur manus eius super manum proximi sui. Sed et Iudas pugnabit aduersus hierusalem: et congregabuntur diuitie omnium gentium in circuitu: aurum et argentum/et vestes multe satis.
D Et sic erit ruina equi et muli/et cameli et asini/et omnium iumentorum que fuerint in castris illis sicut ruina hec. Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gentibus/que venerunt contra Hierusalem ascendent ab anno in annum: vt adorent regem dominum exercituum/et celebrent festiuitatem tabernaculorum. Et erit: qui non ascenderint de familiis terre ad Hierusalem vt adorent regem dominum exercituum non erit super eos hymber. Quod et si familia Egypti non ascenderit et non venerit nec super eos erit: sed erit ruina qua percutiet dominus omnes gentes que non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. hoc erit peccatum Egypti/et hoc peccatum omnium gentium que non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. In die illa erit quod super frenum equi est sanctum domino: et erunt lebetes in domo domini quasi phiale coram altari. Et erit omnis lebes in hierusalem: et in Iuda sanctificatus domino exercituum. Et venient omnes immolantes/et sument ex eis et coquent in eis: et non erit mercator vltra in domo domini exercituum in die illo.

¶ Zacharias propheta explicit.

¶ Incipit prologus in Malachiam prophetam.

Leui. 21. d. c. 22. a. Ibidem. Deus per Moysen populo Israel preceperat sacerdotes tabernaculi sui: omni corporali vitio liberos hostias omni vitio vacuas sibi offerre. Quibus legem suam ad regendum populum ob hoc dederat vt per sacrificiorum oblationem internuncii dei et hominum facti: populum preceptis celestibus facerent obedire. Unde sacerdotes angelos dei esse: hoc in loco scriptura testatur. Sed quia tanti muneris gratiam con- mala. 2. a
tinentes: supradictus populus ac sacerdotes sacrificia vitio detur para: ipsi criminibus atque impietatibus maculati/deo offerre ceperunt. Ideo per Ma- mala. 1. b.
lachiam prophetam deus populum suum Israel increpans ait. Dilexi vos dicit dominus. Et dixistis. In quo dilexisti nos. Nonne frater erat Esau Iacob: dicit dominus. et dilexi Iacob/Esau autem odio habui. Esau autem fratrem Iacob non iniqua aut spontanea voluntate odio habitum a deo/vel sine meriti gratia Iacob dilectum manifestum est: cum secundum prescientiam suam Esau quidem effusionem fraterni sanguinis concupiscere: Iacob autem in sui cognitione obseruandam legem desiderare cognosceret. Cuius rei gratia: supradicto vsus est exemplo/dicens. Dilexi Iacob/Esau autem odio habui. Quamuis ex operibus memoratorum quorum liber Geneseos meminit in quo vnusquisque eorum futurus erat proposito manifeste constaret
vt scriptum est. Creuerunt pueri et erat Ge. 25. c.
Esau homo agrestis sciens venari. Iacob autem homo simplex manens in tabernaculo. Nam reliqua que lectione comprehensa sunt: preuaricationem populi Israel in obseruandis sacrificiis dei: increpationemque in eundem quod deos alienos coluerit significant.

¶ Incipit argumentum in Malachiam prophetam.

Malachias aperte et in fine omnium prophetarum: dicit de abiectione Israel/et vocatione gentium. Non est mihi: ait voluntas in vobis/dicit dominus exercituum: et munus non suscipiam de manu vestra: ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda.

¶ Malachias propheta incipit.

¶ C. S. De electione Iacob et reprobatione Esau: increpat dominus quod non honor ei exhibetur sicut patri/nec timor sicut domino: sed offertur ei panis pollutus et hostia immunda: non seruitur ei gratis/et maledicit offerentem dolose. Cap. I.

A 
Nus verbi dñi ad isrl'
in manu malachie ꝓ
phete. Dilexi vos dicit
dñs. Et dixistis. In quo
dilexisti nos? Nonne
frater erat esau iacob/
Ro.9.c. dicit dominus et dile=
xi Jacob: Esau autem odio habui?
47.di.c. Et posui seir montes eius in solitu=
quãtũlibet. dinem ⁊ hereditatẽ eiꝰ in dracones
deserti. Quod si dixerit idumea. De
structi sumus sed reuertentes edifi=
cabimꝰ que destructa sunt: hec dicit
dñs exercituũ. Isti edificabũt ⁊ ego
destruã: ⁊ vocabũtur termini impie
B tatis ⁊ populꝰ cui iratꝰ est dominus
1.q.4.c. vsq; in eternũ. Et oculi vestri vide=
ecclia. bũt ⁊ vos dicetis. Magnificetur dñs
super terminũ israel. Filiꝰ honorat
patrem: ⁊ seruus dñm suum. Si er=
go pater ego sum: vbi est honor meꝰ?
Et si dñs ego sum: vbi est timor meꝰ
49.di.c. dicit dñs exercituũ: Ad vos o sacer=
sacerdotes. dotes qui despicitis nomen meum:
⁊ dixistis. In quo despeximus nomẽ
tuum? Offertis super altare meum
panem pollutum: et dicitis. In quo
C polluimus te? In eo qđ dicitis. Mẽ=
sa dñi despecta est. Si offeratis cecũ
ad immolandũ: nõne malũ est? Et si
offeratis claudũ ⁊ languidũ nonne
malũ est? offer illud duci tuo si pla=
1.q.3.c.1. cuerit ei aut si susceperit faciẽ tuam
.§.2.c. dicit dñs exercituũ. Et nũc depreca=
mini vultũ dei vt misereatur vestri:
de manu eñ vestra factũ est hoc: si
quomodo suscipiat facies vestras:
dicit dñs exercituũ. Quis est in vo=
bis qui claudat ostia ⁊ incendat al=
tare meũ gratuito? Non est mihi vo
luntas in vobis dicit dñs exercituũ
Fo.112.a. ⁊ munus non suscipiã de manu ve=
stra. Ab ortu enim solis vsq; ad occa
sum magnũ est nomẽ meũ in genti=
bus ⁊ in omni loco sacrificatur ⁊ offer
tur nomini meo oblatio munda: qꝛ
D magnũ est nomẽ meũ in gẽtibus: di=
cit dñs exercituũ. Et vos polluistis
illud in eo qđ dicitis. Mẽsa dñi con=
taminata est: ⁊ qđ superponitur cõ=
temptibile est cũ igne qui illud deuo
rat. Et dixistis. Ecce de labore ⁊ ex=
sufflastis illud dicit dñs exercituũ
amos.5.f ⁊ intulistis de rapinis claudũ ⁊ lan
guidum ⁊ intulistis munus. Nũqd
suscipiã illud de manu vestra: dicit
dñs exercituum? Maledictus dolo=
sus qui habet in grege suo masculũ
⁊ votum faciens immolat debile do
mino. Quia rex magnꝰ ego dicit do=
minus exercituum: ⁊ nomen meum
horribile in gentibus.

¶ C.S. Sacerdotes reuocat ad pe=
nitentiã: ⁊ nolẽtibꝰ cõminatur: cõmemo
rat pactũ ⁊ officiũ eorũ: trãsgressio=
nẽ ⁊ penã ꝓ acceptiõe ꝑsonarum: de
transgressiõe ppl'i accipiẽtis vxores
alienigenas eiectis ãtiquis: de fede
re nuptiarũ ⁊ inseparabilitate ma=
trimoniali: de libello repudii: de his
q laborare dñm fecerunt. Capm.ii.

Et nunc ad vos mãdatum hoc 1 A
o sacerdotes. Si nolueritis au=
dire ⁊ si nolueritis ponere super cor Le.26.b.
vt detis gloriã nomini meo/ ait do= deu.28.b.
minus exercituum: mittam in vos 18.di.c.si
egestatem: ⁊ maledicam benedictio q pbri.
nibus vestris ⁊ maledicã illis: quo=
niam non posuistis super cor. Ecce 1.q.1.ca.
ego proiiciã vobis brachium: ⁊ dis= maledicã
pergam super vultum vestrum ster 2.c.multi
cus solennitatum vestrarum/ ⁊ assu
met vos secũ: ⁊ scietis quia misi ad
vos mandatũ istud, vt esset pactum
meũ cum leui: dicit dñs exercituum.
Pactũ meũ fuit cũ eo vite et pacis
et dedi ei timorẽ ⁊ timuit me ⁊ a fa=
cie nominis mei pauebat: lex verita
tis fuit in ore eiꝰ: ⁊ iniqtas nõ est in B
uenta in labiis eius: in pace ⁊ in eq
tate ambulauit mecũ ⁊ multos auer
tit ab iniquitate. Labia enim sacer=
dotis custodiũt scientiam ⁊ legẽ re=
quirẽt ex ore eius: qꝛ angelus domi=
ni exercituũ est. Vos aũt recessistis
de via ⁊ scandalizastis plurimos in
lege irritũ fecistis pactũ leui: dicit
dñs exercituũ. Propter qđ ⁊ ego de
di vos cõtemptibiles ⁊ humiles oi=
bus populis sicut nõ seruastis vias
meas/ ⁊ accepistis faciẽ in lege. Nũ eph.4.b.
quid nõ pater vnus omniũ nostrũ? C
Nunquid nõ deꝰ vnus creauit nos?
Quare ergo despicit vnusquisq; no=
strũ fratrẽ suũ: violãs pactũ patrũ
nroꝝ? Trãsgressus est iuda ⁊ abomi
natio facta est in israel ⁊ in hierusa
lem: qꝛ contaminauit iudas sanctifi
catione dñi quã dilexit: ⁊ habuit fi=
liã dei alieni. Disperdet dñs virum
qui fecerit hoc: magistrũ ⁊ discipulũ
de tabernaculo iacob: ⁊ offerentem
munus dño exercituum. Et hoc rur=
sum fecistis. Operiebatis lachrymis 13
altare dñi fletu ⁊ mugitu ita vt non
respiciã vltra ad sacrificiũ: nec acci= amos.5.f

plā placabile quid de manu vestra.
Et dixistis. Quā ob causam? Quia dominus testificatus est inter te ⁊ vxorē pubertatis tue quā tu despexisti:
⁊ hec particeps tua et vxor federis
D tui. Nonne vnus fecit: ⁊ residuū spiritus eius est? Et quid vnus querit nisi semen dei? Custodite ergo spiritū
vestrū: ⁊ vxorē adolescētie tue noli despicere. Cū odio habueris eā dimitte dicit dñs de⁹ israel: operiet aūt iniquitas vestimentū eius: dicit dñs exercituū. Custodite spiritū vestrum: ⁊ nolite despicere. Laborare fecistis
dñz in sermonib⁹ vestris. Et dixistis. In quo eū fecimus laborare? In eo
qđ dicitis. Ois q̇ facit malū: bon⁹ est
in cōspectu dñi: ⁊ tales ei placēt. aut
certe vbi est deus iudicii?
¶ C.S. De angelo q̇ mittit: de die iudicii: de destructione iudicii: de affligentib⁹ deum: de bñdictiōe soluētiū
⁊ maledictione nō soluētiū decimas
⁊ primitias: arguunt murmurantes
ɔtra dñm ꝓ flore malorꝫ: et reprimit
eorꝫ blasphemia: de signatis supplicijs eorū ⁊ premiis iustorꝫ. Cpm. iii.
A Ecce ego mittā angelum meū: et
mat. 11. b. preparabit viā añ faciē meam.
mar. 1. a. Et statim veniet ad templum suum
luce. 1. b. dñator quez vos queritis et angelus
⁊. 7. d. testamēti quē vos vultis. Ecce venit
ps. 131. dicit dñs exercituū: ⁊ qs poterit cogitare diē aduēt⁹ ei⁹? ⁊ qs stabit ad
videndū eū? Ipse eñ quasi ignis conflans: ⁊ quasi herba fullonū: ⁊ sedebit
so. dis. c. bit cōflans ⁊ emundans argētum ⁊
purgabit. purgabit filios leui / et colabit eos
quasi aurū ⁊ quasi argentum: ⁊ erūt
dño offerentes sacrificia in iustitia.
Et placebit dño sacrificiū iuda ⁊ hierusalē sicut dies sctī ⁊ sicut āni āntiq.
B Et accedā ad vos in iudicio: ⁊ ero testis velox maleficis ⁊ adulteris ⁊ ꝑiuris ⁊ qui calūniant mercedē mercenarij ⁊ humiliant viduas ⁊ pupillos ⁊ opp̄mūt peregrinū nec timuerūt me / dicit dñs exercituū. Ego eñ
dñs ⁊ nō mutor: ⁊ vos filii iacob non
estis cōsumpti. A diebus eñ patruz
vestrorꝫ recessistis a legitimis meis
⁊ nō custodistis. Reuertimini ad me
zach. 1. a. ⁊ reuertar ad vos / dicit dñs exercituū. Et dixistis. In quo reuertemur?
16. q. 1. c. Si affigit homo deū: qr vos ɔfigitis
reuertimini. me? Et dixistis. In quo cōfigim⁹ te?
In decimis: ⁊ in primitiis. Et in penuria vos maledicti estis: ⁊ me vos
C cōfigitis gens tota. Inferte omnem
decimā i horreū meū: vt sit cibus in
domo mea: et probate me super hoc
dicit dñs / si nō aperuero vobis cataractas celi ⁊ effudero vob᷑ bñdictionē vsq; ad abundantiam / ⁊ increpabo pro vobis deuorantem: ⁊ nō corrumpet fructuz terre vestre nec erit
sterilis vinea in agro / dicit dñs exercituum: et beatos vos dicent omnes
gentes: eritis enim vos terra desiderabilis: dicit dominus exercituū. Inualuerunt super me verba vestra dicit dñs. Et dixistis. Quid locuti sumus contra te? Dixistis. Uanus est D
qui seruit deo: ⁊ quod emolumentuz Job. 21. b.
quia custodiuimus precepta eius:
⁊ quia ambulauimus tristes coram
dño exercituum? Ergo nunc beatos
dicimus arrogātes: siquidem edificati sunt faciētes impietates ⁊ tēptauerūt deū / ⁊ salui facti sunt. Tūc locuti sunt timentes deū vnusquisq; cuz
proximo suo. Et attēdit dñs ⁊ audiuit: ⁊ scriptus est liber monimēti coram eo timentib⁹ dñm ⁊ cogitātibus
nomē ei⁹. Et erūt mihi ait dñs exercituum in die qua ego faciā in peculium ⁊ parcā eis sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. Et cōuertimini
⁊ videbitis quid sit inter iustum et
impium / ⁊ inter seruiētem deo ⁊ nō
seruientem ei.
¶ C.S. De aduētu xpi: de aduētu helie q̇ ꝓcedet scđz aduētū dñi. Cp. iiii.
Ecce eñ dies veniet succensa q̄si A
caminus ⁊ erunt omnes superbi ⁊ omnes facientes impietatez stipula / ⁊ inflammabit eos dies veniēs
dicit dominus exercituum que non
derelinquet eis radicem ⁊ germen. Luc. 1. g.
Et orietur vobis timentibus nomen
meum sol iustitie / ⁊ sanitas in pennis ei⁹. Egrediemini ⁊ salietis sicut
vituli de armento ⁊ calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die qua ego facio B
dicit dñs exercituum. Memētote le- Exo. 21. a.
gis moysi serui mei quam mandaui
ei in oreb ad omnē israel precepta ⁊ mat. 17. b
iudicia. Ecce ego mittam vobis eli- mar. 9. c.
am prophetā anteq̄ veniat dies do- Luc. 1. b.
mini magnus et horribilis: ⁊ cōuertet cor patrū ad filios: ⁊ cor filiorū
ad patres eorum: ne forte veniam ⁊
percutiam terram anathemate.

¶ Malachias propheta explicit.

¶ Prologus beati Hieronymi p̄sbyteri i libros Machabeorum incipit.

Machabeorū libri duo p̄notāt prelia inter Hebreorum duces gentemq; persarū: pugnam quoq; sabbatorū: & nobiles Machabei ducis triūphos: ex cuius nomine
2.Mac. et libri iidem sunt nuncupati. Hec
7.a. quoq; historia cōtinet etiam inclyta illa gesta Machabeorū fratrū: q̄ sub Antiocho rege pro sacris legibus dira tormēta p̄pessi sunt. Quos mater pia dū diversis suppliciis vrgerent/ non solum non flevit: sed & gaudens hortabatur ad gloriam passionis.

¶ Prefatio in libros Machabeorū.

Machabeorū libri licet nō habeātur in canone hebreorū/ tamen ab ecclesia inter divinorū voluminū annotant historias. Prenotāt autē prelia inter Hebreorum duces/ gentesq; Persarum/ pugnā quoq; sabbatorū & nobiles Machabei triūphos: fedus quoq; amicitiarum cū romanorum ducibus atq; legationū. Machabei septē fratres ab vna matre machabea nomine geniti custodientes legem/ patris traditionem: non mādūcantes carnem porcinam/ ob hoc ab Antiocho rege seuissimo in Antiochia martyrii gloria coronati sunt cū matre sua/ atq; sepulti cum magna veneratione ibi quiescunt.

¶ Liber primus Machabeorum.

¶ C. I. De alexandro filio Philippi de āntiocho radice peccati/ de civitate Hierusalē exusta: multi ex Israel consenserunt edicto regis sacrificā do idolis: lex exusta est/ multi ex Israel trucidantur. Capitulū primū.

A Et factū est post q̄ percussit alexāder philippi rex macedo: q̄ prim⁹ regnauit i grecia: gressus de terra cethim: darium regē persarum & medorum: constituit prelia multa: & obtinuit omniū munitiones & interfecit reges terre: & ptrāsiit vsq; ad fines terre: & accepit spolia multitudinis gētiū & siluit terra in cōspectu eius. Et cōgregauit virtutem/ & exercitum fortem nimis: et exaltatum est: et eleuatum cor eius et obtinuit regiones gentiū & tyrannos: et facti sunt illi in tributum. Et
post hec decidit i lectū/ et cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles qui secū erant nutriti a iuuētute sua: & diuisit illis regnum
suum/ cum adhuc viueret. Et regna Judi.1.c.
uit Alexander annis duodecim/ et mortuus est. Et obtinuerunt pueri eius regnū/ vnusquisq; in loco suo: & imposuerunt omnes sibi diadema
ta post mortem eius/ et filii eorum B
post eos annis multis: & multiplicata sunt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccati Antiochus illustris filius antiochi regis qui fuerat rome obses: et regnauit in anno cētesimo tricesimo septimo regni grecorū. In diebus illis exierūt ex israel filii iniqui: & suaserūt multis dicentes. Eamus et disponamus testamentū cū gentibus q̄ circa nos sunt: q2 ex quo recessim⁹ ab eis: inuenerūt nos multa mala: et bonus visus est sermo in oculis eorū. Et destinauerunt aliqui de pp̄lo: et abierūt ad regem: & dedit illis potestatē vt facerent iustitiam gentium. Et edificauerūt gymnasiū in hierosolymis scd'z leges nationū & fecerūt sibi preputia: & recesserunt a testamēto sancto & iuncti sunt na
tionib⁹: & venūdati sunt vt facerent 3.re.21.g.
malū. Et paratū est regnū in cōspectu Antiochi: & cepit regnare in terra Egypti: vt regnaret super duo re
gna. Et intrauit in Egyptū in multi C
tudine graui: in currib⁹ & elephātis et equitib⁹: & copiosa nauium multitudine. Et constituit bellū aduersus ptolomeū regē egypti: & veritus est ptolomeus a facie eius: & fugit: & ceciderunt vulnerati multi. Et cōprehēdit ciuitates munitas i terra egypti: & accepit spolia terre Egypti. Et conuertit antiochus post q̄ percussit Egyptum in centesimo et quadragesimo et tertio anno: & ascendit ad israel: & ascēdit Hierosolymā in multitudine graui: & intrauit in sanctificationem cum superbia: & accepit altare aureū & candelabrū luminis: & vniuersa vasa eius: et mensam propositionis & libatoria & phialas: et mortariola aurea: & velum: & coronas et ornamentū aureum qd' in facie templi erat: & comminuit omnia. Et accepit argentū & aurum & vasa cōcupiscibilia: et accepit thesauros occultos: quos inuenit: et sublatis omnibus abiit i terrā suam & fecit cedem

hominum et locutus est in superbia
magna. Et factus est planctus ma-
D gnus in israel ⁊ in oi loco eoꝝ: ⁊ inge
muerūt principes ⁊ seniores: ⁊ iuue
nes ⁊ virgines infirmati sunt: ⁊ spe
ciositas mulierū immutata est. Ois
maritus sumpsit lamentū / et q̄ sede
bant in thoro maritali lugebāt: ⁊ cō
mota est terra super habitātes in ea
et vniuersa domus iacob induit ꝯfu
sionē. Et post duos annos dierū mi-
sit rex principē tributoꝝ ī ciuitates
iuda: ⁊ venit hierusalē cū turba ma
gna. Et locut⁹ est ad eos verba paci-
fica ī dolo: ⁊ crediderūt ei. Et irruit
sup ciuitatē repente: ⁊ percussit eaȝ
plaga magna / ⁊ pdidit populū mul-
tū ex israel. Et accepit spolia ciuita-
tis: ⁊ succēdit eā igni: ⁊ destruxit do-
mos ei⁹ ⁊ muros eius in circuitu.
Et captiuas duxerūt mulieres: ⁊ na
tos et pecora possederunt. Et edifi-
cauerunt ciuitatem dauid muro ma
gno ⁊ firmo / ⁊ turribus firmis: ⁊ fa-
E cta est illis in arcem. Et posuerūt il-
lic gentē peccatricem viros iniquos
et conualuerunt in ea: ⁊ posuerūt ar
ma ⁊ escas: ⁊ congregauerūt spolia
hierl'ȝ ⁊ reposuerūt illic: ⁊ facti sunt
in laqueum magnū. Et factū est hoc
ad insidias sanctificationi: et in dia
✝ al's ma bolum magnū ✝ in israel. Et effude
lum. runt sanguinem innocētem per cir-
cuitum sanctificationis: ⁊ contami-
nauerunt sanctificationem. Et fuge
runt habitatores hierl'm ꝓpter eos
et facta est habitatio exteroꝝ: ⁊ fa-
cta est extera semini suo: ⁊ nati eius
reliquerunt eam. Sanctificatio eius
desolata est sicut solitudo / dies festi
eius conuersi sunt in luctū / sabbata
eius in opprobrium: honores eius in
Tob.2.b. nihilū. Scđm gloriam eius multipli
amos.8.c cata est ignominia eius / et sublimi-
tas eius cōuersa est in luctū. Et scri
psit rex antiochus omi regno suo: vt
esset ois popl's vnus. Et reliquerunt
vnusquisq; legē suam: ⁊ cōsenserunt
oēs gentes ſm verbum regis antio-
chi: ⁊ multi ex Israel ꝯsenserunt ei:
F et sacrificauerunt idolis / ⁊ coinqui-
nauerūt sabbatū. Et misit rex antio-
chus libros per manus nunciorū in
hierl'm: ⁊ in oēs ciuitates iude vt se-
querentur leges gentiū terre / ⁊ pro-
hiberēt holocausta ⁊ sacrificia ⁊ pla
cationes fieri in templo dei / et ꝓhi-
berent celebrari sabbatum ⁊ dies so

lennes. Et iussit coinquinari sancta
et sanctū populū israel. Et iussit edi
ficari aras ⁊ tēpla ⁊ idola ⁊ immo-
lari carnes suillas et pecora cōmu-
nia / ⁊ relinquere filios suos incircū
cisos / ⁊ coinquinari aīas eoꝝ ī omi-
bus immunditiis ⁊ abominationib⁹
ita vt obliuiscerētur legem / ⁊ immu-
tarent oēs iustificatiōes dei. Et qui-
cūq; nō fecissent ſm verbū regis an
tiochi morerentur. Scđm oia verba
hec scripsit oi regno suo: ⁊ preposuit
principes populo qui hec fieri coge-
rent. Et iusserunt ciuitatib⁹ iude sa-
crificare. Et cōgregati sunt multi de
populo ad eos qui dereliquerant le-
gem dñi: ⁊ fecerunt mala sup terraȝ
⁊ effugauerūt ppl'm isrl' in abditis ⁊
in abscōditis fugitiuorū locis. Die
G quintadecima mēsis casleu / quinto ⁊
quadragesimo ⁊ cētesimo anno / edi
ficauit rex antiochus abominādum
idolum desolationis sup altare dei /
⁊ per vniuersas ciuitates iude in cir
cuitu edificauerunt aras: et ante ia-
nuas domorum: ⁊ in plateis incēde
bant thura / ⁊ sacrificabāt: et libros
legis dei cōbusserunt igni: scindētes
eos: et apud quēcūq; inueniebantur
libri testamenti dñi / ⁊ quicūq; obser
uabat legē dñi ſm edictū regis tru-
cidabant eum. In virtute sua facie-
bant hec populo Israel qui inuenie
batur in omi mēse in ciuitatibus. Et
quinta ⁊ vicesima die mensis sacrifi
cabant super aram / que erat contra
altare / ⁊ mulieres que circūcidabant
filios suos trucidabant ſm iussum
regis antiochi. Et suspendebāt pue-
ros a ceruicibus per vniuersas do-
mos eoꝝ: ⁊ eos qui circūciderant il-
los / trucidabant. Et multi de popl'o
israel diffinierūt apud se: vt nō man
ducarēt immunda: ⁊ elegerunt ma-
gis mori q̄ cibis coinquinari immū
dis / ⁊ noluerūt infringere legem dei
sanctam: ⁊ trucidati sunt: ⁊ facta est
ira magna sup ppl'm Israel valde.
¶ C.S. Marathias ⁊ omnes ei⁹ filij
lamētant ppl'm templū / ⁊ desolatio
nem legis: cogitur marathias sacri-
ficare idolis: sȝ noluit: occidit mara
thias sacrificantē idolis ⁊ etiā mini
strū regis antiochi: fugientes in de-
sertum ne sacrificarent idolis occisi
sunt in sabbato: ꝯstituit marathias
pugnare in sabbato: ipse ⁊ eius filij
occidentes petrōres aras idoloꝝ sub

uerunt: matathias moriens admo-
net filios defendere Israel et cogita-
re generationes patrum. Caplm. ij.
A In diebus illis surrexit mata-
thias filius Johannis filij sy-
meonis sacerdos ex filijs ioa-
rim ab hierusalem/et cōsedit in mon
te modin. Et habebat filios quinque
Joannā/qui cognominabatur gad-
dis: et symeonē/qui cognominabat
thasi: et iudam/qui vocabat macha-
beus: et eleazarū/qui cognominaba-
tur abaron: et Jonathan/qui cogno-
minabat apphus. Hi viderunt mala
que fiebant in pplo iuda et in hieru-
salem. Et dixit Matathias. Ue mihi
vt quid natus sum videre contritio-
nem populi mei: et contritionem ciui-
tatis sancte/et sedere illic cum datur
in manib9 inimicorū? Sancta in ma-
nu extraneorū facta sunt/templum
eius sicut homo ignobilis. Uasa glo-
rie eius captiua abducta sunt: truci-
dati sunt senes eius in plateis: et iu-
uenes ei9 ceciderunt in gladio inimi-
B corū. Que gens non hereditauit re-
gnum eius/et non obtinuit spolia ei9.
Omnis compositio eius ablata est.
Que erat libera/facta est ancilla. Et
ecce sancta nostra: et pulchritudo no-
stra/et claritas nostra desolata est et
coinquinauerunt eam gentes. Quo
ergo nobis adhuc viuere? Et scidit ve-
stimenta sua matathias/et filij eius
et operuerūt se cilicijs/et planxerunt
valde: et venerūt illuc qui missi erāt
a rege Antiocho/vt cogerēt eos qui
confugerant in ciuitatē modin/im-
molare et accendere thura/et a lege
dei discedere. Et multi de populo Is-
rael consentiētes accesserunt ad eos/
sed matathias et filij eius constanter
steterunt. Et respondentes qui missi
erant ab antiocho/dixerunt mata-
thie. Princeps et clarissimus et ma-
gnus es in hac ciuitate/et ornatus fi-
lijs et fratribus. Ergo accede prior et
fac iussum regis: sicut fecerunt om-
nes gentes et viri iuda/et qui reman-
serunt in hierlm: et eris tu et filij tui
inter amicos regis/et amplificatus
auro/et argento/et muneribus mul-
C tis. Et respondit matathias/et dixit
magna voce. Et si oēs gētes regi an-
tiocho obediūt: vt discedāt vnusquisq
a seruitute legis patrum suorum/et
consentiant mandatis eius/ego et fi-
lij mei/et fratres mei obediemus le-
gis patrū nostrorū. Propitius sit no-
bis deus: nō est nobis vtile relinque-
re legē/et iustitias dei. Nō audiem9
verba regis antiochi: nec sacrificabi-
mus transgredientes legis nr̄e man-
data/vt eamus altera via. Et vt ces-
sauit loqui verba hec: accessit quidaꝫ
iudeus in oim oculis sacrificare ido-
lis super arā in ciuitate modin scdm
iussum regis. Et vidit matathias/et
doluit: et contremuerūt renes eius: et
accēsus est furor eius scdm iudiciuꝫ
legis: et insiliens trucidauit eū super
aram. Sed et virū quē rex antiochus
miserat qui cogebat immolare/occi-
dit in ipso tēpore/et aram destruxit:
et zelatus est legē: sicut fecit phinees
zambri filio Salomi. Et exclamauit nu. 25. b.
Matathias voce magna in ciuitate:
dicens. Omnis qui zeluꝫ habet legis
statuens testamentū exeat post me.
Et fugit ipse et filij ei9 in mōtes: et re-
liquerūt quecunq habebāt in ciuita-
te. Tunc descēderūt multi querentes D
iudiciū/et iustitiā in desertū: et sede-
runt ibi ipsi/et filij ei9/et mulieres eo-
rū/et pecora eorū: qm inundauerunt
sup eos mala. Et renūciatum est vi-
ris regis/et exercitui q erat in hieru-
salē ciuitate dauid/quoniā discessis-
sent viri quidā qui dissipauerūt man
datum regis in loca occulta in deser
to/et abijssent post illos multi. Et sta-
tim perrexerunt ad eos et constitue-
runt aduersus eos preliū in die sab-
batorū: et dixerūt ad eos. Resistitis
et nūc adhuc? Exite et facite ſm ver-
bum regis antiochi/et viuetis. Et di-
xerunt. Non exibimus/neq faciem9
verbū regis/vt polluamus diem sab-
batorum. Et concitauerunt aduersus
eos prelium. Et nō rn̄derunt eis: nec
lapidē miserunt in eos: nec oppilaue-
runt loca occulta: dicentes. Moria-
mur oēs in simplicitate nostra/et te- C
stes erunt sup nos celū et terra quod in-
iuste perditis nos. Et intulerunt il-
lis bellū sabbatis: et mortui sunt ip-
si/et vxores eorum: et filij eorū: et peco-
ra eorū vsq ad mille animas hoim. Et E
cognouit Matathias et amici eius/
et luctum habuerūt super eos valde.
Et dixit vir proximo suo. Si oēs fece-
rimus sicut fratres nr̄i fecerunt/et
non pugnauerimus aduersus gētes
pro aīabus nr̄is et iustificationibus
nostris: citius disperdent nos a ter-
ra. Et cogitauerunt in die illa dicen-

tes. Dis quicumq; venerit ad nos in
bello die sabbatorū/pugnemus adver-
sus eum/et non moriemur omnes/si-
cut mortui sunt fratres nostri in oc-
cultis. Tunc congregata est ad eos
synagoga iudeorū fortis viribus ex
israel: omnis voluntarius in lege/et
omnes qui fugiebant a malis additi
sunt ad eos: et facti sunt illis ad fir-
mamentū. Et collegerūt exercitū: et
percusserunt peccatores in ira sua: et vi-
ros iniquos in indignatione sua / et
ceteri fugerunt ad nationes/ut eva-
derēt. Et circuivit mathathias et ami-
ci eius: et destruxerūt aras: et circum
ciderūt pueros incircuncisos quot-
quot invenerunt in finibus Israel in
fortitudine. Et persecuti sunt filios
superbie: et prosperatū est opus in ma-
F nibus eorū. Et obtinuerūt legē de ma-
nibus gentiū/et de manibus regum/
et non dederunt cornu peccatori. Et
appropinquaverunt dies Mathathie
moriēdi: et dixit filiis suis. Nunc con
fortata est superbia: et castigatio: et tē-
pus eversionis/et ira indignationis.
Nunc ergo filii: emulatores estote le
gis et date animas vestras pro testa
mento patrum: et mementote operū
patrum que fecerunt in generatio-
nibus suis: et accipietis gloriam ma
gnam: et nomen eternum. Abraam
gen.22.c. nonne in temptatione inventus est fide
lis: et reputatū est ei ad iusticiam? Jo
ge.41.e. seph in tempore angustie sue custodi
vit mandatum: et factus est dñs egy
pti. Phinees pater noster zelādo ze-
nu.25.c. lum dei accepit testamentum sacerdo
tii eterni. Jesus dū implevit verbum/
ec.45.d. fact' est dux in Israel. Caleph dū te
Jos.1.a. stificat in ecclesia: accepit hereditatē.
nu.14.b. David in sua mia consecutus est se-
Jos.14.d dem regni in secula. Helias dū zelat
3.re.2.a. zelum legis: receptus est in celum.
G 4.re.2.a. Ananias et azarias et misael creden
dan.3.c. tes liberati sunt de flāma. Daniel in
dan.6.f. sua simplicitate liberatus est de ore
leonū. Et ita cogitate per generationem
et generationem: quia oēs qui sperāt in
eum non infirmant. Et a verbis viri
peccatoris ne timueritis: quia gloria eius
stercus et vermis est. Hodie extolli-
tur: et cras nō invenietur: quia conversus
est in terrā suā: et cogitatio eius per-
iit. Vos ergo filii confortamini: et vi-
riliter agite in lege: quia cū feceritis q̄
vobis precepta sunt in lege a dño deo
vestro: in ipsa gloriosi eritis. Et ecce

simon frater vester scio q̄ vir consilii
est: ipsum audite semper: et ipse erit
vobis pater. Et Judas Machabeus
fortis viribus a iuventute sua sit vo-
bis princeps militie: et ipse aget bel-
lum populi. Et adducetis ad vos oēs
factores legis: et vindicate vindictā
populi vestri. Retribuite retributionem
gentibus: et intendite in preceptū legis.
Et benedixit eos/et appositus est ad pa-
tres suos. Et defunctus est anno cen
tesimo quadragesimo sexto/ et sepul-
tus est a filiis suis in sepulchris pa-
trum suorū in modin: et planxerunt
eum omnis israel planctu magno.
¶ Ca. 3. Surrexit Judas machabeus
in defensionē israel/occidit iudas apo-
loniū auferēs eius gladiū: occidit etiā
seron principē exercitus syrie: missi a
antiocho ut lysias destrueret Israel:
et penitus de terra deleret. Capm. iii.

Et surrexit iudas qui vocaba- A
tur machabeus filius eius pro eo:
et adiuvabant eū oēs fratres
eius: et universi qui se coniunxerāt pa-
tri eius: et preliabant prelium israel cum
letitia. Et dilatavit gloriā populo suo
et induit se loricā sicut gigas: et suc-
cinxit se arma bellica sua in prelio/
et protegebat castra gladio suo. Si-
milis factus est leoni in operibus suis/
et sicut catulus leonis rugiens in ve-
natione. Et persecutus est iniquos per-
scrutās eos/et qui conturbabāt populum
suū oēs succendit flammis: et repulsi
sunt inimici eius pre timore eius. Et oēs
operarii iniquitatis conturbati sunt/et
directa est salus in manu eius. Et exa-
cerbabat reges multos: et letificabat
iacob in operibus suis: et in seculum me-
moria eius in benedictione. Et peram-
bulabat civitates Juda: et perdidit im
pios ex eis: et avertit iram ab israel
et nominatus est usq; ad novissimum
terre: et congregavit pereuntes. Et
cōgregavit apollonius gentes et a sa
maria virtutē multā et magnam: ad B
bellandum cōtra israel. Et cognovit
iudas et exiit obviam illi: et percussit et
occidit illum: et ceciderūt vulnerati
multi: et reliqui fugerunt. Et accepit
spolia eorū: et gladiū apollonii abstu-
lit iudas: et erat pugnās in eo omni-
bus diebus. Et audivit seron princeps
exercitus syrie: q̄ congregavit Judas
congregationē fideliū et ecclesiā secū
et ait. Faciam mihi nomen: et glorifi
cabor in regno / et debellabo iudam

et eos qui cum ipso sunt: qui sperne
bant verbū regis. Et preparauit se: et
ascenderūt cū eo castra impiorū for-
tes auxiliarij: vt facerent vindictam
in filios Israel. Et appropinquaue-
runt vsque bethoron: et exiuit iudas
obuiā illis cū paucis. Ut autē vide-
runt exercitū venientē sibi obuiam
dixerunt iude. Quomodo poterimus
pauci pugnare contra multitudinē
hanc tantā et tam fortē: et nos fati-
gati sumus ieiunio hodie? Et ait iu-
das. Facile est concludi multos in
manu paucorū: et nō est differentia in
cōspectu dei celi liberare in multis et
in paucis: quia non in multitudine ex-
C ercitus victoria belli: sed de celo for-
titudo est. Ipsi veniūt ad nos in mul-
titudine cōtumaci et superbia vt dis-
perdant nos: et vxores nostras: et fi-
lios nostros: et vt spolient nos. Nos
vero pugnabimus pro animabus no-
stris / et legibus nr̄is: et ipse dn̄s con
teret eos ante faciē nostram: vos au-
tem ne timueritis eos. Ut cessauit au
tem loqui: insiluit in eos subito. Et con-
tritus est seron et exercitus eius in cō-
spectu ipsius: et persecutus est eū in
descēsu bethoron vsq; in campum: et
ceciderūt ex eis octingēti viri: reliq
autē fugerunt in terrā philistijm. Et
cecidit timor iude ac fratrū eius: et
formido super oēs gentes in circui-
tu eorum. Et peruenit ad regem no-
men eius: et de prelijs iude narrabant
oēs gētes. Ut audiuit aūt rex antio-
chus sermones istos / iratus est aio et
misit et congregauit exercitum vni-
uersi regni sui / castra fortia valde: et
aperuit erarium suum: et dedit stipē
D dia exercitui in annum: et manda-
uit illis vt essent parati ad oīa. Et
vidit q defecit pecunia de thesauris
suis / et tributa regionis modica pro-
pter dissentionem et plagam quā fe-
cit in terra / vt tolleret legitima que
erant a primis diebus. Et timuit ne
non haberet et semel et bis in sumpt9
et donaria q dederat ante larga ma-
nu: et abundauerat sup reges q ante
eum fuerant. Et cōsternat9 erat ani-
mo valde: et cogitauit ire in persidē
vt acciperet tributa regionū: et con-
gregaret argētum multum. Et reliqt
lysiam hoiem nobilē de genere rega-
li super negocia regia a flumine eu-
phraten vsq; ad flumen egypti: et vt
nutriret antiochum filiū suum donec

rediret. Et tradidit ei mediū exerci-
tum et elephātos: et mandauit ei de
oibus que volebat: et de inhabitanti-
bus iudeam et hierusalē: et vt mitte-
ret ad eos exercitū ad conterendā et
extirpandā virtutē israel / et reliqas
hierusalē / et auferendā memoriam
eorū de loco: et vt cōstitueret habita-
tores filios alienigenas in oībus fi-
nibus eorū: et sorte distribueret ter-
ram eorū. Et rex assumpsit partē ex- E
ercit9 residui: et exiuit ab antiochia
ciuitate regni sui anno centesimo et
quadragesimoseptimo / et trāsfreta-
uit euphraten flumen / et perambu-
labat superiores regiones. Et elegit
lysias ptolemeū filiū dorimini / et ni-
canorē / et gorgiā / viros potentes ex
amicis regis: et misit cū eis quadra-
ginta milia virorū / et septē milia eq-
tum: vt venirēt in terrā iuda / et dis-
perderēt eam scdm verbū regis. Et
processerūt vt irent cū vniuersa vir-
tute sua: et venerunt et applicuerunt
ammaum in terra campestri. Et au-
dierūt mercatores regionū nomen
eorū: et acceperunt argentum et aurū
multū valde / et pueros / et venerunt
in castra vt acciperēt filios israel in
seruos / et addite sunt ad eos exerci-
tus syrie / et terre alienigenarū. Et vi-
dit iudas et fratres eius q multipli-
cata sunt mala / et exercitus applica-
bat ad fines eorū: et cognouerunt ver
ba regis q mandauit pplo facere in
interitū et consummationē. Et dixe-
runt vnusquisq; ad proximum suū. F
Erigamus deiectionē populi nr̄i: et
pugnemus pro populo nostro / et san
ctis nostris. Et congregatus est con
uentus / vt essent parati in preliū: et
vt orarēt et peterent misericordiā / et
miserationes: et hierusalē non habi-
tabatur: sed erat sicut desertū. Non
erat qui ingrederetur et egrederetur
de natis eius / et sanctū conculcaba-
tur: et filij alienigenarū erant in ar-
ce. Ibi erat habitacio gentiū: et abla-
ta est voluptas a iacob: et defecit ibi
tibia / et cithara. Et congregati sunt
et venerunt in masphat contra hie-
rusalem: quia locus orationis erat in
masphat ante in israel. Et ieiunaue-
runt illa die: et induerunt se ciliciis et
cinerem imposuerunt capiti suo: et
disciderunt vestimenta sua / et expan-
derunt libros legis / de qbus scruta-
bant gentes similitudinē simulacro

rum suorum: ⁊ attulerunt ornamenta
sacerdotalia et primitias / et decimas
et suscitauerũt nazareos qui imple-
uerãt dies / et clamauerunt voce ma-
B gna in celũ dicẽtes. Quid faciemus
istis: et quo eos ducemus? Et sancta
tua conculcata sunt / ⁊ contaminata
sunt: ⁊ sacerdotes tui facti sunt in lu
ctũ: ⁊ in humilitatẽ: et ecce nationes
conuenerũt aduersũ nos / vt nos disp-
dant / tu scis q̃ cogitant in nos. Quo
modo poterimus subsistere ante faciẽ
eorum / nisi tu deus adiuues nos? Et
tubis exclamauerunt voce magna.
Et post hec constituit iudas duces
populi / tribunos / et centuriones / et
deu.20.a. pentacontarchos / ⁊ decuriões. Et di
xit his qui edificabant domos / ⁊ spõ
sabant vxores / ⁊ plantabant vineas
Iud.7.a. et formidolosis / vt redirent vnusquis-
que in domum suam secundum legẽ.
Et mouerunt castra: et collocauerũt
ad austrum ammaum. Et ait iudas.
Accingimini / et estote filii potẽtes: ⁊
estote parati i mane: vt pugnetis ad
uersus nationes has que conuenerũt
disperdere nos et sancta nostra: quo
niam melius est nos mori in bello / q̃
videre mala gentis nostre / et sancto
rum. Sicut autem fuerit voluntas in
celo: sic fiat.

¶ C. S. Debellatio Gorgia et Lysia:
Iudas purificauit tẽplũ: de dedica-
tione altaris ⁊ ornatu tẽpli. Cap. iiii.

A Et assumpsit gorgias quinque mi
lia virorum / ⁊ mille equites ele-
ctos: ⁊ mouerunt castra nocte: vt ap-
plicarent ad castra iudeorum: ⁊ per-
cuterent eos subito. Et filii qui erant
ex arce: erant illis duces. Et audiuit
iudas ⁊ surrexit ipse et potentes per
cutere virtutem exercituum regis /
qui erat in Ammaum. Adhuc enim
dispersus erat exercitus a castris. Et
venit gorgias in castra iude noctu / ⁊
neminem inuenit: et querebat eos in
montibus: quoniam dixit: fugiunt hi a
nobis. Et cũ dies factus esset: appa-
ruit iudas in cãpo cum tribus mili-
bus virorũ tñ: qui tegumenta et gla
dios nõ habebãt. Et viderunt castra
gentiũ valida: et loricatos: et equita-
tus in circuitu eorum: et hi docti ad pre
liũ. Et ait iudas viris qui secũ erant.
Ex.14.b. Ne timueritis multitudinẽ eorum: et
impetũ eorũ ne formidetis. Memen
tote qualiter salui facti sunt patres
nostri in mari rubro / cum sequeretur
eos pharao cum exercitu multo. Et
nunc clamemus in celũ / et miserebitur
nostri dñs: et memor erit testamenti
patrũ nostrorum: et cõteret exercitum
istũ ante faciẽ nostrã hodie: et scient
oẽs gentes q: est deus qui redimat et
liberet israel. Et leuauerũt alienige-
ne oculos suos: ⁊ viderunt eos veni- B
entes ex aduerso. Et exierunt de ca-
stris in preliũ: ⁊ tuba cecinerũt hi q̃ I.9.b.
erant cũ iuda. Et congressi sunt: et cõ-
trite sunt gẽtes: ⁊ fugerunt in cãpũ.
Nouissimi autẽ ceciderũt in gladio
⁊ persecuti sunt eos vsque gazeron / et
vsque in cãpos idumee / et azoti / et iã-
nie: et ceciderunt ex illis vsque ad tria
milia virorum. Et reuersus est iudas / ⁊
exercitus eius sequens eũ. Dixitque
ad populũ. Nõ concupiscatis spolia
quia bellũ contra nos est: et gorgias
et exercitus eius ppe nos in mõtibus:
sed state nunc contra inimicos nr̃os
et expugnate eos / et sumetis postea
spolia securi. Et adhuc loquente iu-
da hec / ecce apparuit pars quedam
prospiciens de mõte. Et vidit gorgias
q: in fugam conuersi sunt sui / et suc- C
censa sunt castra. Fumus enim qui vi-
debat declarabat qđ factum est. Qui-
bus ille conspectis timuerunt valde
aspiciẽtes simul et iudã et exercitum
in campo paratũ ad preliũ. Et fuge-
rũt oẽs in campo alienigenarũ: et iu
das reuersus est ad spolia castrorum:
et acceperũt aurũ multũ et argentũ
et hyacinthũ / et purpurã marinã / et
opes magnas. Et conuersi hymnum
canebãt / et bñdicebãt deũ in celum /
qm̃ bonus est / quoniã in seculum mi-
sericordia eius. Et facta est salus ma
gna in israel in die illa. Quicunque au-
tem alienigenarum euaserũt: venerunt
et nunciauerunt lysie vniuersa q̃ ac-
ciderãt. Quibus ille audiens / conster-
natus aĩo deficiebat: quia nõ qualia
voluit / talia contigerunt in israel: et
qualia mãdauit rex. Et sequenti an-
no cõgregauit lysias virorum electorum
sexaginta milia: et equitũ quinque mi-
lia / vt debellaret eos. Et venerunt in D
iudeã / et castra posuerunt in betho-
ron: ⁊ occurrit illis iudas cum decem
milibus viris. Et viderũt exercitũ for-
tem / et orauit / et dixit. Bñdictus es I.re.17.f.
saluator israel / qui contriuisti impe-
tũ potẽtis in manu serui tui dauid: I.re.14.b
et tradidisti castra alienigenarũ in
manu ionathe filii saul / et armigeri

eius. Conclude exercitum istum in
manu populi tui israel / et confunda-
tur in exercitu suo et equitib9. Da il-
lis formidinem / et tabefac audaciã
virtutis eorum: et cõmoueant cõtritio-
ne sua. Deiice illos gladio diligentiũ
te: et collaudent te oẽs qui nouerunt
nomẽ tuum in hymnis. Et commise-
runt prelium: et ceciderunt de exercitu
lysie quinqꝫ milia virorũ. Uidẽs au-
tem lysias fugã suorum / et iudeorum
audaciam / et ꝙ parati sunt aut vi-
uere aut mori fortiter / abiit antio-
E chiã et elegit milites: vt multiplicati
rursus venirent in iudeã. Dixit autẽ
iudas: et fratres ei9. Ecce contriti sunt
inimici nr̃i: ascẽdamus nũc munda-
re sancta / et renouare. Et congrega-
tus est oĩs exercitus: et ascenderunt
in montẽ sion. Et viderũt sanctifica-
tionẽ desertã / et altare prophanatũ:
et portas exustas: et in atriis virgul-
ta nata / sicut in saltu vel in montib9
et pastophoria diruta. Et sciderunt
vestimẽta sua: et planxerunt planctu
magno: et imposuerũt cinerẽ sup ca-
put suũ: et ceciderũt in faciẽ sup ter-
ram / et exclamauerũt tubis signorũ
et clamauerũt in celũ. Tunc ordina-
uit iudas viros / vt pugnarẽt aduer-
sus eos qui erãt in arce: donec emun-
darent sancta. Et elegit sacerdotes
sine macula: volũtatem habentes in
lege dei: et mũdauerunt sancta: et tu-
lerũt lapides cõtaminationis in lo-
cum immundũ. Et cogitauit de alta-
ri holocaustorum quod ꝓphanatum
erat / quid de eo faceret. Et incidit il-
li cõsilium bonũ / vt destrueret illud
ne forte illis esset in opprobriũ quia
contaminauerunt illud gentes: et de-
F molitu sunt illud. Et reposuerunt la-
pides in monte domus in loco apto
quoadusqꝫ veniret ꝓpheta / et respon-
deret de eis. Et acceperunt lapides
integros scd̃m legẽ: et edificauerunt
altare nouũ secundũ illud quod fuit
prius: et edificauerunt sancta: et que
intra domũ erant intrinsecus: et edẽ
et atria sanctificauerũt. Et fecerunt
vasa sancta noua / et intulerunt can-
delabrum / et altare incensorum / et men-
sam in templum. Et incẽsum posue-
runt super altare: et accenderunt lu-
cernas que super cãdelabrum erant
et lucebant in templo. Et posuerunt
super mẽsam panes: et appẽderunt
vela: et consummauerunt oĩa opera
que fecerãt. Et ante matutinum sur-
rexerũt quinta et vicesima die men-
sis noni (hic est mensis casleu) cen-
tesimi quadragesimi octaui anni: et
obtulerunt sacrificiũ scd̃m legẽ super
altare holocaustorũ nouum qđ fece-
runt. Scd̃m tempus et scd̃m diem in
qua cõtaminauerunt illud gẽtes / in
ipsa renouatũ est in cãticis et cytha-
ris et cynaris et cymbalis. Et cecidit G
omnis popul9 in faciem: et adoraue-
runt et benedixerũt in celum eũ qui
prosperauit eis. Et fecerunt dedica-
tionẽ altaris diebus octo: et obtule-
runt holocausta cũ leticia et saluta-
ris laudis. Et ornauerunt faciẽ tem-
pli coronis aureis et scutulis: et dedi-
cauerunt portas et pastophoria: et
imposuerũt eis ianuas. Et facta est
leticia in pp̃lo magna valde: et auer-
sum est opprobriũ gẽtium. Et statuit
iudas et fratres eius et vniuersa ec-
clesia israel vt agãt dies dedicatio-
nis altaris in tẽporib9 suis ab anno
in annũ per dies octo a quinta et vi- Jo.10.c.
cesima die mẽsis casleu / cum leticia
et gaudio. Et edificauerũt in tempo-
re illo mõtem sion / et per circuitum
muros altos et turres firmas: neqñ
venirent gẽtes et conculcarent eum
sicut antea fecerunt. Et collocauit il-
lic exercitum vt seruarent eũ / et mu-
niuit eum ad custodiendam bethsu-
ram vt haberet popul9 munitionem
contra faciem idumee.

C.S. Debellat iudas gẽtes volen-
tes pdere isrl': de timotheo duce am-
mon: simõ missus a fratre expugnat
gentes: de bellis iude contra timotheũ
ꝙ ioseph9 et azarias victi sunt: expu-
gnat iudas filios esau: iudas euertit
aras idolorum. Capitulum. v.

ET factum est vt audierunt gen- A
tes in circuitu quia edificatum
est altare et sanctuarium sicut prius /
irate sunt valde: et cogitabant tolle-
re genus iacob qui erant inter eos:
et ceperũt occidere de populo et per-
sequi. Et debellabat iudas filios esau
in idumea / et eos qui erant in ara-
bathane: quia circũsedebant israeli-
tas: et percussit eos plaga magna. Et
recordatus est malitiã filiorũ bean /
qui erant pp̃lo in laqueũ et in scan-
dalum / insidiantes ei in via: et cõclu-
si sunt ab eo in turribus et applicuit
ad eos / et anathematizauit eos: et
incẽdit turres eorum igni cuꝫ oĩbus

qui in eis erant: ⁊ transiuit ad filios
ammon: et inuenit manū fortē et po-
pulū copiosum: et timotheū: ducē ip-
sorum. Et cōmisit cū eis prelia mul-
ta: et cōtriti sunt in cōspectu eorū / et
percussit eos: et cepit gazer ciuitatē
et filias eius: ⁊ reuersus est in iude-
am. Et ꝯgregate sunt gētes que sunt
in galaad aduersꝰ israelitas q̄ erant
in finibus eoꝝ vt tollerēt eos / ⁊ fuge-
runt in dathemā munitionē: et mise-
rūt literas ad iudam et fratres eius
B dicētes. Congregate sunt aduersum
nos gētes per circuitū / vt nos aufe-
rant et parāt venire et occupare mu-
nitionē in quā cōfugimꝰ: et timothe-
us est dux exercitus eoꝝ. Nunc ergo
veni et eripe nos de manibꝰ eorum /
quia cecidit multitudo de nobis. Et
oēs fratres nostri qui erant in locis
tubin interfecti sunt: et captiuas du-
xerūt vxores eoꝝ et natos et spolia:
⁊ peremerūt illic fere mille viros. Et ad-
huc epistole legebantur / et ecce alij
nuncij venerunt de galilea cōscissis
tunicis / nunciantes scd̄m verba hec
dicentes conuenisse aduersum se a
ptolemaida / et tyro / et sidone: et re-
pleta est ois galilea alienigenis / vt
nos cōsumant. Ut audiuit autem iu-
das et pp̄ls sermones istos: cōuenit
ecclesia magna cogitare q̄d facerēt
fratribꝰ suis qui in tribulatione erāt
et expugnabātur ab eis. Dixitq̄ iu-
das simoni fratri suo. Elige tibi vi-
ros: et vade / ⁊ libera fratres tuos in
galilea: ego aūt et frater meus iona-
thas ibimꝰ i galaditim. Et reliquit
iosephum filiū zacharie / et azariam
duces pp̄li cū residuo exercitu in iu-
dea ad custodiā: et precepit illis di-
cens. Preestote pp̄lo huic: et nolite
bellū cōmittere aduersum gētes do-
C nec reuertamur. Et dati sunt simoni
viri tria milia vt iret in galileam:
iude aūt octo milia i galaditim. Et
abiit simon in galileā: et cōmisit ꝓlia
multa cum gentibus. Et cōtrite sunt
gentes a facie eiꝰ: ⁊ ꝓsecutus est eos
vsq̄ ad portam ptolemaidis. Et ceci-
derūt de gētibꝰ fere tria milia viro-
rū: ⁊ accepit spolia eoꝝ. Et assumpsit
eos q̄ erāt in galilea et in arbatis cū
vxoribꝰ et natis ⁊ oibus q̄ erāt illis:
et adduxit in iudeā cum leticia ma-
gna. Et iudas machabeus et Iona-
thas frater eius transierūt iordanē
et abierunt viā triū dierū per deser-
tum. Et occurrerunt eis nabutheī: et
susceperunt eos pacifice: et narraue-
runt eis oia q̄ acciderāt fratribꝰ eo-
rū in galaditide: ⁊ q2 multi ex eis cō-
prehēsi sunt in barasa: et bosor: et in
alimis: ⁊ in casphor: ⁊ mageth: ⁊ car-
naim. He oēs ciuitates munite: et
magne. Sed ⁊ in ceteris ciuitatibus
galaditidis tenēt̄ comprehēsi: ⁊ in
crastinū cōstituerunt admouere ex-
ercitū ciuitatibꝰ his: et cōprehēdere
et tollere eos in vna die. Et cōuertit
Iudas ⁊ exercitus eiꝰ viā in desertū
bosor repente: et occupauit ciuitatē:
et occidit oēm masculū in ore gladij
et accepit oia spolia eoꝝ: ⁊ succendit
eā igni. Et surrexerunt inde nocte: ⁊ D
ibant vsq̄ ad munitionē. Et factum
est diluculo cum eleuassent oculos
suos: et ecce populꝰ multus cuius nō
erat numerus: portantes scalas: et
machinas: vt cōprehenderent muni-
tionē: ⁊ expugnarēt eos. Et vidit Iu-
das quia cepit bellū: et clamor belli
ascendit ad celū sicut tuba: ⁊ clamor
magnus de ciuitate: ⁊ dixit exercitui
suo. Pugnate hodie pro fratribꝰ ve-
stris. Et venit tribus ordinibus post
eos: ⁊ exclamauerunt tubis ⁊ clama-
uerunt in oratione. Et cognouerunt
castra timothei: quia Machabeꝰ est:
et refugerūt a facie eius: et percusse-
runt eos plaga magna: et ceciderūt
ex eis in die illa fere octo milia viro-
rum. Et diuertit iudas in masphā / et
expugnauit / et cepit eā: ⁊ occidit om-
nem masculum eiꝰ: et assumpsit spo-
lia eiꝰ: et succēdit eā igni. Inde per-
rexit / ⁊ cepit casbon / ⁊ mageth / ⁊ bo-
sor: ⁊ reliquas ciuitates galaditid(.
Post hec autē verba / congregauit ti-
motheꝰ exercitum aliū / et castra po-
suit contra raphon trans torrentē.
Et misit iudas speculari exercitum:
⁊ renunciauerunt ei dicentes. Quia
conuenerunt ad eum omnes gentes
que in circuitu nostro sunt: et exer-
citus multus nimis: et arabas con-
duxerūt in auxiliū sibi: et castra po-
suerunt trans torrētem / parati ad re-
uenire in prelium. Et abiit iudas ob-
uiam illis. Et ait timotheꝰ principi- E
bus exercitꝰ sui. Cum appropinqua-
uerit iudas et exercitus eius ad tor-
rentē aque: si transierit ad nos prior
non poterimus sustinere eum: quia
potēs poterit aduersum nos. Si ve-
ro timuerit trāsire et posuerit castra

extra flumen/ trāsfretemus ad eos:
et poterimus aduersus illū. Ut autē
appropinquauit iudas ad torrētem
aque/statuit scribas popli secus tor=
rentem et mādauit eis dicēs. Nemi=
nem hoim relinquetis: sed veniant
oēs in prelium. Et trāsfretauit ad il=
los prior et ois ppl's post eū: et cōtri=
E te sunt oēs gētes a facie eorū et ꝓie=
cerunt arma sua et fugerunt ad pha
nū quod erat in carnaim. Et occupa
uit ipsam ciuitatē/et phanum succē=
dit igni cum oibus que erant in ipo:
et oppressa est carnaim/ et nō potuit
sustinere cōtra faciē iude. Et congre
gauit iudas vniuersos israelitas qui
erāt in galaaditide a minimo vsq ad
maximū ꝛ vxores eorū et natos ꝛ ex=
ercitū magnum valde vt venirent in
terrā iude. Et venerūt vsq ad ephrō:
F et hec ciuitas magna in ingressu po
sita munita valde. Et non erat decli=
nare ab ea dextera vel sinistra/sed p
mediū iter erat: et incluserunt se qui
erant in ciuitate et obstruxerūt por=
tas lapidibus: et misit ad eos iudas
verbis pacificis dicēs. Transeamus
per terrā vestrā vt eamus in terram
nostrā ꝛ nemo vobis nocebit/ tātum
pedibus trāsibimus: et nolebant eis
aperire. Et precepit iudas predica=
ri in castris vt applicarent vnusquis
q in quo erat loco. Et applicuerunt
se viri virtutis / et oppugnauit ciui=
tatē illā tota die et tota nocte: et tra=
dita est ciuitas in manu ei⁹: et pere=
merūt oēm masculū in ore gladii: et
eradicauit eam: et accepit spolia ei⁹
et transiuit per totā ciuitatem super
interfectos. Et transgressi sunt ior=
danē in campo magno cōtra faciem
bethsan. Et erat iudas congregans
extremos: et exhortabatur ppl'ꝫ p to=
tam viam/donec venirent in terram
iuda: ꝛ ascenderunt in montem sion
cū leticia et gaudio: et obtulerunt ho
locausta / q nemo ex eis cecidisset /
donec reuerterent in pace. Et in die=
bus quibus erat iudas et ionathas
in terra galaad: et simon frater eius
in galilea cōtra faciē ptolemaidis /
audiuit iosephus zacharie filius et
azarias princeps virtutis res bene
gestas et prelia q facta sunt/ꝛ dixit.
G Faciamus et ipsi nobis nomē et ea=
mus pugnare aduersus gentes que
in circuitu nro sunt. Et pcepit his q
erāt i exercitu suo ꝛ abierūt iamniā.

Et exiuit gorgias de ciuitate: et viri
ei⁹ obuiam illis in pugnaꝫ. Et fugati
sunt iosephus et azarias vsq i fines
iudee: et ceciderūt illa die de populo
israel ad duo milia viri. et facta est
plaga magna in pplo qꝛ nō audierūt
iudā et fratres ei⁹ existimātes forti=
ter se facturos. Ipsi aūt nō erant de
semine virorū illorū: p quos sal⁹ fcā
est in israel. Et viri iuda magnifica=
ti sunt valde in ꝯspectu ois israel: et
gentiū oim vbi audiebat nomen eo=
rū. Et conuenerunt ad eos fausta ac
clamātes. Et exiuit iudas et fratres
eius: et expugnabant filios esau in
terra que ad austrum est/ꝛ percussit
chebron et filias eius et muros eius
et turres succendit igni in circuitu.
Et mouit castra vt iret in terrā alie=
nigenarū et pambulabat Samariā.
In die illa ceciderunt sacerdotes in
bello dum volūt fortiter facere: dum
sine consilio exeūt in preliū. Et decli
nauit iudas in azotū in terrā alieni=
genarū. Et diruit aras eorū et spolia
deorum ipsorum succendit igni et ce
pit spolia ciuitatum: et reuersus est
in terram iuda.

¶ C.S. De morte ātiochi ꝛ successio=
ne filij ei⁹: fili⁹ antiochi mittit exerci=
tū ad debellādū iudā et vincit: pacē
dat fictā quā cito rupit: hic dr q i bel=
lis vtebantur elephantis. Capm.vi.

ET rex antiochus perambulauit A
superiores regiones et audiuit ā.1.d.
esse ciuitatē elimaidē in perside no=
bilissimam et copiosam in argento
et auro: tēplumq in ea locuples val=
de. ꝛ illic velamina aurea et lorice ꝛ
scuta que reliquit alexāder philippi
rex macedo qui regnauit primus in
grecia. Et venit/et querebat capere
ciuitatē ꝛ depredari eā et nō potuit:
quoniam innotuit sermo his qui erāt
in ciuitate. Et surrexerūt in preliū/
et fugit inde et abiit cū tristicia ma=
gna: et reuersus est in babyloniā. et
venit qui nunciaret ei in perside: qꝛ
fugata sunt castra que erant in ter=
ra Juda: et quia abiit Lysias cum
virtute forti i primis: et fugatus est
a facie iudeorum et inualuerunt ar=
mis et viribus: ꝛ spoliis multis que
ceperunt de castris que exciderunt:
et quia diruerunt abominationem
quā edificauerant super altare quod
erat in hierusalem: et sanctificatio=
nem sicut prius circundederūt mu=

ris excelsis: sed et bethsurã ciuitatem
suã. Et factum est vt audiuit rex ser-
mones istos/ expauit et cõmotus est
valde: et decidit in lectũ/ et incidit in
lãguorem pre tristitia: quia nõ factum
B est sicut cogitabat. Et erat illic per
dies multos: quia renouata est in eo tri-
stitia magna/ et arbitratus est se mo-
ri. Et vocauit oẽs amicos suos et di-
xit illis. Recessit somnus ab oculis
meis: et cõcidi et corrui corde pre sol-
licitudine et dixi in corde meo. In quã-
tam tribulationem deueni/ et in quos
fluctus tristitie in qua nũc sum/ qui
iocũdus eram et dilectus in potesta-
te mea? Nunc vero reminiscor malorum
que feci in hierusalem/ vnde et abstu-
li oia spolia aurea et argentea que erãt
in ea: et misi auferre habitantes iu-
deam sine causa. Cognoui ergo quia
propterea inuenerunt me mala ista:
et ecce pereo tristitia magna in ter-
ra aliena. Et vocauit philippũ vnum
de amicis suis/ et preposuit eũ super
vniuersum regnũ suũ: et dedit ei dia-
dema et stolam suam et anulum: vt
adduceret antiochũ filiũ suum/ et nu-
triret eum vt regnaret. Et mortuus
est illic antiochus rex anno centesi-
moquadragesimonono. Et cognouit
lysias quoniam mortuus est rex/ et
cõstituit regnare antiochum filium
eius quem nutriuit adolescentem: et
C vocauit nomen eius eupatorem. Et
hi qui erant in arce/ cõcluserant isrl'
in circuitu sanctorũ: et querebãt eis
mala semper ad firmamẽtum gentiũ.
Et cogitauit iudas disperdere eos:
et cõuocauit vniuersum populum vt
obsiderent eos. Et cõuenerunt simul
et obsederunt eos anno centesimo
quinquagesimo/ et fecerunt balistas
et machinas. Et exierunt quidam ex
eis qui obsidebãtur: et adiunxerũt se
illis aliqui impii ex israel/ et abierũt
ad regem et dixerunt. Quousque nõ fa
cis iudicium et vindicas fratres no-
stros? Nos decreuimus seruire pa-
tri tuo et ambulare in preceptis eius/
et obsequi edictis eius: et filii popu-
li nostri propter hoc alienabãt se a no
bis: et quicunque inueniebant ex nobis
interficiebãtur et hereditates nostre
diripiebant. Et nõ ad nos tantum exten-
derunt manũ/ sed et in oẽs fines no-
stros. Et ecce applicuerũt hodie ad
arcem in hierusalem occupare eã/ et mu-
nitionẽ in bethsurã muniérũt: et nisi
preueneris eos velocius/ maiora quam
hec facient/ et non poteris obtinere
eos. Et iratus est rex vt hec audiuit
et cõuocauit omnes amicos suos et
principes exercitus sui: et oẽs qui su- D
per equites erant. Sed et de regnis
aliis et de insulis maritimis venerũt
ad eũ exercitus cõductitius. Et erat
numerus exercitus eius/ centum mi-
lia peditum et viginti milia equitum
et elephãti trigintaduo docti ad pre-
lium. Et venerunt per idumeã/ et ap
plicuerũt ad bethsuram: et pugnaue
runt dies multos/ et fecerunt machi
nas: et exierunt et succenderunt eas
igni/ et pugnauerunt viriliter. Et re-
cessit iudas ab arce/ et mouit castra
ad bethsacharam contra castra re-
gis. Et surrexit rex ante lucem/ et cõ-
citauit exercitus impetum contra
viam bethzacharã. Et cõparauerunt
se exercitus in prelium/ et tubis ceci-
nerunt. Et elephantis ostenderunt
sanguinem vue et mori/ ad acuẽdos
eos in prelium. Et diuiserũt bestias
per legiones/ et astiterunt singulis
elephantis mille viri in loricis cõca-
tenatis/ et galee eree in capitibus eorũ:
et quingenti equites ordinati vni-
cuique bestie electi erãt. Hi ante tem-
pus vbicunque erat bestia/ ibi erant: et
quocunque ibat/ ibant: et nõ discedebãt
ab ea. Sed et turres lignee super eos
firme protegentes super singulas be
stias: et super eas machine. Et super
singulas viri virtutis trigintaduo/
qui pugnabant desuper: et intus ma-
gister bestie. Et residuum equitatum E
hinc et inde statuit in duas partes/
tubis exercitũ cõmouere: et perurge
re cõstipatos in legionibus eius. Et
vt refulsit sol in clypeos aureos et
ereos resplẽduerunt montes ab eis:
et resplenduerunt sicut lampades
ignis. Et distincta est pars exercitus
regis per montes excelsos/ et alia per
loca humilia: et ibãt caute et ordina-
te. Et cõmouebantur oẽs inhabitan-
tes terram a voce multitudinis eo-
rũ/ et incessu turbe/ et collisione ar-
morum: erat enim exercitus magnus
valde et fortis. Et appropiauit iu-
das et exercitus eius in preliũ: et ce-
ciderũt de exercitu regis sexcenti vi
ri. Et vidit eleazar filius saura vnam
de bestiis loricatam loricis regis: et
erat eminens super ceteras bestias: et
visum est ei quod in ea esset rex: et dedit

sevt liberaret populū suum: et acqui-
F rerer sibi nomen eternum. Et cucur-
rit ad eam audacter in medio legio-
nis interficiens a dextris et a sini-
stris: et cadebāt ab eo huc atq; illuc.
Et iuit sub pedes elephantis/ et sup-
posuit se ei et occidit eū: et cecidit in
terram super ipsum/ ⁊ mortuus est il-
lic. Et videntes virtutem regis ⁊ im-
petum exercitus eius/ diuerterunt se
ab eis. Castra autem regis ascende-
runt cōtra eos in Hierusalē/ ⁊ appli-
cuerunt castra regis ad Judeam et
montem sion. Et fecit pacē cum his
qui erant in bethsura. Exierunt de
ciuitate: q2 non erant eis ibi alimēta
conclusis/ q2 sabbata erant terre. Et
comprehendit rex bethsuram/ ⁊ cōsti
tuit illic custodiā seruare eam: ⁊ con-
uertit castra ad locū sanctificationis
dies multos. Et statuit illic balistas
⁊ machinas ⁊ ignis iacula/ ⁊ tormen
ta ad lapides iactandos/ et spicula/
et scorpios ad mittendas sagittas ⁊
fundibula. Fecerunt autē ⁊ ipsi ma-
chinas aduersus machinas eorū: et
pugnauerunt dies multos. Esce autē
non erant in ciuitate/ eo φ septimus
annus esset: ⁊ qui remanserant in iu
dea de gentibus/ consumpserant reli
quias eorum que reposite fuerant. Et
remanserunt in sanctis viri pauci/
quoniam obtinuerat eos fames: ⁊ di-
spersi sunt vnusquisq; in locum suū.
B Et audiuit Lysias φ Philipp⁹ quem
cōstituerat rex Antiochus cū adhuc
viueret vt nutriret Antiochū filium
suum ⁊ regnaret/ reuersus est a Per-
side et Media: ⁊ exercitus q̄ abierat
cum ipso: et q2 querebat suscipere re-
gni negocia. Et festinauit ire ⁊ dice-
re ad regem ⁊ ducem exercitus. De-
ficimus quotidie ⁊ esca nobis modi-
ca est: ⁊ loc⁹ quem obsidemus est mu-
nitus/ ⁊ incumbit nobis ordinare de
regno. Nunc itaq; demus dextras
hoībus istis/ ⁊ faciam⁹ cum illis pa-
cem ⁊ cū omni gente eorū: ⁊ cōstitua-
mus illis vt ambulent in legitimis
suis/ sicut prius. Propter legitima
enī ipsorū que despeximus: irati sunt
⁊ fecerunt oīa hec. Et placuit sermo
in cōspectu regis ⁊ principū: ⁊ misit
ad eos pacē facere/ ⁊ receperūt illā:
et iurauit illis rex ⁊ principes/ ⁊ exie
runt de munitione. Et intrauit rex
montem sion/ et vidit munitionem
loci: ⁊ rupit citius iuramentū qđ iu-
rauit/ ⁊ mandauit destruere murū in
gyro. Et discessit festināter ⁊ reuers⁹
est antiochiā/ ⁊ inuenit Philippum
dominārē ciuitati: ⁊ pugnauit aduer
sus eū ⁊ occupauit ciuitatē.

¶ C. S. Demetri⁹ occisis Antiocho ⁊
Lysia obtinuit regnū: de alchimo et
bachide ⁊ malitia eorū: de sanguine
effuso in circuitu hierl'm: misit deme-
tri⁹ nicanorē ɔtra Isrl': orauit Judas
⁊ vicit nicanorē ⁊ occidit eū. Cap. vij.

Anno centesimo quinquagesi- A
mo p̄mo exijt demetrius seleu
ci fili⁹ ab vrbe Roma: ⁊ ascen-
dit cum paucis viris in ciuitatē ma-
ritimā ⁊ regnauit illic. Et factum est
vt ingressus est domū regni patrum
suorū: cōprehendit exercitus Antio-
chum ⁊ Lysiam: vt adducerēt eos ad
eum. Et res ei innotuit ⁊ ait. Nolite
mihi ostendere faciem eorū. Et occi-
dit eos exercit⁹. Et sedit Demetrius
super sedem regni sui/ ⁊ venerunt ad
eum viri iniqui ⁊ impii ex Israel/ et
Alchimus dux eorū qui volebat fieri
sacerdos. Et accusauerunt populum
apud regē/ dicētes. Perdidit Judas
et fratres eius amicos tuos: ⁊ nos
disperdidit de terra nostra. Nunc er-
go mitte virum cui credis/ vt eat ⁊ vi-
deat exterminium omne qđ fecit no-
bis in regionib⁹ regis: ⁊ puniat oēs
amicos eius ⁊ adiutores eorū. Et ele- B
git rex ex amicis suis bachidem/ qui
dominabat trans flumē magnum in
regno ⁊ fidelem regi: et misit eum vt
videret exterminium quod fecit Ju-
das. Sed ⁊ Alchimū impiū ɔstituit
in sacerdotiū: ⁊ mandauit ei facere
vltionem in filios Israel. Et surrexe-
runt ⁊ venerunt cū exercitu magno
in terrā Juda: ⁊ miserūt nūcios/ ⁊ lo-
cuti sunt ad Judā et ad fratres eius
verbis pacificis in dolo/ ⁊ non intē-
derūt sermonibus eorū. Viderunt enī
q2 venerūt cū exercitu magno: ⁊ con-
uenerūt ad Alchimū ⁊ bachidē con-
gregatio scribarū requirere q̄ iusta
sunt: ⁊ primi/ assidei qui erant in fi-
liis Israel: ⁊ exquirebāt ab eis pacē.
Dixerunt enī. Homo sacerdos de se-
mine Aaron venit/ non decipiet nos.
Et locut⁹ est cum eis verba pacifica: C
⁊ iurauit illis dicens. Nō inferemus
vobis malū neq; amicis vestris. Et
crediderūt ei. Et cōprehendit ex eis
sexaginta viros/ ⁊ occidit eos in vna
die ſm verbū qđ scriptū est. Carnes fo.78.

sanctoꝝ tuoꝝ/ꝛ sanguinē ipsoꝝ effu-
derunt in circuitu Hierl'm/ꝛ nō erat
qui sepeliret. Et incubuit timor ꝛ tre-
mor in omnē populū:q꞉ dixerūt. Nō
est veritas ꝛ iudiciū in eis:transgres
si sunt enī constitutū ꝛ iusiurandum
quod iurauerūt. Et mouit Bachides
castra ab hierl'm/ꝛ applicuit in beth-
zecha:ꝛ misit ꝛ cōprehendit multos
ex eis qui a se refugerāt/et quosdam
de populo mactauit/ꝛ in puteum ma
D gnū proiecit. Et cōmisit regionem al-
chimo:ꝛ reliquit cū eo auxiliū in ad-
iutorium ipsi. Et abiit Bachides ad
regem:ꝛ satis agebat Alchimus pro
principatu sacerdotii sui:ꝛ conuene-
runt ad eum omnes q̄ perturbabāt po-
pulū suum:ꝛ obtinuerūt terrā Juda/
et fecerūt plagā magnā in Israel. Et
vidit Judas oīa mala que fecit Al-
chim⁹ ꝛ qui cū eo erant filiis Israel/
multo plus q̄ gentes. Et exiit in oēs
fines Judee in circuitu/ꝛ fecit vindi-
ctam in viros desertores:et cessaue-
runt vltra exire in regionem. Uidit
autē Alchimus q̄ preualuit Judas ꝛ
qui cū eo erant:ꝛ cognouit q꞉ non po
test sustinere eos/ꝛ regressus est ad
regem:ꝛ accusauit eos multis crimi-
2. Mach. 14. b. nibus. Et misit rex Nicanorē vnū ex
principibus suis nobilioribus/q̄ erat
inimicitias exercens cōtra Israel:et
mādauit ei euertere populum. Et ve-
nit Nicanor in Hierl'm cum exercitu
magno/et misit ad Judam ꝛ ad fra-
tres eius verbis pacificis cum dolo/
dicēs. Non sit pugna inter me ꝛ vos
veniā cum viris paucis/vt videā fa-
E cies vestras cū pace. Et venit ad Ju-
dam/ꝛ salutauerūt se inuicem paci-
fice/ꝛ hostes parati erant rapere Ju
dam. Et innotuit sermo Jude q̄m cū
dolo venerat ad eū:ꝛ conterritus est
ab eo/ꝛ amplius noluit videre faciē
eius. Et cognouit Nicanor q̄m denu-
datum est consiliū eius:ꝛ exiuit ob-
uiam Jude in pugnam iuxta caphar
salama. Et ceciderunt de Nicanoris
exercitu fere quinq꞉ milia viri:et fu-
gerūt in ciuitatē Dauid. Et post hec
verba ascendit Nicanor in montem
sion:ꝛ exierūt de sacerdotib⁹ populi
salutare eū in pace/ꝛ demonstrare ei
holocaustomata que offerebant pro
rege. Et irridens spreuit eos et pol-
luit:et locutus est superbe et iurauit
cū ira/dicēs. Nisi traditus fuerit Ju
das ꝛ exercitus ei⁹ in manus meas

continuo cū regressus fuero in pace/
succēdam domū istā. Et exiit cum ira
magna. Et intrauerūt sacerdotes et 56
steterunt ante faciē altaris ꝛ tēpli:et
flentes dixerunt. Tu dn̄e elegisti do- F
mum istā ad inuocandū nomē tuum
in ea:vt esset domus orationis ꝛ obse
crationis populo tuo:fac vindictā in
hoīe isto ꝛ exercitu eius/ꝛ cadant in
gladio. Memēto blasphemias eorū:
et ne dederis eis vt permaneant. Et
exiit Nicanor ab Hierl'm/ꝛ castra ap
plicuit ad bethoron:ꝛ occurrit ei exer
citus Syrie. Et Judas applicuit in
adarsa cum trib⁹ milib⁹ viris. Et ora- 4. re. 19.
uit Judas ꝛ dixit. Qui missi erant a g.
rege Sennacherib:dn̄e quia blasphe Tob. 1. d.
mauerūt te/exiit angelus ꝛ percussit ec. 48. d.
ex eis cētum octogintaquinq꞉ milia: Esa. 37. g
sic contere exercitū istū in conspectu
nostro hodie/ꝛ sciant ceteri q꞉ male
locut⁹ est super sancta tua:ꝛ iudica
illum s̄m maliciam illius. Et cōmise-
runt exercitus prelium tertiadecima
die mensis adar:ꝛ contrita sunt ca-
stra Nicanoris/ꝛ cecidit ipse prim⁹
in prelio. Ut autē vidit exercitus ei⁹
q꞉ cecidisset Nicanor/proiecerūt ar- G
ma sua ꝛ fugerūt:ꝛ psecuti sunt eos
viam vnius diei ab adazer:vsq꞉ quo
veniatur in gazara et tubis cecine-
runt post eos cum significationibus
et exierunt de oībus castellis Judee
in circuitu/ꝛ ventilabāt eos cornib⁹/
et conuertebantur iterū ad eos:ꝛ ce-
ciderūt oēs gladio/ꝛ nō est relict⁹ ex
eis nec vn⁹. Et acceperūt spolia eorū
in predā:ꝛ caput Nicanoris amputa
uerunt/ꝛ dexterā ei⁹ quam extende-
rat superbe:ꝛ attulerūt ꝛ suspēderūt
contra hierl'm. Et letat⁹ est pp̄l's valde:
et egerūt diē illā in leticia magna. Et
cōstituit agi oīb⁹ ꝛ singulis annis diē
istā tertiadecima die mēsis adar. Et
siluit terra Juda dies paucos.

¶ C. S. De Romanoꝝ fama ꝛ pote-
state:misit Judas legatos Romam
causa pacis:rescriptum ad Judeos
Romanorum. Cap. viii.

ET audiuit Judas nomen Ro- A
manorum:quia sunt potentes vi
ribus/ꝛ acquiescunt ad omnia q̄ po-
stulantur ab eis:ꝛ quicunq꞉ accesse-
runt ad eos statuerunt cū eis amici-
tias:ꝛ q꞉ sunt potētes viribus. Et au-
dierūt prelia eorum ꝛ virtutes bonas
quas fecerunt in galatia:q꞉ obtinue-
runt eos ꝛ duxerunt sub tributum:et

quãta fecerũt in regione Hispanie: ⁊ q̄ in potestatem redegerunt metalla argẽti ⁊ auri que illic sunt/ ⁊ possederunt omnẽ locũ consilio suo ⁊ patientia/ locaq; que longe erant valde ab eis/ ⁊ reges q̄ superuenerãt eis ab extremis terre contriuerũt/ ⁊ ꝑcusserũt eos plaga magna: ceteri autem dant eis tributũ oĩbus annis: ⁊ Philippũ ⁊ persen cethẽorum regẽ: et ceteros q̄ aduersum eos arma tulerant: contriuerunt in bello/ ⁊ obtinuerunt eos/ et Antiochũ magnũ regẽ Asie qui eis pugnam intulerat/ habẽs centum viginti elephantes ⁊ equitatum ⁊ currus/ ⁊ exercitum magnũ valde cõtritum ab eis: ⁊ q̄ ceperũt eum viuũ/ et statuerunt ei vt daret ipse ⁊ q̄ regnarent post ipsum/ tributum magnũ: et

B daret obsides ⁊ constitutũ: ⁊ regionẽ Indorũ/ ⁊ Medos/ ⁊ Lydos de optimis regionibus eorũ: ⁊ acceptas eas ab eis/ dederũt Eumeni regi: ⁊ q̄ qui erant apud helladã voluerunt ire/ et tollere eos/ et innotuit sermo his/ et miserunt ad eos ducẽ vnum ⁊ pugnauerunt cõtra illos: ⁊ ceciderũt ex eis multi/ et captiuas duxerunt vxores eorũ ⁊ filios ⁊ diripuerunt eos/ ⁊ terram eorũ possederunt/ ⁊ destruxerunt muros eorũ/ ⁊ in seruitutẽ illos redegerũt vsq; in hunc diem: ⁊ residua regna ⁊ insulas que aliquando restiterant illis/ exterminauerunt/ et in potestatẽ redegerũt. Cum amicis autẽ suis/ ⁊ qui in ipsis requiem habebãt cõseruauerũt amicitiã: ⁊ obtinuerũt regna q̄ erant ꝓxima ⁊ q̄ erãt longe: q̄ quicũq; audiebãt nomẽ eorũ/ timebant eos. Quib⁹ vero vellent auxilio esse vt regnarẽt/ regnabãt: quos autẽ

C vellent/ regno deturbabant et exaltati sunt valde. Et in oĩbus istis nemo portabat diadema / nec induebatur purpura vt magnificaretur in ea. Et q̄ curiã fecerũt sibi ⁊ quotidie consulebant trecẽtos viginti consiliũ agẽtes semꝑ de multitudine: vt q̄ digna sunt/ gerant. Et cõmittunt vni homini magistratũ suũ ꝑ singulos annos dñari vniuerse terre sue: ⁊ omnes obediunt vni/ ⁊ nõ est inuidia neq; zelus inter eos. Et elegit Judas eupolemũ filiũ Joãnis filii Jacob ⁊ Jasonẽ filiũ Eleazari: ⁊ misit eos Romã cõstituere cum illis amicitiã ⁊ societatẽ/ ⁊ vt auferrẽt ab eis iugum grecorũ: q̄ viderunt q̄ in seruitutem premerẽt regnum Israel. Et abierũt Romã viam multã valde: ⁊ introierũt curiã ⁊ dixerunt. Judas machabeus ⁊ fratres ei⁹: ⁊ populus Judeorũ miserunt nos ad vos statuere vobiscum societatem et pacem/ et conscribere nos socios ⁊ amicos vestros. Et placuit sermo in conspectu eorũ. Et hoc rescriptum est quod rescripserũt in tabulis ereis: et miserũt in Hierlm̃ vt esset apud eos ibi memoriale pacis ⁊ societatis. Bene sit Romanis ⁊ gẽti Judeorũ in mari et in terra in eternum: gladiusq; et hostis procul sit ab eis. Quod si institerit bellũ Romanis prius aut omnibus sociis eorum in omni dominatione eorum: auxilium feret gens Judeorum prout tempus dictauerit corde pleno: ⁊ preliantibus non dabunt D
neq; subministrabunt triticum / arma/ pecuniam / naues / sicut placuit Romanis : et custodient mandata eorum/ nihil ab eis accipientes. Similiter autem ⁊ si genti Judeorum prius acciderit bellum: adiuuabunt Romani ex animo prout eis temp⁹ permiserit: et adiuuantibus non dabitur triticũ/ arma/ pecunia/ naues/ sicut placuit Romanis/ ⁊ custodient mandata eorum absq; dolo. Secundum hec verba constituerunt Romani populo Judeorum. Quod si post hec verba hi aut illi addere/ aut demere ad hec aliquid voluerint/ faciẽt ex proposito suo: ⁊ quecunq; addiderint vel dempserint/ rata erunt. Sed et de malis que Demetrius rex fecit in eos: scripsimus ei/ dicentes. Quare grauasti iugum tuum super amicos nostros ⁊ socios Judeos? Si ergo iterum adierint nos aduersum te faciemus illis iudicium/ ⁊ pugnabimus tecum mari terraq;.

¶ C.S. Misit Demetri⁹ exercitũ contra iudeos: de morte iude machabei: de viris ipsius ⁊ malitia bachidis post mortẽ Jude: de nuptiis in luctũ conuersis: Jonathas obtinuit principatũ: Alchim⁹ volẽs destruere tẽpliũ obmutuit tact⁹ paralysi: de cõsilio iniq: superatus est Bachides a Simone ⁊ Jonatha/ ⁊ firmauerũt pacẽ: de restitutione captiuitatis. Cap. ix.

Nterea vt audiuit Demetri⁹: A
q̄ cecidit Nicanor ⁊ exercit⁹ eius in prelio: apposuit bachidẽ ⁊ Alchimũ rursum mittere in Judeã/ ⁊ dextrũ cornu cũ illis. Et abie-

runt viam que ducit in galgala ꝛ ca-
stra posuerūt in masaloth que est in
arbellis: ꝛ occupauerūt eā ꝛ pereme-
runt aīas hoīm multas. In mēse pri-
mo anni centesimi ꝛ quinquagesimi
secūdi applicuerunt exercitū ad Hie-
rusalē: ꝛ surrexerūt ꝛ abierunt in be-
rea viginti milia virorū ex duo milia
equitū. Et Judas posuerat castra in
laisa: ꝛ tria milia viri electi cū eo. Et
viderūt multitudinē exercitus quia
multi sunt ꝛ timuerunt valde: ꝛ mul-
ti subtraxerūt se de castris/ꝛ non re-
manserunt ex eis nisi octingēti viri.
Et vidit Judas ꝙ defluxit exercitus
suus/ꝛ bellū perurgebat eū ꝛ confra-
ctus est corde: quia non habebat tem
pus congregandi eos/ꝛ dissolut⁹ est.
Et dixit his qui residui erant. Sur-
gamus ꝛ eamus ad aduersarios no-
stros: si poterimus pugnare aduer
sus eos. Et auertebāt eum dicentes.
Non poterimus sed liberemus ani-
mas nostras modo ꝛ reuertamur ad
fratres nostros: ꝛ tunc pugnabimus
aduersus eos: nos autem pauci su-
B mus. Et ait Judas. Absit istam rem
facere/vt fugiam⁹ ab eis: ꝛ si appro-
piauit tempus nostrū/moriamur in
virtute propter fratres nostros: et
non inferamus crimē glorie nostre.
Et mouit exercitus de castris: et ste-
terūt illis obuiam. Et diuisi sunt eq-
tes in duas partes/et fundibularii/
et sagittarii preibant exercitū ꝛ pri-
mi certaminis omnes potentes. Ba-
chides autem erat in dextro cornu/ꝛ
proximauit legio ex duab⁹ partibus:
et clamabant tubis. Exclamauerunt
autem ꝛ hi qui erant ex parte Jude
etiam ipsi: ꝛ commota est terra a vo-
ce exercituum/ꝛ cōmissum est preliū
a mane vsq; ad vesperam. Et vidit
Judas ꝙ firmior est pars exercitus
bachidis in dextris: ꝛ cōuenerunt cū
ipso omnes cōstantes corde: ꝛ contri-
ta est dextera pars ab eis: ꝛ psecut⁹
est eos vsq; ad montem Azoti. Et qui
in sinistro cornu erant: viderunt ꝙ
cōtritum est dextrum cornu/et secuti
sunt post Judam/ꝛ eos qui cum ipso
erant a tergo. Et ingrauatū est pre-
lium: ceciderunt vulnerati multi ex
his ꝛ ex illis. Et Judas cecidit: ꝛ cete-
ri fugerūt. Et Jonathas ꝛ Simon tu-
lerunt Judam fratrē suum/ꝛ sepelie-
runt eū in sepulchro patrum suorum
in ciuitate modin. Et fleuerūt eū om-

populus Israel planctu magno: et lu-
gebant dies multos/ꝛ dixerūt. Quo- C
modo cecidit potēs q̄ saluū faciebat
populū Israel? Et cetera verba bello-
rum Jude ꝛ virtutū quas fecit/ꝛ ma-
gnitudinis eius non sunt descripta:
multa enim erant valde. Et factum
est: post obitum Jude emerserunt ini-
qui in oībus finibus Israel/ꝛ exorti
sunt omnes qui operabantur iniqui- E
tatem. In dieb⁹ illis facta est fames
magna valde: et tradidit se bachidi
omnis regio eorū cū ipsis. Et elegit
bachides viros impios/ꝛ constituit
eos dn̄os regionis: et exquirebant et
perscrutabant amicos Jude/ꝛ addu-
cebant eos ad bachidē/ꝛ vindicabat
in illos ꝛ illudebat. Et facta est tri-
bulatio magna in Israel/qualis non
fuit ex die qua non est visus prophe-
ta in Israel. Et ꝯgregati sunt omnes
amici Jude/ꝛ dixerūt Jonathe. Ex q̄
frater tuus Judas defunctus est vir
similis ei nō est qui exeat contra ini-
micos nr̄os bachidē: ꝛ oēs q̄ inimici
sunt gētis nr̄e. Nunc itaq; te hodie
elegimus esse pro eo nobis in princi-
pem ꝛ ducē ad bellandum bellum no-
strum. Et suscepit Jonathas tempo-
re illo principatū: ꝛ surrexit loco Ju-
de fratris sui. Et cognouit bachides:
et querebat eum occidere. Et cogno-
uit Jonathas ꝛ Simon frater eius ꝛ
omnes qui cum eo erant: ꝛ fugerunt
in desertum thecue/ꝛ consederūt ad
aquā lacus asphar. Et cognouit Ba- D
chides: et die sabbatorum venit ipse
ꝛ omnis exercitus eius trans iorda-
nem: ꝛ Jonathas misit fratrē suū du-
cē populi/ꝛ rogauit nabutheos ami-
cos suos vt commodarent illis appa-
ratum suum qui erat copiosus. Et
exierūt filii Jambri ex madaba/ꝛ cō-
prehēderūt Joannē ꝛ omnia que ha-
bebat/ꝛ abierunt habentes ea. Post
hec verba renunciatū est Jonathe et F
Simoni fratri eius: quia filii Jambri
faciunt nuptias magnas/et ducunt
sponsam ex madaba filiam vnius de
magnis principibus Chanaan cum
ambitione magna. Et recordati sunt
sanguinis Joānis fratris sui: ꝛ ascē-
derunt ꝛ abscōderunt se sub regimē-
to montis: ꝛ eleuauerūt ocul'os suos
et viderunt: ꝛ ecce tumultus/ꝛ ap-
paratus multus: ꝛ sponsus processit
et amici eius et fratres eius obuiam
illis cum tympanis ꝛ musicis ꝛ ar-

mis multis. Et surrexerunt ad eos
ex insidiis: ⁊ occiderunt eos et ceci-
derūt vulnerati multi/ et residui fu-
gerūt in montes: ⁊ acceperūt omnia
spolia eorū/ ⁊ conuerse sunt nuptie
in luctū: ⁊ vox musicorū ipsorum in
lamentū. Et vindicauerūt vindictā
sanguinis fratris sui: et reuersi sunt
ad ripā iordanis. Et audiuit bachi-
E des ⁊ venit die sabbatorum vsq; ad
oram iordanis ī virtute magna. Et
dixit ad suos ionathas. Surgamus
⁊ pugnem⁹ cōtra inimicos nostros:
nō est enim hodie sicut heri: ⁊ nudi-
ustertius: ecce enim bellū ex aduer-
so: aqua vero iordanis hinc et inde
et ripe et paludes et saltus: ⁊ nō est
locus diuertendi. Nunc ergo clama
te ad deū in celum: vt liberemini de
manu inimicorum vestrorum. Et com-
missum est bellū. Et extendit Jona-
thas manū suaz percutere bachidē/
et diuertit ab eo retro: ⁊ dissilijt Jo-
nathas et qui cuz eo erant in iorda-
nem ⁊ transnatauerunt ad eos ior-
danē. Et ceciderunt de parte bachi-
dis die illa mille viri et reuersi sunt
in hierusalem. Et edificauerūt ciui-
tates munitas in iudea: munitionē
q̄ erat in hiericho et in ammaū/ ⁊ in
bethoron ⁊ in bethel ⁊ thannathan
⁊ phara et Thopo muris excelsis ⁊
portis ⁊ seris. Et posuit custodiā in
eis vt inimicitias exercerent in isrl':
⁊ muniuit ciuitatē bethsurā et gaza
rā et arcem: ⁊ posuit in eis auxilia ⁊
apparatuz escarum: ⁊ accepit filios
principū regionis obsides et posuit
eos in arce in hierusalē in custodiā.
Et anno centesimo quinquagesimo
tertio mense secūdo precepit alchi-
mus destrui muros domus sancte
interioris ⁊ destrui opera propheta
rum: ⁊ cepit destruere. In tēpore il-
F lo percussus est alchimus ⁊ impedi-
ta sunt opera illius et occlusum est
os eius ⁊ dissolutus est paralysi nec
vltra potuit loqui verbū et manda-
re de domo sua. Et mortu⁹ est alchi-
mus in tempore illo cum tormento
magno. Et vidit bachides quoniam
mortuus est alchimus: et reuersus
est ad regē: ⁊ siluit terra annis duo-
bus. Et cogitauerūt oēs iniqui dicē-
tes. Ecce ionathas ⁊ qui cuz eo sunt
in silentio habitant cōfidenter: nūc
ergo adducamus bachidem: ⁊ com-
prehendet eos omnes vna nocte. Et
abierunt: ⁊ consiliuz ei dederunt. Et
surrexit vt veniret cū exercitu mul-
to: ⁊ misit occulte epistolas socijs su
is qui erant in iudea vt comprehen
derent ionathā ⁊ eos qui cū eo erāt:
sed nō potuerunt quia innotuit eis
consiliū eorum. Et apprehēdit de viris
regionis: qui principes erāt malitie
quinquaginta viros et occidit eos.
Et secessit ionathas ⁊ simon ⁊ q̄ cuz
eo erant in bethbessen que est in de-
serto: ⁊ extruxit diruta eius ⁊ firma
uerunt eā. Et cognouit bachides et
congregauit vniuersam multitudi-
nem suam: ⁊ his qui de iuda erāt de
nunciauit. Et venit ⁊ castra posuit G
desuper bethbesse: ⁊ oppugnauit eaz
dies multos ⁊ fecit machinas. Et re
liquit ionathas simonē fratrem suū
in ciuitate ⁊ exiit in regionē ⁊ venit
cū numero ⁊ percussit odarē et fra-
tres eius ⁊ filios phaseron in taber-
naculis ipsorū: et cepit cedere ⁊ cre
scere in virtutibus. Simon vero et
qui cū ipso erant exierūt de ciuitate
⁊ succenderunt machinas et pugna
uerūt contra bachidem: ⁊ contritus
est ab eis: et afflixerūt eū valde q̄m
consiliū eius ⁊ congressus eius erat
inanis. Et iratus contra viros ini-
quos qui ei consiliū dederant vt ve-
niret in regionē ipsorum multos ex eis
occidit: ipse aūt cogitauit cū reliq̄s
abire in regionē suam. Et cognouit
ionathas et misit ad eū legatos cō-
ponere pacē cū ipso: et reddere ei ca
ptiuitatem. Et libenter accepit et fe
cit secūdum verba eius ⁊ iurauit se
nihil facturū ei mali omnib⁹ diebus
vite eius. Et reddidit ei captiuitatē
quā prius erat predatus de terra iu-
da: et cōuersus abiit in terrā suam:
et nō apposuit amplius venire in fi
nes eius. Et cessauit gladius ex Js-
rael: ⁊ habitauit ionathas in mach-
mas: et cepit ionathas ibi iudicare
populuz: et exterminauit impios ex
israel.

¶ C.S. Alexander occidit demetriū
et accepit filiā ptolemei regis vxorē
de gl'ia ionathe habēt m'ta ī hoc ca-
pitulo: iunior demetri⁹ accepit regē:
appolloniū ducem expugnauit iona
thas: reuers⁹ ē ionathas ī hier'l'z: mi-
sit ei alexāder fibulā aureā. Cap. x.

ET anno cētesimo sexagesimo A
ascendit alexāder antiochi fi
lius qui cognominat⁹ est no-

bilis: ⁊ occupauit Ptolemaidam et
receperunt eum et regnauit illic. Et
audiuit demetrius rex et congrega-
uit exercitum copiosum valde: ⁊ ex-
iuit obuiam illi in prelium: et misit
Demetrius epistolã ad Jonatham
verbis pacificis vt magnificaret eũ.
Dixit enim. Anticipemus facere pa
cem cum eo/ priusq̃ faciat cum ale-
xandro aduersuz nos: recordabitur
enim omnium malorũ que fecimus
in eũ ⁊ in fratrem eius et in gentem
eius. Et dedit ei potestatẽ congregã
di exercitũ ⁊ fabricare arma et esse
ipsum socium eius ⁊ obsides q̃ erant
in arce iussit tradi ei: et venit iona-
thas ĩ hierusalẽ: ⁊ legit epistolas in
auditu oĩs populi et eorũ qui in arce
erant. Et timuerunt timore magno:
qñ audierunt q̃ dedit ei rex potesta
tem congregãdi exercitũ. Et traditi
sunt ionathe obsides ⁊ reddidit eos
parentibus suis: et habitauit iona-
thas in hierusalem ⁊ cepit edificare
⁊ innouare ciuitatem. Et dixit faciẽ-
tibus opera vt extruerent muros et
montẽ sion in circuitu lapidibꝰ qua-
dratis ad munitionẽ: et ita fecerũt.
Et fugerunt alienigene qui erant in
munitionibꝰ quas bachides edifica-
uerat: et reliq̃t vnusquisq̃ locũ suuz
⁊ abiit in terrã suam: tãtũ in bethsu-
ra remãserũt aliqui ex his qui reli-
querant legem et precepta dei: erat
enim hec eis ad refugium. Et audi-
uit alexander rex promissa que pro-
misit demetrius ionathe: et narraue
rũt ei prelia ⁊ virtutes quas ipse fe-
cit ⁊ fratres eius ⁊ labores quos la-
B boꝛauerũt ⁊ ait. Nunquid inuenie-
mus aliquẽ virum talẽ? ⁊ nũc facie-
mus eũ amicũ: ⁊ sociuz nostrum. Et
scripsit epistolã ⁊ misit ei secundum
hec verba dicẽs. Rex alexander fra
tri ionathe salutẽ. Audiuimus de te
q̃ vir potens sis viribus/ ⁊ aptus es
vt sis amicus noster: ⁊ nunc consti-
tuimus te hodie summum sacerdo-
tem gẽtis tue: ⁊ vt amicus voceris
regis (Et misit ei purpurã ⁊ coronã
aureã) vt que nostra sunt sentias no
biscũ: ⁊ cõserues amicitias ad nos:
⁊ induit se ionathas stola sancta se-
primo mense anno cẽtesimo sexage
simo in die solẽni scenophegie. Et cõ
gregauit exercitum: ⁊ fecit arma co
piosa. Et audiuit demetrius verba
ista: ⁊ contristatus est nimis et ait.

Quid hoc fecimus q̃ preoccupauit
nos alexander apprehẽdere amici-
tiam iudeoruz ad munimẽ sui: Scri
bã ⁊ ego illis verba deprecatoria et
dignitates ⁊ dona: vt sint mecum in
adiutoriũ. Et scripsit eis in hec vba.
Rex demetrius gẽti iudeorũ salutez.
Quoniam seruastis ad nos pactũ: ⁊ man-
sistis in amicicia nr̃a/ ⁊ nõ accessistis
ad inimicos nostros: audiuimus et
gauisi sumus. Et nunc perseuerate
adhuc conseruare ad nos fidem: ⁊ re
tribuemus vobis bona pro his que
fecistis nobiscuz. Et remittemus vo
bis prestationes multas: ⁊ dabimus
vobis donationes. Et nunc absoluo C
vos ⁊ omnes iudeos a tributis et pre
cia salis indulgeo et coronas remit-
to ⁊ tertias seminis: ⁊ dimidiã partez
fructus ligni qđ est portionis mee:
relinquo vobis ex hodierno die ⁊ de-
inceps ne accipiantur a terra iuda et
a tribꝰ ciuitatibus que addite sunt
illi ex samaria ⁊ galilea ex hodierna
die ⁊ in totũ tempus: ⁊ hierusalẽ sit
sancta ⁊ libera cũ finibꝰ suis ⁊ deci-
me et tributa ipsius sint. Remitto
etiã potestatẽ arcis q̃ est in hierlm:
et do eã summo sacerdoti vt cõstitu-
at in ea viros quoscũq̃ ipse elegerit
qui custodiãt eã. Et omnẽ animã iu-
deorũ que captiua est a terra iuda
in omni regno meo relinquo liberam
gratis/ vt omnes a tributis soluant:
etiã pecoruz suorum. Et oẽs dies so-
lẽnes et sabbata et neomenie ⁊ dies
decreti ⁊ tres dies ante diẽ solennẽ:
⁊ tres dies post diẽ solennẽ sint oẽs
immunitatis ⁊ remissionis omnibus
iudeis qui sunt in regno meo: ⁊ ne-
mo habebit potestatem agere aliq̃d
⁊ mouere negocia aduersus aliquez
illorũ in omni causa. Et vt ascribant
ex iudeis ĩ exercitu regis ad trigin-
ta milia virorũ: ⁊ dabunt illis copie
vt oportet oibus exercitibus regis
⁊ ex eis ordinabunt qui sint in mu-
nitionibus regis magni: ⁊ ex his cõ
stituent sup negocia regni que agũ-
tur ex fide/ ⁊ principes sint ex eis: et
ambulent in legibus suis sicut p̃ce-
pit rex in terra iuda. Et tres ciuita- D
tes q̃ addite sunt iudee ex regiõe sa-
marie cũ iudea reputent: vt sint sub
vno: ⁊ nõ obediant aliene potestati
nisi summo sacerdoti: Ptolemaidã
⁊ confines eiꝰ quas dedi donũ sctis q̃
sunt in hierlm ad necessarios sumu

ptus sanctorū. Et ego dabo singulis
annis quindecim milia sicloꝝ argē-
ti de rationib⁹ regis q̄ me cōtingunt
et oē qđ reliquū fuerit qđ non reddi
derāt q̄ sup negocia erāt annis prio
rib⁹: ex hoc dabunt in opera domus.
Et sup hec quinqꝫ milia sicloꝝ argē-
ti q̄ accipiebāt de sanctoꝝ ratiōe per
singulos ānos: ⁊ hec ad sacerdotes
pertineāt q̄ ministerio funguntur. Et
quicūqꝫ cōfugerint in templū qđ est
hierosolymis ⁊ in oībus finib⁹ eius:
obnoxij regi in oī negocio dimittan-
tur ⁊ vniuersa que sunt eis in regno
meo libera habeāt. Et ad edificāda/
vel restaurāda opera sanctorū sum-
ptus dabūtur de ratione regis: ⁊ ad
extruendos muros Hierl'm et com-
muniēdos in circuitu: sumpt⁹ dabū-
tur de rōne regis ⁊ ad cōstruendos
muros in iudea. Ut audiuit aūt Jo-
nathas ⁊ ppl's sermōes istos nō cre
diderūt eis nec receperūt eos: qꝛ re
cordati sunt malitie magne quā fe-
cerat in isrl' / et tribulauerat eos val
de. Et cōplacuit eis in alexandrū: qꝛ
ipse fuerat eis princeps sermonum
pacis: ⁊ ipsi auxiliū ferebāt oīb⁹ die-
bus. Et ꝯgregauit rex alexāder exer
citū magnū / ⁊ admouit castra cōtra
demetriū. Et commiserūt preliū re-
ges ⁊ fugit exercit⁹ demetrij: ⁊ inse-
cut⁹ est eū alexander ⁊ incubuit sup
eos. Et inualuit preliū nimis donec
occidit sol: ⁊ cecidit demetrius ī die
illa. Et misit alexāder ad ptolemeū
regē egypti legatos scđm hec verba
E dicēs. Quoniam regressus sum in re
gnū meū: et sedi in sede patrū meo-
rū ⁊ obtinui principatū ⁊ cōtriui de-
metriū ⁊ possedi regionē nostram / ⁊
cōmisi pugnā cū eo / et contritus est
ipse ⁊ castra ei⁹ a nobis ⁊ sedemus
in sede regni eius: ⁊ nūc statuamus
.J.II.a ad inuicē amicitiā: et da mihi filiam
tuam vxorē et ero gener tuus / ⁊ da-
bo tibi dona et ipsi dignitatē. Et rñ-
dit rex ptolemeus dicēs. Felix dies
in qua reuersus es ad terrā patrum
tuorū ⁊ sedisti in sede regni eorū. Et
nūc faciā tibi qđ scripsisti: sed occur
re mihi ptolemaidā vt videam⁹ in-
uicē nos ⁊ spondeā tibi sicut dixisti.
Et exiuit ptolemeus de egypto ipse
et cleopatra filia eius: ⁊ venit ptole-
maidam anno cētesimo sexagesimo
secundo. Et occurrit ei alexāder rex
et dedit ei Cleopatram filiam suam /
et fecit nuptias eius ptolemaide si-
cut reges in magna gloria. Et scri-
psit rex Alexander ionathe: vt veni
ret obuiā sibi. Et abiit cū gloria pto-
lemaidam ⁊ occurrit ibi duobus re-
gibus / ⁊ dedit illis argentū multum
et aurum ⁊ dona: ⁊ inuenit gratiam
in conspectu eorum. Et conuenerūt
aduersus eum viri pestilentes ex is-
rael: viri iniq̄ interpellantes aduer-
sus eum / et non intendit ad eos rex.
Et iussit spoliari ionathan vestibus
suis: et indui eum purpura: et ita fe-
cerunt. Et collocauit eum rex sedere
secū. Dixitqꝫ principibus suis. Exite
cū eo in medium ciuitatis: ⁊ predica
te vt nemo aduersus eū interpellet
de vllo negocio / nec quisq̄ ei mole-
stus sit de vlla ratione. Et factū est F
vt viderunt qui interpellabant glo-
riam eius que predicabatur / ⁊ oper-
tum eū purpura / fugerunt omnes:
et magnificauit eum rex / et scripsit
eum inter primos amicos / et posuit
eum ducem / et participem principa
tus. Et reuersus est ionathas in hie
rusalem: cū pace ⁊ leticia. In anno
centesimo sexagesimoquinto / venit
demetrius filius demetrij a creta in
terram patrum suorum. Et audiuit
alexander rex / et cōtristatus est val
de: ⁊ reuersus est antiochiam. Et cō
stituit demetrius rex apolloniū du-
cē q̄ preerat celesyrie: ⁊ congregauit
exercitū magnū: et accessit ad Jam
niā / ⁊ misit ad Jonathan summū sa
cerdotem: dicens. Tu solus resistis
nobis: ego autem factus sum in de-
risum ⁊ in opprobrium: propterea qꝛ
tu potestatē aduersum nos exerces
in montib⁹. Nunc ergo si confidis in
virtutibus tuis: descende ad nos in
campū ⁊ cōparemus illic inuicē: qꝛ
mecū est virtus belloꝝ. Interroga
et disce quis sum ego ⁊ ceteri q̄ auxi
lio sunt mihi qui ⁊ dicunt qꝛ non po
test stare pes vester ante faciem no
stram / qꝛ bis in fugam cōuersi sunt
patres tui in terram suam / et nunc
quomodo poteris sustinere equita-
tum et exercitum tantum in campo
vbi non est lapis / neqꝫ saxum / neqꝫ
locus fugiendi? Ut audiuit autē io-
nathas sermones Apollonij motus
est animo / ⁊ elegit decem milia viro
rum / et exiit ab Hierusalem / et oc-
currit ei Simon frater eius in adiu
torium: ⁊ applicuerunt castra in iop G

pen et exclusit eũ a ciuitate: quia cu
stodia apollonii ioppe erat/ ⁊ oppu-
gnauit eã. Et exterriti qui erant in
ciuitate aperuerunt ei: ⁊ obtinuit io-
nathas ioppen. Et audiuit Apolo-
nius ⁊ admouit tria milia equitũ et
exercitum multum. Et abiit azotũ
tanq̃ iter faciens/ et statim exiit in
campum: eo ꝙ haberet multitudinẽ
equitum ⁊ cõfideret ĩ eis. Et insecu-
tus est eũ Jonathas in azotũ ⁊ com
miserunt prelium. Et reliquit apollo
nius ĩ castris mille equites post eos
occulte. Et cognouit Jonathas quo
niam insidie sunt post se: ⁊ circuie-
runt castra eius ⁊ iecerunt iacula in
populum a mane vsq; ad vesperam.
.J.12.a. Populus autem stabat sicut prece-
perat ionathas: ⁊ laborauerũt equi
eorum. Et eiecit simon exercitũ suũ:
et commisit cõtra legionem: equites
enim fatigati erant ⁊ cõtriti sunt ab
eo ⁊ fugerũt. Et qui dispersi sunt per
campum fugerunt in azotũ/ ⁊ intra
uerunt in bethdagon idolũ suũ/ vt
ibi se liberarent. Et succendit Jona-
thas azotũ ⁊ ciuitates q̃ erant in cir
cuitu eius: ⁊ accepit spolia eorum ⁊
templum dagon: ⁊ oẽs qui fugerunt
in illud: succẽdit igni. Et fuerũt qui
ceciderũt gladio cũ his qui succensi
sunt fere octo milia virorum. Et mo
uit inde ionathas castra ⁊ applicuit
ea ascalonã: ⁊ exierũt de ciuitate ob
uiam illi in magna gloria. Et reuer-
sus est ionathas in hierusalem cum
suis habentibus spolia multa. Et fa-
ctũ est: vt audiuit alexander rex ser-
mones istos addidit adhuc glorifi-
care ionathan. Et misit ei fibulã au-
ream sicut ꝯsuetudo est dari cogna-
tis regum. Et dedit ei accaron ⁊ om
nes fines eius in possessionem.

¶ C. S. Surgit ptolemeus ꝯtra Ale-
xandrũ: abstulit ab eo filiã quã priꝰ
dederat ei vxorẽ ⁊ tradidit eã deme
trio: ptolemeꝰ duo regna habuit: ale
xander occidit a Zabdihel arabe: de
morte ptolemei demetriꝰ regnãs cõ
firmat fedꝰ cũ ionatha: ⁊ vidẽs sibi
nihil resistere: dimisit exercitum: tri
phõ erexit ãthiochũ filiũ alexãdri ad
uersꝰ demetriũ: demetriꝰ auxilio iu-
deorũ saluatꝰ mẽtitꝰ est eis ea q̃ pmi
sit: victꝰ est demetriꝰ a triphone ⁊ ab
ãtiocho adolescẽte: de amicitia ãtio-
chi cũ iudeis expugnat simõ bethsu
rã pugñt ionathas cũ alienigẽis. C. xi.

Et rex egypti congregauit ex- A
ercitum sicut arenam que est
circa orã maris ⁊ naues mul-
tas: ⁊ q̃rebat obtinere regnũ alexan
dri dolo ⁊ addere illud regno suo. Et
exiit in syriã verbis pacificis ⁊ ape-
riebant ei ciuitates ⁊ occurrebãt ei:
q: mandauerat alexander rex exire
ei obuiã eo ꝙ socer suꝰ esset. Cũ autẽ
introiret ciuitatẽ ptolemeꝰ ponebat
custodias militum ĩ singulis ciuita §.10.c.
tibus. Et vt appropiauit azoto: ostẽ-
derunt ei templũ dagon succensũ
igni ⁊ azotum/ et cetera eius demo-
lita ⁊ corpora proiecta ⁊ eorũ qui cesi
erant in bello tumulos quos fecerãt §.10.g.
secus viam. Et narrauerunt regi q:
hec fecit ionathas: vt inuidiam face
rent ei. Et tacuit rex. Et occurrit Jo-
nathas regi in ioppen cũ gloria ⁊ in
uicem se salutauerunt ⁊ dormierunt
illic. Et abiit Jonathas cũ rege vsq;
ad fluuiũ qui vocabatur eleutherus
et reuersus est in hierusalẽ. Rex au-
tem ptolemeus obtinuit dominium
ciuitatũ vsq; seleuciã maritimã: ⁊ co
gitabat in alexandrũ consilia mala.
Et misit legatos ad demetriũ dicẽs.
Ueni componamus inter nos pactũ
⁊ dabo tibi filiam meã quam habet
alexander: et regnabis in regno pa-
tris tui: penitet enim me/ ꝙ dederim
illi filiam meã/ quesiuit enĩ me occi-
dere. Et vituperauit eũ / propterea B
ꝙ cõcupierat regnũ eius. Et abstulit
filiam suam ⁊ dedit eam demetrio: ⁊
alienauit se ab alexandro: ⁊ manife-
state sunt inimicitie eiꝰ. Et intrauit
ptolemeus Antiochiam: ⁊ imposuit
duo diademata capiti suo: egypti et
asie. Alexander autem erat rex in ci
licia illis tẽporibꝰ: quia rebellabant
qui erãt in locis illis. Et audiuit ale-
xander: ⁊ venit ad eũ in bellum. Et
produxit ptolemeus rex exercitum/
et occurrit ei manu valida/ et fuga-
uit eum. Et fugit Alexander in ara-
biam: vt ibi protegeretur: rex autem
Ptolemeus exaltatus est. Et abstu-
lit Zabdihel arabs caput alexandri
et misit ptolemeo. Et rex ptolemeus
mortuus est in die tertia: ⁊ qui erãt
in munitionibꝰ: perierunt ab his q̃
erant intra castra. Et regnauit De-
metrius anno cẽtesimo septuagesi-
mo septimo. In diebus illis congre-
gauit Jonathas eos qui erant in iu-
dea/ vt expugnarent arcem que est

in Hierusalē/⁊ fecerunt contra eam
machinas multas. Et abierunt qui-
dam qui oderant gentē suā viri iniq̃
ad regem demetrium/et renunciaue-
runt ei ꝙ ionathas obsideret arcem.
Et vt audiuit/iratus est:et statim ve-
C nit ad ptolemaidā/et scripsit Jona-
the ne obsideret arcē: sed occurreret
sibi ad colloquiū festinato. Ut audi-
uit autem ionathas/iussit obsidere.
Et elegit de senioribus Israel/et de sa-
cerdotibus:⁊ dedit se periculo. Et ac-
cepit aurum/et argentum/⁊ vestē et
alia xenia multa:⁊ abiit ad regē pto-
lemaidam:et inuenit gratiam in cō-
spectu eius. Et interpellabant aduer-
sus eum quidam iniqui ex gente sua.
Et fecit ei rex/sicut fecerāt ei qui an-
te eum fuerant. Et exaltauit eum in
conspectu oim amicorū suorū/et sta-
tuit ei principatū sacerdotii/et que-
cunq; alia habuit prius preciosa/et
fecit eum principem amicorū. Et po-
stulauit Jonathas a rege/vt immu-
nē faceret iudeam:⁊ tres toparchias
id est Samariam ⁊ confines eius/et
promisit ei talenta trecenta. Et con-
sensit rex/et scripsit Jonathe episto-
las de his oibus/hunc modum conti-
nentes. Rex demetrius fratri Jona-
the salutē et genti Judeorū. Exemplū
epistole quā scripsimus lastheni pa-
renti nostro de vobis/misimus ad
vos/vt sciretis. Rex Demetrius la-
stheni parenti salutē. Genti Judeorū
amicis nostris/et conseruātibusque
iusta sunt apud nos/decreuimus be-
nefacere propter benignitatē ipsorū
D quā erga nos habēt. Statuimus er-
go illis oēs fines Judee/et tres ciui-
tates/Lydam/⁊ ramathe/que addi-
te sunt Judee ex samaria:et oēs con-
fines earū sequestrari oibus sacrifi-
cantibus in hierosolymis pro his q̃
ab eis prius accipiebat rex per sin-
gulos annos/et pro fructibus terre
et pomorū. Et alia que ad nos perti-
nebant decimarū ⁊ tributorū: ex hoc
tempore remittimus eis/et areas sa-
linarū/et coronas q̃ nobis deferebā-
tur/omnia ipsis concedimus. Et nihil
horum irritum erit ex hoc et in omne
tēpus. Nūc ergo curate facere horū
exemplū/vt detur Jonathe: et pona-
tur in mōte sancto/et in loco celebri.
Et videns demetrius rex ꝙ siluit ter-
ra in conspectu suo/⁊ nihil ei resistit
dimisit totū exercitum suum: vnum

quemq; in locum suum:excepto pere-
grino exercitu quem traxit ab insu-
lis gentium:⁊ inimici erāt ei omnes
exercitus patrum eius. Triphon au-
tem erat quidam partium alexandri
prius/et vidit quoniā omnis exerci-
tus murmurauit contra demetrium
et iuit ad Emalchuel arabem/qui nu-
triebat antiochum filium alexandri
et assidebat ei/vt traderet eum ipsi/
vt regnaret loco patris sui. Et enun-
ciauit ei quanta fecit Demetrius/et
inimicitias exercituum eius aduer-
sus illum. Et mansit ibi diebus mul- E
tis. Et misit Jonathas ad demetriū
regē/vt eiiceret eos qui in arce erant
in Hierusalē:et qui in presidiis erant
quia impugnabant Israel. Et misit
demetrius ad Jonathan:dicēs. Non
hec tantū faciam tibi et genti tue: sed
gloria illustrabo te/et gentem tuam
cum fuerit opportunum. Nunc er-
go recte feceris/si miseris in auxi-
lium mihi viros: quia discessit omnis
exercitus meus. Et misit ei Jonathas
tria milia virorum fortium Antio-
chiam/et venerunt ad regem/et dele-
ctatus est rex in aduentu eorum. Et
conuenerunt qui erant de ciuitate/
centum viginti milia virorum:et vo-
lebāt interficere regem. Et fugit rex
in aulam:et occupauerunt qui erant
de ciuitate itinera ciuitatis/et cepe-
runt pugnare. Et vocauit rex iude-
os in auxilium: et conuenerunt om-
nes simul ad eum: ⁊ dispersi sunt om-
nes per ciuitatem:⁊ occiderunt in il-
la die centum milia hominum:et suc-
cenderunt ciuitatem/⁊ ceperunt spo-
lia multa in die illa/et liberauerunt
regem. Et viderunt qui erant de ciui-
tate ꝙ obtinuissent Judei ciuitatem
sicut volebant/et infirmati sunt men-
te sua/⁊ clamauerunt ad regem cum
precibus:dicentes. Da nobis dexte- F
ras/et cessent Judei oppugnare nos
et ciuitatē. Et proiecerunt arma sua
et fecerunt pacem/et glorificati sunt
iudei in conspectu regis:et in cōspe-
ctu omnium qui erant in regno eius
et nominati sunt in regno. Et regres-
si sunt in Hierusalem:habentes spo-
lia multa. Et sedit demetrius rex in
sede regni sui: et siluit terra in con-
spectu eius. Et mentitus est omnia
quecumq; dixit/⁊ abalienauit se a io-
natha: et non retribuit ei secundum
beneficia que sibi tribuerat: et vexa-

bat eum valde. Post hec autem re-
uersus est triphon: et antiochus cum
eo puer adolescēs: et regnauit / et im-
posuit sibi diadema. Et congregati
sunt ad eum omnes exercitus quos
disperserat Demetrius / et pugnaue-
runt contra eū: et fugit / et terga ver-
tit. Et accepit triphon bestias / et ob-
tinuit Antiochiā / et scripsit Antio-
chus adolescens Jonathe / dicens.
Constituo tibi sacerdotium: et consti-
tuo te super quatuor ciuitates / vt sis
de amicis regis. Et misit illi vasa au-
rea in ministerium / et dedit ei pote-
statem bibēdi in auro / et esse in pur-
pura / et habere fibulam auream / et
Simonē fratrem eius constituit du-
cem a terminis Tyri / vsque ad fines
egypti. Et exiit Jonathas / et peram-
bulabat trans flumen ciuitates / et
congregatus est ad eum omnis ex-
ercitus Syrie i auxiliū: et venit ascā
lonem / et occurrerunt ei honorifice
de ciuitate: et abiit inde gazam: et cō-
B cluserunt se qui erant gaze / et obse-
dit eam: et succēdit que erant in cir-
cuitu ciuitatis: et predatus est eam.
Et rogauerunt Gazenses Jonathā:
et dedit illis dextrā: et accepit filios
eorum obsides / et misit illos in Hie-
rusalem / et perambulauit regionem
vsq damascū. Et audiuit Jonathas
q preuaricati sunt principes Deme-
trii in cades que est in Galilea / cum
exercitu multo: volentes eum remo-
uere a negocio regni: et occurrit illis:
fratrem autem suum Simonem reli-
quit intra prouinciam. Et applicuit
Simon ad Bethsuram / et expugna-
bat eam diebus multis / et conclusit
eos. Et postulauerunt ab eo dextras
accipere / et dedit illis. Et eiecit eos
inde / et cepit ciuitatem / et posuit in
ea presidium. Et ionathas / et castra
eius applicuerunt ad aquam Gene-
zar: et ante lucē vigilauerunt in cam-
po Azor. Et ecce castra alienigenarū
occurrebant ei in campo / et tende-
bant ei insidias in mōtibus: ipse au-
tem occurrit ex aduerso. Insidie ve-
ro exurrexerunt de locis suis: et com
miserunt prelium. Et fugerunt qui
erant ex parte Jonathe omnes: et ne
mo relictus est ex eis / nisi Mathathi-
as filius Absalomi / et Judas filius
Calphi princeps militie exercit⁹. Et
scidit Jonathas vestimenta sua / et
posuit terram in capite suo / et orauit.
Et reuersus est Jonathas ad eos in
prelium / et conuertit eos in fugam /
et pugnauerunt. Et viderunt qui fu-
giebant partis illius / et reuersi sunt
ad eum: et insequebantur cum eo om
nes vsq cades ad castra sua: et per-
uenerunt vsq illuc. Et ceciderunt de
alienigenis i die illa tria milia viro-
rū: et reuers⁹ est Jonathas in hierlm.

¶ Ca. Sūma. Mittit Jonathas lega-
tos: et epistolas romanis et spartiatis
de cremento pacis / fugat Jonathas
principes Demetrii: et exercitum eo-
rum: percussit Arabes qui vocantur
Zabadei / Triphon volens assumere
regnum Antiochi dolose egit cū Jo-
natha / et occidit eum / et exercitum
eius. Capitulum. xii.

Et vidit Jonathas qr tempus A
eum iuuat / et elegit viros / et
misit eos Romam statuere et
renouare cum eis amicitiam. Et ad
spartiatas / et ad alia loca misit epi-
stolas scdm eandem formā. Et abie-
runt romam / et intrauerunt curiam
et dixerunt. Jonathas summus sa-
cerdos / et gens Judeorum miserunt
nos: vt renouaremus amicitiam / et
societatem scdm pristinum. Et dede-
runt illis epistolas ad ipsos per lo-
ca: vt reducerēt eos in terram Juda
cum pace. Et hoc est exemplū episto-
larum / quas scripsit Jonathas spar-
tiatis. Jonathas summus sacerdos
et seniores gentis / et sacerdotes / et
reliquus populus Judeorum / spar-
tiatis fratribus salutem. Jampridē
misse erant epistole ad Oniam sum-
mum sacerdotē a Dario qui regna-
bat apud vos: quoniam estis fratres
nostri: sicut scriptum continet quod B
subiectum est. Et suscepit Onias vi-
rum qui missus fuerat cum honore /
et accepit epistolas: in quib⁹ signifi-
cabat de societate / et amicitia. Nos
enim cū nullo horum indigeremus
habentes solacio sanctos libros / qui
sunt in manibus nostris / maluimus
mittere ad vos renouare fraternita-
tem et amicitiam / ne forte alieni effi-
ciamur a vobis. Multa enim tempo-
ra transierunt / ex quo misistis ad
nos. Nos ergo in omni tempore sine
intermissione in diebus solennibus:
et ceteris quibus oportet memores
sumus vestri in sacrificiis que offeri-
mus: et in obseruationibus sicut fas
est et decet meminisse fratrum. Leta-

mur itaq; de gloria vestra. Nos au=
tem circundederunt multe tribula=
tiones/et multa prelia/et impugna=
uerunt nos reges qui sunt in circui=
tu nostro. Noluimus ergo vobis mo=
lesti esse/neq; ceteris sociis/et ami=
cis nostris in his prelijs. Habuimus
enim de celo auxiliũ/ et liberati sumus
nos/et humiliati sunt inimici nostri.
Elegimus itaq; Numeniũ antiochi
C filium/et antipatrẽ Jasonis filium
et misimus ad Romanos renouare
cum eis amicitiã et societatẽ pristi=
nã. Mãdauimus itaq; eis vt veniant
etiã ad vos/et salutẽt vos/ et reddãt
vobis epistolas nr̃as de innouatio=
ne fraternitatis nostre. Et nũc bene
facietis respondentes nobis ad hec.
Et hoc rescriptũ est epistolarũ/ qd mi
sit onias. Rex spartiatarum onias
ionathe sacerdoti magno salutẽ. Jn=
uentuz est in scriptura de spartianis
et iudeis qm̃ sunt fratres: et qm̃ sunt de
genere abraam. Et nunc ex quo hec
cognouimus/benefacitis scribentes
nobis de pace vestra. Sed et nos re=
scripsimus vobis. Pecora nostra/et
possessiones nr̃e/vestre sunt: et vr̃e/
nostre. Mãdauimus itaq; hec nun=
ciari vobis. Et audiuit Jonathas qm̃
egressi sunt principes Demetrij cuz
exercitu multo supra q̃ prius/pugna
re aduersus eum: et exijt ab hierusa=
lem/et occurrit eis in amathite regio
D ne. Non enim dederat eis spatium vt
ingrederentur regionem eius. Et mi=
sit speculatores in castra eorũ: et re=
uersi renunciauerunt q; constituunt
superuenire illic nocte. Cum occidis=
set autem sol precepit ionathas suis
vigilare et esse in armis paratos ad
pugnam tota nocte: et posuit custo=
des per circuitũ castrorũ. Et audie=
runt aduersarij q; paratus est iona=
thas cuz suis in bello: et timuerunt et
formidauerũt in corde suo/et accen=
derunt focos in castris suis. Jona=
thas aũt et qui cum eo erant/ non co
gnouerunt vsq; mane. Uidebãt autez
luminaria ardentia: et secut⁹ est eos
ionathas/et non comprehendit eos:
trãsierũt enim flumen eleutherũ. Et
diuertit ionathas ad arabes/ qui vo=
cabant zabadei: et percussit eos et ac
E cepit spolia eorum. Et iũxit/ et venit
damascũ: et perambulabat omnẽ re=
gionẽ illã. Simõ aũt exijt: et venit vs=
q; ad ascalonẽ/et ad proxima presi=
dia: et declinauit in ioppen/ et occu=
pauit eã: (audiuit enim q; vellent presi
dium tradere partibus demetrij) et
posuit ibi custodes / vt custodirent
eã. Et reuersus est ionathas: et con=
uocauit seniores popli/ et cogitauit
cuz eis edificare p̃sidia i iudea: et edi=
ficare muros i hierl'm: et exaltare al=
titudinẽ magnã inter mediuz arcis
et ciuitatis/vt separaret eã a ciuita=
te: vt esset ipsa singulariter: et neque
emant/neq; vendãt. Et conuenerunt
vt edificarẽt ciuitatẽ: et cecidit mu=
rus qui erat sup torrentẽ ab ortu so=
lis: et reparauit eũ qui vocat Caphe=
theta. Et simon edificauit adiada et
sephela: et muniuit eã: et iposuit por=
tas et seras. Et cũ cogitasset triphon
regnare asie/et assumere diadema/et
extẽdere manũ in antiochũ regem:
timens ne forte non permitteret euz
Jonathas/sed pugnaret aduers⁹ eũ/
querebat comprehendere eum et occi
dere. Et exurgens abiit in bethsan. F
Et exiuit ionathas obuiã illi cũ qua=
draginta milibus virorũ electoruz in
preliũ/vt venit bethsan. Et vidit tri=
phon qz venit ionathas cuz exercitu
multo/vt extẽderet in eũ man⁹: et ti=
muit. Et accepit eũ cũ honore/et com
mendauit eum oĩbus amicis suis: et
dedit ei munera. Et precepit exerciti
bus suis vt obedirent ei sicut sibi. Et
dixit ionathe. Ut quid vexasti vniuer
sum populum cum bellum nobis nõ
sit? Et nũc remitte eos in domos su=
as: elige aũt tibi viros paucos qui te=
cũ sint: et veni mecum ptolemaidã: et
tradã eam tibi: et reliqua presidia et
exercitũ/et vniuersos prepositos ne=
gocij/et conuersus abibo: propterea
enim veni. Et credidit ei/et fecit sicut
dixit: et dimisit exercitũ/et abierũt in
terraz iuda. Retinuit autem secum
tria milia virorum: ex quibus remi=
sit in galileã duo milia/ mille autem
venerunt cum eo. Ut autem intra=
uit ptolemaidã ionathas / clauserũt G
portas ciuitatis ptolemẽses: et com=
prehenderunt eum/et omnes qui cum
eo intrauerant/ gladio interfecerũt.
Et misit Triphon exercitum et equi=
tes in Galileam/ et in campum ma=
gnum/ vt perderent omnes socios io
nathe. At illi cum cognouissent quia
cõprehensus est ionathas / et perijt:
et omnes qui cum eo erant/ hortati
sunt semetipsos: et exierũt parati in

prelium. Et videntes hi qui insecuti
fuerant/quia pro anima res est illis
reuersi sunt. Illi autez venerunt om-
nes cuz pace in terram iuda. Et plã-
xerunt ionathan: et eos qui cum ipso
erant valde: et luxit israel luctu ma-
gno. Et quesierunt omnes gẽtes que
erant in circuitu eorũ conterere eos.
Dixerunt enim. Non habent princi-
pem et adiuuantem: nunc ergo expu-
gnemus illos/et tollamus de homini-
bus memoriam eorum.

¶ C. S. Simon ꝓ fratre suo dux con-
stituitur/mittit argentum et duos fi-
lios Jonathe Triphoni: de morte Jo-
nathe et filiorum eius: de edificio se-
pulchri in modin: occidit Triphon
dolose Antiochum adolescentem/et
imposuit sibi diadema Asie: consti-
tuit Demetrius pacẽ cuz Simone: sub-
latum est iugum gentium ab Hieru-
salem: expugnat Simon Gazam: mũ-
dans autem eam intrat cum laude et
ramis palmarum: Simon constituit
filium suum ducem. Capitulum. xiij.

B Et audiuit simon ꝙ congrega-
uit triphon exercituz copiosum/
vt veniret in terram iuda/et attere-
ret eam: videns quia in tremore po-
pulus est et in timore/ascendit hie-
rusalem/et congregauit populum: et
adhortans dixit. Uos scitis quanta
ego/et fratres mei/et domus patris
mei fecimus pro legibus et pro san-
ctis prelia/et angustias quales vi-
dimus. Horum gratia perierũt fra-
tres mei omnes propter israel: et re-
lictus sum ego solus. Et nunc non
mihi contingat parcere anime mee
in omni tempore tribulationis: non
enim melior sum fratribus meis.
Uindicabo itaque gentem meam/et
sancta: natos quoque nostros et vxo-
res: quia congregate sunt vniuerse
gentes conterere nos inimicitie gra-
tia. Et accensus est spiritus populi
simul/vt audiuit sermones istos: et
responderunt voce magna dicentes.
B Tu es dux noster loco iude et iona-
the fratris tui: pugna prelium no-
strum: et omnia quecumque dixeris
nobis/faciemus. Et congregans om-
nes viros bellatores/accelerauit cõ-
summare vniuersos muros hierusa-
lem/et muniuit eam in gyro. Et mi-
sit ionathan filium absalomi: et cum
eo exercituz nouum in ioppen: et eie-
ctis his qui erant in arce/remansit
illic ipse. Et mouit triphon a ptole-
maida cũ exercitu multo/vt veniret
in terrã iuda: et ionathas cum eo in
custodia. Simon autem applicuit in
addus cõtra faciem campi. Et vt co-
gnouit triphon quia surrexit simon
loco fratris sui ionathe: et quia com-
missurus esset cũ eo preliũ: misit ad
eum legatos dicens. Pro argẽto qđ
debebat frater tuus ionathas in ra-
tione regis ꝓpter negocia q̃ habuit C
detinuimus eũ. Et nunc mitte argen-
ti talenta centũ/et duos filios eius
obsides/vt nõ dimissus fugiat a no-
bis: et remittemus eum. Et cognouit
Simon q́a cum dolo loqueret secuz/
iussit tamẽ dari argentuz et pueros/
ne inimicitiã magnã sumeret ad po-
pulũ israel dicentez. Quia non misit
ei argentũ et pueros ꝓpterea periit.
Et misit pueros/et centum talenta: et
mẽtitus est/et non dimisit ionathan.
Et post hec venit triphon intra re-
gionez/vt contereret eam: et gyraue-
runt per viam que ducit ador: et si-
mon et castra eius ambulabant in
omnem locum quocumq; ibant. Qui
autẽ in arce erant/miserunt ad tri-
phonez legatos/vt festinaret venire
per desertũ: et mitteret illis alimoni- D
as. Et parauit triphon omnẽ equita-
tum/vt veniret illa nocte. Erat enim
nix multa valde: et non venit in ga-
laditim. Et cũ appropinquasset bas-
chama: occidit ionathan et filios eius
illic. Et conuertit triphon: et abiit in
terrã suaz. Et misit simon/et accepit
ossa ionathe fratris sui/et sepeliuit
ea in modin ciuitate patruz eius. Et
planxerunt eum omnis israel plan-
ctu magno: et luxerunt euz dies mul-
tos. Et edificauit simon super sepul-
chrũ patris sui et fratrũ suorũ edifi-
cium altũ visu: lapide polito retro et
ante: et statuit septem pyramidas:
vnã contra vnam patri/et matri/et
quatuor fratribus: et his circũposuit
colũnas magnas: et super colũnas
arma/ad memoriã eternam: et iuxta
arma naues sculptas que viderẽtur
ab hoibus nauigantibus mare. Hoc
est sepulchrũ/qđ fecit in modin vsq;
in hunc diem. Triphon autem cum
iter faceret cũ antiocho rege adole-
scẽte/dolo occidit eũ: et regnauit lo-
co eius. Et iposuit sibi diadema asie/et E
fecit plagam magnã in terra: et edi-
ficauit simon presidia iudee/muni-

ens ea turrib⁹ excelsis/et muris ma-
gnis:et portis/et seris: et posuit ali-
mēta in munitiōibus. Et elegit simō
viros/et misit ad demetriū regem vt
faceret remissionē regioni/ qz actus
oēs triphonis per direptionē fuerāt
gesti. Et demetrius rex ad verba ista
respondit ei: et scripsit epistolā talē.
Rex demetrius simoni summo sacer
doti et amico regum/ꝛ senioribus/et
gēti iudeorum salutē. Coronā aureā
et bahē quam misistis/suscepimus:
et parati sumus facere vobiscū pacē
magnā:et scribere ꝓpositis regis re-
mittere vobis q̄ indulsim⁹. Quecūqꝫ
enim constituimus/vobis constant.
Munitiones quas edificastis / vob'
sint. Remittimus quoqꝫ ignorātias/
et peccata vsqꝫ in hodiernum diem:
F et coronā quam debebatis. Et si quid
aliud erat tributariū in hier'm/iam
nō sit tributarium: et si qui ex vobis
apti sunt cōscribi inter nr̄os / cōscri-
bant: et sit inter nos pax. Anno cen-
tesimo septuagesimo / ablatū est iu-
gum gētiū ab isrl'. Et cepit populus
israel scribere i tabulis et gestis pu-
blicis / anno primo sub simone sum-
mo sacerdote/magno duce/et princi
pe iudeorū. In dieb⁹ illis applicuit
simon ad gazam/ꝛ circumdedit eam
castris: ꝛ fecit machinas/ꝛ applicu
it ad ciuitatē/et percussit turrē vnam
et cōprehendit eā. Et qui eruperant/
erant intra machinam et ciuitatē: ꝛ
fact⁹ est motus magnus in ciuitate.
Et ascēderunt qui erant in ciuitate
cū vxoribus et filiis supra murū scis-
sis tunicis suis / et clamauerūt voce
magna / postulātes a simōe dextras
sibi dari: et dixerūt. Non nobis red-
das scd'z malitias nostras/sed scd'm
G misas tuas: et seruiemus tibi. Et fle-
xus simon non debellauit eos: eiecit
tamen eos de ciuitate / et mundauit
edes in quibus fuerant simulacra /
et tūc intrauit in eam cum hymnis
benedicens dn̄m. Et eiecta ab ea om
ni immūdicia/collocauit in ea viros
qui legē facerēt/et muniuit eā: et fe-
cit sibi habitationem. Qui aūt erant
in arce hierusalē/ prohibebant egre-
di et ingredi regionē:et emere ꝛ ven
dere:et esurierunt valde: et multi ex
eis fame perierunt. Et clamauerunt
ad simonem vt dextras acciperent /
et dedit illis. Et eiecit eos inde:ꝛ mū-
dauit arcem a cōtaminationibus et
intrauerunt in eam tertia et vicesi-
ma die secundi mensis anno centesi
mo septuagesimoprimo cum laude
et ramis palmarū ꝛ citharis ꝛ cina-
ris:ꝛ cymbalis:et nablis:et hymnis
et canticis: quia cōtritus est inimic⁹
magnus ex israel. Et cōstituit vt oī-
bus annis agerētur dies hi cum leti
tia: et muniuit mōtem tēpli qui erat
secus arcē: ꝛ habitauit ibi ipse et qui
cum eo erant. Et vidit simon Joan-
nem filium suum: qꝫ fortis vir prelii
esset: et posuit eum ducem virtutum
vniuersarū:et habitauit in gazaris.
¶ Ca. S. Rex demetrius abiit in me-
diā ad contrahēda sibi auxilia: ꝛ ca-
ptus ponitur in custodia:de sublimi-
tate et potētia Simonis regis iuda
de multitudine pacis: illis tempori-
bus renouant amicitie inter Roma
nos et Judeos: exemplum scripture
quā in tabulis ereis scripserūt iudei
pro titulo glorie: et laude sui ducis
simonis filii Marathie. Cp̄m. xiiii.
Anno cētesimo septuagesimo A
secūdo cōgregauit rex deme-
trius exercitū suū: et abiit in
mediā ad cōtrahenda sibi auxilia vt
expugnaret triphonem. Et audiuit
arsaces rex Persidis et medie qz in-
trauit demetrius cō fines suos: et mi
sit vnū de principibus suis: vt com-
prehēderet eum viuum ꝛ adduceret
eum ad se. Et abiit ꝛ percussit castra
demetrii ꝛ comprehēdit eum ꝛ duxit
eum ad arsacem:et posuit eum in cu
stodiam. Et siluit oīs terra Juda oī-
bus diebus Simonis: et quesiuit bo-
na genti sue:et placuit illis potestas
eius: et gloria eius oībus diebus. Et
cum omni gloria sua accepit ioppen
in portum:et fecit introitum in insu-
lis maris. Et dilatauit fines gentis B
sue:et obtinuit regionem. Et congre
gauit captiuitatem multam:ꝛ domi-
natus est gazare et Bethsure:ꝛ arci:
et abstulit i͂mundicias ex ea: et nō
erat qui resisteret ei. Et vnusquisqꝫ
colebat terram suā cū pace:et terra
iuda dabat fructus suos:et ligna cā-
porum fructum suum. Seniores in
plateis sedebant omnes:et de bonis
terre tractabant: et iuuenes indue-
bant se gloriam:et stolas belli. Et ci-
uitatibus tribuebat alimonias: et
constituebat eas: vt essent vasa mu-
nitionis: quoadusqꝫ nominatum est
nomē glorie eius vsqꝫ ad extremum

terre. Fecit pacem super terrã: et le-
tatus est israel leticia magna. Et se-
dit vnusquisq₃ sub vite sua et sub fi-
culnea sua: et non erat qui eos terre-
ret. Defecit impugnans eos super
terram: reges cõtriti sunt in diebus
illis. Et cõfirmauit oẽs humiles po-
puli sui / et legem exquisiuit et abstu-
lit omne iniquum ꝛ malum. Sancta
C glorificauit: ꝛ multiplicauit vasa san
ctorum. Et auditũ est rome quia de-
functus esset ionathas ꝛ vsq₃ in spar
tiatas: ꝛ ꝯtristati sunt valde. Ut au-
dierunt autẽ q̃ simon frater eius fa-
ctus esset summ⁹ sacerdos loco eius
et ipse obtineret oẽm regionem et ci-
uitates in ea: scripserunt ad eum ta-
bulis ereis / vt renouarent amiciti-
as ꝛ societatem quam fecerant cum
iuda et cum ionatha fratribus eius.
Et lecte sunt in conspectu ecclesie in
hierl'm. Et hoc exemplum epistolaꝝ
quas spartiate miserunt.
¶ Spartianorũ principes et ciuita-
tes Simoni sacerdoti magno / et se-
nioribus / et sacerdotibus et reliquo
populo iudeorum fratribus salutē.
Legati qui missi sunt ad populũ no-
strum nunciauerunt nobis de vestra
gloria / honore et leticia: et gauisi su-
mus in introitu eorũ. Et scripsimus
que ab eis erant dicta in cõciliis po-
puli sic. Numenius antiochi et anti-
pater iasonis filius legati iudeorum
venerunt ad nos renouãtes nobiscũ
amicitiam pristinã. Et placuit popu-
lo excipere viros gloriose: et ponere
exemplum sermonũ eorũ in segrega
tis populi libris / vt sit ad memoriam
populo spartiatarũ. Exemplum aũt
D horum scripsimus simoni magno sa
cerdoti. Post hec autem misit simon
numenium romã habẽtem clypeum
aureum magnũ / pondo mnarũ mil-
le ad statuendam cũ eis societatem.
Cum aũt audisset populus romanus
sermones istos / dixerunt. Quã gra-
tiarum actionem reddemus simoni
et filiis eius? Restituit enim ipse fra-
tres suos et expugnauit inimicos is-
rael ab eis / et statuerunt ei libertatẽ
et descripserũt in tabulis ereis: ꝛ po
suerunt in titulis in monte sion. Et
hoc est exemplum scripture.
¶ Octauadecima die mensis elul /
anno centesimo septuagesimosecun
do anno tertio sub simone sacerdo-
te magno in assaramel / in conuentu
magno sacerdotum et populi ꝛ prin
cipum et gentis et seniorũ regionis /
nota facta sunt hec. Quoniã freque-
ter facta sunt prelia in regione no-
stra. Simon autẽ marathie filius ex
filiis iarib et fratres eius dederũt se
periculo / et restiterunt aduersariis
gentis sue: vt starent sancta ipsorũ
et lex / et gloria magna glorificaue-
runt gẽtem suam. Et congregauit io E
nathas gẽtem suam: et factus est il-
lis sacerdos magnus / et appositus
est ad populum suum. Et voluerunt
inimici eorum calcare sancta: ꝛ atte-
rere regionem ipsorum / ꝛ extendere
manus in sancta sanctorũ. Tunc re-
stitit Simon et pugnauit pro gente
sua: et erogauit pecunias multas: et
armauit viros virtutis gentis sue:
et dedit illis stipẽdia / et muniuit ci-
uitates iude et bethsurã que erat in
finibus iudee: vbi erant arma ho-
stium antea: ꝛ posuit illic presidium
viros iudeos. Et ioppẽ muniuit que
erat ad mare: et gazaram que est in
finibus azoti / in qua hostes antea
habitabãt: et collocauit illic iudeos
et quecũq₃ apta erant ad correptio-
nem eorum posuit in eis. Et vidit po
pulus actum simonis et gloriã quã
cogitabat facere genti sue: et posue- F
runt eum ducem suum et principem
sacerdotũ / eo q̃ ipse fecerit hec om-
nia et iustitiam et fidem quam con-
seruauit genti sue: et exquisiuit om-
ni modo exaltare populum suum.
Et in diebus eius prosperatum est
in manibus eius vt tollerentur gen-
tes de regione ipsorum: et que in ci-
uitate Dauid erant in Hierusalem
in arce: de qua procedebant et con-
taminabant omnia que in circui-
tu sanctorum sunt: et inferebant pla
gam magnam castitati. Et colloca-
uit in ea viros iudeos ad tutamen-
tum regionis et ciuitatis: et exalta-
uit muros in hierusalem. Et rex de-
metrius statuit illi summum sacer-
dotium. Secundũ hec fecit eum ami
cum suum: et glorificauit eum glo-
ria magna. Audiuit enim q̃ appel-
lati sunt iudei a Romanis amici / et
socii / et fratres: et quia susceperunt
legatos Simonis gl'ose: et quia iu-
dei et sacerdotes eorum cõsenserunt
eum esse ducem suum et summũ sa-
cerdotem in eternum / donec surgat
propheta fidelis: et vt sit super eos G

dux: et vt cura esset illi pro sanctis: et vt cōstitueret prepositos sup opera eoꝝ/ et super regionē et super arma/ et super p̄sidia/ et cura sit illi de sanctis: et vt audiat ab oībus: et scribantur in noīe eius omnes conscriptiones in regione/ et vt operiat purpura et auro: et ne liceat vlli ex populo et ex sacerdotib⁹ irritum facere aliquid horū: et contradicere his que ab eo dicūtur/ aut conuocare conuentū in regione sine ipso/ et vestiri purpura/ et vti fibula aurea. Qui autē fecerit extra hec/ aut irritū fecerit aliqd horū/ reus erit. Et complacuit omni populo statuere simonē/ et facere secūdum verba ista. Et suscepit simon et placuit ei vt sūmo sacerdotio fungeret: et esset dux et princeps gentis iudeorū et sacerdotū/ et preesset omnibus. Et scripturā istā dixerunt ponere in tabulis ereis: et ponere eas in peribolo sanctoꝝ/ in loco celebri. exēplum autē eoꝝ ponere in erario: vt habeat simon et filij eius.

C. C.S. Antiochus demetrij fili⁹ accepit regnum paternū: et scripsit epistolas Judeis: persecutus est antiochus Triphonem/ et cetera rescripta Romanorum: de pace et Simone/ misit Simō in auxilium Antiocho: et noluit accipere: mittit Antiochus Cendebeū ducē ad debellādū iudeam et ipse persequit triphonē. Cap. xv.

A Et misit rex antiochus filius demetrij epistolas ab insulis maris simoni sacerdoti/ et principi gentis iudeoꝝ/ et vniuerse genti: et erant continentes hunc modum. Rex antiochus simoni sacerdoti magno et genti iudeorum salutem. Quoniam quidem pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum: volo autem vendicare regnum/ et restituere illud sicut erat antea: et electam feci multitudinem exercitus: et feci naues bellicas. Uolo autem procedere per regionem/ vt vlciscar in eos qui corruperunt regionem nostram/ et qui desolauerunt ciuitates multas in regno meo. Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes quas remiserunt tibi ante me omnes reges/ et quecunq; alia dona remiserunt tibi et permitto tibi facere percussuram proprij numismatis in regione tua.

B Hierusalem autem sanctam esse/ et liberam: et omnia arma que fabricata sunt/ et presidia que construxisti/ que tenes maneant tibi. Et omne debitum regis/ et que futura sunt regi ex hoc et in totum temp⁹ remittuntur tibi. Cum autem obtinuerimus regnum nostrum/ glorificabimus te/ et gentem tuam: et templum gloria magna: ita vt manifestetur glīa vestra in vniuersa terra. Anno cētesimoseptuagesimoquarto/ exijt antiochus in terram patrum suorum/ et conuenerunt ad eum omnes exercitus: ita vt pauci relicti essent cum triphone. Et insecutus est eū antiochus rex/ et venit doran fugiens per maritimam. Sciebat enim q congregata sunt mala in eum/ et reliquit eum exercitus. Et applicuit Antiochus super doran cum centum viginti milibus virorum belligeratorū: et octo milibus equitum. Et circuiuit ciuitatem/ et naues a mari accesserūt/ et vexabant ciuitatē a terra et mari: et neminē sinebant ingredi vel egredi. C

Uenit autem numenius/ et qui cum eo fuerant ab vrbe roma/ habentes epistolas regibus et regionibus scriptas/ in quibus continebantur hec. Lucius consul romanorum Ptolemeo regi salutem. Legati iudeoꝝ venerūt ad nos amici nostri: renouantes pristinā amicitiā et societatē: missi a simone principe sacerdotū: et populo iudeoꝝ. Attulerūt aūt et clypeum aureū mnaꝝ mille. Placuit itaq; nobis scribere regibus/ et regionibus vt non inferant illis mala/ neq; impugnent eos/ et ciuitates eoꝝ/ et regiones eorū: et vt nō ferant auxiliū pugnantibus aduersus eos. Uisum autē est nobis accipe ab eis clypeū. Si qui ergo pestilētes fugerint de regione ipsorū ad vos/ tradite eos simoni principi sacerdotum/ vt vindicet in eos scdm legē suā. Hec eadem scripta sunt demetrio regi/ et attalo/ et arabe/ et arsaci/ et in omnes regiones/ et samsame/ et spartanis/ et delo/ et mido/ et sitioni/ et carie/ et samum/ et pamphyliam/ et lyciam/ et alicarnasum/ et rhodum/ et faselida/ et coo/ et sidem/ et arado/ et gortynam/ et cnidum et cyprum: et cyrenen. Exemplum autem eorum scripserunt simoni principi sacerdotum et populo iudeorum. Antiochus autem rex applicuit castra in doran secundo: admouens ei semper manus D E

et machinas faciens: et conclusit tri=
phonem ne procederet. Et misit ad
eum simon duo milia virorū electo=
rum in auxiliū: et argentū et aurum
et vasa copiosa: et noluit ea accipe=
re / sed rupit omnia que pactus est
cum eo antea / et alienauit se ab eo.
Et misit ad eum athenobiū vnum de
amicis suis vt tractaret cum ipso di=
cēs. Vos tenetis ioppen et gazaram
et arcem que est in hierusalem ciui=
tates regni mei: fines earum desola=
stis / et fecistis plagam magnam in
terra: ⁊ dominati estis per loca mul=
ta in regno meo. Nunc ergo tradite
ciuitates quas occupastis: ⁊ tributa
locorum quibus dominati estis ex=
tra fines iudee. sin autem / date pro il=
lis quingenta talenta argenti / et ex=
terminii qđ exterminastis ⁊ tributo=
rum ciuitatū alia talēta quingenta:
sin autē veniemus ⁊ expugnabimus
F vos. Et venit athenobius amicus
regis in hierusalem et vidit gloriam
simonis et claritatem in auro et ar=
gēto et apparatū copiosum / ⁊ obstu=
puit: et retulit ei verba regis. Et re=
spondit simon et dixit ei. Neqꝫ alie=
nam terram sumpsimus / neqꝫ alie=
nam detinemus: sed hereditatez pa=
trum nostrorū que iniuste ab inimi=
cis nostris aliquo tempore possessa
est. Nos vero tempus habētes vē=
dicamus hereditatē patrum nostro=
rum. Nā de ioppe et gazara que ex=
postulas / ipsi faciebant in populo
plagam magnā et in regione nostra
horum damus talēta cētum. Et non
G respondit ei athenobius verbū. Re=
uersus aūt cum ira ad regem / renū=
ciauit ei verba ista / et gloriam simo=
nis et vniuersa que vidit: et iratus
est rex ira magna. Triphon autē fu=
git naui in orthosaida. Et constituit
rex cendebeum ducem maritimū: et
exercitū peditum ⁊ equitū dedit illi.
Et mandauit illi mouere castra con=
tra faciem iudee / et mādauit ei edi=
ficare cedronem / ⁊ obstruere portas
ciuitatis / ⁊ debellare pplm. Rex au=
tem psequebat triphonez. Et perue=
nit cendebeus iamniam / et cepit ir=
ritare plebem et conculcare iudeam
et captiuare populum et interficere
et edificare cedronem. Et collocauit
illic equites et exercitum / vt egressi
perambularent viam iudee / sicut cō=
stituit ei rex.

¶ Capitu. Sūma. Duos filios misit
simon ad debellandum cendebeum
ducem qꝛ iudas filius simonis vul=
neratus est: occiditur simon cum fi=
liis suis in conuiuio: ioannes filius
simonis succedit patri suo in princi=
patu sacerdotum. Capitulum. xvi. A
ET ascendit ioannes de gaza=
ris / et nunciauit simoni patri
suo que fecit cēdebeus in po=
pulo ipsorum. Et vocauit simō duos
filios suos seniores / iudam et ioan=
nem: ⁊ ait illis. Ego et fratres mei et
domus patris mei expugnauimus
hostes israel ab adolescentia vsqꝫ in
hūc diem: et prosperatum est in ma=
nibus nostris liberare israel aliquo=
ties. Nūc autem senui / sed estote lo=
co meo et fratris mei: et egressi pu=
gnate pro gente nostra: auxiliū vero
de celo vobiscū sit. Et elegit de regio=
ne viginti milia virorꝫ belligeratorū
et equites / et profecti sunt ad cende=
beum: et dormierūt in modin. Et sur=
rexerunt mane et abierūt in cāpum
et ecce exercitus copiosus in obuiaz
illis peditū et equitū: et fluuius tor=
rens erat inter mediū ipsorꝫ. Et ad= B
mouit castra cōtra faciez eorum ipse
et populus eius / ⁊ vidit populū tre=
pidātem ad transfretandum torren=
tem / ⁊ transfretauit primus: et vide=
runt eū viri et transierunt post eum.
Et diuisit populum ⁊ equites in me=
dio peditum. erat autem equitatus
aduersariorū copiosus nimis. Et ex=
clamauerūt sacris tubis: ⁊ in fugam
cōuersus est cēdebeus et castra eius
et ceciderūt ex eis multi vulnerati:
residui aūt in munitionem fugerūt.
Tunc vulneratus est iudas frater
ioannis. Joannes autem insecutus
est eos / donec venit cedronem quam
edificauit: ⁊ fugerunt vsqꝫ ad turres
que erant in agris azoti et succendit
eas igni. Et ceciderunt ex illis duo C
milia virorꝫ: et reuersus est in iudeaz
in pace: ⁊ ptolemeus filius abobi cō=
stitutus erat dux in campo hiericho:
et habebat argentum ⁊ aurum mul=
tum. Erat enī gener summi sacerdo=
tis: et exaltatum est cor eius / et vo=
lebat obtinere regionem: et cogita=
bat dolum aduersus simonem et fi=
lios eius vt tolleret eos. Simon au=
tem perambulans ciuitates que e=
rant in regione Jude / et solicitu=
dinem gerens earum / descendit in

Hiericho ipse ⁊ Matathias filiꝰ eiꝰ: ⁊
Judas anno cētesimoseptuagesimo
septimo mēse vndecimo: hic est mē-
sis Sabath. Et suscepit eos filiꝰ abobi
in munitiunculā que vocat doch cum
dolo/ quā edificauit: ⁊ fecit eis conui-
uium magnū/ ⁊ abscondit illic viros.
Et cū inebriatꝰ esset Simon ⁊ filij eiꝰ/
surrexit ptolemeus cum suis/ ⁊ sum-
pserunt arma sua/ ⁊ intrauerunt in
D conuiuium/ ⁊ occiderunt eum ⁊ duos
filios eius/ ⁊ quosdam pueros eius: ⁊
fecit deceptionē magnā in Israel: et
reddidit mala pro bonis. Et scripsit
hec Ptolemeus/ ⁊ misit regi vt mitte-
ret ei exercitū in auxiliū/ ⁊ traderet
ei regionem ⁊ ciuitates eorū ⁊ tribu-
ta. Et misit alios in gazaram tollere
Joannē: ⁊ tribunis misit epistolas vt
venirent ad se ⁊ daret eis argentum
et aurum ⁊ dona: ⁊ alios misit occu-
pare Hierusalē ⁊ montem templi. Et
precurrens quidam nunciauit Joan-
ni in gazara: quia periit pater eiꝰ ⁊ fra-
tres eiꝰ: ⁊ quia misit te quoqꝫ interfi-
ci. Ut audiuit autē/ vehemēter expa-
uit: et comprehendit viros qui vene-
rant perdere eum/ ⁊ occidit eos: co-
gnouit enim quia querebāt eum per-
dere. Et cetera sermonum Joannis
et bellorum eius ⁊ bonarum virtu-
tum quibus fortiter gessit/ ⁊ edificii
murorum quos extruxit/ ⁊ rerum ge-
starum eius: ecce hec scripta sunt in
libro dierum sacerdotii eius ex quo
factus est princeps sacerdotum post
patrem suum.

¶ Explicit liber primus
Machabeorum.

¶ Liber secundꝰ Machabeorꝫ
incipit.

¶ L. S. Judeis in Egypto dicunt Ju-
dei qui sunt Hierosolymis salutē: quod
Antiochꝰ occisus est in tēplo Nanee/
⁊ qui cum eo erant: de igne sacrificii
abscondito in puteo: oratio Neemie
talis erat: quod regi Persarum manife-
stum factum est miraculum mutatio-
nis ignis ⁊ aque/ ⁊ econuerso.

Capitulum. i.

A Fratribus qui sunt per
Egyptum iudeis/ salu-
tem dicunt fratres qui
sunt in Hierosolymis
Judei/ et qui in regio-
ne iudea et pacem bo-
nā. Benefaciat vobis
deus et meminerit testamenti sui quod
locutus est ad Abraham et Isaac et
Jacob seruorum suorum fidelium: et
det vobis cor omnibus vt colatis eum
et faciatis eius voluntatem corde
magno/ et animo volenti. Adape-
riat cor vestrum in lege sua/ et in pre-
ceptis suis/ et faciat pacem. Exau-
diat orationes vestras et reconcilie-
tur vobis/ nec vos deserat in tempore
malo. Et nunc hic sumus orantes pro
vobis. Regnante Demetrio anno cē- B
tesimo sexagesimonono nos Judei
scripsimus vobis in tribulatione et
impetu qui superuenit nobis in istis
annis/ ex quo recessit Jason a sancta
terra ⁊ a regno. Portam succēderūt
et effuderunt sanguinem innocentē:
et orauimus ad dominum et exaudi-
ti sumus: et obtulimus sacrificium
et similaginem: ⁊ accendimus lucer-
nas/ ⁊ proposuimus panes. Et nunc
frequentate dies scenophegie men-
sis casleu. Anno centesimo octogesi-
mooctauo populus qui est in Hiero-
solymis: ⁊ in Judea/ senatusqꝫ ⁊ Ju-
das/ Aristobolo magistro Ptolemei
regis qui est de genere christorum sa-
cerdotum: et his qui in Egypto sunt
Judeis/ salutem ⁊ sanitatem. De ma- C
gnis periculis a deo liberati magni-
fice gratias agimus ipsi: vtpote qui
aduersus talem regem dimicauimꝰ.
Ipse enim ebulire fecit de Persi-
de eos qui pugnauerunt contra nos
et sanctam ciuitatem. Nam cum in
Perside esset dux ipse/ ⁊ cum ipso im-
mensus exercitus cecidit in templo
Nanee/ consilio deceptꝰ sacerdotum
Nanee. Etenim cum ea habitaturus
venit ad locum Antiochus et amici
eius: et vt acciperet pecunias mul-
tas dotis nomine. Cumqꝫ proposuis- I. q. I. c. si-
sent eas sacerdotes Nanee/ ⁊ ipse cū cut eunu-
paucis ingressus esset intra ambitū chus.
phani/ clauserunt templum. Cum au- D
tem intrasset Antiochꝰ/ apertoqꝫ oc-
culto aditu templi/ mittentes lapi-
des percusserunt ducem ⁊ eos qui cū
eo erant/ et diuiserunt membratim/
et capitibus amputatis foras proie-
cerunt. Per omnia benedictus deus
qui tradidit impios. Facturi igitur
quinta ⁊ vicesima die mensis casleu/
purificationem templi/ necessarium
duximus significare vobis: vt et vos
quoqꝫ agatis diem scenophegie et
diem ignis qui datꝰ est quando Nee-

mias edificato templo et altari ob-
tulit sacrificia. Nam cum in Persi-
dem ducerentur patres nostri/sacer-
dotes qui tunc cultores dei erant ac-
ceptum ignem de altari occulte abs-
conderunt in valle vbi erat puteus
altus et siccus:et in eo contutati sunt
eum/ita vt omnibus ignotus esset lo-
E cus. Cum autem preterijssent anni
multi: et placuit deo vt mitteretur
Neemias a rege Persidis: nepotes
sacerdotum illorum qui absconderant/
misit ad requirendum ignem:et sicut
narrauerunt nobis non inuenerunt
ignem/sed aquam crassam. Et iussit
eos haurire et afferre sibi:et sacrifi-
cia que imposita erāt iussit sacerdos
Neemias aspergi ipsa aqua et ligna/
et que erant superposita. Utque hoc fa
ctum est et tēpus affuit quo sol refulsit
qui prius erat in nubilo/accensus est
ignis magnus/ita vt omnes mira-
rentur. Orationem autē faciebāt om-
nes sacerdotes/dum consummaret
sacrificium Jonatha inchoante/cete
F ris autē respondentibus. Et Neemie
erat oratio hunc habēs modum. Do-
mine deus omnium creator/terribi-
lis et fortis/iustus et misericors:qui
solus es bonus rex/solus prestans/
solus iustus et omnipotens et eternus/
qui liberas Israel de omni malo:qui
fecisti patres electos et sanctificasti
eos:accipe sacrificium pro vniuerso
populo tuo Israel/et custodi partem
tuam et sanctifica. Congrega disper-
sionem nostram/libera eos qui ser-
uiunt gentibus/et contemptos et ab-
ominatos respice: vt sciant gentes
quia tu es deus noster. AffIige oppri
mentes nos et contumeliam facientes
in superbia. Cōstitue populum tuum
Deu.30.a. in loco sancto tuo/sicut dixit Moy-
ses. Sacerdotes autem psallebant
hymnos/vsquequo consumptum esset
sacrificium. Cum autē consumptum
esset sacrificium ex residua aqua/
B Neemias iussit lapides maiores per
fundi. Quod vt factum est/ex eis flam-
ma accensa est:sed et ex lumine quod
refulsit ab altari/consumpta est. Ut
vero manifestata est res/renūciatū
est regi Persarum quod in loco in quo
ignem absconderant hi qui transla-
ti fuerant sacerdotes/aqua appa-
ruit/de qua Neemias et qui cum eo
I.q.i.sicut erāt/purificauerunt sacrificia. Cōsi-
cunuch⁹. derans autē rex et rem diligenter exa-
minans/fecit ei templū vt probaret
quod factum erat:et cū probasset sacer-
dotibus donauit multa bona/et alia
atque alia munera:et accipiens manu
sua/tribuebat eis. Appellauit autem
Neemias hūc locum nephtar/quod
interpretatur purificatio. Vocatur autē
apud plures nephi.

¶C.S. Ubi arca et altare inclusa sunt
in mōte a Hieremia propheta:de quin-
libris Jasonis in vnum redactis.

Capitulum.ii.

A Inuenitur autē in descriptioni-
bus Hieremie prophete quod ius-
sit eos ignem accipere qui trans-
migrabantur:vt significatū est et vt
mandauit transmigrans. Et dedit
illis legem ne obliuiscerentur prece-
pta dñi/et vt non exerrarent mentibus
videntes simulacra aurea et argen-
tea et ornamēta eorum. Et alia huiusmo
di dicens/hortabatur ne legē amoue
rent a corde suo. Erat autem in ipsa
scriptura quomodo tabernaculum et
arcam iussit propheta diuino respon
so ad se facto comitari secū:vsquequo
exijt in montē/in quo Moyses ascen- Deu.34.a
dit et vidit dei hereditatem. Et ve- B
niens ibi Hieremias/inuenit locum
spelunce:et tabernaculum et arcā et al-
tare incensi intulit illuc/et ostium ob-
struxit. Et accesserunt quidā simul qui
sequebantur vt notarent sibi locum
et non potuerūt inuenire. Ut autem
cognouit Hieremias culpans illos/
dixit quod ignotus erit locus donec con-
greget deus congregationem populi
et propitius fiat. Et tunc dñs osten-
det hec/et apparebit maiestas dñi:et
nubes erit sicut et Moysi manifesta- 3.Re.8.b
batur:et sicut cum Salomon petijt vt 2.Pa.6.c
locus sanctificaretur magno deo/ma- C
nifestabat hec. Magnifice etenim sa
pientiā tractabat/et vt sapientiā ha-
bens/obtulit sacrificiū dedicationis
et consummationis templi. Sicut et
Moyses orabat ad dñm:et descendit Leui.9.d
ignis de celo et consumpsit holocau-
stum:sic et Salomon orauit et descen-
dit ignis de celo et consumpsit holo-
caustū. Et dixit Moyses eo quod non sit Leui.10.d
comestum quod erat pro peccato/
consumptum est. Similiter et Salo-
mon octo diebus celebrauit dedica-
tionem. Inferebantur autem in de-
scriptionibus et commentarijs Nee-
mie hec eadem:et qualiter constru-
ens bibliothecam congregauit de re

gionibus libros/et prophetarum/et
David ⁊ epistolas regum et de dona
D riis. Similiter autē et Judas ea que
didicerat per bellum quod nobis ac=
ciderat / congregauit omnia et sunt
apud nos. Si ergo desideratis hec/
mittite qui perferant vobis. Acturi
itaq; purificationem scripsimus vo=
bis. Bene ergo facietis si egeritis
hos dies. Deus autem qui liberauit
populum suum ⁊ reddidit hereditā=
tem omnibus /et regnum et sacerdo=
tium et sanctificationem sicut promi
Deu. 3.a. sit in lege / speramus quod cito no=
stri miserebitur ⁊ congregabit de sub
celo in locum sanctum. Eripuit enim
nos de magnis periculis / et locum
purgauit. De Juda vero Machabeo
E et fratribus eius :⁊ de templi magni
purificatione et de are dedicatione:
sed et de preliis que pertinēt ad An=
tiochum nobilem et filium eius eu=
patorem et de illuminationibus que
de celo facte sunt ad eos qui pro Ju=
deis fortiter fecerunt/ita vt vniuer=
sam regionem cum pauci essent/vin=
dicarent et barbaram multitudinem
fugarēt/⁊ famosissimum in toto orbe
templum recuperarent et ciuitatem
liberarent : et vt leges que abolite
erant/restituerentur domino cū om=
ni tranquillitate propitio facto illis.
Itemq; a Jasone cyreneo quinq; li=
bris comprehensa tentauimus nos
F vno volumine breuiare. Consideran=
tes enim multitudinem librorum/et
difficultatē volentibus aggredi nar=
rationes historiarum propter mul=
titudinem rerum curauimus vo=
lentibus quidem legere/vt esset ani=
mi oblectatio / studiosis vero vt fa=
cile possint memorie commendare/
omnibus autem legentibus vtilitas
conferatur. Et nobis quidem ipsis
qui hoc opus breuiandi causa su=
scepimus : non facilem laborem/im=
mo vero negocium plenum vigilia=
rum et sudoris assumpsimus. Sicut
hi qui preparant conuiuium/⁊ que=
runt aliorum voluntati parere/pro=
pter multorum gratiam / libenter la=
borem sustinemus: veritatem quidē
de singulis authoribus cōcedentes/
ipsi autem sm datam formam breui=
G tati studentes. Sicut enim noue do=
mus architecto de vniuersa structu=
ra curandum est:ei vero qui pingere
curat que apta sunt ad ornatum ex=
quirenda sunt:ita estimandum est ⁊
in nobis. Etenim intellectum colligē
re ⁊ ordinare sermonem:⁊ curiosius
partes singulas quasq; disquirere hi
storie cōgruit authori:breuitatem ve=
ro dictionis sectari:⁊ executiones re=
rum vitare breuianti concedendum
est. Hinc ergo narrationem incipie=
mus : de prefatione tantum dixisse
sufficiat:stultum etenim est ante hi=
storiam effluere/ipsa autem historia
succingi.

¶ C.S. Prodidit Simon dona tem=
pli ori:mittitur Heliodorus vt ea au=
ferret:sacerdotes ⁊ populus depreca=
bantur dominum/vt deposita custo=
diantur: Heliodorus volens spoliare
templum correptus est:liberatꝰ a pla
ga per sacrificium oblatum.

Capitulum.iii.

Igitur cum sancta ciuitas ha= A
bitaretur in omni pace/leges
etiam adhuc optime custodi=
rentur propter Onie pontificis dis=
positionem et pietatem : et animos
odio habentes mala:fiebat vt et ipsi
reges et principes locum summo
honore dignum ducerēt/⁊ templum
maximis muneribus illustrarent :
ita vt Seleucus Asie rex de reditis
bus suis prestaret omnes sumptus
ad ministerium sacrificiorum per=
tinentes. Simon autem de tribu Bē=
iamin prepositus templi constitu=
tus:contendebat obsistente sibi prin
cipe sacerdotum / iniquum aliquid
in ciuitate moliri. Sed cum vincere
Oniam non posset:venit ad Apollo=
nium Tharsie filium/qui eo tempo=
re erat dux Celesyrie et Phenicis:et
nunciauit et pecuniis innumerabi=
libus plenum esse erarium Hiero=
solymis : et communes copias im=
mensas esse que non pertinent ad ra
tionē sacrificiorum:esse autem possi=
bile sub potestate regis cadere vni=
uersa . Cumq; retulisset ad regem
Apollonius de pecuniis que delate B
erant : ille accitum Heliodorum qui
erat super negocia eius /misit cū mā=
datis vt predictam pecuniam trans=
portaret. Statimq; Heliodorus iter
est aggressus:specie quidē quasi per
Celesyriam et Phenicem ciuitates
esset peragraturus:re vera autē re=
gis propositum perfecturus. Sed cū
venisset Hierosolymam/et benigne
a summo sacerdote in ciuitate esset

exceptus narravit de dato iudicio pe
cuniarum/ ⁊ cuius rei gratia adesset
aperuit. Interrogabat autem si vere
hec ita essent. Tunc summ⁹ sacerdos
ostendit deposita esse hec ad victua-
lia viduarũ ⁊ pupilloꝝ: quedam vero
esse hircani Thobie viri valde eminẽ
tis in his que detulerat impi⁹ Simõ:
vniuersa autem argenti talenta esse
C quadringenta ⁊ auri ducenta: decipi
vero eos qui credidissent loco ⁊ tem-
plo quod per vniuersum mũdum ho-
noratur pro sui veneratione ⁊ sancti-
tate omnino impossibile esse. At ille
pro his que habebat in mandatis a
rege: dicebat omni genere regi ea es-
se deferenda. Constituta autem die
intrabat de his Heliodorus ordina-
turus. Non modica vero per vniuer-
sam ciuitatẽ erat trepidatio. Sacer-
dotes autem ante altare cum stolis
sacerdotalibus iactauerunt se: ⁊ in-
uocabant de celo eum qui de deposi-
tis legem posuit vt his qui deposue-
rant ea salua custodiret. Iam vero
qui videret summi sacerdotis vul-
tum mente vulnerabatur: facies enĩ
⁊ color immutatus declarabat inter-
num animi dolorem: circũfusa enim
D erat mestitia quedam viro et horror
corporis per quẽ manifest⁹ aspicien-
tibus dolor cordis eius efficiebatur.
Alij etiam gregatim de domibus cõ-
fluebant/ publica supplicatione ob-
secrantes: pro eo ꝙ in contemptum
locus esset venturus. Accincteq; mu-
lieres cilicijs pectus per plateas cõ-
fluebant: sed ⁊ virgines que conclu-
se erant procurrebãt ad Oniam/ alie
autẽ ad muros/ quedam vero ꝑ fene-
stras aspiciebant: vniuerse autem ꝓ-
tendentes manus in celum depreca-
bantur: erat enim miseria commixte
multitudinis/ et magni sacerdotis
in agone constituti expectatio. Et hi
quidẽ inuocabãt omnipotentẽ deum
vt credita sibi his qui crediderant
cum omni integritate conseruarent.
Heliodorus autem quod decreuerat:
perficiebat eodem loco ipse cum sa-
E tellitib⁹ circa erarium presens. Sed
spiritus omnipotentis dei magnam
fecit sue ostensionis euidentiam: ita
vt omnes qui ausi fuerant parere ei
ruentes dei virtute in dissolutionem
et formidinem conuerterentur. Ap-
paruit enim illis quidã equus terri-
bilem habens sessorem optimis ope-
rimentis adornatus: isq; cum impe-
tu Heliodoro priores calces elisit: q̃
autem ei sedebat videbat arma ha-
bere aurea. Alij etiam apparuerunt
duo iuuenes virtute decori optimi glo-
ria: speciosiq; amictu qui circumstete-
runt eum/ ⁊ ex vtraq; parte flagella-
bant: sine intermissione multis pla-
gis verberantes. Subito autem He-
liodorus concidit in terram: eumq;
multa caligine circumfusum rapue-
runt/ atq; in sella gestatoria positum F
eiecerũt. Et is qui cum multis curso-
ribus et satellitibus predictum in-
gressus est erarium portabatur nul-
lo sibi auxilium ferẽte/ manifesta dei
cognita virtute. Et ille quidem per
diuinam virtutem iacebat mutus/
atq; omni spe et salute priuatus. Hi
autẽ dominũ benedicebãt: q̄ magni-
ficabat locũ suum ⁊ templum qđ pau-
lo ante timore ac tumultu erat ple-
num: apparente omnipotente domi-
no/ gaudio ⁊ leticia impletũ est. Tũc
vero ex amicis Heliodori quidam ro-
gabant confestim Oniam vt inuoca-
ret altissimum vt vitam donaret ei
qui in supremo spiritu erat constitu-
tus. Considerans autem summus sa-
cerdos ne forte rex suspicaretur ma-
liciam aliquam ex Iudeis circa He-
liodorum consummatam: obtulit ꝓ sa- G
lute viri hostiam salutarem. Cumq;
summus sacerdos exoraret iidem iu-
uenes eisdem vestibus amicti: astan-
tes Heliodoro dixerũt. Onie sacerdo-
ti gratias age: nam propter eum do-
minus tibi vitam donauit: tu autem
a deo flagellatus/ nuncia omnib⁹ ma-
gnalia dei et potestatẽ. Et his dictis
non comparuerunt. Heliodorus au-
tẽ hostia deo oblata: ⁊ votis magnis
promissis ei qui viuere illi concessit
⁊ Onie grãs agens: recepto exercitu
repedabat ad regem. Testabat autẽ
omnibus ea que sub oculis suis vi-
derat opera magna dei. Cum autem
rex interrogasset Heliodorum quis
esset aptus adhuc semel Hierosoly-
mam mitti/ ait. Si quem habes ho-
stem aut regni tui insidiatorẽ/ mitte
illuc et flagellatũ eum recipies si ta-
men euaserit: eo ꝙ in loco sit vere dei
quedam virtus. Nam ipse qui ha-
bet in celis habitationem visitator et
adiutor est loci illius/ ⁊ venientes ad
malefaciendum percutit ac perdit.
Igitur de Heliodoro: et erarij custo-

dia ita res se habet.
¶L.S. De insidijs simonis prodito
ris circa oniam sacerdotē: iason sup
onie muneribus corrupit regem an-
tiochum pro sacerdotio adipiscendo:
sacerdotes neglectis sacrificijs festi
nāt ad ludū palestre: iason mittit ar
gentū ad sacrificiū herculis: missus
menelaus a iasone ad regem iasonē
a sacerdotio excussit: at hoc amoto:
successit lysimach⁹ frater ei⁹ occidit
andronichus: qz sacerdotē ipse pu⁹
dolose interfecerat: lysimachus a po
pulo occidit propter sacrilegia: cōtra
menelaū ad regē causa agit menela
us propter potentiā avaritiā pmāsit
i ptāte: crescēs etiā in malitia. C.iiii.
A Simon autē predictus pecunia
rum et patrie delator / male lo-
quebatur de onia tanq̄ ipse helio-
dorum instigasset ad hec: et ipse fuis
set incentor malorum: prouisoremq̄
ciuitatis ac defensorem gentis sue /
et emulatorem legis dei audebat in-
sidiatorem regni dicere. Sed cū ini-
micitie in tantū procederent: vt etiā
per quosdā simonis necessarios ho
micidia fierent: considerans onias
periculum contentionis / et apolloni
um insanire vtpote ducem celesyrie
et phenicis ad augendā malitiam si
monis ad regem se contulit / non vt
ciuium accusator / sed communē vti-
litatem apud semetipsum vniuerse
multitudinis considerās. Videbat
enim sine regali prouidētia impossi
bile esse pacem rebus dari: nec simo
nē posse cessare a stultitia sua. Sed
post seleuci vite excessum / cum susce
pisset regnum antiochus qui nobi-
lis appellabatur: ambiebat iason fra-
B ter onie summum sacerdotium: adi-
to rege promittens ei argenti talēta
trecenta sexaginta: et ex redditibus
alijs talenta octoginta: sup hoc pro-
mittebat et alia cētum quinquagin-
ta si potestati eius concederet gym-
nasium et ephebiam sibi constituere:
et eos qui in hierosolymis erant an-
tiochenos scribere. Quod cū rex an-
nuisset et obtinuisset principatū: sta-
tim ad gentilem ritum contribules
suos transferre cepit: et amotis his
que humanitatis causa iudeis a re-
gibus fuerant cōstituta per ioannē
patrem eupolemi qui apud roma-
nos de amicitia et societate functus
est legatione legitima: ciuium iura
destituēs: praua instituta sanciebat.
Etenim ausus est sub ipsa arce gym
nasium constituere: et optimos quos
q̄ ex ephebis in lupanaribus pone
re. Erat autem hoc non initium sed
incrementū quoddam et profect⁹
gentilis et alienigene cōuersationis
propter impij et non sacerdotis Ia-
sonis nefarium et inauditum scel⁹:
ita vt sacerdotes iam non circa alta C
ris officia dediti essent: sed contem-
pto templo et sacrificijs neglectis:
festinarent participes fieri palestre
et prebitionis eius iniuste et in exer-
citijs disci: et patrios quidem hono
res nihil habentes: grecas glorias
optimas arbitrabantur: quarū gra-
tia periculosa eos cōtentio habebat
et eorum instituta emulabantur: ac
per omnia his consimiles esse cupie
bant / quos hostes et peremptores ha
buerant. In leges enim diuinas impie
agere impune nō cedit: sed hoc tem-
pus sequens declarabit. Cum autē
quinquennalis agon Tyro celebra-
retur et rex presens esset: misit iason
facinorosus ab hierosolymis viros
peccatores: portantes argēti didra-
chmas trecētas in sacrificiū hercu-
lis / quas postulauerunt hi qui aspor
tauerant / ne in sacrificijs erogaren
tur: quia non oporteret: sed in alios
sumpt⁹ eas deputari. Sed hec obla-
ta sunt quidem ab eo qui miserat in
sacrificium herculis: propter presen
tes autem date sunt in fabricam na
uium triremium. Misso autē in egy-
ptum apollonio Mesthei filio pro-
pter primates Ptolemei Philome-
toris regis. Cum cognouisset antio- D
chus alienum se a negocijs regni ef
fectum / proprijs vtilitatibus consu-
lēs / profectus inde venit ioppen et
inde Hierosolymam. Et magnifice
ab iasone et ciuitate susceptus / cum
facularum luminib⁹: et laudibus in
gressus est: et inde in Phenicem ex-
ercitum cōuertit. Et post triennij tē-
pus misit iason menelaum supradi-
cti simonis fratrem portātem pecu-
nias regi / et de negocijs necessarijs
responsa perlaturum. At ille com-
mendatus regi cū magnificasset fa-
ciem potestatis eius: in semetipsum
retorsit summū sacerdotium: super-
ponēs iasoni talēta argēti trecenta.
Acceptisq̄ a rege mādatis venit: ni
hil quidem habens dignū sacerdo-

no:animos vero crudelis tyranni ⁊
fere belue iram gerēs. Et iason qui-
dē qui propriū fratrē captiuauerat
ipse deceptus profugus in ammani
tē expulsus est regionē. Menelaus
aūt principatum quidem obtinuit de
pecuniis vero regi ꝓmissis: nihil a-
gebat cū exactionem faceret sostra-
E tus qui arci erat prepositus:nam ad
hunc exactio vectigaliū pertinebat:
quā ob causaʒ vtrique ad regem sunt
euocati. Et menelaus amotus est a
sacerdotio. succedēte lysimacho fra-
tre suo. Sostratus autē prelatus est
cypriis. Et cuʒ hec agerentur conti-
git tharsenses ⁊ mallotas seditionē
mouere/ eo ꝙ antiochi regis concu-
bine dono essent dati. Festinanter ita
que rex venit sedare illos/ relicto suf-
fecto vno ex comitibus suis andro-
nico. Ratus autem menelaus acce-
pisse se tempus oportunū: aurea que-
dā vasa e tēplo furatus donauit an-
dronico et alia vendiderat tyro ⁊ ꝑ
vicinas ciuitates. Quod cum certis-
sime cognouisset Onias/ arguebat
eum: ipse in loco tuto se continēs an
tiochie secus daphnē. Unde mene-
laus accedens ad andronicū: roga-
bat vt oniā interficeret. Qui cū ve-
nisset ad oniā: ⁊ datis dextris cū iu-
reiurādo (quāuis eēt ei suspectus) sua
sisset de asylo procedere: statim eum
peremit/ non veritus iustitiam. Ob
quā causam nō solū iudei: sed etiam
alie quoque natiōes indignabant: ⁊ mo-
leste ferebant de nece tanti viri iniu-
F sta. Sed regressum regē de cilicie lo-
cis adierunt iudei apud antiochiaʒ
simul et greci: conquerentes de ini-
qua nece onie. Cōtristatus itaque est
animo antiochus propter oniam: et
flexus ad misericordiam lachrymas
fudit: recordatus defuncti sobrieta-
tem ⁊ modestiam: accensisque animis
andronicum: purpura exutum: per
totam ciuitateʒ iubet circūduci ⁊ in
eodē loco in quo in oniam impietateʒ
cōmiserat sacrilegū vita priuari: do-
mino illi condignam retribuēte pe-
nam. Multis aūt sacrilegiis in tem-
plo a lysimacho cōmissis Menelai
consilio ⁊ diuulgata fama: congre-
gata est multitudo aduersum Lysi-
machū: multo iam auro exportato.
Turbis autē insurgentibus/ ⁊ animis
ira repletis: Lysimachus armatis fe-
re tribus milibus iniquis manibus
vti cepit duce quodaʒ tyranno etate
pariter ⁊ demētia prouecto. Sed vt
intellexerūt conatū Lysimachi: alii
lapides: alii fustes validos arripue
re: quidam vero cinerem in lysima-
chum iacere. Et multi quidē vulne-
rati: quidā autē ⁊ prostrati: omnes
vero in fugā cōuersi sunt: ipsum etiā B
sacrilegum secus erarium interfece
runt. De his ergo cepit iudiciū ad-
uersus menelaū agitari. Et cum ve-
nisset rex tyrū ad ipsū negociū detu
lerunt missi tres viri a senioribus. Et
cuʒ superaretur menelaus: promisit
ptolemeo multas pecunias dare ad
suadendū regi. Itaque ptolemeus in
quodam atrio positum quasi refri-
gerandi gratia regem adiit ⁊ dedu-
xit a sententia: ⁊ menelaum quidem
vniuerse malitie reum criminibus
absoluit: miseros autem qui etiam si
apud scythas causam dixissent inno-
centes iudicarentur: hos morte dā-
nauit. Cito ergo iniustam penaʒ de-
derunt qui pro ciuitate ⁊ populo/ et
sacris vasis causam prosecuti sunt.
Quam ob rē tyrii quoque indignati:
erga sepulturā eorum liberalissimi
extiterunt. Menelaus autē propter
eoꝝ qui in potentia erant auaritiā:
permanebat in potestate: crescēs in
malitia ad insidias ciuium.

¶ C. S. De signis celestibus factis in
hierl'm: de morte iasonis persecutoris
ciuiū: antiochus persequēs iudā: populo
occiso templū spoliauit ductore me-
nelao ⁊c. ꝙ nō ꝓpter locū gentē: sed
propter gentē locum dn̄s elegit: an-
tiochus regrediens antiochiam/ re-
liquit prefectus iudeorum persecu-
tores: iubet apollonium omnes iu-
deos occidere mulieres et iuuenes
vendere: iudas machabeus more fe
rarum vixit in deserto. Capitulū. v.

Eodem tempore antiochus se- A
cundā profectionem parauit
in egyptum. Contigit autem
per vniuersam hierosolymorum ci-
uitatem videri diebus quadragin-
ta per aera equites discurrentes au-
ratas stolas hn̄tes et hastas quasi co-
hortes armatas: et cursus equoꝝ ꝑ
ordines digestos et cōgressiones fie-
ri cominus: ⁊ scutorum motus: ⁊ ga-
leatorum multitudinem gladiis di-
strictis ⁊ telorum iactus: et aureo-
rum armorum splendorem: omnis-
que generis loricarum. Quapropter

omnes rogabant in bonum monstra conuerti. Sed cum falsus rumor exisset tanquam vita excessisset antiochus: assumptis Iason non minus mille viris / repente aggressus est ciuitatem: et ciuibus ad murum conuolantibus ad vltimum apprehensa ciuitate: Menelaus fugit in arcē. Iason vero non parcebat in cede ciuibus suis: nec cogitabat prosperitatē aduersum cognatos malum esse maximū arbitrans hostiū et nō ciuium se trophea capturū: et principatū quidē non obtinuit / finē vero insidiarū suarū cōfusionē accepit: et profugus iterum abijt in ammanitem. Ad vltimū in exitiū sui cōclusus ab aretha arabū tyrāno / fugiēs de ciuitate in ciuitatem / oībus odiosus vt refuga legum et execrabilis vt patrie et ciuium hostis in egyptum extrusus est: et qui multos de patria sua expulerat: peregre perijt. Lacedemonas profectus quasi pro cognatione ibi refugium habiturus: et qui insepultos multos abiecerat: ipse et illamentatus et insepultus abijcitur: sepultura neque peregrina vsus / neque patrio sepulchro participās. His itaque gestis suspicatus est rex societatē deserturos Iudeos et ob hoc profectus ex egypto efferatis animis ciuitatem quidem armis cepit. Iussit autem militibus interficere: nec parcere occursantibus: et per domos ascēdentes trucidare. Fiebant ergo cedes iuuenum: ac seniorum: et mulierum: et natorum exterminia: virginumque et paruulorum neces. Erant autē toto triduo octoginta milia interfecti: quadraginta milia vincti: non minus autē venūdati. Sed nec ista sufficiunt: ausus est etiā intrare tēplū vniuersa terra sanctius Menelao ductore: qui legū et patrie fuit proditor: et scelestis manibus sumens sancta vasa que ab alijs regibus: et ciuitatibus erant posita ad ornatum loci: et gloriam contrectabat indigne: et contaminabat. Ita alienatus mēte Antiochus: non considerabat quod propter peccata habitātium ciuitatem modicum deus fuerat iratus: propter quod et accidit circa locum despectio: alioquin nisi contigisset eos multis peccatis esse inuolutos: sicut Heliodorus qui missus est a seleuco rege ad expoliādum erarium: etiam hic statim adueniens flagellatus: et repulsus vtique fuisset ab audacia. Uerum non propter locum gentem: sed propter gentē: locum deus elegit. Ideoque et ipse locus particeps factus est populi malorum: postea autem fiet socius bonorum: et qui derelictus in ira dei omnipotēris est: iterū in magni dei reconciliatione cum summa gloria exaltabitur. Igitur Antiochus mille et octingentis ablatis de templo talentis velociter Antiochiam regressus est: existimans se pre superbia terram ad nauigandum: pelagus vero ad iter agendum deducturum propter mentis elationem. Reliquit autem prepositos ad affligendam gētem: Hierosolymis quidem Philippum genere Phrygem moribus crudeliorem eo ipso: a quo constitutus est: in garizim autē andronicum et menelaum: qui grauius quam ceteri imminebant ciuibus.

Cumque appositus esset contra Iudeos: misit odiosum principem Apollonium cum exercitu viginti et duobus milibus precipiēs ei oēs perfecte etatis interficere: mulieres ac iuuenes ac virgines vēdere. Qui cū venisset hierosolymam: pacē simulans: quieuit vsque ad diem sanctum sabbati: et tunc feriatis Iudeis: arma capere suis precepit. Omnesque simul qui ad spectaculum processerāt trucidauit: et ciuitatem cum armatis discurrēs ingentem multitudinem peremit. Iudas autem machabeus qui decimus fuerat: secesserat in desertum locum: ibique inter feras vitam in mōtibus cum suis agebat: et feni cibo vescentes demorabātur: ne participes essent coinquinationis.

¶ C.S. Misit rex vt iudei compellerentur a lege dei: et cōtaminare tēplū: tēplū luxurijs: et comessationibus impletur: iudei ad idolorū sacrificia coguntur de passione duarū mulierum cū infantibus: et eorum qui igne exusti sunt: interponitur hic quedam exhortatio tribulatorum de passiōe eleazar. Cap. vi.

Sed non post multū temporis misit rex senem quēdam Antiochenum qui cōpelleret Iudeos: vt se transferrent a patrijs / et dei legibus: cōtaminare etiam quod in Hierosolymis erat templum: et cognominare Iouis Olympij: et in garizim: prout erāt hi qui locum in-

habitabant iouis hospitalis. Pessi-
ma autem et vniuersis grauis erat
malorum incursio: nam templum lu
xuria: et comessationibus gentium erat
plenum: et scortantium cum meretricibus
sacratisque edibus mulieres se vltro
ingerebant: intro ferentes ea que non
licebat. Altare etiam plenum erat il
licitis: que legibus prohibebantur.
Neque autem sabbata custodiebantur:
neque dies solennes patrii seruabantur
B nec simpliciter se quisque iudeum con
fitebatur. Ducebantur autem cum
amara necessitate in die natalis regis
ad sacrificia: et cum liberi sacra cele
brarentur: cogebantur hedera coro-
nati libero circuire. Decretum autem
exiit in proximas gentilium ciuita-
tes suggerentibus ptolemeis vt pa
ri modo: et ipsi aduersus iudeos age
rent vt sacrificarent: eos autem qui
nollent transire ad instituta gentilium
interficerent: erat ergo videre mise-
riam. Due enim mulieres delate sunt
natos suos circumcidisse: quas ad
vbera infantibus suspensis: cum pu
blice per ciuitatem circunduxissent:
per muros precipitauerunt. Alii ve
C ro ad proximas coeuntes speluncas
et latenter sabbati diem celebrantes:
cum indicati essent Philippo: flam-
mis succensi sunt eo quod verebantur pro
pter religionem et obseruantiam ma
nu sibimet auxilium ferre. Obsecro
autem eos: qui hunc librum lecturi
sunt ne abhorrescant propter aduer
sos casus: sed reputent ea que acci-
derunt: non ad interitum: sed ad cor-
reptionem esse generis nostri. Etenim
multo tempore non sinere peccatori
bus ex sententia agere: sed statim vl
tiones adhibere: magni beneficii est
indicium. Non enim sicut in aliis na
D tionibus dominus patienter expectat
vt eas cum iudicii dies aduenerit:
in plenitudine peccatorum puniat.
Ita et in nobis statuit: vt peccatis
nostris in finem deuolutis: ita demum
in nos vindicet. Propter quod nunquam
quidem a nobis misericordiam suam
amouet: corripiens vero in aduersis
populum suum non derelinquit. Sed
hec nobis ad commonitionem legen-
tium dicta sint paucis. Iam autem ve
niendum est ad narrationem. Igitur
eleazarus vnus de primoribus scriba
rum vir etate prouectus et vultu de-
corus: aperto ore hians compellabatur
carnem porcinam manducare. At il leui.11.a.
le gloriosissimam mortem magis quam
odibilem vitam complectens: volun-
tarie preibat ad supplicium. Intuens E
autem quemadmodum oporteret ac-
cedere patienter sustinens: destina-
uit non admittere illicita propter vi
te amorem. Hi autem qui astabant
iniqua miseratione commoti: propter
antiquam viri amicitiam: tollentes
eum secreto rogabant afferri carnes
quibus vesci ei licebat: vt simulare-
tur manducasse sicut rex imperaue
rat de sacrificii carnibus: vt hoc fa-
cto a morte liberaretur: et propter
veterem viri amicitiam hanc in eo fa
cerent humanitatem. At ille cogita
re cepit etatis ac senectutis sue emi
nentiam dignam et ingenite nobilita-
tis caniciem: atque a puero optime con
uersationis actus: et secundum sancte
et a deo condite legis constituta: re-
spondit cito: dicens premitti se velle F
in infernum. Non enim etati nostre
dignum est: inquit fingere: vt multi
adolescentes arbitrantes eleazarum
nonaginta annorum transisse ad vitam
alienigenarum: ipsi propter meam
simulationem et propter modicum cor
ruptibilis vite tempus decipiantur:
et per hoc maculam atque execrationem
mee senectuti conquiram. Nam et si
in presenti tempore suppliciis homi-
num eripiar: sed manum omnipoten
tis nec viuus nec defunctus effugiam.
Quam ob rem fortiter vitam exce-
dendo: senectute quidem dignus ap
parebo/ adolescentibus autem exem-
plum forte relinquam si prompto ani-
mo ac fortiter pro grauissimis ac san-
ctissimis legibus honesta morte per
fungar. His dictis confestim ad sup G
plicium trahebatur. Hi autem qui eum
ducebant: et paulo ante fuerant mi-
tiores: in iram conuersi sunt propter
sermones ab eo dictos: quos illi per
arrogantiam prolatos arbitraban-
tur. Sed cum plagis perimeretur:
ingemuit et dixit. Domine qui habes
sanctam scientiam manifeste tu scis
quia cum a morte possem liberari: du-
ros corporis sustineo dolores: secun
dum animam vero propter timorem
tuum libenter hec patior. Et iste qui-
dem hoc modo/ vita decessit: non so
lum iuuenibus: sed et vniuerse gen-
ti memoriam mortis sue ad exemplum
virtutis et fortitudinis derelinquens.

¶ Ca.S. De passione septem fratruʒ et matris eorum. Capitulum. vii.

A Contingit autem septē fratres
vna cum matre sua apprehen
sos compelli a rege edere con-
tra fas carnes porcinas / flagris et
taureis cruciatos. Unus autem ex
illis qui erat primus / sic ait. Quid
queris / et quid vis discere a nobis?
Parati sumus mori magis / q̃ pa-
trias et dei leges preuaricari. Iratus
itaque rex: iussit sartagines et ollas
eneas succendi / quib⁹ statim succen-
sis iussit ei qui prior fuerat locutus
amputari linguã / et cute capitis ab-
stracta / summas quoq; manus et pe
des ei prescidi / ceteris ei⁹ fratribus
et matre inspiciẽtib⁹. Et cuʒ iam per
omnia inutilis fact⁹ esset iussit ignẽ
admoueri / et adhuc spirantẽ torreri
in sartagine: in qua cum diu crucia-
retur / ceteri vna cum matre inuicẽ se
B hortabantur mori fortiter dicentes.
Dñs deus aspiciet veritatẽ / et conso
labit in nobis: quẽadmodũ in prote-
Deu.32.f. statione cantici declarauit moyses.
Et in seruis suis consolabit. Mortuo
itaq; illo primo hoc modo / sequentẽ
deducebat ad illudẽdũ: et cute capi-
tis eius cũ capillis abstracta / inter-
rogabant si manducaret prius q̃ to-
to corpore per membra singula puni
retur. At ille respondens patria vo-
ce dixit. Non faciã. Propter quod et
iste sequenti loco primi tormenta su-
scepit: et in vltimo spiritu cõstitutus
sic ait. Tu quidẽ scelestissime in pre-
senti vita nos perdis: sed rex mun-
di defunctos nos pro suis legibus /
in eterne vite resurrectione suscita-
C bit. Post hũc tertius illuditur: et lin-
guam postulatus cito protulit: et ma
nus constanter extendit: ⁊ cũ fiducia
ait. E celo ista possideo: sed propter
dei leges nũc hec ipsa despicio: quo-
niam ab ipso me ea recepturũ spero.
Ita vt rex ⁊ qui cũ ipso erant / mira-
rẽtur adolescẽtis animũ / ꝙ tanq̃ ni-
hilum duceret cruciatus: et hoc ita
defuncto / quartũ vexabant similiter
torquẽtes. Et cũ iam esset ad morteʒ
sic ait. Potius est ab hominib⁹ morti
datos spem expectare a deo / iterum
ab ipso resuscitandos: tibi eniʒ resur
rectio ad vitam nõ erit. Et cũ admo-
uissent quintũ / vexabant euʒ. At ille
respiciens in eũ / dixit. Potestatẽ in-
ter homines habens / cum sis corru-
ptibilis facis quod vis / noli autem
putare genus nostrũ a deo esse dere-
lictum. Tu autem patienter sustine D
et videbis magnã potestateʒ ipsius /
qualiter te / et semen tuum torquebit.
Post hunc ducebant sextũ: ⁊ is mori
incipiens / sic ait. Noli frustra errare
nos enim propter nosmetipsos hoc
patimur / peccantes in deũ nostrum /
et digna admiratione facta sunt in
nobis: tu autem ne existimes tibi im-
pune futurum / ꝙ contra deũ pugna-
re tẽtaueris. Supra modum autem
mater mirabilis: ⁊ bonorũ memoria
digna / que pereuntes septem filios
sub vnius diei tempore conspiciens
bono aĩo ferebat propter spem quã
in deo habebat / singulos illorũ hor-
tabatur voce patria fortiter: reple-
ta sapientia / et feminee cogitationi
masculinum animum inserens: dixit
ad eos. Nescio qualiter in vtero meo
apparuistis: neq; enim ego spiritum
et animam donaui vobis et vitam / et
singulorum mẽbra non egoipsa com E
pegi. Sed enim mundi creator / q̃ for
mauit hominis natiuitatem quique
omniũ inuenit originem: ⁊ spiritum
vobis iterum cum misericordia red-
det et vitam / sicut nunc vosmetipsos
despicitis propter leges eius. Antio-
chus autem contemnise arbitratus /
simul et exprobantis voce despecta
cum adhuc adolescentior superesset
non solum verbis hortabatur / sed et
cum iuram?nto affirmabat se diuitẽ
et beatũ facturum: et translatũ a pa-
triis legibus amicũ habiturũ / et res
necessarias ei prebiturum. Sed ad
hec cum adolescẽs nequaq̃ inclina-
retur / vocauit rex matrem / et suade-
bat ei / vt adolescenti fieret in salutẽ.
Cum autem multis eam verbis esset
hortatus / promisit suasuram se filio
suo. Itaq; inclinata ad illũ / irridens
crudelem tyrannum / ait patria voce.
Fili mi miserere mei: que te in vtero
nouem mensibus portaui: et lac triẽ-
nio dedi / et alui / et in etatem istam
perduxi. Peto nate / vt aspicias ad ce F
lum et terram / et ad omnia que in eis
sunt ⁊ intelligas quia ex nihilo fecit
illa deus et hoim gen⁹: ita fiet vt non
timeas carnificem istum: sed dignus
fratribus tuis effectus particeps: su
scipe mortẽ: vt in illa miseratione cũ
fratrib⁹ tuis te recipiam. Cum hec il-
la adhuc diceret: ait adolescẽs. Queʒ

sustineris? non obedio precepto re-
gis: sed precepto legis que data est no-
bis per moysen. Tu vero qui inventor
omnis malicie factus es in hebreos:
nõ effugies manũ dei. Nos enim pro
peccatis nostris hec patimur. Et si
nobis propter increpationẽ et corre-
ptionem dñs deus noster modicum
iratus est: sed iterũ reconciliabit ser-
34 uis suis. Tu autẽ o scelestissime et omniũ
hominuz flagiciosissime noli frustra
extolli vanis spebus in servos eius in-
flãmatus. Nondum enim oĩpotentis
dei/ et oĩa inspicientis iudiciũ effugi-
sti. Nã fratres mei modico nunc do-
B lore sustẽrato/ sub testamento eterne
vite effecti sũt: tu vero iudicio dei iu-
stas superbie tue penas exolues: ego
autẽ sicut et fratres mei animã et cor-
pus meũ trado pro patriis legibus/
invocans deum maturius genti no-
stre propiciũ fieri: teq; cum tormen-
tis et verberibus confiteri q ipse est
deus solus. In me vero et in fratrib⁹
meis desinet oĩpotentis ira/ que su-
per omne genus nostrũ iuste super-
ducta est. Tunc rex accensus ira/ in
hũc super omnes crudelius deseuit/
indigne ferẽs se derisuz. Et hic itaq;
mundus obiit: per omnia in domino
confidens. Novissime autem/ post
filios et mater consumpta est. Igi-
tur de sacrificiis/ et de nimiis crude-
litatibus satis dictum est.

¶ Ca. VIII. De Juda machabeo: mittit
Nicanor impius in Judeã cõtra Ju-
deos: hortat Judas iudeos ad cõstã-
tiã/ Nicanor cũ suis vincit a iudeis:
nicanor sol⁹ fugit ad antiochũ. c. viii.

A Judas vero machabeus: et qui
cum illo erãt/ introibant latẽ-
ter in castella/ et convocantes
cognatos/ et amicos/ et eos qui per-
manserant in iudaismo assumentes
eduxerunt ad se sex milia virorum.
Et invocabant dominum/ vt respice-
ret in populum qui ab omnibus cal-
cabatur/ et misereretur templo quod
contaminabatur ab impiis. Misere-
retur etiaz exterminio civitatis/ que
esset ilico complananda: et vocẽ san-
guinis ad se clamantis audiret. Me-
moraretur quoq; iniquissimas mor-
tes parvulorum innocentium: et blas-
phemias nomini suo illatas/ et indi-
gnaretur super his. At Machabeus
congregata multitudine/ intolerabi-
B lis gentibus efficiebat. Ira enim do-

mini in misericordiam conversa est.
Et supervenięs castellis: et civitati-
bus improvisus: succendebat eas: et
opportuna loca occupans: non pau-
cas hostiuz strages dabat. Maxime
autem noctibus ad huiuscemodi ex-
cursus ferebat: et fama virtutis eius
vbiq; diffundebatur. Videns autem
philippus paulatim viruz ad profe-
ctum venire: ac frequentius res ei
cedere prospere: ad ptolemeum du-
cem celesyrie et phenicis scripsit: vt
auxilium ferret regis negociis. At
ille velociter misit nicanorem patro-
cli de primoribus amicum: datis ei
de permixtis gentibus armatis non
minus viginti milibus: vt vniver-
sum iudeorum genus deleret: adiun-
cto ei et gorgia viro militari: et i bel-
licis reb⁹ experiẽtissimo. Constituit
autez nicanor: vt regi tributuz quod
romanis erat dandum: duo milia ta-
lentorum de captivitate Judeorum
suppleret. Statimq; ad maritimas C
civitates misit/ convocans ad coem-
ptionem iudaicorum mancipiorum
promittens se nonaginta mancipia
talento distracturuz/ non respiciens
ad vindictam que eum ab omnipo-
tente esset consecutura. Judas au-
tem vbi comperit/ indicavit his qui
secũ erant iudeis/ nicanoris adven-
tum. Ex quibus quidam formidan-
tes/ et non credẽtes dei iusticie/ in fu-
gam vertebantur. Alii vero si qui de
his superant vendebant/ simulque do-
minum deprecabantur/ vt eriperet
eos ab impio nicanore/ qui eos pri-
us q̃ cominus veniret/ vendiderat.
Et si non propter eos/ propter testa-
mentum tamen quod erat ad patres
eorum/ et propter invocationez san-
cti et magnifici nominis eius super D
ipsos. Cõvocatis autem machabeus
septem milibus/ qui cum ipso erant
rogabat ne hostibus reconciliaren-
tur: neque metuerent inique venien-
tium adversum se hostium multitu-
dinem/ sed fortiter contenderent an-
te oculos habẽtes contumeliam que
loco sancto ab his iniuste esset illa-
ta/ itemque et ludibrio habite civita-
tis iniuriam/ adhuc etiam veterum
instituta convulsa. Nam illi quidem
armis confidunt/ ait simul et auda-
cia/ nos autem in omnipotente do-
mino qui potest et venientes adversum
nos/ et vniversum mundum vno nu-

tis delere cōstituimus. Admonuit au=
tem eos et de auxilijs dei / que facta
B sunt erga parentes. Et qđ sub senna=
4. Regũ cherib centū octogintaquinq3 milia
19.g. perierunt: et de prelio qđ eis aduer=
Tob.1.d. sus galatas fuit i babylonia: vt om=
Ec.48.d. nes vbi ad rem ventum est macedo=
Esa.37.g nibus socijs hesitātibus / ipsi sex mi=
lia soli peremerunt centū viginti mi=
lia propter auxilium illis datum de
celo: ⁊ beneficia pro his plurima con
secuti sunt. His verbis constantes
effecti sunt / et pro legibus et patria
mori parati. Cōstituit itaque fratres
suos duces vtriq3 ordini Simonem
et iosephum / et ionathan / subiectis
vnicuiq3 millenis et q̄ngentenis: ad
hoc etiā ab Esdra lecto illis sancto li
bro / et dato signo adiutorij dei / in pri
ma acie ipse dux commisit cum nica=
nore. Et facto sibi adiutore omnipo=
tente interfecerunt super nouem mi
C lia hoim: maiorē autē partez exerci=
tus nicanoris vulnerib⁹ debilem fa=
ctam fugere compulerunt. Pecunijs
vero eorū qui ad emptionez ipsorum
venerant sablatis / ipsos vsquaque
persecuti sunt: sed reuersi sunt ora cō
clusi. Nā erat ante sabbatum quam
ob causam nō perseuerauerunt inse=
quētes. Arma aūt ipsoȝ ⁊ spolia con
gregantes / sabbatū agebant benedi=
centes dn̄m qui liberauit eos in isto
[illegible] die / nisi initium stillans in eos. Post
sabbatuȝ vero debilib⁹ / et orphanis ⁊
viduis diuiserunt spolia: et residua
ipsi cum suis habuere. His itaq3 ge=
stis / et communiter ab omnibus fa=
cta obsecratione / misericordē domi=
num postulabant vt in finem seruis
suis recōciliaretur. Et ex his qui cū
timotheo et bacchide erant contra se
contendentes / super viginti milia in
terfecerunt: et munitiones excelsas
obtinuerūt: et plures predas diuise=
runt / equā portionem debilibus / pu=
D pillis et viduis / sed ⁊ senioribus fa=
cientes. Et cum arma eorum diligen
ter collegissent / oīa composuerunt in
locis opportunis. Residua vero spo=
lia hierosolymā detulerūt: et philar=
chen qui cum timotheo erat / interfe=
cerunt virū scelestum / qui in multis
iudeos afflixerat. Et cum epinicia
agerēt i hierosolymis / eos q̄ sacras
ianuas incenderunt / id est calisthe=
nem / cū in quoddā domicilium refu=
gissent / incēderūt: digna eis merce=
de pro impietatib⁹ suis reddita. Faci=
norosissimus autem nicanor / q̄ mille
negociantes ad iudeorū venditionez
adduxerat / humiliatus auxilio dn̄i
ab his quos nullos existimauerat / de
posita veste glorie per mediterranea
fugiens / solus venit antiochiā / sum=
mā infelicitatem de interitu sui exer
citus consecutus. Et qui promiserat
romanis se tributū restituere de ca=
ptiuitate hierosolymorum / p̄dicabat
nunc protectorē deuȝ habere iudeos /
et ob ipsum inuulnerabiles esse / eo q̄
sequerentur leges ab ipso constitutas.
¶ Ca. 9. Antiochus apud Persipo=
lim victus est: percutit domin⁹ An=
tiochū plaga: cum persequeretur iude=
os: antiochus in penis positus egit
penitētiā: de morte antiochi. Cap. ix. A
Eodem tempore antiochus inho
neste reuertebatur de perside.
Intrauerat enim in eam que dicitur
persipolis: et tentauit expoliare tem
plum / et ciuitatē opprimere: sed mul
titudine ad arma concurrente / in fu
gam versi sunt. Et ita contigit vt an=
tiochus post fugam turpiter rediret.
Et cum venisset circa egbathanan re
cognouit que erga nicanorem et ti=
motheum gesta sunt. Elatus autem
in ira / arbitrabat se iniuriā illorū qui
se fugauerant posse in iudeos retor=
quere: ideoq3 iussit agitari curruȝ su=
um / sine intermissione agens iter / cele
sti eum iudicio perurgente / eo q̄ ita
superbe locut⁹ est se venturuȝ hieroso=
lymā / et congeriē sepulchri iudeoruȝ
eam facturū. Sed q̄ vniuersa conspi= 2.Pa.16.
cit dn̄s deus israel / percussit euȝ insa c.
nabili et inuisibili plaga. Ut enim fi=
niuit hūc ipsum sermonē / apprehen=
dit eū dolor dirus viscerū / et amara
internoȝ tormēta. Et quidē satis iu=
ste: quippe q̄ multis et nouis crucia=
tib⁹ aliorū torserat viscera: licet ille
nullo modo a sua malitia cessaret. B
Super hoc autem superbia repletus
ignē spirās animo in iudeos: et pre=
cipiēs accelerari negociū / contigit il=
lū impetu euntem de curru cadere: et
graui corporis collisione membra ve=
xari. Isq3 qui sibi videbat etiam flu=
ctib⁹ maris imperare / supra huma=
nū modū superbia repletus: et mon=
tiū altitudines in statera appēdere
nūc humiliatus ad terrā in gestato=
rio portabat / manifestā dei virtutem
in semetipso confitēs / ita vt de corr

pore impii vermes scaturirent:ac vi
uentes in doloribus carnes eius ef=
fluerent:odore etiã illius ⁊ fetore ex
ercitus grauaretur. Et q̃ paulo ante
sydera celi contingere se arbitraba=
tur/eum nemo poterat propter into=
lerantiam fetoris portare. Hinc igi=
tur cepit ex graui superbia deductus
ad agnitionẽ sui venire/diuina ad=
monitus plaga/per momenta singu
la doloribus suis augmenta capien=
tibus. Et cum nec ipse iam fetorẽ su=
um ferre posset/ita ait. Iustum est
C subditum esse deo et mortalem non
paria deo sentire. Orabat autem hic
scelestus dñm/a quo non esset miseri
cordiam consecuturus. Et ciuitatẽ ad
quam festinans veniebat/vt eã ad
solũ deduceret:ac sepulchrum conge=
storum faceret:nũc optat liberã red=
dere: et iudeos quos nec sepultura
quidẽ se dignos habiturũ:sed auib9
ac feris diripiẽdos traditurũ:et cum
paruulis exterminaturum dixerat:
equales nũc Atheniẽsibus facturũ
pollicet:templũ etiam sanctũ quod
prius expoliauerat/optimis donis
ornaturũ/et sancta vasa multiplica=
turũ:et pertinentia ad sacrificia sum=
ptus de redditibus suis prestaturum
super hec et iudeũ se futurũ/et omnẽ
locũ terre perambulaturũ:et predica
turum dei potestatem. Sed non ces=
santibus doloribus (superuenerat eñ
in eum iustum dei iudicium) despe=
rans scripsit ad iudeos in hunc mo=
dum deprecationis epistolã hec con
tinentem. Optimis ciuibus iudeis
plurimã salutẽ/⁊ bene valere: et esse
felices rex ⁊ princeps antioch9. Si
bene valetis et filii vestri/et ex sentẽ=
tia vobis cuncta sunt:maximas agi=
mus gratias. Et ego in infirmitate
constitutus:vestri autem memor be=
nigne reuersus de persidis locis/et
in infirmitate graui apprehensus/
necessariũ duxi pro cõmuni vtilitate
curam habere/nõ desperans memet=
D ipsum:sed spem multã habens effu=
giendi infirmitatẽ. Respiciẽs autem
q̄ et pater meus quibus tẽporibus in
locis superiorib9 ducebat exercitum:
ostendit qui post se susciperet princi
patum:vt si quid contrarium accide
ret aut difficile nunciaretur: scientes
hi q̃ in regionib9 erãt/cui esset rerũ
summa derelicta/non turbarent. Ad
hec considerãs de proximo potentes
quosq;/et vicinos tẽporibus insidiã=
tes/et euentũ expectantes designaui
filiũ meũ antiochũ regẽ:quẽ sepe re=
currens in superiora regna multis
vestrũ cõmendabã:et scripsi ad eum
que subiecta sunt. Oro itaque vos:et
peto memores bñficiorum publice et
priuatim vt vnusquisq; conseruet fi=
dem ad me et ad filiũ meũ. Confido
enim eũ modeste et humane acturũ
et sequentẽ propositũ meũ:et cõmu=
nem vobis fore. Igitur homicida et
blasphemus maxime percussus: et vt
ipse alios tractauerat peregre in mon
te:miserabili obitu vita functus est.
Trãsferebat autẽ corpus philippus
collactaneus eius:qui metuens fili=
um Antiochi ad ptolemeum philo=
metorem in egyptum abiit.

¶ C.S. Judas machabeus templum
recepit ⁊ hierusalem: de solennitate
celebrata cum ramis palmarũ: An=
tiochi filius regnum obtinuit patri=
num: ptolemeus veneno vitã finiuit:
Gorgias superatus est persequens
iudeos: Iudei Idumeos superant
proditores interficientes: timothe=
us superatus est:et apparuerunt qn
q; viri de celo venientes in auxilium
Iudeorum: de Timotheo et ceteris
occisis: his gestis Iudei in hymnis
et confessionibus benedicebãt dñm
qui magna fecit in Israel. Capm. x.

Machabeus autẽ et qui cũ eo A
erant:dño se protegente tem
plum quidẽ et ciuitatẽ rece=
pit:aras autẽ quas alienigene per
plateas extruxerant: itemq; delubra
demolitus est. Et purgato templo:
aliud altare fecerũt: et de igniitis la=
pidibus igne concepto sacrificia ob
tulerũt post biennium et incẽsum et lu
cernas:et panes ppositionis posue=
runt. Quibus gestis rogabant dñm
prostrati in terram:ne amplius tali=
bus malis inciderẽt. Sed et si quan=
do peccassent:vt ab ipso mitius cor=
riperent:⁊ non barbaris ac blasphe=
mis hoibus traderent. Qua die autẽ
templum ab alienigenis pollutũ fue
rat: contigit eadem die purificatio=
nẽ fieri:vicesima qnta mensis q̃ fuit
casleu. Et cũ letitia diebus octo ege= B
runt in modũ tabernaculorũ: recor=
dãtes quod ante modicũ temporis
diẽ solennẽ tabernaculorũ in monti=
bus et in speluncis more bestiarum
egerãt. Propter quod thyrsos et ra=

mos virides et palmas preferebant
ei qui prosperauit mundare locũ suũ.
Et decreuerunt cõmuni precepto et de-
creto vniuerse genti iudeorũ omnib⁹ an-
nis agere dies festos istos. Et antio-
chi quidez qui appellat⁹ est nobilis: vite
excessus ita se habuit. Nunc autẽ de
eupatore antiochi impii filio que gesta
sunt narrabim⁹: breuiãtes mala que
in bellis gesta sunt. Hec enim suscepto
regno constituit sup negocia regni ly-
siam quendã phenicis et Syrie mili
tie principẽ. Nã ptolemeus qui dice-
batur macer: iusti tenax erga iudeos
esse cõstituit: et precipue propter iniq-
tatẽ que facta erat in eos: et pacifice
C agere cũ eis. Sed ob hoc accusatus
ab amicis apud eupatorem/cum fre
quẽter proditor audiret: eo quod cyprum
creditaz sibi a philometore deseruis-
set: et ad antiochũ nobilẽ translatus:
etiã ab eo recessisset: veneno vitam fi
niuit. Gorgias aũt cum esset dux lo-
corũ: assumptis aduenis frequenter
iudeos debellabat. Iudei vero qui te-
nebant oportunas munitiões: fuga-
tos ab hierosolymis suscipiebant/et
bellare tentabant. Hi vero qui erant
cũ machabeo per orationes dñm ro-
gantes vt esset sibi adiutor: impetũ
fecerunt in munitiones idumeorum
multaqz vi insistentes loca obtinue-
runt: occurrẽtes interemerunt: et oẽs
simul non minus viginti quinqz mili
D bus trucidauerunt. Quidã aũt cum
confugissent in duas turres valde
munitas: oẽm apparatum ad repu-
gnanduz habentes: machabeus ad
eorũ expugnationẽ relicto simone et
Josepho itemqz zaccheo eisqz qui cũ
ipsis erant satis multis: ipse ad eas
que amplius perurgebant: pugnas
conuersus est. Hi vero qui cũ simone
erant: cupiditate ducti a quibusdam
qui in turribus erant suasi sunt pecu
nia: et septuagita milib⁹ didrachmis
accept'/ dimiserũt quosdã effugere.
Cum autẽ machabeo nunciatũ esset
qd factum est/principib⁹ populi con
gregatis: accusauit quod pecunia fratres
vendidissent: aduersariis eorũ dimis-
E sis. Hos igit proditores factos inter
fecit: et confestim duas turres occu-
pauit. Armis aũt ac manib⁹ oĩa pro-
spere agẽdo in duab⁹ munitionibus
plus quam viginti milia peremit. Et ti-
motheus qui prius a Judeis fuerat
superat⁹: cõuocato exercitu peregri-
ne multitudinis: et congregato equi-
tatu asiano aduenit: quasi armis iu-
deã capturus. Machabe⁹ aũt et qui
cũ ipso erant appropinquãte illo: de-
precabantur dñm: caput terra asper
gentes lũbosqz ciliciis precincti/ ad al
taris crepidinẽ prouoluti: vt sibi pro-
pitius: inimicis autẽ eorũ esset inimi
cus et aduersariis aduersaret / sicut
lex dicit. Et ita post orationem sum-
ptis armis / longius de ciuitate pro-
cedentes / et proximi hostibus effecti
resederunt. Primo autem solis ortu F
vtrinqz commiserunt: isti quidẽ victo-
rie et prosperitatis sponsorẽ cũ virtu-
te dñz habẽtes: illi aũt ducẽ belli ani
mum habebãt. Sed cũ vehemẽs pu-
gna esset / apparuerunt aduersariis
de celo viri quinqz in equis / frenis
aureis decori/ducatũ iudeis prestã-
tes. ex quibus duo machabeũ mediũ
habẽtes: armis suis circunseptũ in-
columẽ cõseruabant: in aduersarios
aũt tela et fulmina iaciebãt: ex quo et
cecitate cõfusi: et repleti perturbatio
ne cadebãt. Interfecti sunt aũt vigi
ti milia quingẽti/ et equites sexcenti.
Timotheus vero confugit in gazarã
presidiuz munitũ: cui preerat Cereas.
Machabeus autẽ et qui cũ eo erant /
letantes obsederunt presidiũ diebus
quatuor. At hi qui intus erant loci
firmitate cõfisi supra modũ maledi- G
cebant: et sermones nefandos iacta
bant. Sed cum dies quinta illucesce
ret: viginti iuuenes ex his qui cum
machabeo erãt: accẽsi animis propter
blasphemiã/viriliter accesserunt ad
murũ et feroci aĩo incedẽtes ascẽde-
bãt: sed et alii similiter ascẽdẽtes: tur
resqz portasqz succẽdere aggressi sunt:
atqz ipsos maledicos viuos concre-
mare. Per continuum autẽ biduum
presidio vastato: timotheũ occultãtẽ
se in quodã repertũ loco peremerũt/
et fratrẽ illius ceream: et apollopha-
nem occiderunt. Quibus gestis / in
hymnis: et confessionibus benedice
bant dominum qui magna fecit in is
rael: et victoriam dedit illis.

¶ C.S. Conat lysias expugnare iu-
deos: et sacerdotiũ facere venale sin
gulis annis: mittit a deo iudeis epi-
scopus in veste cãdida in adiutoriũ:
lysias in fugam cõuersus: cũ iudeis
querit habere amicitiam: mittẽs eis
epistolas: de pactionibus antiochi et
romanorum cum iudeis. Cap. m.xl.

A 1 SEd paruo post tempore / Ly-
sias ꝓcurator regis et propin
quus ac negociorum prepositus:
grauiter ferens de his que acci-
derant: congregatis octoginta mili-
bus et equitatu vniuerso veniebat
aduersus iudeos: existimans se ciui-
tatem quidem captam gentibus ha-
bitaculum facturum: templum vero
in pecunie questum: sicut cetera de-
lubra gentium habiturum: et per sin
gulos annos venale sacerdotium:
nusq̃ recogitans dei potestatem: sed
mēte effrenatus in multitudine pe-
ditum ⁊ in milibus equitū: ⁊ in octo-
ginta elephantis cōfidebat. Ingres-
sus autem Judeam: et appropians
Bethsure que erat in angusto loco
ab Hierosolyma interuallo quinque
stadiorum: illud presidiū expugna-
B 6 bat. Ut autē Machabeus et qui cum
eo erāt: cognouerunt expugnari pre-
sidia: cum fletu et lachrymis roga-
bant dominum ⁊ omnis turba simul
vt bonum angelum mitteret ad sa-
lutem israel. Et ipse primus Macha
beus sumptis armis ceteros adhor-
tatus est simul secum periculū sub-
ire: et ferre auxilium fratribus suis.
Cumq̃ pariter prompto animo pro-
cederēt hierosolymis: apparuit pre-
cedens eos eques in veste candida
armis aureis hastam vibrans. Tunc
omnes simul benedixerūt misericor
dem dominū ⁊ cōualuerunt animis:
non solum homines: sed ⁊ bestias fe
rocissimas: et muros ferreos parati
C penetrare. Ibant igitur prompti: de
celo habentes adiutorem: ⁊ miseran
tem super eos dominum. Leonum
autem more impetu irruentes in ho
stes: ꝓstrauerūt ex eis vndecim mi-
lia peditum: ⁊ equitum mille sexcen
tos: vniuersos autem in fugam ver-
terunt: plures autem ex eis vulnera-
ti nudi euaserunt. Sed ⁊ ipse Lysias
turpiter fugiens euasit. Et quia non
insensatus erat: secum ipse reputās
factam erga se diminutionem: et in-
telligens inuictos esse Hebreos: om-
nipotentis dei auxilio innitētes: mi-
sit ad eos: promisitq̃ se consensu-
rum omnibus que iusta sunt: et re-
gem cōpulsurum amicum fieri. An-
nuit autē Machabeus precibus Ly-
D sie in omnibus vtilitati consulens:
et quecumq̃ machabeus scripsit Ly-
sie de Judeis: ea rex concessit. Nam
erant scripte iudeis epistole a lysia
siquidem hunc modum cōtinentes.
Lysias populo iudeorū salutem. Jo-
annes ⁊ abessalon qui missi fuerant
a vobis tradentes scripta postula-
bant vt ea que per illos significaban
tur implerem. Quecunq̃ igitur regi
potuerunt perferri / exposui: et que
res permittebat concessi. Si igitur
in negociis fidem conseruaueritis /
etiā deinceps bonorum vobis causa
esse tentabo. De ceteris autē per sin
gula vba mandaui et istis ⁊ his qui
a me missi sunt colloqui vobiscum.
Bene valete. Anno centesimo qua-
dragesimo octauo mensis dioscori /
die vicesima ⁊ quarta. Regis autem
epistola ista continebat. Rex antio- E
chus lysie fratri salutem. Patre no-
stro inter deos translato / nos volen-
tes eos qui sunt in regno nostro si-
ne tumultu agere: ⁊ rebus suis adhi-
bere diligētiam / audiuimus iudeos 5
non cōsensisse patri meo vt transfer
rentur ad ritum grecorum / sed tene-
re velle suum institutū: ac propter-
ea postulare a nobis cōcedi sibi legi- 7
tima sua. Volētes igitur hanc quoq̃
gētem quietam esse / statuentes iudi
cauimus templum restitui illis: vt
agerent ſm suorū maiorū consuetudi
nē. Bene igitur feceris si miseris ad
eos et dexteram dederis: vt cognita
nostra voluntate bono animo sint:
et vtilitatibus propriis deseruiant.
Ad iudeos vo regis epl'a talis erat.
Rex antiochus senatui iudeorū ⁊ ce- F
teris iudeis salutem. Si valetis / sic
estis vt volumus: sed ⁊ ipsi bene va-
lemus. Adiit nos menelaus dicens
velle vos descendere ad vestros qui
sunt apud nos. His igit̃ qui cōmeāt
vsq̃ ad diem tricesimū mēsis xandi-
ci damus dextras securitatis vt iu-
daici vtant̃ cibis ⁊ legib[us] suis sicut
et prius: et nemo eorū vllo modo mo-
lestiā patiatur de his que per igno-
rantiā gesta sunt. Misim[us] aūt et me-
nelaū qui vos alloquat̃: valete. An- G
no centesimo quadragesimo octauo
xandici mensis quintadecima die.
Miserūt autē etiā romani epl'am ita
se habētem. Quintus memmius et ti-
tus manilius legati romanorū ppl'o
iudeorū salutē. De his que lysias co-
gnatus regis concessit vobis et nos
cōcessimus. De quibus aūt ad regē
iudicauit referendū / ꝓtestim aliquē

mittite: diligentius inter vos confe-
rētes vt decernamus: sicut congruit
vobis. nos enim antiochiam accedi-
mus. Ideoqꝫ festinate rescribere vt
nos quoqꝫ sciamus cuius estis vo-
luntatis. Bene valete. Anno centesi
mo quadragesimooctauo quintade-
cima die mensis xandici.

¶ Ca. S. Ioppite dolo occiderunt iu-
deos ducentos: ꝛ hos vindicauit iu-
das: de arabum viris deuictis: timo-
theus a iuda expugnaṫ: et vinis di-
mittitur ꝓpter fratrū salutē: de pre-
lijs inde machabei: pugnat Iudas
cū gorgia quo fugiente exercitu eius
fuga incussa occisi sunt et iudei: qui
donaria idoloꝝ asportauerāt sub tu-
nicis: de sacrificio ꝓ defunctis obla-
to de spe resurrectionis. Capitulum xij.

A 1 His factis pactionibus lysias
pergebat ad regē: iudei autem
agriculture operam dabant. Sed hi
2 qui resederant timotheus et apollo-
nius gennei filius: sed et hierony-
mus / et demophon superbus / et ni-
canor cypriarches / non sinebat eos
3 in silentio agere et quiete. Ioppite
vero tale quoddam flagitium per-
petrarunt. rogauerunt iudeos cum
quibus habitabant ascendere sca-
phas quas parauerant / cum vxori-
bus et filiis: quasi nullis inimicitijs
inter eos subiacentibus. Secundum
commune itaqꝫ decretum ciuitatis
et ipsis acquiescentibus pacisqꝫ cau
sa nihil suspectum habentibus cum
in altum processissent: submerserunt
non minus ducentos. Quam crude-
litatem Iudas in sue gentis homi-
nes factam vt cognouit: precepit vi-
ris qui erant cum ipso: et inuocato
iusto iudice deo: venit aduersus in-
terfectores fratrum et portum qui-
dem nocte succendit: scaphas exus-
sit: eos autem qui ab igne refugerāt /
gladio peremit. Et cum hec ita egis-
set / discessit quasi iterū reuersurus:
et vniuersos ioppitas eradicaturus.
B Sed cū cognouisset et eos qui erant
iamnie velle pari modo facere habi-
tantibus secum Iudeis. Iamnitis
quoqꝫ nocte superuenit ꝛ portū cum
nauib⁹ succendit: ita vt lumen ignis
appareret hierosolymis a stadiis
ducentis quadraginta. Inde cum
iam abiissent nouem stadiis: et iter
facerēt ad Timotheum / cōmiserunt
cū eo arabes quinqꝫ milia viri: et equi-
tes quingenti. Cumqꝫ pugna vali-
da fieret: et auxilio dei prospere ces-
sisset residui arabes victi: petebant
a iuda dextras sibi dari: promitten-
tes se pascua daturos: et in ceteris
profuturos. Iudas autē arbitratus
vere in multis eos vtiles: ꝓmisit pa-
cē: dextrisqꝫ acceptis: discessere ad ta-
bernacula sua. Aggressus est autē et
ciuitatem quandam firmam ponti-
bus murisqꝫ circumseptam: que a
turbis habitabatur gentium promi-
scuarum cui nomē casphin. Hi vero C
qui intus erant: confidentes in sta-
bilitate muroꝝ et apparatu alimo-
niarum: remissius agebant / maledi-
ctis lacessentes iudam: ac blasphe-
mantes ac loquentes que fas non
est. Machabeus autem inuocato ma
gno mundi pricipe / qui sine arieti-
bus et machinis temporib⁹ iesu pre- Iob.6.c.
cipitauit hierico: irruit ferociter mu
ris: et capta ciuitate per domini vo-
luntatem innumerabiles cedes fecit
ita vt adiacēs stagnū stadioꝝ duo-
rū latitudinis sanguine interfectoꝝ
fluere videretur. Inde discesserūt sta
dia septingenta quinquaginta et ve-
nerūt in characha ad eos qui dicūtur
tubianei / iudeos: et timotheum qui-
dem in illis locis nō comprehende-
runt: nulloqꝫ negocio ꝑfecto regres-
sus est: relicto in quodā loco firmis-
simo presidio. Dositheus autem et
sosipater qui erant duces cum Ma-
chabeo / peremerunt a timotheo re-
lictos in presidio: decē milia viros.
At machabeus ordinatis circū se sex
millibus: et constitutis per cohortes
aduersus timotheum processit / ha-
bentē secum centū viginti milia pe-
ditum: equitūqꝫ duo milia quingen-
tos. Cognito autē iude aduentu Ti- D
motheus premisit mulieres et filios
et reliquum apparatū in presidium
quod carnion dicitur. Erat enim in-
expugnabile: ꝛ accessu difficile pro-
pter locoꝝ angustias. Cumqꝫ co-
hors iude prima apparuisset / timor
hostib⁹ incussus est: ex presentia dei
qui vniuersa cōspicit / ꝛ in fugā versi
sunt / ali⁹ ab alio: ita vt magis a suis
deicerētur: et gladioꝝ suoꝝ icti-
bus debilitarentur. Iudas aūt vehe-
mēter instabat puniēs prophanos:
et ꝓstrauit ex eis triginta milia vi-
roꝝ. Ipse vero timotheus incidit in
partes dosithei et sosipatris / et mul-

tis precibus postulabat vt viuus di-
mitteretur eo q multorum ex iudeis
parentes haberet ac fratres quos
morte eius decipi eueniret. Et cum
fidem dedisset restituturũ se eos se-
cundum constitutum / illesum eum
dimiserunt propter fratrum salutẽ.
E Judas autem regressus est a carniõ
interfectis viginti quinq milibus.
Post horum fugam et necem / mo-
uit exercitum ad Ephron ciuitatem
munitam / in qua multitudo diuersa
rum gentiũ habitabat: et robusti iu-
uenes pro muris ↄsistentes fortiter
repugnabant. In hac autẽ machine
multe: et telorũ erat apparatus. Sed
cum oĩpotentem inuocassent qui po
testate sua vires hostium confringit
ceperunt ciuitatẽ et ex eis qui intus
erant viginti quinq milia prostra-
uerunt. Inde ad ciuitatem scytha-
rum abierunt / que ab hierosolymis
sexcentis stadijs aberat. Contestan-
tibus autẽ his qui apud scythopoli-
tas erãt iudeis q benigne ab eis ha-
berentur / etiam temporibus infeli-
citatis q modeste secũ egerint: gra-
tias agentes eis: et exhortati etiã de
cetero erga genus suum benignos
esse / venerunt hierosolymam die so-
F lẽni septimanarum instante. Et post
pentecosten abierunt contra Gor-
giam prepositũ idumee. Exiuit autẽ
cũ peditibus tribus milibus: et equi-
tib⁹ quadringentis. Quib⁹ congres-
sis contigit paucos ruere iudeorũ.
Dositheus vero quidam de bachino-
ris eques vir fortis gorgiã tenebat:
et cum vellet illum capere viuum /
eques quidam de thracib⁹ irruit in
eũ / humerũq eius amputauit: atq
ita gorgias effugit in maresa. At il-
lis qui cum esdrin erant diutius pu-
gnantibus ꝛ fatigatis / inuocauit iu-
das dominum adiutorem et ducem
belli fieri: incipiens voce patria: et
cum hymnis clamorem extollẽs fu-
gam gorgie militibus incussit. Ju-
das autẽ collecto exercitu venit in
ciuitatem odollam. Et cum septima
dies superueniret ſm cõsuetudinem
purificati in eodem loco sabbatum
egerunt. Et sequenti die venit cum
suis iudas vt corpora prostratorum
tolleret / et cum parentibus poneret
G in sepulchris paternis. Inuenerunt
autem sub tunicis interfectorum de
donarijs idolorum que apud iam-

niam fuerunt / a quibus lex prohibet deu.7.d.
iudeos. Omnibus ergo manifestum fa-
ctum est ob hãc causam eos corruis-
se. Omnes itaq benedixerunt iustũ
iudicium dñi qui occulta fecerat ma
nifesta. Atq ita ad preces conuersi /
rogauerunt vt id quod factum erat
delictum / obliuioni traderetur. At
vero fortissimus iudas hortabat po-
pulum cõseruare se sine peccato sub
oculis videntes que facta sunt pro
peccatis eorum qui prostrati sunt.
Et facta collatione / duodecim milia
drachmas argenti misit hierosoly-
mam offerri ꝓ peccatis mortuorum
sacrificium / bene et religiose de re-
surrectione cogitans. Nisi enim eos
qui ceciderant resurrecturos sperã-
ret / superfluum videretur et vanum
orare ꝓ mortuis. Et quia considera-
bat q hi qui cum pietate dormitionẽ
acceperant / optimam haberent re-
positam gratiam. Sancta ergo et sa-
lubris est cogitatio pro defunctis ex-
orare vt a peccatis soluantur.
¶ Cap. xiij. Venit antiochus contra
iudeã: menela⁹ ꝑuaricator occidit:
occidit Judas in castris Antiochi
quatuor milia et maximũ elephãto-
rum: antiochus victus tradidit Ju-
de ptolemaidam: ptolemenses egre
ferentes lysias alloquitur. Cap. xiij.

Anno centesimo quadragesi- A
monono cognouit iudas an-
tiochum eupatorem venire
cum multitudine aduersus iudeam /
et cum eo lysiam procuratorem et
prepositum negociorum / secum ha-
bentem peditum centum decem mi-
lia / ꝛ equitum quinq milia / ꝛ elephan
tos viginti duos / currus cum falci-
bus trecentos. Commiscuit autem se
illis ꝛ menelaus: ꝛ cum multa falla-
cia deprecabatur Antiochum / non
pro patrie salute: sed sperans se con
stitui in principatum. Sed rex regũ B
suscitauit animos antiochi in pecca
torem: et suggerente lysia hunc esse
causam omnium malorum / iussit vt
eis est consuetudo / apprehensum in
eodem loco necari. Erat autẽ in eo-
dem loco turris quinquaginta cubi-
torum / aggestum vndiq habens ci-
neris. hec prospectũ habebat in pre-
ceps. Inde in cinerem deijci iussit sa
crilegum / omnibus eum propellen-
tibus ad interitum. Et tali lege pre-
uaricatorem legis cõtigit mori / nec

C terre dari menelaum. Et quidem sa-
tis iuste: nam quia multa erga aram
dei delicta commisit/ cuius ignis et
cinis erat sanctus / ipse in cineris
morte damnatus est. Sed rex men-
te effrenatus veniebat / nequiorem
se patre suo iudeis ostensurus. Qui-
bus Judas cognitis/ precepit popu-
lo vt die ac nocte dominũ inuocarẽt
ꝙ sicut semper et nunc adiuuaret
eos: quippe ꝗ lege et patria sanctoqꝫ
templo priuari vererentur: ac popu-
lum qui nuper paululũ respirasset/
ne sineret blasphemis rursus natio-
D 14 nibus subdi. Omnibus itaqꝫ simul
id facientibus et petentibus a domi-
no misericordiam cum fletu et ieiu-
niis per triduum continuum prostra-
tis/ hortatus est eos Judas vt se pre-
pararent. Ipse vero cum senioribus
cogitauit prius ꝙ̃ rex admoueret
exercitum ad Judeam et obtineret
ciuitatẽ exire/ et domini iudicio com-
mittere exitum rei. Dans itaqꝫ po-
testatem omnium deo mundi crea-
tori/ et hortatus suos vt fortiter di-
micarent: et vsqꝫ ad mortem pro le-
gibus/ templo/ ciuitate/ patria/ et ci-
uibus starẽt: circa modin exercitum
E constituit. Et dato signo suis dei vi-
ctorie/ iuuenibus fortissimis electis
nocte aggressus aulam regiam in ca-
stris interfecit viros quattuordecim
milia: et maximum elephantorũ cum
his qui superpositi fuerant. Sum-
moqꝫ metu ac perturbatione hostiũ
castra replentes / rebusqꝫ prospere
gestis/ abierunt. Hoc autem factum
est die illucescente / adiuuante eum
domini protectione. Sed rex accepto
gustu audacie Judeorum/ arte diffi-
cultatem locorum tentabat: et beth-
sure que erat Judeorum presidium
munitum/ castra admouebat. sed fu-
gabatur / impingebatur / minorabat-
F tur. His autem qui intus erant/ Ju-
das necessaria mittebat. Enuncia-
uit autem mysteria hostibus Rodo-
chus quidã de Judaico exercitu/ qui
requisitus comprehensus est et con-
clusus. Iterum rex sermonẽ habuit
ad eos qui erant in bethsuris / dex-
tram dedit / accepit/ abiit / commisit
cum Juda superatus est. Ut autem
cognouit rebellasse Philippum an-
tiochie qui relictus erat super nego-
cia/ mente consternatus Judeos de-
precans/ subditusqꝫ eis iurat de om-
nibus quibus iustum visum est: et
recõciliatus obtulit sacrificium/ ho-
norauit templum et munera posuit.
Machabeum amplexatus est/ et fe-
cit eum a ptolemaide vsqꝫ ad gerre- G
nos ducem et principem. Ut autem
venit ptolemaidam / grauiter fere-
bant ptolemenses amicitie conuen-
tionem/ indignantes ne forte fedus
irrumperent. Tunc ascendit Lysias
tribunal/ et exposuit rationem et po-
pulum sedauit/ regressusqꝫ est Antio
chiam/ et hoc modo regis profectio et
reditus processit.

¶ C. S. Demetrius ex suggestione Al-
chimi inflammatur contra Judeos:
mittẽs Nicanorẽ ad interficiendum
eos: Nicanor cum Simone cõcertat:
iungit pacẽ et soluit/ et capere Judam
vult: Judas effugit manus Nicano-
ris: cõminatur Nicanor sacerdotibꝰ
vt sibi tradant Judam vinctum: de
Razia et animi eius constantia.

Capitulum. xiiii.

Sed post triẽnii tempus cogno- A
uit Judas et qui cum eo erant:
Demetrium seleuci cum multi-
tudine valida / et nauibus per por-
tum tripolis ascendisse ad loca opor-
tuna et tenuisse regiones aduersus
Antiochum et ducem eiꝰ Lysiam. Al-
chimus autem quidam qui summus
sacerdos fuerat / sed voluntarie co-
inquinatus est temporibus commix-
tionis: considerans nullo modo si-
bi esse salutem neqꝫ accessum ad al-
tare/ venit ad regem Demetrium cẽ-
tesimo quinquagesimo anno / offe-
rens ei coronam auream et palmam
super hec et talos qui templi esse vi-
debantur. Et ipsa quidem die siluit.
Tempus autem opportunum demen-
tie sue nactus/ conuocatus a Deme-
trio ad consilium: et interrogatus qui-
bus rebus et consiliis Judei niteren-
tur/ respondit. Ipsi qui dicuntur as-
sidei Judeorũ/ quibus preest Judas
Machabeus bella nutriũt et seditio-
nes mouent/ nec patiuntur regnum B
esse quietum. Nam et ego defrauda-
tus parentum gloria ( dico autem
summo sacerdotio) huc veni: primo
quidem vtilitatibus regis fidem ser-
uans: secundo autem etiam ciuibus
consulens. Nam illorum prauitate
vniuersum genus nostrum nõ mini-
me vexatur. Sed oro his singulis
o rex cognitis et regioni et genti sꝫm

humanitatem tuam promulgatā om
nibus prospice. Nam quādiu super-
est Judas/impossibile est pacem esse
negocijs. Talibus autē ab hoc dictis
et ceteri amici hostiliter se habentes
aduersus Judam inflāmauerūt De-
metrium. Qui statim Nicanorē pre-
positum elephantorū ducem misit in
Judeam: datis mandatis vt ipsum
quidem Judam caperet viuum: eos
vero qui cum illo erāt/dispergeret et
constitueret Alchimum maximi tē-
pli summum sacerdotem. Tunc gen-
tes que de Judea fugerant Judā/se-
gregatim se Nicanori miscebant/mi
serias ꝛ clades Judeorū prosperita-
C tes rerum suarum existimantes. Au-
dito itaqꝫ Judei Nicanoris aduentu
et conuentu nationum: conspersi ter
ra rogabant eum qui populum suum
constituit/in eternū custodiret: quiqꝫ
suam portionem signis euidentibus
protegit. Imperante autem duce/sta
tim inde mouerunt/conueneruntqꝫ
ad castellum dessau. Simon vero fra
ter Jude cōmiserat cū Nicanore: sed
conterritus est repentino aduentu
aduersariorum. Nicanor tamen au-
diens virtutem comitum Jude ꝛ ani
mi magnitudinem quam pro patrie
certaminibus habebant/sanguine
iudicium facere metuebat. Quamob
rem premisit possidonium ꝛ theodo-
tum ꝛ Matthiā: ꝛ vt darent dextras
atqꝫ acciperent. Et cū diu de his con-
silium ageretur/ꝛ ipse dux ad multi-
tudinem retulisset/omnium vna fuit
D sententia amicitijs annuere. Itaqꝫ
diem constituerunt qua secreto inter
se agerent: et singulis selle prolate
sunt ꝛ posite. Precepit autem Judas
armatos esse locis oportunis/ne for-
te ab hostibus repente mali aliquid
oriretur/ꝛ congruum colloquium fe-
cerunt. Morabatur autem Nicanor
Hierosolymis/nihilqꝫ inique agebat
gregesqꝫ turbarum que congregate
fuerant/dimisit. Habebat autē Judā
semper charum ex animo/et erat vi-
ro inclinatus. Rogauitqꝫ eum duce-
re vxorem/filiosqꝫ procreare. Nu-
ptias fecit/quiete egit/cōmuniterqꝫ
viuebant. Alchimus autem videns
charitatē illorꝫ adinuicem ꝛ conuen-
tiones/venit ad Demetrium/et dice-
bat Nicanorē rebus alienis assentī-
re: Judamqꝫ regni insidiatorē succes
E sorem sibi destinasse. Itaqꝫ rex exa-
speratus/ꝛ pessimis huius criminan-
tionibus irritatus/scripsit Nicano-
ri dicens grauiter quidem se ferre de
amicitie conuentione: iubere tamen
Machabeum citius vinctum mitte-
re antiochiam. Quibus cognitis Ni-
canor consternabatur ꝛ grauiter fe-
rebat si ea que conuenerant irrita fa-
ceret/nihil lesus a viro: sed quia regi
resistere non poterat oportunitatem
obseruabat qua preceptum perfice-
ret. At Machabeus vidēs secum au-
sterius agere Nicanorem/et consue-
tum occursum ferocius exhibentem/
intelligens non ex bono esse austeri-
tatem istam/paucis suorū cōgrega-
tis occultauit se a Nicanore. Quod cū
ille cognouit fortiter se a viro preuē-
tum/venit ad maximum et sanctissi-
mum templum: et sacerdotibus soli-
tas hostias offerentibus/iussit sibi
tradi virum: quibus cum iuramen-
to dicentibus nescire se vbi esset qui
querebat/extēdens manum ad tem-
plum iurauit/dicēs. Nisi Judam mi-
hi vinctū tradideritis/istud dei pha-
num in planiciem deducam/ꝛ alta-
re effodiam/et templum hoc libero
patri consecrabo. Et his dictis/abijt.
Sacerdotes autem protendētes ma- F
nus in celum/inuocabant eum qui
semper ꝓpugnator esset gentis ipso-
rum/hec dicētes. Tu domine vniuer-
sorum qui nullius indiges/voluisti
templū habitationis tue fieri in no-
bis. Et nunc sancte sanctorum om-
nium domine/conserua in eternum
impollutam domum istam que nu-
per mundata est. Razias autem qui-
dam de senioribus ab Hierosolymis
delat⁹ est Nicanori/vir amator ciui-
tatis ꝛ bene audiens/qui pro affectu
pater Judeorum appellabatur. Hic
multis temporibus continentie pro-
positum tenuit in iudaismo/corpusqꝫ
et animam tradere contentus pro
perseuerantia. Volens autem Nica-
nor manifestare odium quod habe-
bat in Judeos/misit milites quingē-
tos vt eum comprehenderent: puta-
bat enim si illum decepisset/sese cla-
dem iudeis maximam illaturū. Tur-
bis autem irruere in domum eius/et
ianuam disrumpere atqꝫ ignem ad-
mouere cupientibus/cum iam com-
prehenderetur/gladio se petijt/eli-
gens nobiliter mori potius q̄ subdi-
tus fieri peccatoribus/et contra na-

B tales suos indignis iniuriis agi. Sz
cum per festinationem nō certo ictu
plagam dedisset/et turbe intra ostia
irrumperent/recurrens audacter ad
murum/precipitauit semetipsum vi-
riliter in turbas: quibus velociter lo-
cum dantibus casui eius / venit per
mediam ceruicem: et cum adhuc spi-
raret/accensus animo surrexit: et cū
sanguis eius magno fluxu deflueret/
et grauissimis vulneribus esset sau-
cius/cursu turbam pertransijt: et stās
supra quandam petram preruptam
et iam exanguis effectus/complexus
intestina sua vtrisq; manibus proiecit
super turbas/inuocans dominatorē
vite ac spiritus vt hec illi iterum red-
deret/atq; ita vita defunctus est.

¶ C. S. Nicanor blasphemat: Judas
ornat suos non clypeis/sed sermoni-
bus optimis: apparuerunt Onias et
Hieremias: hic dicit/hic est fratrum
amator: tradidit Hieremias Jude
gladium aureum in manus sibi a deo
missum: ꝙ maximus timor erat pro
sanctitate templi manibus pugnan-
tes cordibus orabant: Nicanor cum
trigintaquinq; milibus occiditur: ca-
put eius cum manibus abscissa in Hie-
rusalē deferunt: lingua eius particu-
latim diuisa auibus datur.

Capitulum. xv.

A Nicanor autem vt comperit Ju-
dam esse in locis Samarie: co-
gitauit cum omni impetu die sabba-
ti committere bellum. Judeis vero
qui illum per necessitatem sequeban-
tur/dicentibus. Ne ita ferociter et
barbare feceris: sed honorem tribue
diei sanctificationis/et honora eum
qui vniuersa conspicit. At ille infe-
lix interrogauit si est potens in ce-
lo qui imperauit agi diem sabbato-
rum. Et respondentibus illis. Est do-
minus viuus ipse in celo potens qui
iussit agi septimam diem. At ille
ait. Et ego potens sum super terram
qui impero sumi arma et negocia re-
B gis impleri. Tamen non obtinuit vt
consilium perficeret. Et Nicanor qui-
dem cum summa superbia erectus/
cogitauerat commune tropheum sta-
tuere de Juda. Machabeus autem
semper confidebat cum omni spe au-
xilium sibi a deo affuturum: et hor-
tabatur suos ne formidarent ad ad-
uentum nationum: sed in mente ha-
berent adiutoria sibi facta de celo: et

nunc sperarent ab omnipotente sibi af-
futuram victoriam. Et allocutus eos
de lege et prophetis/admonens etiā
certamina que fecerant prius/promp-
tiores constituit eos: et ita animis
eorum erectis simul ostendebat gen-
tium fallaciam/et iuramentorū pre-
uaricationem. Singulos autē illorū
armauit nō clypei et haste munitio-
ne: sed sermonibus optimis et exhor-
tationibus/exposito digno fide som-
nio per quod vniuersos letificauit.
Erat aūt huiuscemodi visus. Oniam C
qui fuerat summus sacerdos/virum
bonum et benignū/verecundum visu
modestum moribus et eloquio deco-
rum: et qui a puero in virtutibus exer-
citatus sit/manus protendentē, ora-
re pro omni populo Judeorum. Post
hoc apparuisse et alium virum etate
et gloria mirabilem/et magni deco-
ris habitudinē circa illum. Respon-
dentē vero Oniā dixisse. Hic est fra-
trū amator et populi Israel. Hic est
qui multum orat pro populo et vni-
uersa sancta ciuitate/Hieremias pro-
pheta dei. Extendisse autē Hieremiā
dexteram/et dedisse Jude gladiū au-
reum dicentem. Accipe sanctum gla-
dium munus a deo in quo deijcies D
aduersarios ppli mei Israel. Exhor-
tati itaq; Jude sermonibus bonis val-
de: de quibus extolli posset impetus
et animi iuuenum confortari/statue-
runt dimicare et confligere fortiter:
vt virtus de negocijs iudicaret/eo
ꝙ ciuitas sancta et templum pericli-
tarentur. Erat enim pro vxoribus et
filijs: itemq; pro fratribus et cogna-
tis minor solicitudo: maximus vero et
primus pro sanctitate timor erat tē-
pli. Sed et eos qui in ciuitate erant:
non minima solicitudo habebat pro
his qui congressuri erāt. Et cum iam
omnes sperarēt iudicium futurum:
hostesq; adessent/atq; exercitus erat
ordinatus / bestie equitesq; opportu-
no in loco compositi: considerās Ma-
chabeus aduentum multitudinis et
apparatum varium armorū ac fero-
citatem bestiarum extendens manus
in celum: prodigia facientē dominū E
inuocauit: qui non secundum armorum po-
tentiam/sed prout ipsi placet/dat di-
gnis victoriam. Dixit autem inuo-
cans hoc modo. Tu dñe qui misisti 4. re. 19 G
angelū tuū sub Ezechia rege Juda/et
interfecisti de castris Sennacherib

Tob.1.b. centū octogintaquinqꝫ milia: ⁊ nunc
Ec. 48.d dñator celoꝝ mitte angelū tuū bonū
Esa. 37.f ante nos in timore ⁊ tremore magni
tudinis brachii tui: vt metuāt q̄ cum
blasphemia veniunt aduersus san-
ctum populū tuum. Et hic quidē ita
perorauit. Nicanor autē ⁊ q̄ cū ipso
erant: cum tubis ⁊ canticis admoue-
bant. Judas vero ⁊ qui cum eo erant
inuocato deo per orationes congres-
si sunt/ manu quidē pugnantes/ sꝫ et
dñm cordibus orantes prostrauerūt
non minus triginta quinqꝫ milia: pre
F sentia dei magnifice delectati. Cūqꝫ
cessassent ⁊ cum gaudio redirent: co-
gnouerunt Nicanorē ruisse cum ar-
mis suis. Facto itaqꝫ clamore ⁊ per-
turbatione excitata: patria voce om-
nipotentē dñm benedicebāt. Prece-
pit autem Judas q̄ per oīa corpore ⁊
animo mori ꝓ ciuib⁹ parat⁹ erat/ ca-
put Nicanoris ⁊ manum cum hume-
ro abscisam Hierosolymam perferri.
Quo cum peruenisset conuocatis cō-
tribulibus ⁊ sacerdotib⁹ ad altare: ac-
cersiit ⁊ eos qui in arce erant. Et ostē-
so capite Nicanoris/ ⁊ manu nefaria
quam extenderat contra domū san-
ctam omnipotētis dei/ magnifice glo-
riat⁹ est. Linguam etiam impii Nica-
noris pcisam iussit particulatim aui-
bus dari: manū autē dementis cōtra
templū suspēdi. Omnes igit̄ celi be-
nedixerunt dñm dicētes. Benedict⁹
qui locū suum incontaminatū serua-
uit. Suspēdit autē Nicanoris caput
in summa arce: vt euidens esset/ ⁊ ma-
nifestū signū auxilii dei. Itaqꝫ oēs cō-
muni consilio decreuerunt nullo mo-
do diē istū absqꝫ celebritate preteri-
re: habere autē celebritatē tertiadeci-
ma die mēsis adar: que dicit̄ voce sy-
riaca pridie mardochei die. Igit̄ his
erga Nicanorē gestis/ ⁊ ex illis tem-
poribus ab hebreis ciuitate possessa:
ego quoqꝫ in his faciam finem sermo-
nis. Et si quidem bene ⁊ vt historie cō-
petit hoc ⁊ ipse velim: sī autē minus
digne concedendum mihi. Sicut enī
vinum semper bibere/ aut semp aquā
contrarium est: alternis autē vti de-
lectabile/ ita legentibus si semp per ex-
actus sit sermo non erit gratus: hic
ergo erit consummatus.

¶ Finis secundi libri Ma-
chabeorum.

¶ Finis veteris testamenti.

¶ Ep̃la btĩ hieronymi ad damasum papã in q̃tuor euangelistas incipit.

Beatissimo pape damaso hieronymus. Nouum opus me facere cogis ex veteri: vt post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam et q̃ inter se variant: q̃ sint illa que cũ greca consentiant veritate decernam. Pi9 labor: sed periculosa p̃sumptio iudicare de ceteris ipm ab oĩbus iudicandũ: senis mutare linguã: ⁊ canescentẽ iã mũdũ ad initia retrahere paruulorũ. Quis enim doct9 pariter vel indoct9: cũ in man9 volumen assũpserit: ⁊ a saliua quã semel imbibit viderit discrepare q̃d lectitat: non statim erũpat in vocẽ me falsariũ me clamitãs eẽ sacrilegũ q̃ audeam aliq̃d in veterib9 libris addere: mutare/corrigere. Aduersus quam inuidiã duplex causa me cõsolat: q̃d ⁊ tu qui sumn9 sacerdos es fieri iubes: ⁊ verũ non esse q̃d variat: etiam maledicorum testimonio cõprobat. Si enĩ latinis exẽplaribus fides est adhibeda: respõdeant quibus tot sũt exemplaria pene quot codices. Sin aũt veritas est q̃reda de plurib9 cur nõ ad grecã originẽ reuertentes ea q̃ vel a vitiosis interp̃tib9 male edita vel a p̃sumptorib9 imperitis emẽdata peruersius: vel a librariis dormitãtibus aut addita sunt aut mutata corrigimus? Neq3 vero ego de veteri disputo testamẽto: q̃d a septuaginta seniorib9 in grecã linguã versum tertio gradu ad nos vsq3 peruenit. Nõ q̃ro q̃d aq̃la: quid symmach9 sapiant: quare theodotion inter nouos ⁊ veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio: quã apostoli ꝓbauerũt. De nouo nũc loquor testamẽto q̃d grecũ esse non dubiũ est/ excepto apostolo mattheo: qui prim9 in iudea euãgelium xp̃i hebraicis lr̃is edidit: hoc certe cũ in nostro sermone discordat ⁊ in diuersos riuulorũ tramites ducit vno de fonte q̃rendũ est. Pretermitto eos codices q̃s a luciano ⁊ esychio nũcupatos paucorũ hoĩm asserit peruersa contentio: quibus vtiq3 nec in toto veteri istrumẽto post septuaginta iterpretes emẽdare quid licuit nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gentiũ linguis scriptura ante translata doceat falsa esse que addita sunt. Igit hec p̃sens p̃fatiũcula pollicetur quatuor tm̃ euangelia quorum ordo est iste. Mattheus / marcus/ lucas/ iohãnes / codicũ grecorũ emendata collatiõe sed et veterũ: que ne multum a lectionis latine consuetudine discreparent ita calamo temperauimus: vt his tantũ que sensum videbãtur mutare correctis: reliqua manere pateremur vt fuerãt. Canones quoq3 quos eusebius cesariẽsis episcopus alexãdrinũ secutus ammoniũ: in decem numeros ordinauit sicut in greco habentur expressimus. Q̃d si quis de curiosis voluerit nosse que in euãgeliis vel eadem vel vicina vel sola sint eorũ distinctiõe cognoscet. Magn9 siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit: dum quod in eadem re alius euangelista plus dixit: in alio quia minus putauerit addiderũt. Uel dum eũdẽ sensum alius aliter expressit: ille q̃ vnũ e quatuor primum legerat ad eius exempliũ ceteros quoq3 estimauerit emendandos. Uñ accidit vt apud nos mixta sint oĩa et in marco plura luce atq3 matthei. Rursum i matheo plura iohãnis et marci: ⁊ in ceteris reliquorũ: que in aliis propria sunt inueniantur. Cum itaq3 canones legeris qui subiecti sunt confusionis errore sublato: et similia omniũ scies: ⁊ singulis sua queq3 restitues. In canone primo concordant quatuor: mattheus/ marcus/ lucas/ iohãnes. In secũdo tres/ mattheus/ marcus/ lucas. In tertio tres/ mattheus/ lucas/ iohannes. In quarto tres mattheus/ marcus/ iohannes. In quinto duo: Mattheus/ lucas. In sexto duo: Mattheus/ Marcus. In septimo duo Mattheus/ Iohannes. In octauo duo: Lucas / marc9. In nono duo: lucas/ iohannes. In decimo propria vnusquisq3 que non habentur in aliis ediderũt. Singulis vero euangeliis ab vno incipiẽs vsq3 ad finẽ librorũ: dispar numerus accrescit. Hic nigro colore p̃scriptus sub se habet aliũ ex minio discolorem numerũ qui ad decem vsq3 procedens: indicat prior numerus in quo sit canone requirẽdus. Cum ergo aperto codice (verbi gr̃a) illud siue illud capitulũ scire volueris cuius canonis sit statim ex subiecto numero doceberis: ⁊ recurrẽs ad prim

cipia in quib⁹ canonum est distincta congeries: eodemq statim canone ex titulo frontis inuento: illum quem querebas numerum: eiusdē euangeliste qui et ipse ex inscriptione signatur inuenies: atq e vicino ceterorum tramitib⁹ inspectis: quos numeros e regione habeant annotabis: et cum scieris recurres ad volumina singulorum et sine mora repertis numeris quos ante signaueras reperies et loca in quibus vel eadē vel vicina dixerunt. Opto vt in xp̄o valeas: et memineris mei papa beatissime.

¶ Explicit epistola ad damasum.

¶ Incipit prologus Hieronymi ad Eusebium in quatuor euāgelistas.

Plures fuisse qui euāgelia scripserunt: vt lucas euangelista testatur dicens. Quoniā quidem multi conati sunt ordinare narrationē rerū que in nobis complete sunt: sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderūt sermonem: et ministrauerunt ei: et perseuerātia vsq ad presens tempus monumenta declarant: que a diuersis auctoribus edita diuersarum heresum fuere principia: vt est illō iuxta egyptios et thomam: et mathiam: et bartholomeum: duodecim quoq apostolorum et basilidis atq apellis ac reliquorum: quos enumerare longissimū est: cum hoc tantū in presentiarum necesse sit dicere: extitisse quosdā qui sine spū et gratia dei conati sunt magis ordinare narrationem: q̄ historie texere veritatem. Quibus iure potest illud ꝓ-
eze.13.a. pheticum coaptari. Ue qui prophetant de corde suo: qui ambulāt post spiritum suum: qui dicunt. Hec dicit dñs: et dñs non misit eos. De quibus et saluator in euāgelio iohānis loq̄t.
Johā.10.b. Oēs qui ante me venerūt fures fuerunt et latrones. Qui venerūt nō q̄ missi sunt. Ipse enī ait. Ueniebant et ego nō mittebā eos. Inuenientib⁹ enī presumptio temeritatis: in mis-
mat.7.b. sis obsequium seruitutis est. Ecclesia
Canti.3. autē que dñi voce supra petram fundata est: quā introduxit rex in cubiculū suū: et ad quam per foramen descensionis occulte misit manū suam similis damule hinnuloq ceruorum: quatuor flumina paradisi instar eructuans q̄tuor angulos et anulos habet per quos q̄si arca testamēti: et custos legis dñi lignis imobilibus vehitur.

Primus oīm mattheus est publicanus cognomento leui: qui euāgelium in iudea hebreo sermone edidit ob eorum vel maxime causam qui in iesum crediderāt ex iudeis: et nequaq̄ legis vmbra recedente euāgelii veritatem seruabāt. Secūdus marc⁹ interpres apostoli petri: et alexādrine ecclesie prim⁹ ep̄s: q̄ dñm quidē saluatorem ipse nō vidit: sed ea q̄ audierat magistrū ꝑdicārē: iuxta fidē magis gestorū narrauit q̄ ordinē. Terti⁹ lucas medicus natione syrus antiocēsis cui⁹ laus in euāgelio: q̄ et ipse di- 2.col.8.c.
scipul⁹ ap̄li pauli in achaie bithynieq partib⁹ volumē ꝯdidit quedā altius repetēs vt et ipse in proemio cōfitetur: audita magis q̄ visa descri-
bēs. Ultimus iohānes ap̄ls et euāge- iohā.13.c.
lista: quē ies⁹ amauit plurimū q̄ su- 2.21.f.
per pect⁹ dñi recūbēs: purissima doctrinarū fluenta potauit: et q̄ sol⁹ de cruce meruit audire. Ecce mat tua.
Jo cū esset in asia: et iā tunc hereti- iohā.19.c
corum semina pullularent cherinthi: et hebionis et ceterorū q̄ negāt xp̄m in carne venisse: quos et ipse in epistola sua antichristos vocat: et ap̄ls paulus frequēter percutit coact⁹ est ab oībus pene tūc asie ep̄is et multarum ecclesiarū legationibus: de diuinitate saluatoris altius scribere: et ad ipsum (vt ita dicā) dei verbū non tam audaci q̄ felici temeritate prorumpere: vnde et ecc̄iastica narrat historia cū a fratrib⁹ suis cogeret vt scriberet: ita facturū se respondisse si indicto ieiunio in cōmune oēs deum deprecarentur. Quo expleto: reuelatione saturatus in illud proemium e celo veniens eructauit. In principio erat vbū: et verbū erat apud deū et deus erat vbum: hoc erat in principio apud deum. Hec igitur quatuor euangelia multo ante predicta: ezechielis quoq volumen ꝓbat: in quo
prima visio ita cōtexit. Et in medio ezech.1.
sicut similitudo q̄tuor animaliū et vultus eorum. Facies hoīs et facies leonis et facies vituli: et facies aq̄le. Prima hoīs facies: mattheum significat
q̄ q̄si de hoīe exorsus est scribere. Li- Mat.1.a.
ber gñatiōis iesu xp̄i filii dauid filii abraā. Scda marcū in q̄ vox leonis in eremo rugiētis audit. Uox clamātis in deserto parate viā dñi: rectas
facite semitas ei⁹. Tertia vituli/que Mar.1.a.

euangelistā lucā a zacharia sacerdo
te sumpsisse initiū p̄figurat. Quar
ta iohannē euangelistā q̄ assumptis
pennis aq̄le ⁊ ad altiora festinās: de
verbo dei disputat. Cetera q̄ sequunt̄
Eze.1.a. in eundē sensum p̄ficiūt. Crura eo
rū recta ⁊ pēnati pedes / ⁊ quocūq̄
spūs ibat ibant ⁊ non reuertebant:
⁊ dorsa eorū plena oculis: ⁊ scintille
ac lāpades i medio discurrētes: ⁊ ro
ta in rotā: ⁊ in singulis q̄tuor facies.
Apo. 4.c. Unde ⁊ apocalypsis iohānis post ex
positionē viginti q̄tuor seniorū: q̄ te
nentes cytharas ⁊ phialas adorant
agnū dei: introducit fulgura atq̄ to
nitrua: ⁊ septem spūs discurrentes
⁊ mare vitreū ⁊ quatuor alalia plena
oculis: dicēs. Ani al primū simile leo
ni: ⁊ secundū simile vitulo: ⁊ tertiū si
mile homini: ⁊ quartū simile aquile
volāti. Et post paululū. Plena inq̄t
erant oculis ⁊ requiē nō habebāt die
ac nocte dicētia. Scūs / scūs / scūs
dñs deus oīps: q̄ erat ⁊ q̄ est ⁊ q̄ ventu
rus est. Quib⁹ cūctis p̄spicue osten
ditur: quatuor debere tantū euange
lia suscipi / ⁊ omnes apocryphorum
nenias: mortuis magis hereticis q̄
ecclesiasticis viuis cauendas.

¶ Sequitur prologus in Mattheū.


M Attheus cū primo predicas
set euāgeliū in iudea volēs
trāsire ad gētes p̄im⁹ euan
geliū scripsit hebraice: qđ fratribus
a quib⁹ ibat: ad memoriā reliq̄t. Si
cut enī necesse fuit ad cōfirmationē
fidei euangeliū predicare: sic ⁊ ꝯtra
hereticos scribi. Cum autem plures
euangeliū scripserint quatuor tāmē
habent auctoritatis testimonium q:
p̄ quatuor mūdi partes fidē inūctāt
trinitatis / ⁊ sunt quasi quatuor rote
in quadriga dñi q̄ vehit eū per pre
dicationē euangelii: ⁊ gen⁹ humanū
quadrifida morte peremptū eorum
erat predicatione viuificandū. vnde
et alioꝝ euāgelia deciderūt nec rece
pta sunt: q: nolebāt prefinitū nume
rū cassari p̄pter virtutē sacramēti.
Designātur etiā euāgeliste quatuor
figuris que non sunt deceptorie / sed
iocūdi mysterii sibi cōscie. Matthe⁹
in homine intelligit̄: q: circa huma
nitatē christi principaliter immora
tur. Marc⁹ in leone: q: agit de resur
rectione. Lucas in vitulo agens de
sacerdotio. Johannes in aquila: scri
bens sacramenta diuinitatis. Chri
stus vero quē describebant homo fuit
de virgine natus / vitulus in immo
latione / leo in resurrectione / aquila
in ascensione. Uel in homine huma
nitas: in vitulo sacerdotiū: in leone
regnū: in aquila exprimitur diuini
tatis sacramentum.

¶ Argumentum in euangelium se
cundum Mattheum incipit.

M Attheus ex Judea sicut in
ordine primus ponitur / ita
euangeliū in iudea primus
scripsit cuius vocatio ad dominū ex Mat.9.a.
publicanis actibus fuit: duoꝝ in ge
neratione christi principia p̄sumēs
vnius cuius prima circūcisio in car
ne alterius cui⁹ scd̄m cor electio fuit
ex vtrisq̄ enim patribus christus.
Sicq̄ quaterdenario numero trifor
miter posito principiū a credendi fi
de in electionis tempus porrigēs: ⁊
ex electione vsq̄ in trāsmigrationis
diem dirigēs atq̄ a transmigratio
nis die vsq̄ in christum definiens:
decursam aduētus domini ostendit
generationē: vt numero satisfaciēs
et tēpori: ⁊ se quid esse ostēderet:
et dei in se opus mōstrans etiam in
his quorū genus posuit christi ope
rantis a principio testimonium nō
negaret. Quarum omnium rerum
tēpus ordo numerus: dispositio vel
ratio quod fidei necessariū est: deus
christus est qui factus est ex mulie
re: factus sub lege natus ex virgine
passus in carne oīa in cruce fixit: vt
triūphans ea in semetipso resurgēs
in corpore: ⁊ patris nomen in patri
bus filio: ⁊ filii nomē p̄ri restituens
in filiis sine principio sine fine ostē
dens vnū se cum patre esse q: vnus
est. In quo euangelio vtile est desy
derantibus deum: sic prima vel me
dia vel perfecta cognoscere: vt ⁊ vo
cationem apostoli ⁊ opus euangelii
et dilectionem dei in carne nascētis
per vniuersa legentes intelligant
atq̄ id in eo in quo reprehēsi sunt et
apprehēdere expetūt recognoscāt.
Nobis enim hoc in studio argumē
ti fuit: et fidem facte rei tradere: et
operantis dei intelligendam diligē
ter esse dispositionē a querentibus
non tacere.

¶ Argumentum explicit.

Jesu Christi, secundū carnē genealogia.



# ¶ Sanctum Jesu Christi euangeliū scdm Mattheū.

¶ C. S. De gñationibus patruz quadraginta duorū: de distinctione gñationis eiusdē: de gñatione xpi/ q de-
sponsata erat maria Joseph: q angel⁹
apparuit ioseph volēti dimittere eā:
ipse saluū faciet populū suū: Joseph
accepit coniugem suam. Capl'm. i.

A



Iber generationis iesu xpi
filij dauid filij
Luce. 3. e. abrahā. Abra-
gen. 21. a. hā genuit isa-
Ge. 25. d. ac. Jsaac autē
Ge. 29. g. genuit Jacob.
Jacob aūt genuit iudam et
ge. 38. g. fratres eius.
1. pa. 2. a. Judas autē genuit phares & Zaram
ruth. 4. d de thamar. Phares aūt genuit esrō.
Esrom aūt genuit arā. Arā autē genuit aminadab. Aminadab autē genuit Naason. Naason autem genuit
salmon. Salmon autem genuit booz
de raab. Booz autem genuit obed ex
1. re. 12. f. ruth. Obed autem genuit iesse. Jesse
1. pa. 3. b. autē genuit dauid regē. Dauid autez
rex genuit salomonem ex ea que fuit
vrie. Salomon autē genuit roboam.
Roboam aūt genuit abiā. Abia autē
B genuit asa. Asa autē genuit iosaphat
Josaphat autē genuit ioram. Joram
autē genuit oziā. Ozias autez genuit
ioathan. Joathā autez genuit achaz.
Achaz autē genuit ezechiam. Ezechias autem genuit manassen. Manasses aūt genuit amon. Amon autē ge-
2. Para. nuit iosiā. Josias autē genuit iecho-
36. a. & b. niā et fres ei⁹ in transmigratione ba-
1. pa. 3. c. bylonis. Et post transmigrationē ba-
bylonis/iechonias genuit salathiel.
Salathiel aūt genuit zorobabel. Zorobabel autem genuit abiud. Abiud
aūt genuit eliachim. Eliachī autē genuit azor. Azor autem genuit sadoc.
Sadoc aūt genuit achim. Achī autē
C genuit eliud. Eliud autē genuit elea-
17. q. 2. c. zar. Eleazar autem genuit mathan.
prius q̄. et Mathan autem genuit iacob. Jacob
c. inuenta autē genuit Josephvirum marie. De
de vbo. si: qua nat⁹ est Jesus: q̄ vocat' christus.
gni. c. 4. Oēs itaq3 gñationes ab abrahā vsque
ad dauid: gñationes quatuordecim.
Et a dauid vsq3 ad transmigrationē
babylonis gñatiōes q̄tuordecim. Et
a transmigratione Babylonis/vsque
ad christū: gñationes quatuordecim.
Christi autē gñatio sic erat. Cū esset
desponsata mater iesu maria ioseph
anteq̄ conuenirēt/ inuēta est in vtero habens de spū scto. Joseph autem
vir ei⁹ cū esset iustus et nollet eā traducere: voluit occulte dimittere eaz.
Hec autē eo cogitāte: ecce angel⁹ dñi
apparuit in somnis ioseph dicēs. Joseph fili dd/ noli timere accipere mariā coniugē tuā. Quod enī in ea na-
tum est/ de spū scto est. Pariet autez Luc. 2. c.
filiū: et vocabis nomen ei⁹ iesum. Ipse enī saluū faciet popl'm suū a peccatis
eorū. Hoc autē totū factū est: vt ad- D
impleretur quod dictuz est a dño per
prophetā dicentez. Ecce virgo in vte- Esa. 7. c.
ro habebit et pariet filium: & vocabit
nomē ei⁹ emmanuel/ qd est interpretatum nobiscū de⁹. Exurgens autem
ioseph a somno: fecit sicut precepit ei
angelus dñi: et accepit coniugē suaz.
Et non cognoscebat eam / donec peperit filium suum primogenitum: et
vocauit nomen eius iesum.
¶ C. S. Magi cū muneribus veniunt
et ioseph ab angelo per visum admonitus cū puero et matre eius in Egyptum fugit: infantes interficiunt: regressio iesu xpi ex egypto. Capl'm. ij.
Um ergo natus esset iesus in A
bethleē iude in dieb⁹ herodis
regis: ecce magi ab oriente venerunt hierosolymā dicētes. Ubi est
qui nat⁹ est rex iudeorū? Uidim⁹ enī
stellā ei⁹ in oriente/ et venim⁹ adorare eū. Audiens autē herodes rex turbatus est: et oīs hierosolyma cū illo.
Et congregans oēs principes sacerdotū/ et scribas popl'i/ sciscitabat' ab
eis vbi xps nasceret'. At illi dixerunt
ei. In bethleē Jude. Sic enī scriptuz
est per prophetā. Et tu bethleē terra Mic. 5. a.
iuda nequaq̄ minima es in principi- Joā. 7. f.
bus iuda. Ex te enim exiet dux q̄ regat populū meuz Jsrael. Tunc herodes clam vocatis magis / diligenter
didicit ab eis tempus stelle q̄ apparuit eis. Et mittens illos in bethleem B
dixit. Ite/ & interrogate diligēter de
puero: et cum inueneritis renunciate mihi: vt & ego veniens adorem eū.
Qui cum audissent regē/ abierūt. Et
ecce stella quā viderant in oriente antecedebat eos: vsq3 dum veniens staret supra vbi erat puer. Uidētes autē stellā/ gauisi sunt gaudio magno

valde. Et intrātes domū inuenerunt
puerū cum maria matre eiꝰ. Et proci
dentes adorauerūt eū: et apertis the-
sauris suis obtulerūt ei munera / au-
Fo.71.b. rum / thus / et myrrham. Et responso
accepto in somnis ne redirent ad he
rodē: per aliā viā reuersi sunt in re-
gionē suam. Qui cum recessissent: ec-
ce angelus dñi apparuit in somnis
C ioseph: dicēs. Surge et accipe puerū
7.q.1.ca. et matrē eius: et fuge in egyptum: et
aduersi- esto ibi vsq3 dū dicā tibi. Futurū est
tis. 2.23. enī vt herodes querat puerū ad per-
qō.3.ca.1. dēdū eū. Qui cōsurgēs accepit pue-
rum et matrē eius nocte: et secessit in
egyptū. Et erat ibi vsq3 ad obitū he-
Osee.11.a. rodis / vt adimpleret qđ dictum est a
dño per pphetā dicētem. Ex egypto
vocaui filiū meū. Tunc herodes vi-
dens qm̄ illusus esset a magis: ira-
tus est valde: et mittens occidit oēs
pueros qui erant in bethleē: et in om
nibus finibus eius: a bimatu et infra
scdm̄ tempus quod exquisierat a ma-
gis. Tūc adimpletū est qđ dictū est
D per hieremiā pphetā dicētem. Uox
Hie.31.c. in rama audita est: ploratus et vlu-
latus multus: rachel plorans filios
suos: et noluit consolari: qꝛ non sunt.
Defuncto autē herode: ecce angelus
dñi apparuit i somnis ioseph in egy-
pto dicēs. Surge et accipe puerum et
matrē eiꝰ: et vade in terrā israel. De-
functi sunt enī qui querebant animā
pueri. Qui consurgēs accepit puerū
et matrē eiꝰ: et venit in terrā Israel.
Audiens autē q archelaus regnaret
in Judea p herode patre suo: timuit
illo ire: et admonitus in somnis: seces-
sit in partes Galilee. Et veniens ha-
bitauit in ciuitate que vocatur Naza-
reth: vt adimpleret qđ dictū est per
prophetas. Qm̄ nazareus vocabitur.
¶ Ca. S. De baptismo ioannis in ior-
dane: et de xp̄i baptismate. Capm̄. iij.
A In diebus aūt illis venit ioannes
Mar.1.a. baptista predicans in deserto Ju
Luc.3.a. dee: et dicens. Penitentiam agite:
Esa.21.c. appropinquabit enim regnū celorū.
31.c.45. Hic est enim de quo dictum est per
b. esaiam pphetā dicentē. Uox claman
Zach.1.a tis i deserto. Parate viā dñi: rectas
Esa.40.a facite semitas eiꝰ. Ipse autē ioannes
ioan.1.c. habebat vestimētū de pilis camelorū
mar.1.a. et zonam pelliceā circa lūbos suos:
esca aūt eius erat locuste et mel syl-
B uestre. Tunc exibat ad eū hierosoly-
ma: et omnis Judea: et omnis regio

circa iordanem: et baptizabant ab eo
in iordane: confitentes peccata sua.
Uidens aūt multos phariseoꝝ et sa- Luc.3.b.
duceorū venietes ad baptismū suū: di
xit eis. Progenies viperarū / qs de-
monstrabit vobis fugere a ventura
ira? Facite ergo fructū dignū penitē
tie. Et ne velitis dicere intra vos. Pa
trem habemus abraā. Dico enim vo
bis qm̄ potens est deus de lapidibus
istis suscitare filios abrae. Jam enim
securis ad radicē arborū posita est. C
Ois ergo arbor que non facit fructū
bonū / excidet: et in ignē mittet. Ego
quidē baptizo vos in aqua in penitē- mar.1.b.
tiam: qui autē post me venturus est Luce.3.c.
fortior me est: cuius non sum dignus Joan.1.d.
calceamēta portare: ipse vos bapti-
zabit in spū sancto et igni. Cuius ven
tilabrū in manu sua / et permundabit Luce.3.c.
areā suā: et cōgregabit triticū in hor-
reum suū / paleas autē cōburet igni
inextinguibili. Tūc venit iesus a ga- D
lilea in iordanē ad ioannē / vt bapti Mar.1.b.
zaret ab eo. Joānes autē prohibebat Luce.3.d.
eum dicens. Ego a te debeo baptiza- 78.di.ca.
ri: et tu venis ad me? Respondēs au presbyt.
tē iesus: dixit ei. Sine modo. Sic enī 1.q.1.ca.
decet nos implere omnem iustitiam. dedit. de
Tunc dimisit eū. Baptizatus autē ie conse.dis.
sus confestim ascēdit de aqua. Et ec- 4.ca.per
ce aperti sunt ei celi: et vidit spiritū aquam.
dei descendentē sicut columbā / et ve-
nientem super se. Et ecce vox de celo 2.Pe.1.d.
dicens. Hic est filius meus dilectus
in quo mihi complacui.
¶ Ca. S. Jesus post ieiuniū quadra-
ginta dierū et quadraginta noctium
tentat a diabolo: petrū et andream / et
iacobum / et ioannē piscatores conuo
cauit: et circūiens galileam varios lā
guores hominum curat. Capm̄. iiij.
Tunc iesus ductus est in deser- A
tū a spiritu: vt temptaret a dia- Mar.1.b.
bolo. Et cum ieiunasset qua- Lu.4.a.
draginta diebus et quadraginta no-
ctibus / postea esuriit. Et accedēs tē-
tator: dixit ei. Si filiꝰ dei es: dic vt la-
pides isti panes fiant. Qui respon-
dens: dixit. Scriptū est. Non in solo Deu.8.a.
pane viuit homo / sed in omni verbo
quod pcedit de ore dei. Tunc assum-
psit eum diabolus in sanctā ciuitatē
et statuit eū super pinnaculū tēpli / et
dicit ei. Si filius dei es: mitte te deor-
sum. Scriptū est enim. Quia angelis
suis mandauit de te: et in manibus Fo.90.
tollent te: ne forte offendas ad lapi-

B dem pedē tuū. Ait illi iesus rursum.
Deu.6.c. Scriptū est. Non tentabis dñm deum
tuū. Iterum assumpsit eum diabo-
lus in montē excelsum valde: et ostē
dit ei oīa regna mundi/et gloriā eo-
rum: et dicit ei. Hec oīa tibi dabo / si
cadēs adoraueris me. Tunc dicit ei
iesus. Uade satana. Scriptū est enī.
Deu.6.c. et.10.d. Dñm deum tuū adorabis: et illi soli
seruies. Tunc reliquit eū diabolus: et
ecce āgeli accesserūt/et ministrabant
Mar.1.c. ei. Cū autē audisset iesus q̄ ioannes
Lu.4.c. traditus esset/secessit in galileā: et re-
Joā.4.f. licta ciuitate nazareth / venit et ha-
Mar.1.c. bitauit in ciuitate capharnaū mariti
Luc.4.e. ma/in finibus zabulon et neptalim:
vt adimpleretur quod dictum est per
C esaiam prophetā. Terra zabulon et
Esa.9.a. terra neptalim/via maris trans ior-
danē galilee gentiū: populus qui am-
bulabat in tenebris / vidit lucem ma
gnam: et sedentibus in regiōe vmbre
mortis / lux orta est eis. Exinde cepit
iesus predicare/et dicere. Penitētiā
agite. appropinquabit enim regnum
Mar.1.a. celorū. Ambulās aūt iesus iuxta ma-
Luce.5.a re galilee vidit duos fratres / simo-
nem qui vocatur petrus/et andreā
fratrem eius/mittentes rete in mare
(erant enim piscatores) et ait illis.
Uenite post me: et faciā vos fieri pi
scatores hominū. At illi cōtinuo reli-
D ctis retibus: secuti sunt eum. Et pro-
cedens inde: vidit alios duos fres/
iacobum zebedei/et ioannē fratrem
eius in naui cum zebedeo patre eorū
reficientes retia sua: et vocauit eos.
Illi aūt statim relictis retibus et pre/
secuti sunt eū. Et circuibat iesus totā
galileā/docens in synagogis eorū et
predicans euangeliū regni: et sanās
omnem languorē et omnē infirmita-
tem in populo. Et abiit opinio eius in
totā syriam. Et obtulerunt ei oēs ma-
le habentes variis lāguoribus et tor-
mentis cōprehensos: et qui demonia
habebant et lunaticos / et paralyti-
cos / et curauit eos: et secute sunt eū
turbe multe de galilea/et decapoli: et
de hierosolymis / et de iudea / et de
trans iordanem.

¶ C. S. Beatitudines et cetera man
data: et de homicidio: de oblatione:
de adulterio: de oculo vel manu eru-
enda: vxorem nisi ob adulterium di-
mittendam: de iuramentis/de oculo
et dente: inimicos diligendos: de elee
mosynis. Capitulum.v.

Videns autē iesus turbas ascen A
dit in montē: et cum sedisset/ 24.q.1.c.
accesserūt ad eū discipuli eius a recta.
et aperiens os suum docebat eos di- Luc.6.d.
cens. Beati pauperes spū: qm̄ ipso- De renū.
rum est regnum celorū. Beati mites ca.verū.
quoniā ipsi possidebunt terrā. Beati 93.di.ca.
qui lugēt: quoniā ipsi consolabūtur. sacerdo.
Beati qui esuriūt et sitiunt iustitiam 2.q.7.ca.
quoniā ipsi saturabūtur. Beati mise- non oīs.
ricordes/quoniā ipsi misericordiā
consequentur. Beati mundo corde: qm̄
ipsi deum videbunt. Beati pacifici:
quoniā filii dei vocabuntur. Beati q̄ 1.Pe.3.et
persecutionē patiūtur propter iustitiā
quoniam ipsorum est regnum celorū.
Beati estis cū maledixerint vobis 3.q.7.ca.
hoies/et persecuti vos fuerint / et di- fina.
xerint omne malum aduersum vos 24.q.1.c.
mentientes propter me. Gaudete et quoniā.
exultate: qm̄ merces vestra copiosa B
est in celis. Sic enī persecuti sunt pro-
phetas qui fuerunt ante vos. Uos
estis sal terre. Q̄d si sal euanuerit: in mar.9.g.
quo salietur? Ad nihilū valet vltra: Lu.14.g.
nisi vt mittatur foras et cōculcetur ab ho-
minibus. Uos estis lux mūdi. Non po
test ciuitas abscondi supra montem
posita. Neq; accēdūt lucernā/et po- mar.4.c.
nunt eā sub modio/sed super cande- Luce.8.c.
labrum: vt luceat omnibus qui in do- et.11.e.
mo sunt. Sic luceat lux vestra coram
hoibus: vt videant opera vestra bo-
na: et glorificent patrē vestrū qui in
celis est. Nolite putare qm̄ veni sol-
uere legē aut prophetas. Non veni sol-
uere: sed adimplere. Amen quippe C
dico vobis: donec transeat celū et ter- Luc.16.d
ra: iota vnū aut vnus apex non pre-
teribit a lege/donec oia fiāt. Qui er- Jaco.2.b.
go soluerit vnū de mādatis istis mi-
nimis/et docuerit sic hoies: minimus
vocabitur in regno celorū. Qui autē fe-
cerit et docuerit: hic magnus vocabi-
tur in regno celorū. Dico autē vobis
quia nisi abūdauerit iustitia vestra
plusq̄ scribarū et phariseorū/non in-
trabitis in regnum celorū. Audistis Exo.20.c.
quia dictū est antiquis. Nō occides. Deu.5.b.
Qui aūt occiderit: reus erit iudicio.
Ego autem dico vobis / quia omnis
qui irascitur fratri suo: reus erit iu-
dicio. Qui aūt dixerit fratri suo rha-
ca: reus erit concilio. Qui autē dixe- D
rit fatue: reus erit gehenne ignis. 15.di.c.si.
Si ergo offers munus tuum ad alta- de here.c.
re: et ibi recordatus fueris quia fra- cū ex iniū
ter tuus habet aliquid aduersum te: cto.

relinque ibi munus tuū ante altare
et vade prius recōciliari fratri tuo ⁊
tunc veniens offeres munus tuum.
Lu.12.b. Esto consentiēs aduersario tuo cito
dum es in via cū eo: ne forte tradat
te aduersari⁹ iudici / et iudex tradat
te ministro:et in carcerem mittaris.
Amen dico tibi:nō exies inde / donec
Exo.20.c. reddas nouissimū quadrantem. Au-
distis qꝛ dictū est antiquis. Non me-
chaberis. Ego autē dico vobis : quia
oīs qui viderit mulierē ad concupi-
E scendū eā:iam mechatus est eam in
.f.18.b. corde suo. Qḋ si oculus tuus dexter
Mar.9.g scandalizat te:erue eū et proiice abs
te. Expedit eñ tibi vt pereat vnum
mēbrorū tuoꝝ: ꝙ totū corpus tuum
mittatur in gehēnā ignis . Et si dextra
manus tua scādalizat te: abscide eā
et proiice abs te. Expedit enim tibi vt
pereat vnū membrorū tuoꝝ / ꝙ totū
Deu.24.a corpus tuū eat in gehennā . Dictum
.f.19.b. est autē. Quicūqꝫ dimiserit vxorem
mar.10.b. suā:det ei libellū repudii. Ego autem
Lu.16.d. dico vobis : qꝛ oīs qui dimiserit vxo-
1.co.7.b. rem suā / excepta fornicationis cau-
leui.19.c. sa / facit eā mechari:et q̄ dimissā du-
Exo.20.b. xerit / adulterat. Iterum audistis q̄a
Deu.5.b. dictū est antiquis. Non periurabis :
F reddes autē domino iuramenta tua.
Iaco.5.c. Ego autē dico vobis non iurare om-
nino. Neqꝫ per celū / q̄a thronus dei
est:neqꝫ per terrā / q̄a scabellū est pe-
dū eius:neqꝫ per hierosolymā / q̄a ci-
uitas est magni regis : neque per ca-
put tuū iuraueris / qꝛ nō potes vnum
capillū albū facere / aut nigrum. Sit
aūt sermo vester:est est / nō non. Qḋ
aūt his abundantius est:a malo est.
Exo.21.c. Audistis qꝛ dictū est. Oculū pro ocu-
Deu.19.d. lo et dentē pro dēte. Ego autē dico vo
Le.24.d. bis nō resistere malo:sed si qs te per
Luce.6.e cusserit in dexterā maxillā tuā: pre-
be illi ⁊ alterā. Et ei q̄ vult tecū in iu-
dicio contendere / ⁊ tunicā tuā tolle-
re:dimitte ei et palliū. Et quicumque
G te āgariauerit mille passus / vade cū
illo et alia duo. Qui aūt petit a te / da
ei:et volēti mutuare a te / ne auerta-
Le.19.d. ris. Audistis q̄a dictum est . Diliges
proximū tuū:et odio habebis inimi-
Lu.6.d. cum tuū. Ego aūt dico vobis: diligite
inimicos vr̄os:bn̄facite his qui ode-
runt vos:et orate ꝓ persequentibus
et calūniantibus vos:vt sitis filii pa-
tris vestri qui in celis est : qui solem
suū oriri facit super bonos et malos
et pluit super iustos / et iniustos . Si

enim diligitis eos qui vos diligunt Luc.6.e.
quā mercedē habebitis? Nonne et pu-
blicani hoc faciunt? Et si salutaueri-
tis fratres vestros tantū / quid am-
plius facitis? Nōne et ethnici hoc fa
ciūt? Estote ergo vos perfecti:sicut ⁊
pater vester celestis perfectus est.
¶ Ca.6. De orōne et ieiunio:de the-
sauro in celo:lucernam corporis esse
oculū / et non posse duobus dñis ser-
uire:nec cogitādū de esca et vestimē
to:de volatilibus celi / ⁊ liliis agri : et
de sollicitudine diei. Capitulum.vi.
Attendite ne iustitiam vestram A
faciatis corā hoībus vt videa-
mini ab eis: alioquin mercedem non
habebitis apud patrem vestrum qui
in celis est. Cum ergo facis eleemosy
nam / noli tuba canere ante te : sicut
hypocrite faciunt in synagogis ⁊ in
vicis: vt honorificētur ab hominib⁹.
Amen dico vobis:receperunt merce
dē suā. Te aūt faciēte eleemosynam De pe. dis.
nesciat sinistra tua q̄d faciat dextera 3.c. cauē-
tua vt sit eleemosyna tua in abscon- dum.
dito:⁊ pater tuus q̄ videt in abscon- 11.q.3.ca.
dito / reddet tibi. Et cum oratis / non audi.
eritis sicut hypocrite / qui amant in
synagogis et in angulis platearum
stantes orare / vt videant ab hoībus.
Amen dico vobis : receperūt merce-
dem suā. Tu aūt cū oraueris / intra
in cubiculū tuum: et clauso ostio ora
patrē tuū in abscondito / ⁊ pater tu⁹ B
qui videt in abscondito / reddet tibi.
Orantes aūt nolite multum loqui: si-
cut ethnici faciunt: putant enim ꝙ i
multiloquio suo exaudiantur. Nolite
ergo assimilari eis:scit eñ pater ve- Lu.11.a.
ster quid opus sit vobis / anteꝙ peta- De pe. dis.
tis eū. Sic ergo vos orabitis . Pater 3.c. de q̄-
noster qui es in celis / sanctificetur no- tidianis .
men tuū. Adueniat regnū tuum Fi-
at volūtas tua:sicut in celo et in ter-
ra. Panē nostrū supsubstantialē da
nobis hodie. Et dimitte nobis debita
nostra:sicut et nos dimittim⁹ debito-
ribus nr̄is. Et ne nos inducas in tē-
tationē. Sꝫ libera nos a malo. Amen. Mar.11.c.
Si eñ dimiseritis hoībus petā eoꝝ: Ec.28.a.
dimittet et vobis pater vester cele-
stis delicta vr̄a. Si autē nō dimiseri-
tis hoībus:nec pater vester dimittet
vobis peccata vestra. Cum autem ie
iunatis / nolite fieri sicut hypocrite
tristes . Extermināt enim facies su-
as / vt pareant hoībus ieiunantes .
Amen dico vobis : quia receperunt

C mercedem suã. Tu aũt cum ieiunas
vnge caput tuũ/ et faciẽ tuam laua:
ne videaris hoĩbus ieiunãs / sed pa-
tri tuo q̃ est in abscõdito: et pater tu-
us q̃ videt in abscõdito / reddet tibi.
Lu.12.d. Nolite thesaurizare vobis thesau-
ros in terra: vbi erugo ⁊ tinea demo-
litur: et vbi fures effodiũt et furant.
Thesaurizate autẽ vobis thesauros
in celo: vbi nec erugo neq̧ tinea de-
molitur: ⁊ vbi fures nõ effodiũt/ nec
furãtur. Ubi enĩ est thesaurus tuus
Luc.11.e. ibi est et cor tuum. Lucerna corporis
tui/ est oculus tuus. Si oculus tuus
fuerit simplex: totũ corpus tuũ luci-
dum erit. Si autẽ oculus tuus fuerit
neq̃: totũ corpus tuum tenebrosum
erit. Si ergo lumen qđ in te est/ tene-
bre sunt: ipse tenebre quante erunt?
Nemo potest duob⁹ dominis ſuire.
Lu.16.c. Aut enĩ vnũ odio habebit/ ⁊ alterum
diliget: aut vnũ sustinebit/ ⁊ alterum
contẽnet. Nõ potestis deo seruire/ et
Lu.12.c. mãmone. Ideo dico vobis/ ne soliciti
1.pe.5.b. sitis aĩe vestre quid manducetis: ne-
D q̧ corpori vestro q̃d induamini. Nõ-
ne aĩa plus est q̃ esca: ⁊ corpus plus
q̃ vestimẽtũ? Respicite volatilia ce-
li: qm̃ non serunt/ neq̧ metunt/ neq̧
cõgregant in horrea: et pater vester
celestis pascit illa. Nõne vos magis
pluris estis illis? Quis aũt vestrum
cogitans/ potest adiicere ad staturã
suã cubitũ vnũ? Et de vestimẽtis q̃d
soliciti estis? Considerate lilia agri
quomodo crescunt: non laborãt neq̧
nent. Dico autẽ vobis: qm̃ nec salo-
mon in oĩ gloria sua coopertus est/
sicut vnũ ex istis. Si enim fenũ agri
quod hodie est/ et cras in clibanum
mittitur/ deus sic vestit: q̃to magis
vos modice fidei? Nolite ergo solici-
ti esse dicẽtes. Quid mãducabimus
aut quid bibemus/ aut quo operie-
mur? Hec enim omnia gẽtes inqui-
runt. Scit enim pater vester/ quia his
omnib⁹ indigetis. Querite ergo pri-
mum regnũ dei ⁊ iustitiã eius: et hec
rit vxorem suaꝫ / nisi ob fornicationẽ mar.10.b
et aliam duxerit / mechatur:ꝛ qui di- Lu.16.d.
missam duxerit / mechatur. Dicũt ei 1.co.7.b.
discipuli eius . Si ita est causa hoĩs
cum vxore:nõ expedit nubere . Qui
dixit illis . Non oẽs capiũt verbum
istud:sed quib⁹ datum est. Sunt eñi
eunuchi qui de matris vtero sic na-
ti sunt / ꝛ sunt eunuchi qui facti sunt
ab hoĩbus:et sunt eunuchi qui seip-
sos castrauerũt propter regnũ celo-
rũ. Qui potest capere / capiat. Tunc mar.10.b.
oblati sunt ei paruuli / vt manus eis Lu.18.c.
imponeret et oraret . Discipuli autẽ
increpabant eos. Iesus vero ait eis.
Sinite paruulos / et nolite eos ꝓhi-
bere ad me venire:taliũ est enim re-
gnũ celoꝝ. Et cũ imposuisset eis ma- mar.10.b.
nus abijt inde. Et ecce vn⁹ accedẽs Lu.20.d.
ait illi. Magister bone:quid boni fa-
ciam vt habeã vitam eternã? Qui di
xit ei. Quid me interrogas de bono?
Unus est bonus de⁹. Si autẽ vis ad
vitã ingredi:serua mãdata. Dicit il- C
li. Que? Iesus aũt dixit. Nõ homici- exo.20.c.
dium facies:non adulterabis / nõ fa
cies furtũ:nõ falsum testimoniũ di-
ces. Honora patrem tuũ et matrẽ:et
diliges proximum tuũ sicut teipsuꝫ.
Dicit illi adolescens. Oĩa hec custo-
diui a iuuentute mea / qđ adhuc mi-
hi deest? Ait illi iesus. Si vis ꝑfect⁹
esse / vade vẽde oĩa que habes ꝛ da
pauperib⁹: ꝛ habebis thesaurum in
celo / ꝛ veni / sequere me. Cũ audisset
autẽ adolescens verbũ / abijt tristis.
Erat enim habẽs multas possessio-
nes. Iesus aũt dixit discipulis suis.
Amen dico vobis / qꝛ diues difficile
intrabit in regnũ celoꝝ. Et iterũ di- D
co vobis / facilius est camelũ ꝑ fora
mẽ acus transire / q̃ʒ diuitem intrare
in regnũ celoꝝ. Auditis aũt his:di-
scipuli mirabantur valde dicentes.
Quis ergo poterit saluus esse? Aspi
ciens aũt iesus:dixit illis. Apud ho-
mines hoc impossibile est:apud deũ

autē/oīa possibilia sunt. Tūc respon-
dens petrus dixit ei. Ecce nos reliq̄-
mus oīa et secuti sumus te: quid er-
go erit nobis? Jesus autē dixit illis.
Amen dico vobis / q̄ vos qui secuti
estis me in regeneratione/cū sederit
filius hoīs in sede maiestatis sue: se-
debitis et vos super sedes duodecim
iudicantes duodecim trib⁹ israel. Et
oīs qui reliquerit domum vel fratres
aut sorores/aut patrem/aut matrem
aut vxorē/aut filios/ aut agros pro-
pter nomen meū: centuplū accipiet/
mar.10.d. et vitam eternam possidebit. Multi
Luc.13.f. autem erunt primi/nouissimi / et no-
uissimi primi.

¶ Ca. S. Parabola operariorum ī vi-
neam conductorum: primos nouissi-
mos fieri/de filijs zebedei / et de pri-
mis accubitis cene: de duobus cecis
secus viam sedentibus. Capitulū. xx.

A Simile est regnū celorū homi-
ni patrifamilias qui exijt pri-
mo mane conducere operarios
in vineā suam. Conuentione autē fa-
cta cū operarijs ex denario diurno/
misit eos in vineam suā. Et egressus
circa horā tertiā: vidit alios stantes
in foro ociosos: et dixit illis. Ite et
vos ī vineā meā: et quod iustū fuerit
dabo vobis. Illi autē abierūt. Iterū
autē exijt circa sextā et nonā horā/et
fecit similiter. Circa vndecimā vo exijt
et inuenit alios stantes: et dicit illis.
Quid hic statis tota die ociosi? Di-
cunt ei. Quia nemo nos conduxit.
Dicit illis. Ite et vos in vineā meā.
Cū sero autē factū esset: dicit dn̄s vi-
nee procuratori suo. Uoca operarios
et redde illis mercedē: incipiēs a no-
uissimis vsq̄ ad primos. Cum venis-
sent ergo qui circa vndecimā horam
venerāt: acceperūt singulos denari-
B os. Uenientes aūt et primi: arbitrati
sunt q̄ plus essent accepturi: accepe-
runt autē et ipsi singulos denarios.
Et accipiētes murmurabant aduer-
sus patrēfamilias: dicentes. Hi no-
uissimi vna hora fecerūt: et pares il-
los nobis fecisti q̄ portauimus pon-
dus diei et estus? At ille rn̄dens vni
eorū dixit. Amice: nō facio tibi iniu-
riā. Nōne ex denario conuenisti me-
cum? Tolle qđ tuū est et vade. Uolo
autem et huic nouissimo dare sicut et
tibi. Aut non licet mihi qđ volo face-
re? An oculus tuus neq̄ est: quia ego
s.19.d. bonus sum? Sic erunt nouissimi pri-
mi: et primi nouissimi. Multi enī sunt mar.10.d.
vocati: pauci vero electi. Et ascēdēs Luc.13.f.
iesus hierosolymam: assumpsit duo- mar.10.e.
decim discipulos secreto: et ait illis. Lu.18.e.
Ecce ascēdimus hierosolymā/ et fili⁹ C
hominis tradetur principibus sacer-
dotū et scribis: et cōdēnabūt eū mor-
te. Et tradent eū gentib⁹ ad illuden-
dum et flagellandū/ et crucifigendū
et tertia die resurget. Tunc accessit mar.10.e.
ad eū mater filiorū zebedei cū filijs
suis: adorans et petēs aliquid ab eo.
Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic
vt sedeāt hi duo filij mei/ vn⁹ ad dex-
teram tuā/ et vnus ad sinistrā in re-
gno tuo. Rn̄dens autem iesus: dixit.
Nescitis qđ petatis. Potestis bibe-
re calicē quē ego bibiturus sum? Di-
cunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem
quidē meū bibetis: sedere autem ad
dexterā meā vel sinistrā nō est meū
dare vobis: sed quibus paratū est a
patre meo. Et audientes decē / indi-
gnati sunt de duob⁹ fratribus. Jesus D
autē vocauit eos ad se: et ait. Scitis
quia principes gentiū dominantur mar.10.g.
eorū / et qui maiores sunt/ potestatem Lu.22.c.
exercēt in eos. Nō ita erit inter vos.
Sed quicūq̄ voluerit inter vos ma-
ior fieri: sit vester minister. Et qui vo- 93.dist.c.
luerit inter vos primus esse: erit ve- diacoñ.
ster seruus. Sicut filius hoīs non ve- 9.q.3.ca.
nit ministrari/sed ministrare: et da- nullus.
re aīam suā in redēptionē pro mul- mar.10.g
tis. Et egredientib⁹ illis ab hiericho Lu.18.f.et
secuta est eum turba multa. Et ecce g.
duo ceci sedentes secus viam/audie-
runt quia iesus transiret/ et clamaue-
runt: dicentes. Dn̄e miserere nr̄i fili
dauid. Turba autem increpabat eos
vt tacerēt. At illi magis clamabant
dicētes. Dn̄e miserere nr̄i fili dauid.
Et stetit iesus: et vocauit eos: et ait.
Quid vultis vt faciā vobis? Dicunt
illi. Dn̄e vt aperiantur oculi nr̄i. Mi-
sertus autē eorum iesus: tetigit ocu-
los eorum. Et confestim viderunt: et
secuti sunt eum.

¶ C. S. De asina et pullo ei⁹ et vbi nū-
mularios eiecit de tēplo: clamātibus
pueris osanna: de ficu que arida fa-
cta est: interrogat ī qua ptāte hec fa-
ceret: ipse interrogat de ioānis baptis-
mate: et subiūgens parabolas hoīs q̄
filios suos in vineā mittit: et q̄ publi-
cani et meretrices in regno dei mul-
tos sacerdotū et scribarū sint p̄cessu-
ri: dicit parabolā de vinitoribus qui

interficiunt ad se missos. Capm.xxi.
A Et cum appropinquassent hie
mar.11.a. rosolymis: et venissent beth
Lu.19.c. phage ad montē oliueti: tunc
iesus misit duos discipulos: dicens
eis. Ite in castellū quod contra vos
est: et statim inuenietis asinā alliga
tam et pullū cū ea: soluite et adduci
te mihi. Et si quis vobis aliquid di
xerit: dicite quia dñs his opus habet
et cōfestim dimittet eos. Hoc autem
factū est: vt adimpleret qđ dictū est
esa.62.d. per ꝓphetā dicentē. Dicite filie sion.
Zac.9.b. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus
ioā.12.b. sedens sup asinā et pullū filium sub
iugalis. Euntes autem discipuli: fece
runt sicut precepit illis iesus. Et ad
duxerūt asinā et pullum: et imposue
runt sup eos vestimenta sua / et eum
desup sedere fecerūt. Plurima autē
turba strauerūt vestimēta sua ī via:
alij autē cedebāt ramos de arborib⁹
et sternebāt in via. Turbe aūt q̄ pre
cedebant et q̄ sequebant / clamabant
B dicētes. Osanna filio dauid: benedi
Ps.117.d. ctus qui venit in nomine dñi: osanna
mar.11.b. in altissimis. Et cū intrasset hieroso
Lu.19.g. lymā: commota est vniuersa ciuitas
dicens. Quis est hic? Populi autē di
cebant. Hic est iesus propheta a na
x.q.3.ca. zareth galilee. Et intrauit iesus in tē
ex multis. plū dei: et eijciebat oēs vendentes et
ementes in tēplo: et mensas nūmula
riorū et cathedras vendentiū colum
bas euertit / et dixit eis. Scriptū est.
Domus mea / domus orationis voca
esa.56.c. bit: vos autē fecistis illā speluncam
latronū. Et accesserunt ad eū ceci / et
Hie.7.b. claudi in tēplo: et sanauit eos. Vidē
tes autē principes sacerdotū et scri
be mirabilia que fecit / et pueros cla
mantes in tēplo et dicētes / osanna fi
lio dauid: indignati sunt / et dixerunt
ei. Audis quid isti dicunt? Iesus aūt
Ps.8.b. dixit eis. Vtiqȝ. Nunq̄ legistis. quia
ex ore infantiū et lactentiū perfeci
mar.11.b. sti laudem? Et relictis illis / abijt fo
ras extra ciuitatē in bethaniā / ibiqȝ
mansit. Mane aūt reuertēs in ciuita
tem esurijt. Et vidēs fici arborē vnā
secus viā / venit ad eam: et nihil inue
nit in ea nisi folia tm: et ait illi. Nūq̄
ex te fruct⁹ nascatur in sempiternū.
mar.11.c. Et arefacta est continuo ficulnea. Et
vidētes discipuli / mirati sunt dicen
tes. Quomodo continuo aruit? Rñ
C dens aūt iesus / ait eis. Amē dico vo
bis / si habueritis fidē et nō hesitaue

ritis / nō solū de ficulnea facietis: sed
et si mōti huic dixeritis / tolle et iacta
te in mare / fiet. Et oīa quecūqȝ petie 3.7.a.
ritis in orōne credentes accipietis.
Et cū venisset in tēplum: accesserunt mar.11.b.
ad eū docētem principes sacerdotū / Lu.20.a.
et seniores populi: dicentes. In qua
potestate hec facis? et quis tibi dedit
hāc potestatē? Respondēs aūt iesus
dixit eis. Interrogabo vos: et ego
vnū sermonē / quē si dixeritis mihi /
et ego vobis dicam in qua potestate
hec facio. Baptismus iohānis vnde
erat: e celo / an ex hoībus? At illi co
gitabāt inter se dicētes. Si dixerim⁹
e celo / dicet nobis. Quare ergo non
credidistis illi? Si autē dixerim⁹ ex
hoībus: timemus turbam. Oēs enim
habēt iohānē sicut ꝓphetam. Et re 3.14.a.
spondētes iesu dixerunt. Nescimus.
Ait illi / et ipse. Nec ego dico vobis /
in qua potestate hec facio. Quid au
tem vobis videtur? Homo quidā ha
bebat duos filios / et accedens ad pri
mum dixit. Fili vade hodie operari
in vineā meā. Ille autē respondens /
ait. Nolo. Postea autem penitentia
motus / abijt. Accedēs autē ad alte
rum / dixit similiter. At ille respon
dens: ait. Eo dñe. Et non iuit. Quis
ex duobus fecit voluntatem patris?
Dicunt ei. Primus. Dicit illis iesus.
Amen dico vobis / quia publicani et
meretrices precedunt vos in regno
dei. Venit enī ad vos iohānes in via
iustitie / et non credidistis ei. Publi
cani autem et meretrices crediderūt
ei / vos autē vidētes nec penitētiam
habuistis postea / vt crederetis ei.
Aliā parabolam audite. Homo erat D
paterfamilias qui plantauit vineā mar.12.a.
et sepem circumdedit ei / et fodit in ea Lu.20.b.
torcular / et edificauit turrim / et loca Esa.5.a.
uit eā agricolis / et peregre ꝓfectus Hie.2.d.
est. Cum aūt tēpus fructuum appro
pinquasset: misit seruos suos ad agri
colas / vt acciperent fructus eius. Et
agricole apprehēsis seruis eius: aliū
ceciderunt / alium occiderunt / alium
vero lapidauerunt. Iterū misit alios
seruos plures priorib⁹ / et fecerunt il
lis sīlr. Nouissime autē misit ad eos
filiū suū dicēs. Verebunt forte filiū
meū. Agricole autē vidētes filiū, di
xerunt intra se. Hic est heres: venite
occidamus eum: et habebimus here
ditatē eius. Et apprehensum eū / eie
cerūt extra vineā: et occiderūt. Cum

ergo venerit dñs vinee / quid faciet
agricolis illis? Aiũt illi. Malos ma-
le perdet: et vineā suam locabit aliis
agricolis / qui reddent ei fructū tem-
poribus suis. Dicit illis iesus. Nun-
Ps.117. q̃ legistis ĩ scripturis. Lapidē quem
Act.4.b. reprobauerunt edificātes: hic factus
Ro.9.g. est in caput anguli. A dño factum est
1.Pe.2.a. istud: et est mirabile in oculis nr̃is?
Ideo dico vobis / q2 auferet a vobis
regnū dei: et dabit genti facienti fru-
Esa.28.d. ctus eius. Et qui ceciderit super lapi-
dem istū confringet: super quem ve-
ro ceciderit / cõteret eū. Et cū audis-
sent principes sacerdotū et pharisei
parabolas eiꝰ / cognouerunt q̃ de ip-
sis diceret. Et querentes eum tenere
timuerunt turbas: quoniam sicut p-
phetam eum habebant.

¶ C.S. Parabola vbi inuitati contē-
nunt venire ad nuptias: de ĩscriptio-
ne et imagine cesaris: de muliere q̃
septē fratres habuit: tentatus a pha
riseis interrogat eos de christo cuiꝰ
filius esset. Capitulum.xxii.

A
Lu.14.d. Et respondens iesus / dixit iterū
Apo.19.a. in parabolis eis dicens. Simile
factum est regnum celorum homini
regi / qui fecit nuptias filio suo. Et mi-
sit seruos suos vocare inuitatos ad
nuptias: et nolebant venire. Iterum
misit alios seruos dicens. Dicite in-
uitatis. Ecce prandium meum para-
ui: tauri mei et altilia occisa sunt et
omnia parata: venite ad nuptias. Il-
li autē neglexerūt: et abierunt aliꝰ in
villā suam: alius vero ad negociatio-
nem suā. Reliqui vero tenuerunt ser-
uos eius: et contumeliis affectos oc-
ciderunt. Rex autē cū audisset ira-
tus est: et missis exercitibꝰ suis per-
didit homicidas illos: et ciuitate il-
lorū succendit. Tunc ait seruis suis.
Nuptie quidē parate sunt: sed qui in-
uitati erant / non fuerūt digni. Ite er-
go ad exitꝰ viarū: et quoscūq; inuene-
ritis / vocate ad nuptias. Et egressi
serui eius in vias / cōgregauerūt om-
B nes quos inuenerunt malos et bonos
et implete sunt nuptie discūbentiū.
Intrauit autē rex vt videret discum-
bētes: et vidit ibi hoiem non vestitū
veste nuptiali: et ait illi. Amice quo-
modo huc intrasti non habens vestē
nuptialē? At ille obmutuit. Tunc di-
xit rex ministris. Ligatis manibus
et pedibꝰ eiꝰ: mittite eū in tenebras
exteriores: ibi erit fletus et stridor dē-
tium. Multi enim sunt vocati: pauci Mar.12.
vero electi. Tūc abeuntes pharisei / b.et.c.
consiliū inierunt vt caperent eum in Lu.20.d.
sermone. Et mittunt ei discipulos su-
os cum herodianis dicentes. Magi-
ster scimus q̃a verax es / et viā dei in
veritate doces: et non est tibi cura de
aliquo: nō eñ respicis personam ho-
minū: dic ergo nobis q̃d tibi videtur /
licet cēsum dare cesari / an nō? Cogni- C
ta aūt iesus nequitia eorū / ait. Quid
me tētatis hypocrite? ostendite mihi
numisma census. At illi obtulerunt
ei denarium. Et ait illis iesus. Cuius
est imago hec / et superscriptio? Dicunt Ro.13.c.
ei. Cesaris. Tunc ait illis. Reddite er-
go que sunt cesaris cesari: et que sunt
dei deo. Et audiētes mirati sūt: et re- Mar.12.b.
licto eo abierūt. In illo die accesserūt Lu.20.d.
ad eū sadducei qui dicūt non esse re- Act.23.b
surrectionē: et interrogauerūt eū di- Deu.25.b.
centes. Magister / moyses dixit. Si
quis mortuus fuerit non habens fi-
liū / vt ducat frater eiꝰ vxorē illius: et
suscitet semē fratri suo. Erant autem
apud nos septē frēs: et primus vxo-
re ducta defunctꝰ est. Et nō hñs semē
reliq̃t vxorē suā fratri suo. Similiter
scđs et tertius vsq; ad septimū. No-
uissime autē oīm / et mulier defuncta
est. In resurrectione ergo cuius erit
de septē vxor? oēs eñ habuerunt eā.
Respondens autē iesus ait illis. Er-
ratis nesciētes scripturas: neq; virtu-
tem dei. In resurrectione enim neq;
nubent / neq; nubentur: sed erunt sicut
angeli dei in celo. De resurrectione
autē mortuorū non legistis q̃d dictū
est a deo dicēte vobis. Ego sum deus
abraam et deꝰ isaac: et deꝰ iacob. Nō Exo.3.b.
est deꝰ mortuorum: sed viuentium. Et
audiētes turbe mirabant de doctri-
na eius. Pharisei autē audientes q̃
silentiū imposuisset sadduceis / cōue- D
nerunt in vnum: et interrogauit eū Mar.12.c.
vnus ex eis legis doctor tētans eum. Luc.12.c.
Magister / quod est mandatum ma-
gnum in lege? Ait illi iesus. Diliges
dñm deum tuum ex toto corde tuo / et Deu.6.a.
in tota anima tua: et in tota mente
tua. Hoc est maximū et primū man-
datum. Secundum autem simile est Le.19.d.
huic. Diliges proximum tuum sicut Mar.12.c.
teipsum. In his duobus mandatis
vniuersa lex pendet et prophete. Con Mar.12.d
gregatis autem phariseis: interro- Lu.20.d.
gauit eos Iesus / dicens. Quid vo-
bis videtur de christo? Cuius filius

est. Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quo=
modo ergo dauid in spiritu vocat eū
Ps.109.a. dn̄m dicēs: Dixit dn̄s dn̄o meo: sede
a dextris meis. Donec ponam inimi=
cos tuos: scabellū pedū tuorū. Si er=
go dauid vocat eū dn̄m: quomodo fi=
lius eius est? Et nemo poterat ei re=
spondere verbū: neq̄ ausus fuit q̄sq̄
ex illa die eū amplius interrogare.
¶C.S. Ad discipulos dixit: vt q̄ pha=
risei dicūt fiāt: sʒ q̄ faciūt nō fiant: in
crepat scribas ⁊ phariseos de ꝓsely=
to: de iuramento: de camelo: de calice
et cathino lauādo: et monumētis de
albatis: et monumētis ꝓphetaruʒ: et
aliis multis: hierl'ʒ hierl'ʒ. Cap. xxiii.

A Tunc iesus locutus est ad tur=
bas et ad discipulos suos di=
cens. Sup cathedrā moysi se=
derūt scribe et pharisei. Oia ergo q̄=
cumq̄ dixerint vobis seruare et faci=
te: scd'm opera vero eorū nolite face=
Lu.11.g. re: dicunt enim et nō faciūt. Alligāt
autē onera grauia et importabilia/ ⁊
imponunt in humeros hominū: digi=
to autem suo nolūt ea mouere. Oia ve
ro opera sua faciunt/ vt videātur ab
Ma.12.d. hoibus. Dilatāt eñ phylacteria sua
Luc.11.f. et magnificāt fimbrias. Amāt autem
et.20.g. primos recubitus i cenis/ et primas
cathedras i synagogis: et salutatio=
Jaco.3.a. nes in foro: et vocari ab hoibus rab=
bi. Vos autem nolite vocari rabbi.
B Vnus est eñ magister vester: oēs
aūt vos fratres estis. Et patrem noli=
te vocare vobis sup terram. Vnus est
enim pater vester qui i celis est. Nec
vocemini magistri: quia magister ve=
ster vnus est christus. Qui maior est
Lu.14.c. vestrum/ erit minister vester. Qui au
et.18.g. tem se exaltauerit/ humiliabitur: et q̄
se humiliauerit/ exaltabit. Ve autem
vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite: q̄a
clauditis regnum celorū ante homi=
nes. Vos eñ nō intratis: nec intro=
mar.12.d. euntes sinitis itrare. Ve vobis scri=
Lu.20.c. be et pharisei hypocrite: qui comedi=
tis domos viduarū/ orationes longas
orātes: propter hoc amplius accipie
tis iudiciū. Ve vobis scribe et phari=
sei hypocrite: quia circuitis mare
et aridam/ vt faciatis vnum proselу=
tum: et cum fuerit factus/ facitis eum
filium gehenne duplo q̄ vos. Ve vo=
bis duces ceci/ qui dicitis/ Quicūque
iurauerit per templū/ nihil est: q̄ au=
tem iurauerit in auro templi/ debi=
tor est. Stulti et ceci: quid enim ma=
ius est: aurū an templum quod san=
ctificat aurū? Et quicūq̄ iurauerit in
altari nihil est: quicūq̄ autē iurauē=
rit in dono quod est super illud/ de=
bet. Ceci, q̄d enim maius est: donum
an altare q̄d sanctificat donum? Qui
ergo iurat in altari: iurat in eo et in
oibus que sup illud sunt. Et quicūq̄
iurauerit in tēplo: iurat in illo et in
eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in C
celo: iurat in throno dei/ et in eo qui
sedet super eum. Ve vobis scribe et
pharisei hypocrite: quia decimatis Luce.11.f
mentā et anethū et cyminum: et reli
quistis q̄ grauiora sunt legis: iudici=
um/ et miam/ et fidē. Hec oportuit fa
cere: et illa nō omittere. Duces ceci/
excolētes culicē: camelum autem glu=
tientes. Ve vobis scribe et pharisei
hypocrite: quia mūdatis q̄d deforis
est calicis et paropsidis: intus autem
pleni estis rapina et imūdicia. Pha=
risee cece/ munda prius q̄d intus est
calicis et paropsidis: vt fiat et id q̄d
deforis est mundū. Ve vobis scribe
et pharisei hypocrite: q̄r similes estis
sepulchris dealbatis/ que a foris pa=
rent hoibus speciosa: intus vero ple=
na sunt ossibus mortuoꝝ/ ⁊ oi spurci=
tia. Sic et vos a foris quidem pare=
tis hoibus iusti: int⁹ autē pleni estis
hypocrisi et iniquitate. Ve vobis scri= D
be et pharisei hypocrite: quia edifica
tis sepulchra prophetarū/ et ornatis
monumēta iustorū: et dicitis. Si fuis=
semus in diebus patrū nostrorū, non
essemus socii eorū in sanguine ꝓphe
tarum. Itaq̄ testimonio estis vobis=
metipsis: q̄r filii estis eorū qui ꝓphe=
tas occiderūt. Et vos implete mensu
ram patrū vestrorū. Serpentes/ geni
mina viperarū: quomodo fugietis a
iudicio gehēne? Ideo dico vobis. Ec=
ce ego mitto ad vos ꝓphetas et sapi=
entes et scribas: et ex illis occidetis
et crucifigetis: et ex eis flagellabitis
in synagogis vestris: et persequemi=
ni de ciuitate in ciuitatem: vt veniat
sup vos ois sanguis iustus qui effu=
sus est sup terrā: a sanguine abel iu=
sti vsq̄ ad sanguinē zacharie filii ba= Gen.4.b.
rachie/ quē occidistis inter templum Heb.11.a.
et altare. Amen dico vobis: venient 2.Paral.
hec oia super generationē istā. Hie= 24.f.
rusalē hierusalē que occidis prophe= Luc.13.g.
tas/ ⁊ lapidas eos q̄ ad te missi sunt/
quoties volui cōgregare filios tuos 4.esd.1.c
quēadmodū gallina congregat pul=

los suos sub alas/ et noluisti? Ecce re
linquetur vobis domus vestra deser
ta. Dico enim vobis: non me videbitis
amodo donec dicatis. Benedict⁹ qui
venit in nomine domini.
¶ Cap. S. De structura templi: et si
gnis nouissimorum dierum: et diebus
breuiatis / de pseudo christi et pseu-
do prophetis: de aduentu saluatoris
et occasu elementorum. Cpm. xxiiii.
A  Et egressus ies⁹ de téplo ibat.
mar. 13. a.  Et accesserunt discipuli eius/
Luc. 21. b.  vt ostéderent ei edificationes
templi. Ipse autē respondēs dixit il-
Lu. 19. g.  lis. Uidetis hec oia? Amen dico vo-
bis: nō relinquet hic lapis sup lapi-
dem qui nō destruat. Sedēte autem
eo super montez oliueti: accesserunt
ad eū discipuli secreto dicentes. Dic
nobis quādo hec erūt: et quod signū
aduentus tui/ et consummationis se-
Eph. 5. b.  culi? Et rūdens iesus/ dixit eis. Ui-
Col. 2. d.  dete ne quis vos seducat. Multi enim
venient in noie meo dicētes ego sum
christus: et multos seducent. Audituri
enim estis prelia et opiniones pre-
liorū. Uidete ne turbemini. Oportet
enim hec fieri: sed nondū est finis. Cō-
surget enim gens cōtra gentē/ et regnū
cōtra regnū: et erūt pestilētie et fames
Joā. 15. c.  et terremotus per loca. Hec aūt om-
et. 16. a.  nia/ initia sunt dolorū. Tūc tradent
3. 10. c.  vos in tribulationē/ et occident vos:
et eritis odio oibus gentib⁹ propter
nomen meū. Et tunc scādalizabūtur
multi: et inuicē tradent: et odio habe
būt inuicem. Et multi pseudo ꝓphe-
te surgēt: et seducent multos. Et quo-
niā abundauit iniquitas: refrigescet
B  charitas multorū. Qui aūt perseue-
rauerit vsqꝫ in finem: hic saluus erit.
Et ꝑdicabitur hoc euāgelium regni
in vniuerso orbe in testimonium om
nibus gētibus. et tūc veniet consum-
mar. 13. b.  matio. Cū ergo videritis abomina-
Luc. 21. d.  tionem desolationis/ q̄ dicta est a da
Dañ. 9. g.  niele ꝓpheta stante in loco scō (q̄ le
git intelligat) tunc qui in iudea sunt
fugiant ad mōtes: et qui in tecto/ nō
descēdat tollere aliqd de domo sua:
et q̄ in agro/ nō reuertat tollere tuni
cam suam. Ue autem pregnantibus
et nutrientibus in illis diebus. Ora-
te autem/ vt non fiat fuga vestra in
hyeme/ vel sabbato. Erit enim tunc
tribulatio magna qualis non fuit ab
initio mundi vsqꝫ modo/ neqꝫ fiet. Et
nisi breuiati fuissent dies illi: nō fie-
ret salua oīs caro/ sed ꝓpter electos  mar. 13. c.
breuiabūtur dies illi. Tunc si qs vo-  Luc. 17. e.
bis dixerit/ ecce hic est christus: aut
illic/ nolite credere: surgent enim pseu
do christi/ et pseudo prophete/ et da-
bunt signa magna et prodigia: ita vt
in errorē inducantur (si fieri potest)
etiam electi. Ecce predixi vobis. Si
ergo dixerint vobis/ ecce in deserto
est/ nolite exire. ecce in penetralibus  C
nolite credere. Sicut enim fulgur exit
ab oriente et paret vsqꝫ in occidētem
ita erit et aduēt⁹ filii hominis. Ubi-
cūqꝫ fuerit corpus/ illic cōgregabun  mar. 13. c.
tur et aquile. Statim aūt post tribu-  Luc. 21. e.
lationem dierum illorū sol obscurabi-  eze. 32. b.
tur: et luna non dabit lumen suum: et  Esa. 13. b.
stelle cadent de celo/ et virtutes celo-  Joel. 3. c.
rum cōmouebunt/ et tunc parebit si-
gnum filii hois in celo: et tunc plan-  Apo. 1. b.
gent oēs tribus terre: et videbunt fi-
lium hois venientem in nubibus celi
cum virtute multa/ et maiestate. Et
mittet angelos suos cum tuba et vo-
ce magna: et cōgregabūt electos eius
a quatuor ventis/ a summis celorum
vsqꝫ ad terminos eorum. Ab arbore
autē fici discite parabolā. cum iā ra-
mus eius tener fuerit et folia nata/
scitis quia prope est estas: ita et vos
cum videritis hec oia/ scitote qꝫ pro-
pe est in ianuis. Amen dico vobis/
quia nō preteribit generatio hec do-
nec hec oia fiant. Celū et terra trans-
ibunt: verba aūt mea nō preteribūt.
De die aūt illa et hora nemo scit: neqꝫ  mar. 13. d.
angeli celorum/ nisi solus pater. Si-  D
cut autē in diebus noe: ita erit et ad-  Luc. 13. f.
uent⁹ filii hois. Sicut enim erant in
diebus ante diluuium comedētes et  gen. 7. b.
bibentes/ nubentes et nuptui traden
tes/ vsqꝫ ad eum diem quo intrauit
noe in arcam: et nō cognouerunt do-
nec venit diluuiū et tulit oēs/ ita erit
et aduētus filii hominis. Tunc duo
erunt in agro/ vnus assumet et vnus  Lu. 17. g.
relinquetur. Due molentes in mola:
vna assumetur/ et vna relinquetur.
Duo in lecto: vn⁹ assumetur/ et alter
relinquet. Uigilate ergo: qꝛ nescitis  mar. 13. d.
qua hora domin⁹ vester venturus sit.
Illud autē scitote qm̄ si sciret pater-  Luc. 12. e.
familias qua hora fur venturus esset
vigilaret vtiqꝫ et non sineret perfodi
domum suam. Ideo et vos estote pa-
rati/ quia nescit qua hora filius ho-
minis venturus est. Quis putas est  Luc. 12. e.
fidelis seruus et prudens quem con-

stituit dñs suus super familiã suam
vt det illis cibum in tempore? Bea-
tus ille seruus / quem cum venerit
dominus eius inuenerit sic facientẽ.
Jo.16.c. Amen dico vobis / quoniã super oĩa
bona sua constituet eum. Si autẽ di-
xerit malus seruus ille in corde suo.
Morã facit dñs meus venire: et ce-
perit percutere cõseruos suos: mandu-
cet aũt et bibat cum ebriosis: veniet
dñs serui illius in die qua non sperat
et hora qua ignorat et diuidet eum /
partẽq; eius ponet cum hypocritis:
illic erit fletus ꝛ stridor dentium.

¶ Ca.Sũ. De decem virginibus: de
talẽtis: de ouib⁹ a dextris et hedis a
sinistris: de operibus eorũ. Cap.xxv.

A TUnc simile erit regnũ celorum
decem virginibus: q̃ accipiẽtes
lãpades suas / exierũt obuiam spon-
so et sponse. Quinq; autem ex eis e-
rant fatue et quinq; prudentes: sed
quinq; fatue acceptis lampadibus
nõ sumpserũt oleum secũ: prudẽtes
vero acceperunt oleum in vasis suis
cum lampadibus. Moram autem fa-
ciente sponso: dormitauerunt oẽs et
dormierunt. Media autem nocte cla-
mor factus est: ecce sponsus venit /
exite obuiã ei. Tunc surrexerunt om-
nes virgines ille: ꝛ ornauerunt lam-
pades suas. Fatue aũt sapientibus
dixerunt. Date nobis de oleo vestro
qꝛ lãpades nostre extinguuntur. Re-
sponderunt prudentes dicentes. Ne
forte non sufficiat nobis ꝛ vobis / ite
potius ad vẽdentes et emite vobis.
Dum aũt irent emere / venit spõsus
et que parate erant / intrauerunt cũ
eo ad nuptias: et clausa est ianua.
Nouissime vo veniũt et relique vir-
gines dicentes. Dñe dñe / aperi no-
bis. At ille respõdens / ait. Amen di-
co vobis: nescio vos. Uigilate itaq;
B quia nescitis diem neq; horã. Sicut
Lu.19.b. eñi homo peregre proficiscens voca-
uit seruos suos / et tradidit illis bo-
na sua. Et vni dedit quinq; talenta /
alii aũt duo / alii vo vnum: vnicuiq;
ſm propriam virtutem: ꝛ profectus
est statim. Abiit autem qui quinq; ta-
lenta acceperat: et operat⁹ est in eis
et lucratus est alia quinq;. Similiter
et qui duo acceperat / lucratus est a-
lia duo. Qui autẽ vnum acceperat:
abiens fodit in terram: et abscondit
pecuniam domini sui. Post multum
vero tẽporis venit dñs seruorũ illorũ:
et posuit rationem cum eis. Et acce-
dens qui quinq; talenta acceperat /
obtulit alia q̃nq; talẽta dicens. Dñe
quinq; talenta tradidisti mihi: ecce
alia quinq; superlucratus sum. Ait il-
li dominus eius. Euge serue bone et
fidelis: qꝛ super pauca fuisti fidelis
super multa te constituam / intra in
gaudium dñi tui. Accessit autẽ et qui
duo talenta acceperat / et ait. Domi-
ne duo talenta tradidisti mihi: ecce
alia duo lucratus sum. Ait illi domi-
nus eius. Euge serue bone et fidelis
qꝛ sup pauca fuisti fidelis: sup mul-
ta te constituã: intra in gaudiũ dñi
tui. Accedẽs autem et qui vnum ta-
lentũ acceperat / ait. Dñe / scio qꝛ ho- C
mo durus es: metis vbi non semina-
sti: ꝛ cõgregas vbi nõ sparsisti: et ti-
mens / abii ꝛ abscondi talentũ tuum
in terra: ecce habes qđ tuum est. Re-
spondens aũt dñs eius / dixit ei. Ser-
ue male et piger / sciebas quia meto
vbi non semino / et congrego vbi non
sparsi: oportuit ergo te committere
pecuniam meam nũmulariis / et ve-
niens ego recepissem vtiq; qđ meum
est cum vsura. Tollite itaq; ab eo ta-
lentũ / et date ei qui habet decem ta-
lenta. Omni enim habenti dabitur ꝛ S.13.b.
abundabit: ei aũt qui nõ habet et qđ mar.4.c.
videtur habere auferet ab eo. Et in- Lu.8.c.ꝛ
utilẽ seruum eiicite in tenebras exte- 19.d.
riores: illic erit fletus et stridor den-
tium. Cum autem venerit filius hoĩs
in maiestate sua et omnes angeli cũ
eo: tũc sedebit super sedem maiesta-
tis sue: ꝛ cõgregabunt ante eum om-
nes gentes: et separabit eos ab inui-
cem sicut pastor segregat oues ab
hedis: et statuet oues quidem a de-
xtris suis: hedos autem a sinistris.
Tũc dicet rex his qui a dextris eius
erunt. Uenite benedicti patris mei:
possidete paratũ vobis regnũ a con-
stitutione mũdi. Esuriui eñi: et dedi-
stis mihi manducare. Sitiui: ꝛ dedi- Esa.58.b.
stis mihi bibere. Hospes erã: ꝛ colle- Ez.18.b.
gistis me. Nudus: et operuistis me.
Infirmus: ꝛ visitastis me. In carce- D
re eram: et venistis ad me. Tunc re- Eccli.7.d.
spondebunt ei iusti / dicentes. Dñe /
quando te vidimus esurientem / et
pauimus: sitientem / et dedimus tibi
potum? quando aũt te vidimus ho-
spitem et collegimus te: aut nudum
et cooperuimus te? aut quando te
vidimus infirmum aut in carcere / ꝛ

venimus ad te? Et respondens rex
dicet illis. Amē dico vobis: q̄diu fe-
cistis vni de his fratribus meis mi-
nimis/mihi fecistis. Tūc dicet rex et
his q̄ a sinistris erūt. Discedite a me
L.7.d. maledicti in ignem eternum: qui pa-
Lu.13.f. ratus est diabolo et angelis ei⁹. Esu-
riui enim: et nō dedistis mihi mādu-
care. Sitiui: et non dedistis mihi po-
tum. Hospes eram: et nō collegistis
me. Nudus: et nō operuistis me. In
firmus/et in carcere erā: et nō visita-
stis me. Tunc rn̄debūt ei et ipsi dicē-
tes. Dñe/quando te vidimus esuriē-
tem/aut sitientem/aut hospitem/aut
nudum/aut infirmū/aut in carcere ꝛ
non ministrauimus tibi? Tunc respō
debit illis dicens. Amen dico vobis:
Joā.5.e. q̄diu non fecistis vni de minoribus
his: nec mihi fecistis. Et ibunt hi in
supplicium eternum: iusti autem in
vitam eternam.

¶C.S. De iudeorum consilio: de cō-
prehendendo iesum: de muliere que
vnguēto perfudit iesum: iudas pre-
mium petit: vt tradat iesum: cenans
de iuda traditore suo ad discipulos
loquitur: oblatio eius: petro dixit q
ter abnegaturus eum esset: oratiōes
iesu ad patrem: iudas iesum in oscu-
lo tradit: et petrus auriculam seruo
abscidit: iesus falsis testibus condē-
natur/et illuditur: petrus tertio ab-
negat/et lachrymatur. Capm̄.xxvi.

A
Mr.14.a. ET factum est cum cōsummas-
Lu.22.a. set iesus sermones hos omnes/
dixit discipulis suis. Scitis q̄a
post biduum pascha fiet/et filius ho-
minis tradet̄ vt crucifigat̄. Tunc cō-
gregati sunt principes sacerdotum
et seniores ppl'i in atrium principis
sacerdotum qui dicebat̄ caiphas: et
consiliū fecerunt vt iesum dolo tene-
rent/et occiderēt. Dicebant aūt. Nō
in die festo: ne forte tumultus fieret
Joā.12.a. in pp'lo. Cum autem iesus esset in be-
Mr.14.a. thania in domo simonis leprosi: ac-
cessit ad eum mulier habens alaba-
strū vnguēti preciosi: et effudit super
caput ipsius recumbentis. Videntes
autem discipuli: indignati sunt dicē-
tes. Ut quid pditio hec? Potuit enim
istud venundari multo: et dari pau-
peribus. Sciēs autem iesus/ait illis.
Quid molesti estis huic mulieri? op⁹
enī bonū operata est in me. Nā semp
pauperes habetis vobiscum: me autem
nō semp habebitis. Mittens enī hec
vnguentū hoc in corp⁹ meū: ad sepe-
liendum me fecit. Amen dico vobis/
vbicūq predicatū fuerit hoc euāge-
liū in toto mūdo: dicet̄ et qđ hec fecit
in memoriā eius. Tunc abijt vnus de B
duodecim qui dicitur iudas scarioth Mr.14.b.
ad principes sacerdotum: et ait illis. Lu.22.a.
Quid vultis mihi dare: et ego vobis
eū tradā? At illi cōstituerūt ei trigin-
ta argēteos. Et exinde q̄rebat oppor-
tunitatē vt eū traderet. Prima autem Mr.14.b.
die azymoꝝ accesserūt discipuli ad ie- Lu.22.a.
sum dicentes. Ubi vis paremus tibi
comedere pascha? At iesus dixit. Ite
in ciuitatē ad quēdā: et dicite ei. Ma
gister dicit. Tempus meū prope est: ꝛ
apud te facio pascha cum discipulis
meis. Et fecerunt discipuli sicut con-
stituit illis iesus: et parauerunt pa-
scha. Uespere autē facto discūbebat Mr.14.b.
cū duodecim discipulis suis. Et edē- luc.22.b.
tibus illis/dixit. Amē dico vobis: q̄a ioā.13.b.
vnus vestrū me traditur⁹ est. Et con
tristati valde: ceperūt singuli dicere.
Nunqđ ego sum dñe? At ipse respon-
dens ait. Qui intingit mecū manum
in paropside: hic me tradet. Fili⁹ qui-
dē hoīs vadit/sicut scriptū est de il-
lo: ve autē homini illi p quem fili⁹ ho- Ps.40.c.
minis tradet̄: bonū erat ei si nat⁹ nō
fuisset homo ille. Respondens autem C
iudas qui tradidit eum/dixit. Nun-
quid ego sum rabbi? Ait illi. Tu dixi-
sti. Cenātibus aūt eis/accepit iesus 1.co.11.e.
panem ꝛ benedixit ac fregit: deditq̄
discipulis suis/et ait. Accipite et co-
medite: hoc est corpus meum. Et acci-
piens calicē gratias egit: et dedit il-
lis dicens. Bibite ex hoc omnes: hic
est enim sanguis meus noui testa-
menti: qui pro multis effundetur in
remissionem peccatorum. Dico au-
tem vobis: nō bibam amodo de hoc
genimine vitis vsque in diem illum/
cum illud bibam vobiscum nouum
in regno patris mei. Et hymno di-
cto: exierūt in montem oliueti. Tunc Mr.14.c.
dicit illis iesus. Omnes vos scanda- luc.22.d.
lū patiemini in me: in ista nocte. Scri- ioā.18.a.
ptum est enim. Percutiam pastorem ioā.16.g.
et dispergentur oues gregis. Postq̄ Zac.13.c.
autē resurrexero: precedā vos in ga- Mr.14.c.
lileā. Respondens aūt petrus/ait il- et.16.b.
li. Et si omnes scandalizati fuerint in D
te: ego nunq̄ scandalizabor. Ait illi Mr.14.c.
iesus. Amen dico tibi q̄ in hac no- luc.22.c.
cte anteq̄ gallus cantet: ter me ne- ioā.13.d.
gabis. Ait illi petrus. Etiam si opor-

tuerit me mori tecum nõ te negabo.
Similiter et oẽs discipuli dixerũt. Tũc
Mr.14.d. venit ies⁹ cũ illis in villã que dicitur
Lu.22.d. gethsemani / et dixit discipulis suis.
Sedete huc donec vadã illuc et orẽ.
Et assumpto petro et duob⁹ filiis zes
bedei cepit contristari et mestus esse.
Tũc ait illis. Tristis est anima mea
vsq; ad mortẽ / sustinete hic ⁊ vigila-
te mecũ. Et progressus pusillũ / pci-
dit in faciẽ suã orans et dicens. Pa-
ter mi / si possibile est transeat a me
calix iste: verũtñ non sicut ego volo /
sed sicut tu vis. Et venit ad discipu-
los suos et inuenit eos dormiẽtes: et
dicit petro. Sic nõ potuistis vna ho-
ra vigilare mecũ? Uigilate et orate
vt non intretis in tentationẽ. Spũs
quidẽ promptus est: caro autẽ infir-
ma. Iterum secũdo abiit ⁊ orauit di-
cens. Pater mi / si non potest hic ca-
lix transire nisi bibã illũ: fiat volun-
tas tua. Et venit iterũ et inuenit eos
dormiẽtes. Erãt enim oculi eorũ gra-
uati. Et relictis illis / iterum abiit et
orauit tertio eũdem sermonẽ dicẽs.
Tunc venit ad discipulos suos et di-
cit illis. Dormite iã ⁊ requiescite / ec-
ce appropinquabit hora et filius ho-
minis tradetur in manus peccatorũ.
E Surgite eam⁹ / ecce appropinquabit
Mar.14.e qui me tradet. Adhuc eo loquente /
Luc.22.e. ecce iudas vnus de duodecim venit
Jo.18.a. et cũ eo turba multa cum gladiis et
fustibus / missi a principib⁹ sacerdo-
tũ et senioribus ppli. Qui aũt tradi-
dit eũ / dedit illis signũ dicens. Quẽ-
cũq; osculatus fuero / ipse est: tenete
eũ. Et cõfestim accedẽs ad iesum di-
xit. Aue rabbi. Et osculatus est eum.
Dixitq; illi ies⁹. Amice ad qd veni-
sti? Tunc accesserũt et manus inie-
23.q.8.c. cerũt in iesum ⁊ tenuerũt eũ. Et ecce
2.et.14. vnus ex his qui erãt cum iesu exten-
q.1.c.si pe dens manũ / exemit gladiũ suum: et
trus. percutiẽs seruũ principis sacerdotũ
Gen.9.a. amputauit auriculã ei⁹. Tunc ait il-
Apo.13.c. li iesus. Cõuerte gladiũ tuũ in locum
suũ: oẽs enim qui acceperint gladium
gladio peribũt. An putas qr nõ pos-
sum rogare patrẽ meum: ⁊ exhibebit
mihi modo plus q̃ duodecim legio-
nes angelorũ? Quomõ ergo imple-
buntur scripture qr sic oportet fieri?
Esa.53.c. In illa hora dixit iesus turbis. Tan-
q̃ ad latronẽ existis cum gladiis et
F fustibus comprehendere me. Quoti-
die apud vos sedebã docens in tem-
plo: ⁊ nõ me tenuistis. Hoc aũt totũ
factum est vt adimplerent scripture
prophetarum. Tunc discipuli oẽs re- Zac.4.d.
licto eo / fugerũt. At illi tenentes ie- Mar.14.f
sum / duxerunt ad caipham princi- Luc.22.f.
pem sacerdotum / vbi scribe et senio- Joã.18.c.
res cõuenerant. Petrus autẽ seque-
batur eum a lõge vsq; in atriũ prin-
cipis sacerdotũ. Et ingressus intro /
sedebat cũ ministris: vt videret finẽ.
Principes sacerdotum et oẽ conci-
lium querebãt falsũ testimoniũ cõ-
tra iesum / vt eũ morti traderẽt: ⁊ nõ
inuenerũt / cũ multi falsi testes acces-
sissent. Nouissime autẽ venerũt duo
falsi testes: et dixerũt. Hic dixit. Pos- Joã.2.d.
sum destruere tẽplum dei: et post tri-
duum reedificare illud. Et surgens
princeps sacerdotũ / ait illi. Nihil re-
spondes ad ea q̃ isti aduersum te te-
stificant? Jesus aũt tacebat. Et prin-
ceps sacerdotũ ait illi. Adiuro te p
deum viuum vt dicas nobis si tu es
christus fili⁹ dei. Dixit illi iesus. Tu
dixisti: verũtamen dico vobis / amo-
do videbitis filium hoīs sedentem a
dextris virtutis dei et venientem in
nubibus celi. Tunc princeps sacer-
dotum scidit vestimẽta sua / dicens.
Blasphemauit: quid adhuc egemus G
testibus? ecce nunc audistis blasphe-
miam: quid vobis videtur? At illi re- Esa.50.c.
spondentes / dixerunt. Reus est mor-
tis. Tunc expuerunt in faciẽ eius: ⁊
colaphis eũ ceciderunt: alii aũt pal-
mas in faciẽ ei⁹ dederunt / dicentes.
Prophetiza nobis christe q̃s est qui
te percussit? Petrus vero sedebat fo- Mr.14.g.
ris in atrio: et accessit ad eũ vna an- Luc.22.f.
cilla dicẽs. et tu cũ iesu galileo eras. Jo.18.c.
At ille negauit coram oĩbus dicens. Mr.14.g.
Nescio qd dicis. Exeũte autẽ illo ia- Lu.22.f.g.
nuam / vidit eum alia ancilla: et ait Jo.18.c.
his qui erãt ibi. Et hic erat cum iesu
nazareno. Et iterũ negauit cũ iura-
mẽto qr non noui hoiem. Et post pu-
sillum accesserũt qui stabant ⁊ dixe-
runt petro. Uere et tu ex illis es: nã
et loquela tua manifestum te facit.
Tunc cepit detestari ⁊ iurare qr non
nouisset hoiem. Et continuo gallus
cantauit. Et recordatus est petrus
verbi iesu qui dixerat illi. Prius q̃
gallus cantet / ter me negabis. Et e-
gressus foras fleuit amare.
¶ Cap. S. Jesus pilato tradit: iudas
laqueo se suspendit: de agro figuli:
iudiciũ pilati: ⁊ de barraba latrone:

de chlamyde coccinea: de corona: de
harundine: de genuflexione ⁊ illusio
ne dicentiū/aue rex iudeorū: et exputi
tione in eū. ⁊c. Simonis angariatio-
ne vt crucē tolleret: de felleo humore
⁊ crucifixione eius: de vestimentis: de
scripto rex iudeoꝝ. de crucifixione la-
tronum: de blasphemiis: de tenebris
factis: de dñi clamore ⁊ morte/⁊ aliis
que contingebant in morte: de sepul-
tura domini: et de custodia circa se-
pulchrum. Cap. xxvii.

A Mane autē facto consilium inie-
mar.15.a runt omnes principes sacerdo
Lu.23.a. tum et seniores populi aduersus Je-
Joā.18.c. sum/vt eum morti traderent. Et vin-
ctum adduxerunt eum et tradide-
runt pontio Pilato presidi. Tunc vi-
dens Judas qui eū tradidit φ dāna-
tus esset: penitentia ductus / retulit
triginta argēteos principibus sacer-
dotū ⁊ seniorib⁹/dicēs. Peccaui tra-
dēs sanguinē iustū. At illi dixerunt.
Quid ad nos? tu videris. Et proie-
ctis argenteis in templo/recessit: et
Act.1.c. abiēs laqueo se suspēdit. Principes
autē sacerdotū acceptis argēteis/di-
xerunt. Non licet eos mittere in cor-
banā: qꝛ precium sanguinis est. Con-
silio autē inito/emerunt ex illis agrū
figuli in sepulturā peregrinoꝝ. Pro-
pter hoc vocatus est ager ille achel-
demach: hoc est ager sanguinis/vsq
in hodiernū diē. Tunc impletum est
qđ dictū est per Hieremiā prophetā
Zach.11.c dicentem. Et acceperunt triginta ar-
genteos preciū appreciati quem ap-
preciauerūt a filiis israel: ⁊ dederunt
eos in agrū figuli sicut constituit mi-
B hi dñs. Jesus autem stetit ante presi-
mar.15.a dem: et interrogauit eum preses/di-
Lu.23.a. cens. Tu es rex iudeoꝝ? Dixit illi Je
Joā.18.f. sus. Tu dicis. Et cum accusaretur a
principibus sacerdotum ⁊ seniorib⁹
nihil respondit. Tunc dicit illi Pila-
tus. Non audis quanta aduersum te
dicunt testimonia? Et non respondit
ei ad vllum verbum: ita vt miraretur
preses vehemēter. Per diem autē so-
lennem cōsueuerat preses populo di-
mittere vnum vinctū quē voluissent:
habebat autē tunc vinctum insignē/
qui dicebat Barrabas. Congregatis
ergo illis/dixit Pilatus. Quē vultis
dimittā vobis: Barrabam/an Jesum
qui dicitur Christus? Sciebat enī φ
per inuidiā tradidissent eū. Sedente
autem illo ꝓ tribunali/misit ad eum
vxor eius/dicens. Nihil tibi et iusto
illi: multa enī passa sum hodie per vi-
sum propter eum. Principes autē sa
cerdotū ⁊ seniores persuaserūt ꝑplo
vt peterēt Barrabā/Jesum vero ꝑde
rent. Respondens autē preses/ait il-
lis. Quē vultis vobis de duobus di- C
mitti? At illi dixerunt. Barrabā. Di- mar.15.b
cit illis Pilatus. Quid igitur faciam Lu.23.b.
de Jesu q̄ dicit̄ Christ⁹? Dicūt oēs. Jo.18.g.
Crucifigatur. Ait illis preses. Quid ⁊.19.c.
enim mali fecit? At illi magis clama
bant/dicentes. Crucifigatur. Uidēs
autē Pilat⁹ qꝛ nihil ꝓficeret sed ma-
gis tumultus fieret: accepta aqua la-
uit manus coram populo/dicēs. In-
nocens ego sum a sanguine iusti hu-
ius/vos videritis. Et respondēs vni-
uersus populus/dixit. Sanguis eius
super nos: ⁊ sup filios nostros. Tunc
dimisit illis Barrabā: Jesum autē fla
gellatum tradidit eis vt crucifigere
tur. Tunc milites presidis suscipien- mar.15.b
tes Jesum in pretorio/cōgregauerūt Joā.19.a
ad eum vniuersam cohortē: ⁊ exuen-
tes eū/chlamydē coccineā circunde- D
derunt ei: ⁊ plectentes coronā de spi-
nis/posuerūt super caput ei⁹: ⁊ arun-
dinem in dextera eius: et genu flexo
ante eū/illudebant ei dicentes. Aue
rex Judeoꝝ. Et expuētes in eum/ac-
ceperunt arundinē/⁊ percutiebāt ca
put eius. Et postφ̄ illuserunt ei/exue
runt eum chlamyde: et induerunt
eum vestimētis eius: ⁊ duxerunt eum
vt crucifigerēt. Exeūtes autē/inuene mar.15.b
runt hominē Cyreneū noīe Simonē Lu.23.d.
hunc angariauerunt vt tolleret cru-
cem eius. Et venerunt in locū qui di- mar.15.b
citur golgotha: quod est caluarie lo- Lu.23.d.
cus. Et dederunt ei vinū bibere cum Joā.19.d
felle mixtū. Et cum gustasset: noluit
bibere. Postφ̄ autē crucifixerunt eū: mar.15.b
diuiserūt vestimenta eius sortē mit- Lu.23.e.
tentes: ☞ vt impleret̄ qđ dictū est ꝑ Joā.19.d.
prophetam dicētem. Diuiserunt sibi Ps.21.c.
vestimenta mea: ⁊ super vestē meam
miserunt sortem. Et sedentes serua
bant eū. Et imposuerūt super caput
eius causam ipsi⁹ scriptā. Hic est Je-
sus rex Judeoꝝ. Tunc crucifixi sunt
cum eo duo latrones: vnus a dextris:
⁊ vnus a sinistris. Pretereuntes au- E
tem blasphemabant eum: mouentes Joā.2.d.
capita sua et dicentes. Uah qui de-
struis templum dei ⁊ in triduo illud
reedificas: salua temetipsum. Si fili⁹
dei es: descende de cruce. Similiter ⁊

principes sacerdotū illudentes cum
scribis ⁊ senioribus dicebant. Alios
saluos fecit: seipsum non potest sal-
uum facere. Si rex Israel est/ descen
dat nunc de cruce ⁊ credim⁹ ei. Con
fidit in deo: liberet nunc eum si vult.
dixit eñi/ Quia fili⁹ dei sum. Idipsum
autem ⁊ latrones qui crucifixi erant
cum eo/ improperabāt ei. A sexta au-
tem hora tenebre facte sunt sup vni-
uersam terrā vsq ad horam nonā. Et
circa horā nonā clamauit Jesus voce
magna/ dicens. Eli/ eli lamma azab-
Fo.21.a. thani: Hoc est. Deus me⁹ deus me⁹:
F vt quid dereliquisti me: Quidā autē
illic stātes ⁊ audiētes dicebant. Eliā
vocat iste. Et continuo currens vnus
ex eis/ acceptā spongiā impleuit ace-
to/ ⁊ imposuit arūdini/ ⁊ dabat ei bi-
bere. Ceteri vero dicebāt. Sine/ videa
mus: an veniat Elias liberans eum.
Jesus autē iterum clamans voce ma
gna/ emisit spiritum. Et ecce velū tē-
pli scissum est in duas partes/ a sum-
mo vsq deorsum: et terra mota est/ et
petre scisse sunt/ ⁊ monumenta aper-
ta sunt/ ⁊ multa corpora sanctorum q
dormierant/ surrexerūt. Et exeuntes
de monumentis post resurrectionem
eius/ venerunt in sanctam ciuitatē/ ⁊
apparuerūt multis. Centurio autē ⁊
qui cum eo erant custodiētes Jesum
viso terremotu et his que fiebant ti-
muerunt valde/ dicentes. Uere filius
dei erat iste. Erant autē ibi mulieres
multe a longe q secute erāt Jesum a
galilea ministrantes ei: inter quas
erat maria magdalene/ ⁊ maria ia-
G cobi/ ⁊ ioseph mater/ et mater filiorū
mar.15.d zebedei. Cum autē sero factum esset/
Lu.23.g. venit quidam homo diues ab arima-
Jo.19.g. thia noīe Joseph/ qui et ipse discipu-
lus erat Jesu: hic accessit ad Pilatū/
⁊ petijt corpus Jesu. Tunc Pilatus
iussit reddi corpus. Et accepto cor-
pore/ Joseph inuoluit illud in sindo-
ne mūda: ⁊ posuit illud in monumē-
to suo nouo qđ exciderat in petra. Et
aduoluit saxū magnū ad ostium mo-
numēti/ ⁊ abijt. Erat autē ibi Maria
magdalene ⁊ altera maria/ sedentes
cōtra sepulchrū. Altera autē die que
est post parasceuē: conuenerunt prin
cipes sacerdotū ⁊ pharisei ad Pila-
tum dicentes. Dñe/ recordati sumus
q2 seductor ille dixit adhuc viuens/
post tres dies resurgam. Jube ergo
custodiri sepulchrū vsq in diem ter-
tiū: ne forte veniant discipuli ei⁹ ⁊ fu-
rentur eū/ ⁊ dicant plebi. Surrexit a
mortuis: et erit nouissimus error pe-
ior priore. Ait illis Pilat⁹. Habetis cu
stodiā. Ite/ custodite sicut scitis. Illi
autē abeūtes/ munierūt sepulchrū: si
gnātes lapidē cū custodib⁹.

¶ C.S. Resurrectio domini/ ⁊ quali-
ter apparuit post hec: de pecunia da-
ta custodibus: et mandatum de ba-
ptismate. Cap. xxviij.

Vespere autem sabbati q lucescit A
in prima sabbati: venit Maria mar.16.b
magdalene/ et altera Maria videre Joā.10.c.
sepulchrum. Et ecce terremotus fa-
ctus est magnus: angelus enim dñi
descēdit de celo: ⁊ accedēs/ reuoluit
lapidē: ⁊ sedebat sup eum. Erat autē
aspectus eius sicut fulgur/ et vesti-
mentū ei⁹ sicut nix. Pre timore autē
eius exterriti sunt custodes: et facti
sunt velut mortui. Respōdēs autē an
gel⁹/ dixit mulierib⁹. Nolite timere
vos: scio eñi q Jesum q crucifix⁹ est
queritis. Nō est hic: surrexit eñi sicut
dixit: venite et videte locū vbi posit⁹
erat dñs. Et cito euntes/ dicite disci- B
pulis eius quia surrexit: ⁊ ecce prece
det vos in galileā: ibi eum videbitis.
Ecce predixi vobis. Et exierunt cito
de monumēto cum timore et gaudio
magno currētes nunciare discipulis
eius. Et ecce Jesus occurrit illis/ di-
cens. Auete. Ille autē accesserunt et
tenuerunt pedes eius/ ⁊ adorauerūt
eū. Tūc ait illis Jesus. Nolite time- C
re: ite/ renūciate fratrib⁹ meis vt eant
in galileā/ ibi me videbunt. Que cum
abijssent/ ecce quidam de custodibus
venerunt in ciuitatē: ⁊ nunciauerunt
principib⁹ sacerdotum oīa que facta
fuerant. Et cōgregati cū senioribus
cōsilio accepto/ pecuniam copiosam
dederunt militib⁹/ dicētes. Dicite/ q2
discipuli eius nocte venerunt ⁊ fura-
ti sunt eum nobis dormientib⁹. Et si
hoc auditū fuerit a preside/ nos sua-
debimus ei/ ⁊ securos vos faciemus.
At illi accepta pecunia/ fecerunt si-
cut erant edocti. Et diuulgatum est
verbū istud apud Judeos vsq in ho-
diernū diē. Undecim autē discipuli D
abierunt in galileam: in montem vbi
constituerat illis Jesus. Et videntes
eum/ adorauerunt: quidā autē dubi-
tauerunt. Et accedēs Jesus locutus mar.16.d
est eis/ dicens. Data est mihi oīs po-
testas in celo ⁊ in terra. Euntes ergo

docete omnes gẽtes baptizantes eos in noĩe patris et filii et spiritus sancti/docentes eos seruare oĩa quecũqꝫ mandaui vobis:ꝛ ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsqꝫ ad consummationem seculi.

¶ Euãgelij ꝭm Mattheũ finis.

¶ Prolog⁹ sancti Hieronymi in euãgelium ꝭm Marcum.

Marcus euangelista dei elect⁹ ꝛ Petri in baptismate filius: atqꝫ in diuino sermone discipulus sacerdotium in Israel agens/ ꝭm carnẽ leuita: ad fidẽ Christi ꝯuersus euangeliũ in Italia scripsit: ostẽdens in eo qd ꝛ generi suo deberet et Christo. Nam initiũ principij in voce prophetice exclamationis instituẽs ordinem leuitice electionis ostendit: vt predicãs predestinatum Joannẽ filiũ Zacharie in voce angeli annunciantis emissum: non solũ verbũ carnem factũ: sed ꝛ corp⁹ dñi in oĩa per verbũ diuine vocis animatum initio euangelice predicationis ostẽderet: vt qui hec legẽs sciret cui initiũ carnis in dño: ꝛ Jesu aduenientis habitaculum caro deberet agnoscere/atqꝫ in se verbũ vocis qđ in cõsonantibus perdiderat inueniret. Deniqꝫ cũ ꝑfecti euangelij opus intrasset: et a baptismo dñi predicare deum inchoãs non laborauit natiuitatẽ carnis quã in priorib⁹ viderat dicere: sed totus exprimens positionem, deserti numerum ieiunij/tẽtationẽ diaboli: cõgregationẽ bestiarũ ꝛ ministerium ꝑtulit angelorũ: vt instituens nos ad intelligendũ singula in breui compingens ne authoritatẽ facte rei demeret/ꝛ perficiẽdi oper⁹ plenitudinẽ nõ negaret. Deniqꝫ amputasse sibi post fidem pollicẽ dicit: vt sacerdotio reprob⁹ haberet: sed tñ consentiens fidei ꝑdestinata potuit electio: vt nec sic in ope verbi perderet qđ pri⁹ meruerat in genere. Nam Alexandrie ep̃s fuit. Cuius per singula opus fuit scire: et euãgelij in se dicta disponere ꝛ disciplinã legis in se agnoscere ꝛ diuinã in carne dñi intelligere naturã. Que in nos primum requiri oportet: dehinc inquisita volumus agnosci habentes mercedem exhortationis quoniam qui plantat et qui rigat/ vnum sunt: qui autem incrementum prestat/deus est.

¶ Explicit prologus.

¶ Sanctum Jesu Christi euangelium ꝭm Marcum.

¶ C. S. De sancto Joãne baptista et victu et habitu eiusdem: baptizatus Jesus et tentatus vicit predicans penitentiã: Petrum et ceteros sequi iubet: hominẽ ab immũdo spiritu eripuit: socrum Petri a febrib⁹ liberat: leprosum mundat. Cap. i.



Initium euãgelij Jesu Christi filij dei. Sicut A
scriptũ est in Esaia ꝓpheta. Ecce mitto an- Mat.3.a.
gelũ meũ ante faciem Lu.3.a.
tuã: q̃ preparabit viam Mat.3.a.
tuam ante te. Uox cla- Esa.40.a
mãtis i deserto: parate viã dñi: rectas Jo.i.c.
facite semitas ei⁹. Fuit Joãnes i deserto baptizãs: ꝛ predicãs baptismũ penitẽtie in remissionẽ peccatorũ. Et
egrediebat ad eũ oĩs Judea regio et Mat.3.A.
Hierosolymite vniuersi: ꝛ baptizabãtur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata sua. Et erat Joannes vestitus pilis cameli: ꝛ zona pellicea circa lumbos eius: et locustas et mel
syluestre edebat. Et predicabat: di- B
cens. Uenit fortior me post me: cui⁹ Mat.3.c.
non sum dignus procumbens solue- Lu.3.c.
re corrigiam calceamentorũ ei⁹. Ego Joã.i.d.
baptizaui vos aqua: ille vero baptizabit vos spiritu sancto. Et factũ est in
dieb⁹ illis venit Jesus a Nazareth ga Mat.3.d
lilee: ꝛ baptizat⁹ est a Joanne in ior- Lu.3.d.
iesus/ ait illis. Nonne ideo erratis/

non scientes scripturas neq3 virtutē dei? Cū eñ a mortuis resurrexerint neq3 nubent, neq3 nubentur: sed sunt si
C cut angeli dei i celis. De mortuis autem q resurgāt: non legistis in libro moysi, sup rubū quō dixerit illi deus
Exo.3.b. inquiens. Ego sum de⁹ abraā/ et de⁹ isaac/ ⁊ de⁹ iacob? Nō est deus mortuoꝝ: sed viuoꝝ. Uos ergo multum
mat.22.d. erratis. Et accessit vn⁹ de scribis qui
Luce.10. audierat illos conquirētes: ⁊ vidēs qm̄ bene illis respōderit/ interrogauit eum qd̄ esset pmū oim mandatum. Jesus aūt respōdit ei q2 pmū
deu.6.a. oim mandatū est. Audi israel. Dn̄s deus tuus: de⁹ vn⁹ est. Et diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua/ ⁊ ex tota mēte tua et ex
leui.16.d. tota virtute tua. Hoc est pmū man
mt.22.d. datū. Scdm autē simile est illi. Dili-
Ro.13.c. ges proximū tuū tāq3 teipsum. Ma-
gala.5.c. ius hoꝝ aliud mandatū non est. Et
iaco.2.b. ait illi scriba. Bene magister/ in veritate dixisti/ q2 vnus est deus/ et non est alius preter eum. Et vt diligatur ex toto corde, et ex toto intellectu/ et ex tota aīa/ et ex tota fortitudine/ et diligere proximū tanq3 seipsum: maius est oibus holocaustomatibus et sacrificiis. Jesus autem vidēs q sa-
D piēter respōdisset: dixit illi. Non es
mt.22.d. longe a regno dei. Et nemo iā aude-
Lu.20.g. bat eū interrogare. Et respōdens iesus dicebat: docens in tēplo. Quō di
ps.109.a. cunt scribe christū filiū esse dauid? Ipse eñ dauid dicit in spū scō. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos/ scabellū pedū tuoꝝ. Ipse ergo dauid dicit
mt.23.a. eū dn̄m: ⁊ vnde est filius ei⁹? Et mul
Luc.11.f. ta turba eū libēter audiuit. Et dice-
et.20.g. bat eis i doctrina sua. Cauete a scribis qui volūt in stolis ambulare/ et salutari i foro: et in pmis cathedris sedere in synagogis/ ⁊ pmos discubitus in cenis. q deuorant domos viduarū sub obtentu prolixe oratiōis/
Lu.21.a. hi accipient prolixius iudiciū. Et sedens iesus ꝯtra gazophylaciū aspiciebat quō turba iactaret es i gazophilaciū/ ⁊ multi diuites iactabant multa. Cum venisset aūt vidua vna pauper misit duo minuta/ qd̄ ē quadrans. Et conuocans discipulos suos/ ait illis. Amen dico vobis quoniam vidua hec pauper plus omnibus misit qui miserūt in gazophilatium. Omnes enim ex eo quod abūdabat illis miserunt: hec vero de penuria sua oia que habuit/ misit totū victum suum.

¶ C.S. De tēpli structura: de venturis ante diē iudicii: de passione martyꝝ: de abominatiōe ⁊ fuga ⁊ pgnātib⁹: de tribulationib⁹: abbreuiatio dierū: de pseudochristis ⁊ pseudo ꝓphetis: sol obtenebrat et luna non dabit splendorē suū: stelle erūt decidētes. ⁊c. de aduentu xp̄i parabola fic⁹: diē et horam nemo scit: vigilate ⁊ orate: nescitis tempus. Capitulum.xiii.

Et cū egrederet de tēplo: ait il A
li vnus ex discipulis suis. Ma mt.24.a.
gister aspice quales lapides Lu.21.b.
et quales structure: et respōdēs ies⁹/ ait illi. Uides has oēs magnas edi-
ficationes? Non relinquet lapis sup Lu.19.g.
lapidē qui nō destruat. Et cū sederet in monte oliuarū ꝯtra tēplū: interrogabāt eū separatim petr⁹ ⁊ iacob⁹ et iohānes et ādreas. Dic nob' qn̄ ista fient? et qd̄ signū erit qn̄ hec oia incipiēt ꝯsummari? Et rn̄dens iesus/ cepit dicere illis. Uidete ne qs vos seducat. multi eñ venient in noīe meo dicentes/ q2 ego sum: ⁊ multos seducēt. Cū audieritis aūt bella ⁊ opiniones belloꝝ: nō timueritis. oportet eñ
hec fieri: sed nōdū finis. Exurget eñ B
gens cōtra gētem et regnum sup regnū: ⁊ erunt terremotus p loca et fames. Initiū doloꝝ hec. Uidete autē vosmetipsos. Tradēt eñ vos in conciliis/ ⁊ in synagogis vapulabitis et ante psides et reges stabitis ꝓpter
me in testimoniū illis. Et in oēs gen mat.10.
tes pmum opꝫ pdicari euāgelium. Et cū duxerint vos tradentes/ nolite pcogitare qd loquamini: sed qd̄ datū vobis fuerit in illa hora id loqmini. nō enim vos estis loquentes: sed spūs sctūs. Tradet autem frater fratrē in mortē ⁊ pr̄ filiū: et ꝯsurgēt filii in parētes: et morte afficient eos. Et eritis odio oibus ꝓpter nomē meū.
Qui aūt sustinuerit in finē: hic salu⁹ mt.24.b.
erit. Cū aūt videritis abominationē Lu.21.d.
desolationis stantē vbi nō debet (qui dan.9.g.
legit/ intelligat) tunc qui in iudea sunt/ fugiant in montes. et qui super tectum: ne descēdat in domū/ nec introeat vt tollat quid de domo sua. et qui in agro erit: nō reuertatur retro tollere vestimētum suum. Ue autem pregnantibus et nutriētibus in illis
diebus. Orate vo vt hyeme nō fiant. C

Erūt enim dies illi tribulationis ta-
les quales non fuerūt ab initio crea-
ture quā cōdidit deus vsq̄ nūc neq̄
fient. Et nisi breuiasset dn̄s dies: non
fuisset salua oīs caro. sed ꝓpter ele-
ctos quos elegit/ breuiauit dies. Et
Matthei tūc si quis vobis dixerit. Ecce hic est
24.b. xp̄s/ ecce illic: ne credideritis. Exur-
lu.21.b.c. gent eñ pseudochristi: et pseudopro-
phete: et dabunt signa ꝛ portenta ad
seducendos/ si fieri potest/ etiam ele-
Eze.32.b. ctos. Vos ergo videte/ ecce predixi
esa.13.b. vobis oīa. Sed in illis dieb⁹ post tri-
Joel.3.c. bulationē illā sol cōtenebrabit: et lu-
na nō dabit splendorē suū: ꝛ stelle ce-
li erūt decidentes: ꝛ virtutes q̄ in ce-
lis sunt mouebūtur. Et tunc videbūt
filiū hoīs venientem in nubib⁹ cū vir-
tute multa et gloria. Et tunc mittet
angelos suos ꝛ congregabit electos
suos a quatuor ventis/ a summo ter-
re vsq̄ ad summū celi. A ficu autem
discite parabolā. Cū iā ramus eius
tener fuerit et nata fuerint folia: co-
gnoscitis q᷑ in ꝓximo sit estas. sic et
D vos cū videritis hec fieri: scitote q̄
in ꝓximo sit in ostiis. Amen dico vo-
bis q̄m nō trāsibit generatio hec do-
nec oīa ista fiant. Celū et terra trāsi-
bunt: verba aūt mea non transibūt.
De die autē illo vel hora nemo scit/
neq̄ angeli in celo/ neq̄ fili⁹/ nisi pa-
Matthei ter. Videte/ vigilate/ ꝛ orate: nescitis
24.b. enim quādo tp̄s sit. Sicut homo qui
peregre ꝓfectus reliquit domū suā:
et dedit seruis suis potestatē cuiusq̄
operis ꝛ ianitori precepit vt vigilet.
Vigilate ergo. nescitis enim q̄n dn̄s
domus veniat: sero/ an media nocte
an gallicātu an mane ne cū venerit
repēte inueniat vos dormiētes. Q̄d
aūt vobis dico/ oībus dico: vigilate.

¶ C.S. De vnguento effuso super ca-
put iesu. ꝓditio iude: cum discipulis
manducauit pascha: dicit vn⁹ vestrū
me tradet: de sacramēto corporis ꝛ san-
A guinis. ꝛc. et captio iesu. Cap̄m. xiiii.

Matthei Erat aūt pascha ꝛ azyma post
26.a. biduū: ꝛ querebant summi sa-
Lu.22.a. cerdotes et scribe quō eū dolo
tenerent et occiderent. Dicebāt aūt.
Mt.26.a. Nō in die festo: ne forte tumult⁹ fie-
ioā.12.a. ret in pplo. Et cum esset bethanie in
domo simonis leprosi/ ꝛ recumberet:
venit mulier habēs alabastrum vn-
guenti nardi spicati preciosi et fra-
cto alabastro effudit sup caput eius.
Erant autē quidam indigne ferētes
intra semetipsos et dicētes. Vt quid
perditio ista vnguēti facta est? Po-
terat eñ vnguentū istud venundari
plus q̄ trecentis denariis ꝛ dari pau-
peribus. Et fremebāt in eam. Jesus
autē dixit. Sinite eā. quid illi mole-
sti estis? Bonū opus operata est in
me: semꝑ eñ pauperes habebitis vo-
biscum/ ꝛ cū volueritis potestis illis
benefacere: me aūt nō semꝑ habebi-
tis. Quod habuit/ hec fecit: preuenit
vngere corpus meum in sepulturā.
Amen dico vobis vbicunq̄ predica-
tum fuerit euangelium istud in vni-
uerso mūdo: et qđ fecit hec narrabit
in memoriā eius. Et iudas scariotes B
vnus de duodecim abiit ad summos Mt.26.b.
sacerdotes vt proderet eū illis. Qui Lu.22.a.
audiētes gauisi sunt: et promiserunt
ei pecuniam se daturos. Et querebat
quō illum opportune traderet. Et p̄-
mo die azymorū quando pascha im-
molabāt/ dicunt ei discipuli. Quo vis Matthei
eamus et paremus tibi vt māduces 26.b.
pascha? Et mittit duos ex discipu- Lu.22.a.
lis suis/ ꝛ dicit eis. Jte in ciuitatem:
et occurret vobis homo lagenā aque
baiulans/ sequimini eum: et quocūq̄
introierit/ dicite dn̄o domus/ q᷑ ma-
gister dicit. Vbi est refectio mea: vbi
pascha cum discipulis meis mandu-
cem? Et ipse vobis demonstrabit ce-
naculū grande stratū: et illic parate
nobis. Et abierūt discipuli eius ꝛ ve-
nerunt in ciuitatē: et inuenerūt sicut
dixerat illis: et parauerunt pascha.
Vespere autē facto/ venit cū duode- Matthei
cim. Et discūbētibus eis ꝛ māducan- 26.b.
tibus/ ait iesus. Amen dico vobis: q᷑ Lu.22.b.
vnus ex vobis tradet me qui man- Jo.13.c.
ducat mecū. At illi ceperūt cōtrista-
ri et dicere ei singulatim. Nunquid
ego? Qui ait illis. Vn⁹ ex duodecim
qui intingit mecū manū i catino. Et C
filius quidē hominis vadit sicut scri-
ptum est de eo: ve aūt hoi illi p quem Ps.40.c.
filius hoīs tradetur: bonū erat ei: si
nō esset natus homo ille. Et mandu-
cantibus illis/ accepit iesus panem
et benedicens fregit et dedit eis/ et
ait. Sumite/ hoc est corpus meum. 1.co.11.e.
Et accepto calice gratias agens de-
dit eis: ꝛ biberūt ex illo oēs. Et ait il-
lis. Hic est sanguis meus noui testa-
menti q̄ pro multis effundet. Amen
dico vobis q̄ iā non bibā de genimi-
ne vitis vsq̄ i diē illū cū illud bibam
nouū in regno dei. Et hymno dicto/

mat.16.c exierunt in montẽ oliuarũ. Et ait eis
Lu.22.d. Jesus. Oẽs scãdalizabimini in me in
Jo.18.a. nocte ista: quia scriptũ est. Percutiam
Zac.13.c. pastorẽ: et dispergent oues. Sed postquam
Jo.16.g. resurrexero: precedã vos in galilea.
Petrus autẽ ait illi. Et si omnes scãda
lizati fuerint: sed non ego. Et ait illi
Jesus. Amen dico tibi: quia tu hodie
in nocte hac priusquam gallus vocẽ bis
dederit: ter me es negaturus. At ille
D amplius loquebatur. Et si oportuerit
me simul cõmori tibi/ non te negabo.
mar.16.d Similiter autẽ et oẽs dicebãt. Et veniũt
Lu.22.d. in predium cui nomen gethsemani: et
ait discipulis suis. Sedete hic donec
orem. Et assumpsit Petrũ et Jacobũ
et Johãnẽ secũ: et cepit pauere et tede
re. Et ait illis. Tristis est aĩa mea vsque
ad mortẽ: sustinete hic et vigilate. Et
cum processisset paululũ/ procidit su
per terram/ et orabat vt si fieri posset
trãsiret ab eo hora/ et dixit. Abba pa
ter/ oĩa tibi possibilia sunt: transfer
calicẽ hunc a me: sed nõ quod ego volo
sed quod tu. Et venit/ et inuenit eos dor
mientes. Et ait Petro. Simon dor
mis: nõ potuisti vna hora vigilare.
Vigilate et orate vt non intretis in tẽ
tationẽ. Spũs quidẽ promptus est: ca
ro vero infirma. Et iterũ abiens ora
uit eundẽ sermonẽ/ dicens. Et reuer
sus/ denuo inuenit eos dormientes:
erant enim oculi eorũ grauati/ et igno
E rabant quid responderẽt ei. Et venit
tertio et ait illis. Dormite iam et requie
scite/ sufficit: venit hora/ ecce filius ho
minis tradetur in manus peccatorum.
mat.16.e Surgite/ eamus: ecce qui me tradet
Lu.22.e. prope est. Et adhuc eo loquente: ve
Jo.18.a. nit Judas scariotes vnus de duodecim/
et cũ eo turba multa cum gladiis et li
gnis missi a summis sacerdotibus et scri
bis et senioribus. Dederat autẽ tradi
tor eis signum/ dicens. Quemcunque
osculatus fuero/ ipse est: tenete eum/
et ducite caute. Et cum venisset: sta
tim accedens ad eum/ ait. Rabbi. Et
osculatus est eũ. At illi manus inice
runt in Jesum/ et tenuerunt eũ. Unus
autẽ quidã de circunstãtibus educẽs
gladiũ percussit seruum summi sacer
dotis: et amputauit illi auriculã. Et re
spõdẽs Jesus ait illis. Tanquam ad la
tronẽ existis cũ gladiis et lignis com
prehendere me? Quotidie erã apud
vos in templo docẽs: et non me tenui
Zach. 4.d stis. Sed vt impleantur scripture. Tunc
discipuli eius relinquentes eũ/ oẽs fu

gerũt. Adolescens autẽ quidã seque
batur eum amictus sindone super nudo:
et tenuerunt eũ. At ille reiecta sindo
ne nudus profugit ab eis. Et adduxe F
runt Jesum ad summũ sacerdotẽ: et mat.16.f
conuenerunt oẽs sacerdotes et scribe Lu.22.f.
et seniores. Petrus autẽ a longe secu Jo.18.c.
tus est eũ vsque intro in atriũ summi
sacerdotis: et sedebat cũ ministris ad
ignẽ/ et calefaciebat se. Sũmi vero sa
cerdotes et omne concilium querebãt ad
uersus Jesum testimoniũ vt eũ mor
ti traderent/ nec inueniebant. Multi
autẽ testimoniũ falsum dicebant ad
uersus eum/ et cõuenientia testimonia
non erant. Et quidã surgẽtes: falsum Joh.2.d.
testimoniũ ferebant aduersus eũ/ di
centes. Quoniam nos audiuimus eũ dicẽ
tem. Ego dissoluã tẽplum hoc manu
factũ: et post triduũ aliud non manu
factũ edificabo. Et nõ erat cõueniẽs
testimonium illorum. Et exurgẽs sum
mus sacerdos in medium/ interroga
uit Jesum dicẽs. Non rñdes quicquam ad
ea que tibi obiiciuntur ab his? Ille autem
tacebat et nihil rñdit. Rursum sum
mus sacerdos interrogabat eũ/ et di
xit ei. Tu es Christus filius dei bñdicti?
Jesus autẽ dixit illi. Ego sum: et vide
bitis filiũ hoĩs sedẽtẽ a dextris virtu
tis dei et venientẽ cũ nubibus celi. Sum G
mus autẽ sacerdos scindens vestimẽ
ta sua/ ait. Quid adhuc desideramus
testes? Audistis blasphemiã: quid vo
bis videtur? Qui oẽs cõdemnauerunt
eũ esse reũ mortis. Et ceperũt quidã
conspuere eũ et velare faciẽ eius: et co
laphis eum cedere et dicere ei. Pro
phetiza. Et ministri alapis eum cede
bãt. Et cũ esset Petrus in atrio deor mat.16.g
sum/ venit vna ex ancillis summi sa Lu.22.f.
cerdotis: et cũ vidisset Petrũ calefa Jo.18.c.
cientẽ se/ aspiciẽs illũ ait. Et tu cum
Jesu nazareno eras. At ille negauit/
dicẽs. Neque scio/ neque noui quid dicas. mat.16.g
Et exiit foras ante atrium: et gallus Lu.22.f.g
cãtauit. Rursus autẽ cũ vidisset illũ Jo.18.c.
ancilla: cepit dicere circunstantibus.
Quia hic ex illis est. At ille iterũ nega
uit. Et post pusillũ rursum qui asta
bant/ dicebãt Petro. Vere ex illis es:
nã et galileus es. Ille autẽ cepit ana
thematizare et iurare/ Quia nescio ho
minẽ istũ quẽ dicitis. Et statim gal
lus iterũ cantauit. Et recordatus est
Petrus verbi quod dixerat ei Jesus.
Priusquam gallus cantet bis: ter me ne
gabis. Et cepit flere.

¶C.S. Vinctū Jesum duxerūt ad pi
latum: ⁊ illusio / ⁊ crucifixio / et mors
et sepultura iesu christi. Capl'm.xv.
A
mat.27.a Et cōfestim mane cōsiliū faciē
Lu.22.a. tes sūmi sacerdotes cū senio-
ribus ⁊ scribis ⁊ vniuerso con
Jo.18.e. cilio / vinciētes iesum duxerūt et tra-
mat.27.b diderūt pilato. Et īterrogauit eū pi-
Lu.23.a. latus. Tu es rex iudeorū? At ille re-
Joā.18.f. spondens / ait illi. Tu dicis. Et accu-
sabant eū summi sacerdotes in mul-
tis. Pilatus autē rursum interroga-
uit eū dicens. Nō respondes quicq̄?
vide in quātis te accusant. Jesus au-
tem amplius nihil respondit: ita vt
miraret pilatus. Per diē aūt festum
solebat dimittere illis vnū ex vinctis
quēcūq̄ petissent. Erat autē qui dice
batur barrabas / q̄ cuȝ seditiosis erat
vinctꝰ: qui in seditione fecerat homi-
cidiū. Et cum ascendisset turba cepit
rogare sicut semp faciebat illis. Pi-
latus aūt respondit eis et dixit. Vul-
tis dimittā vobis regē iudeorū? Scie-
bat eñi q̄ p inuidiā tradidissent eum
summi sacerdotes. Pontifices autē
concitauerūt turbā / vt magis barra-
B bam dimitteret eis. Pilatus aūt ite-
rum respondēs / ait illis. Quid ergo
mat.27.c vultis faciā regi iudeorū? At illi ite-
Lu.23.b. rum clamauerūt. Crucifige eū. Pila-
Jo.18.g. tus vero dicebat illis. Quid eñi mali
19.c. fecit. At illi magis clamabāt. Cruci-
15 fige eū. Pilatus autē volens pp'lo sa
tisfacere / dimisit illis barrabā: ⁊ tra-
didit iesum flagellis cesum vt cruci-
figeret. Milites aūt duxerunt euȝ in
mat.27.c atriū pretorij: et cōuocant totā cohor
Jo.19.a. tem: et induunt eū purpura: et impo
nunt ei plectentes spineā coronā. Et
ceperunt salutare eū. Aue rex iudeo-
rum. Et percutiebāt caput eius arūdi-
ne: et cōspuebāt eū: ⁊ ponētes genua
adorabāt eum. Et postq̄ illuserūt ei /
exuerūt illum purpura / et induerunt
eū vestimentis suis: et educūt illū vt
crucifigerent eum. Et angariauerūt
mat.27.d pretereūtem quēpiā simonē cyreneū
Lu.23.d. venientē de villa / patrē alexandri et
ruffi: vt tolleret crucē eiꝰ. Et pducunt
mat.27.d illū in golgotha locū q̄d est interpre-
Lu.23.d. tatum caluarie locus. Et dabant ei bi
Jo.19.d. bere myrrhatum vinū: et nō accepit.
Et crucifigentes eū diuiserunt vesti-
mat.27.d mēta eiꝰ: mittētes sortē sup eis quis
Lu.23.c. quid tolleret. Erat aūt hora tertia: et
Jo.19.d. crucifixerunt eū. Et erat titulus cau-
C se eiꝰ inscriptus / Rex iudeorū. Et cū

eo crucifigūt duos latrones: vnum a
dextris et aliū a sinistris eiꝰ. Et im-
pleta est scriptura q̄ dicit. Et cū ini- esa.53.d.
quis reputatus est. Et pretereuntes
blasphemabant eū mouentes capita
sua ⁊ dicētes. Vah qui destruis tem- Jo.2.d.
plū dei et in tribus diebꝰ reedificas:
saluū fac temetipsm descēdēs de cru-
ce. Similiter et summi sacerdotes illu-
dētes ad alterutrum cū scribis dice-
bant. Alios saluos fecit: seipsum non
pōt saluū facere. Christus rex israel
descēdat nunc de cruce vt videamꝰ ⁊
credamꝰ. Et qui cū eo crucifixi erāt /
cōuitiabātur ei. Et facta hora sexta /
tenebre facte sunt per totā terrā vsq̄
in horam nonā. Et hora nona excla-
mauit iesus voce magna dicēs. Eloi ps.21.a.
eloi lamma azabthani? quod est inter-
pretatum. Deus meus deus meus vt
quid dereliquisti me? Et quidā de cir
cunstantibꝰ audientes dicebāt. Ecce
eliā vocat. Currēs aūt vnꝰ et implēs
spongiā aceto circūponēsq̄ calamo
potū dabat ei / dicens. Sinite: videa-
mus si veniat elias ad deponendum
eum. Jesus autē emissa voce magna D
expirauit. Et velum templi scissum
est in duo / a summo vsque deorsum.
Vidēs aūt centurio q̄ ex aduerso sta-
bat q2 sic clamās expirasset ait. Ve-
re hic homo filiꝰ dei erat. Erāt aūt et
mulieres de longe aspicientes: inter
quas erat maria magdalene et ma-
ria iacobi minoris ⁊ ioseph mater et
salome: ⁊ cū esset in galilea sequebā-
tur eū et ministrabāt ei: ⁊ alie multe
que simul cū eo ascēderant hierosoly
mā. Et cū iā sero esset factū (q2 erat mt.27.g.
parasceue quod est ante sabbatū) ve Lu.23.g.
nit ioseph ab arimathia nobilis de- Jo.19.g.
curio / qui et ipse erat expectās regnū
dei. Et audacter introiuit ad pilatū ⁊
et petijt corpꝰ iesu. Pilatꝰ autē mira-
batur si iam obijsset. Et accersito cen
turione / interrogauit eū si iam mor-
tuus esset. Et cū cognouisset a centu-
riōe / donauit corpus ioseph. Joseph
autē mercatus sindonē / ⁊ deponens
eum inuoluit sindone: et posuit eū in
monumēto quod erat excisum de pe-
tra: et aduoluit lapidē ad ostiū mo-
numēti. Maria magdalene et maria
ioseph aspiciebant vbi poneretur.
¶C.S. Resurrectio et ostensio eiꝰ: et
q̄ predicare iubet euāgeliū. Cap.xvi. A
Et cū transisset sabbatū: maria
magdalene ⁊ maria iacobi ⁊ sa- Lu.4.a.

lome emerũt aromata: vt venientes
Jo.20.a. vngerent iesum. Et valde mane vna
2 sabbatoꝝ veniũt ad monumẽtũ: orto
3 iam sole. Et dicebãt ad inuicẽ. Quis
reuoluet nobis lapidem ab ostio mo
numẽti? Et respiciẽtes / viderunt re-
4 uolutum lapidẽ. Erat quippe magnꝰ
B 5 valde. Et introeuntes in monumẽtũ
mat.28.a viderunt iuuenẽ sedẽtem in dextris /
Jo.20.c. coopertũ stola candida: ⁊ obstupue-
6 runt. Qui dicit illis. Nolite expaue-
scere. Jesum queritis nazarenũ cru-
cifixũ: surrexit / nõ est hic. ecce locus
7 vbi posuerũt eũ. Sed ite / dicite disci-
pulis eiꝰ et petro: qꝛ precedet vos in
galileã. ibi eum videbitis / sicut dixit
mat.27.c vobis. At ille exeuntes / fugerunt de
S.14.c. 8 monumẽto: inuaserat eñ eas tremor
et pauor: ⁊ nemini q̃cq̃ dixerũt. time-
C 9 bãt eñ. Surgẽs autẽ iesꝰ mane prima
sabbati / apparuit primo marie ma-
gdalene: de qua eiecerat septẽ demo
10 nia. Illa vadens / nunciauit his q̃ cũ
eo fuerãt / lugentibꝰ et flentibꝰ. Et illi
audiẽtes qꝛ viueret et visus esset ab
Lu.24.b ea: nõ crediderũt. Post hec aũt duo-
bus ex his ambulantibꝰ ostensus est
in alia effigie / euntibꝰ in villã: et illi
euntes nũciauerũt ceteris: nec illis
mat.28.d crediderũt. Nouissime aũt recũben-
Lu.24.f. tibus illis vndecim apparuit / et ex-
Jo.20.e. probrauit incredulitatẽ illoꝝ et du-
ritiã cordis: qꝛ his qui viderãt eũ re-
D surrexisse non crediderunt. Et dixit
mat.28.d eis. Euntes in mũdũ vniuersũ / pre-
dicate euangelium oĩ creature. Qui
crediderit et baptizatꝰ fuerit / saluus
erit: qui vo nõ crediderit / condemna
bitur. Signa aũt eos q̃ crediderint /
hec sequẽtur. In noĩe meo demonia
eiicient: linguis loquẽtur nouis: ser-
pentes tollẽt. Et si mortiferum quid
biberint / non eis nocebit. Sup egros
manus imponent: ⁊ bene habebunt.
Lu.24.g Et dñs quidem iesus postq̃ locutus
est eis / assumptꝰ est in celum: ⁊ sedet
a dextris dei. Illi autẽ ꝓfecti / predi-
cauerũt vbiq3: dño cooperante et ser-
monẽ ꝯfirmante / sequentibꝰ signis.

¶ Euangelij secundum Marcum finis.

¶ Prefatio beati Hieronymi presbyteri in euangelium sm Lucam.

Lucas syrus / natione antiochensis / arte medicꝰ / discipulus apostoloꝝ: postea paulum secutus vsq3 ad consummationem eius seruiens domino sine crimine. Nam neq3 vxorem vnq̃ habẽs neq3 filios: septuaginta et quatuor annorum obiit in bithynia plenꝰ spiritu sancto. Qui cum iam scripta essent euangelia: per mattheum quidẽ in iudea: per marcum autẽ in italia: sancto instigante spũ in achaie partibus hoc scripsit euãgelium: significãs etiam ipse in principio ante suũ alia esse descripta. Cui extra ea que ordo euangelice dispositionis exposcit: ea maxime necessitas laboris fuit vt primũ grecis fidelibꝰ oĩ ꝓphetatione vẽturi in carnem dei xp̄i manifestata humanitate: ne iudaicis fabulis attenti: in solo legis desiderio tenerẽtur: vel ne hereticis fabulis et stultis solicitationibꝰ seducti: exciderent a veritate: elaborare: dehinc vt in principio euangelii iohãnis natiuitate presumpta: cui euangelium scriberet: et in quo electꝰ scriberet indicaret: contestans in se completa esse que essent ab aliis inchoata. Cui ideo post baptismum filii dei a perfectione generatiõis in xp̄o implete: et repetẽde a principio natiuitatis humane potestas permissa est: vt requirentibus demõstraret in quo apprehẽdẽs erat per nathan filium dauid introitu recurrẽtis in deum generationis admisso: inseparabilis dei: vt predicãs hoĩbus xp̄m suum: perfecti opus hoĩs redire in se p filiũ faceret qui per dauid patrez venientibus iter prebebat in xp̄o. Cui luce non immerito etiã scribẽdorum actuũ apostoloꝝ potestas in ministerio datur: vt deo in deum pleno et filio perditiõis extincto: et oratione ab aplĩs facta: sorte dñice electiõis numerus cõpleretur. Sicq3 paulus consummationẽ apostolicis actibꝰ daret: quẽ diu contra stimulum recalcitrantem dominus elegisset. Qđ ⁊ legentibus ac requirentibus deum: etsi per singula expediri a nobis vtile fuerat: sciens tamen q̃ operantem agricolam oporteat primum de fructibus suis edere: vitauimus publicam curiositatem: ne non tam volentibus deum demõstrasse videremur: q̃ fastidientibus prodidisse.

¶ Prefatio explicit.

¶ Proemiū btī Luce ī euāgeliū suū.

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationē que in nobis complete sunt rerum sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis: visum est ⁊ mihi assecuto omnia a principio diligenter ex ordine tibi scribere optime theophile/vt cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es veritatem.

¶ Sanctum Jesu Christi euangelium ƀm Lucam.

¶ C. S. Cōmēdatio Zacharie ⁊ Elizabeth. Angelꝰ ait Zacharie: exaudita est oratio tua: ⁊ Elizabeth pariet tibi filiū: vocabꝭ nomē eiꝰ Johānē: Zacharias nō credēs Gabrieli obmutuit: elizabeth post hec cōcepit: ⁊ occultabat se mēsibꝰ quinqꝫ: in mēse sexto missus est angelꝰ ad virginē Mariā/⁊ dixit ei. Aue gratia plena. ⁊c. Maria cōcepto saluatore: exurgēs abijt in montana ⁊ salutauit Elizabeth: ⁊ dixit Elizabeth. Benedicta tu. ⁊c. Et ait Maria. Magnificat aīa. ⁊c. Elizabeth peperit filiū: ⁊ octauo die circūcidit: Zacharias loquelā recuperat ⁊ ꝓphetat
A dicēs. Bñdictꝰ dñs deꝰ. Cap. I.

Fuit in diebꝰ Herodis regis Judee/sacerdos quidā noīe Zacharias de vice abia: et vxor illiꝰ de filiabꝰ Aaron/et nomē eius Elizabeth. Erant autē iusti ambo ante deū: incedētes in oībꝰ mādatꝭ et iustificationibꝰ dñi sine querela: ⁊ nō erat illis filiꝰ/eo ꝙ esset Elizabeth sterilis/⁊ ambo ꝓcessissent in diebꝰ suis. Factū est autē cū sacerdotio fungeretꝭ Zacharias in ordine vicis sue ante deū: ƀm ꝯsuetudinē sacerdotii sorte
Leui.10,d
exijt vt incensum poneret ingressꝰ in templū dñi: ⁊ oīs multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autē illi angelus dñi: stans a dextris altaris incēsi. Et Zacharias turbatus est videns: ⁊ timor irruit super eum. Ait autē ad illum angelus. Ne timeas Zacharia: qm̄ exaudita est deprecatio tua: ⁊ vxor tua Elizabeth pariet tibi filium/⁊ vocabis nomen eius Johānē/⁊ erit gaudiū tibi
B
⁊ exultatio/⁊ multi in natiuitate eiꝰ gaudebunt. Erit enī magnus coram dño: vinū ⁊ siceram nō bibet: ⁊ spiritu sancto replebiꝭ adhuc ex vtero matrꝭ sue: ⁊ multos filioꝝ Israel cōuertet ad dñm deū ipsoꝝ. ⁊ ipse precedet …131.d.
ante illū in spiritu ⁊ virtute Elie/vt Mal.3.a.
conuertat corda patrū in filios ⁊ in= Mal.4.b
credulos ad prudentiam iustorū parare dño plebē perfectā. Et dixit Zacharias ad angelū. Unde hoc sciam? ego enim sum senex: ⁊ vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus/dixit ei. Ego sum Gabriel q̄ asto ante deum: ⁊ missus sum loq̄ ad te ⁊ hec tibi euāgelizare. Et ecce eris tacēs ⁊ non poteris loqui vsqꝫ in diē quo hec fiant/pro eo ꝙ nō credidisti verbis meis q̄ implebunꝭ in tēpore suo. Et erat plebs expectans Zachariam: ⁊ mirabantur ꝙ tardaret ipse in templo. Egressus autē nō poterat loqui ad illos: et cognouerunt ꝙ visionē vidisset in templo. Et ipse erat C
innuēs illis: ⁊ permansit mutus. Et factū est: vt impleti sunt dies officij eius/abijt in domū suam. Post hos autē dies cōcepit Elizabeth vxor eiꝰ: ⁊ occultabat se mēsibꝰ quinqꝫ dicens. Quia sic fecit mihi dñs in diebus quibus respexit auferre opprobriū meū inter homines. In mense autē sexto missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatē Galilee cui nomē Nazareth ad virginem desponsatā viro cui nomē erat Joseph de domo Dauid: ⁊ nomē virginis Maria. Et ingressus angelꝰ ad eam/dixit. Aue gratia plena dñs tecū: benedicta tu in mulieribꝰ. Que cum audisset: turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enī gratiā apud deū. Ecce concipies in vtero et Esa.7.c.
paries filiū/⁊ vocabis nomē eius Je= J.1.c.
sum. Hic erit magnꝰ/⁊ filiꝰ altissimi vocabiꝭ/⁊ dabit illi dñs deꝰ sedē Dauid patris eiꝰ/⁊ regnabit in domo Ja= Dan.7.
cob in eternū/⁊ regni eius nō erit fi= d.g.
nis. Dixit autē Maria ad angelum. Mic.4.c
Quomodo fiet istud qm̄ virū non co= D
gnosco? Et respondens angelus dixit ei. Spiritꝰ sanctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ ⁊ qđ nasceꝭ ex te sanctū: vocabitur filius dei. Et ecce Elizabeth cognata tua: ⁊ ipsa concepit filiū in senectute sua. Et hic mēsis est sextus illi que vocaꝭ sterilis: q2 nō erit impossibile apud deū omne verbum. Dixit

aũt maria. Ecce ancilla dñi: fiat mi-
hi secũdũ verbuz tuũ. Et discessit ab
illa angelus. Exurgēs aũt maria in
diebus illis/abiit in montana cũ fe-
stinatione in ciuitatē iuda: et intra-
uit in domũ zacharie: ⁊ salutauit eli
zabeth. Et factũ est: vt audiuit salu-
tationem marie elizabeth: exultauit
infans in vtero eiꝰ: ⁊ repleta est spi-
ritu sācto elizabeth: ⁊ exclamauit vo
ce magna et dixit. Bñdicta tu inter
mulieres: ⁊ benedictus fructus ven
E tris tui. Et vnde hoc mihi: vt veniat
mater dñi mei ad me? Ecce enī vt fa
cta est vox salutationis tue in auri-
bus meis: exultauit ī gaudio īfans
in vtero meo: ⁊ beata que credidisti:
quoniā perficient ea q̄ dicta sunt ti-
bi a dño. Et ait maria. Magnificat
aīa mea dñm. Et exultauit spiritus
meus: in deo salutari meo. Quia re-
spexit humilitatem ancille sue: ecce
enim ex hoc beatā me dicent oēs ge-
nerationes. Qui fecit mihi magna q̄
potēs est: ⁊ sanctũ nomē eiꝰ. Et mise
ricordia eius a progenie in proge-
nies timentibus eũ. Fecit potentiaz
in brachio suo: dispersit superbos mē
te cordis sui. Deposuit potentes de
sede: ⁊ exaltauit humiles. Esuriētes
impleuit bonis: ⁊ diuites dimisit in-
esa. 41.b. anes. Suscepit israel puerũ suũ me-
esa. 50.d. morari mie sue. Sicut locutus est ad
54.b. patres nostros: abraā ⁊ semini eius
hie. 31.a d in secula. Mansit autē maria cũ illa
ps. 131.c. quasi mēsibus tribꝰ: ⁊ reuersa est in
gen. 22.c. domũ suā. Elizabeth autē īpletũ est
F tēpus pariendi: ⁊ peperit filium. Et
audierũt vicini ⁊ cognati eius quia
magnificauit dñs misericordiā suaz
cũ illa: ⁊ cōgratulabant ei. Et factũ
est: in die octauo venerunt circũcide
re puerũ: ⁊ vocabant eũ nomine pa-
tris sui zachariā. Et respondēs ma-
ter eius dixit. Nequaq̄: sed vocabit
iohānes. Et dixerũt ad illaz: quia ne
mo est in cognatione tua q̄ vocetur
hoc nomie. Innuebāt aũt patri eius
quē vellet vocari eum. Et postulans
pugillarē scripsit: dicēs. Johānes est
nomē eius. Et mirati sunt vniuersi.
Apertũ est aũt ilico os eiꝰ et lingua
eius: ⁊ loquebatur benedicens deũ.
Et factus est timor sup oēs vicinos
eoꝝ: ⁊ sup oīa montana iudee diuul-
gabant oīa vba hec: ⁊ posuerũt oēs
qui audierũt in corde suo dicentes.
Quis putas puer iste erit? Etenim
manus dñi erat cũ illo. Et zachari-
as pater eiꝰ repletꝰ est spũ sctō: ⁊ ꝓ-
phetauit dicēs. Bñdictus dñs deus
israel: qr visitauit ⁊ fecit redēptionē
plebꝭ sue. Et erexit cornu salutis no-
G bis: in domo dauid pueri sui. Sicut
locutꝰ est per os sanctoꝝ: q̄ a seculo ps. 73.e.
sunt prophetarũ eius. Salutē ex ini- 131.d.
micis nostris: ⁊ de manu oim̄ q̄ ode- hie. 23.a.
runt nos. Ad faciendā miam cũ pa- 30.b.
tribꝰ nostris: ⁊ memorari testamēti
sui scti. Jusiurandum qđ iurauit ad hier. 31. f.
abraā patrē nostrũ: daturū se nobis. gen. 22.c.
Ut sine timore de manu inimicoꝝ
nostroꝝ liberati seruiamus illi. In
sanctitate et iustitia corā ipso: oībus
diebus nostris. Et tu puer propheta
altissimi vocaberis: preibis enī an-
te faciē dñi parare vias eiꝰ. Ad dan-
dam sciētiā salutis plebi eius: in re-
missionē peccatoꝝ eoꝝ. Per viscera
misericordie dei nostri: in quibꝰ visi- mala. 9.a
tauit nos oriens ex alto. Illumina- zach. 3.d.
re his q̄ in tenebris ⁊ in vmbra mor-
tis sedent: ad dirigendos pedes no-
stros in viā pacis. Puer aũt cresce-
bat ⁊ cōfortabat spũ/ ⁊ erat in desertꝭ
vsq; in diē ostensionis sue ad israel.
¶ C.S. Edictũ augusti vt describe-
ret orbis: maria peperit filiũ suũ pri
mogenitũ: āgelus natiuitatē xpi pa
storibꝰ nũciauit: ⁊ pastores dicebāt
adinuicē trāseamꝰ vsq; ad bethleē: ie
sus circũcidit: simeon accepit iesum
in vlnas suas: dicēs. Nũc dimittis.
⁊c. simeō dixit marie: ecce positꝰ. ⁊c.
⁊ anna ꝓphetissa superueniēs confite
bat dño ⁊ loquebat de illo oībꝰ q̄ expe
ctabant redemptionem israel: iesus
inuentus in medio doctoꝝ: ⁊ q̄ sub-
ditus erat parentibus. Capitulũ. II.

Factũ est aũt: ī diebꝰ illis exiit A
edictũ a cesare augusto: vt de-
scriberetur vniuersus orbis.
Hec descriptio prima: facta est a p̄si
de syrie cyrino. Et ibant oēs vt pro-
fiterent: singuli ī suā ciuitatē. Ascen
dit autē ⁊ ioseph a galilea de ciuita-
te nazareth in iudeā ciuitatē dauid
que vocatur bethleē: eo q̄ esset de do
mo ⁊ familia dauid/ vt profiteretur
cũ maria desponsata sibi vxore pre-
gnante. Factũ est aũt: cũ essent ibi
impleti sunt dies vt pareret. Et pe-
perit filiũ suũ primogenitũ et pānis
eũ inuoluit/ ⁊ reclinauit eũ in p̄sepio
qr non erat ei locꝰ in diuersorio. Et B
pastores erant in regione eadē vigi

lantes/ et custodientes vigilias no-
ctis super gregē suum. Et ecce: ange
lus dn̄i stetit iuxta illos: et claritas
dei circūfulsit illos ⁊ timuerūt timo
re magno. Et dixit illis angel⁹. No-
lite timere. Ecce em̄ euāgelizo vobis
gaudiū magnū qđ erit om̄i populo:
q: nat⁹ est vob̄ hodie saluator q̄ est
christ⁹ dn̄s in ciuitate dauid. Et hoc
vobis signū. Inuenietis infantē pā-
de Jse.di. nis inuolutū: ⁊ positū in p̄sepio. Et
i.nocte.et subito facta est cū angelo multitudo
c.de hym. militie celestis: laudantium deū et
et cap.hi dicentiū. Gloria in altissimis deo: et
duo. in terra pax hoībus bone volūtat̄.
C Et factū est: vt discesserūt ab eis an-
geli in celū: pastores loquebant̄ ad-
inuicē. Trāseamus vsq3 bethleē/et
videam⁹ hoc verbū qđ factū est / qđ
fecit dn̄s ⁊ ostēdit nob̄. Et venerūt
festinantes: ⁊ inuenerūt mariā ⁊ io-
seph: ⁊ infantē positum in presepio.
Uidētes aūt cognouerūt de verbo:
qđ dictū erat illis de puero hoc. Et
oēs q̄ audierāt mirati sūt: ⁊ de his q̄
dicta erāt a pastorib⁹ ad ipsos. Ma-
ria aūt ꝯseruabat oīa vba hec/ cōfe-
rēs in corde suo. Et reuersi sunt pa-
stores: glorificātes ⁊ laudātes deum
in oībus que audierāt et viderant: si
leui.12.a. cut dictum est ad illos. Et postq̄ cō-
summati sunt dies octo vt circūcide
J.1.c. ret puer: vocatū est nomē ei⁹ iesus/
mat.1.c. qđ vocatū est ab angelo: prius q̄ in
D vtero ꝯciperet̄. Et post q̄ iplēti sunt
leui.12.a. dies purgationis eius scđm legem
exo.13.a. moysi/tulerūt illū in hierl'm vt siste-
num.8.c. rent eū dn̄o/sicut scriptū est in lege
dn̄i. Q2 oē masculinum adaperiens
leui.12.c. vuluā sanctū dn̄o vocabit̄: et vt da-
rent hostiā secundū qđ dictū est in
lege dn̄i: par turturū aut duos pul-
los colūbarū. Et ecce: homo erat in
hierusalē/cui nomē symeō/ et homo
iste iust⁹ ⁊ timorat⁹ expectās ꝯsola-
tionē israel: ⁊ spiritus sanct⁹ erat in
eo. Et respōsum acceperat a spiritu
sancto/nō visurū se mortē nisi prius
videret christū dn̄i. Et venit in spiri
tu in tēplum. Et cū inducerēt puerū
iesum parētes eius/ vt facerent scđm
ꝯsuetudinē legis pro eo: ⁊ ipse acce-
pit eū i vlnas suas: ⁊ benedixit deū
⁊ dixit. Nunc dimittis seruū tuū do-
mine: secundū verbū tuum in pace.
Q2 viderūt oculi mei salutare tuū.
Qđ parasti ante faciē omniū popu-
lor. Lumen ad reuelationē gentiū:
⁊ gloriā plebis tue israel. Et erat pa- E
ter eius ⁊ mater eius mirantes sup
his que dicebant̄ de illo. Et bn̄dixit
illis simeon: ⁊ dixit ad mariā matrē
eius. Ecce posit⁹ est hic in ruinā: ⁊ in esa.8.c.
resurrectionē multorū in israel: ⁊ in Ro.9.g.
signū cui cōtradicetur. Et tuam ip- 1.pe.2.b.
sius animā pertransibit gladius vt
reuelētur ex multis cordib⁹ cogita-
tiones. Et erat anna prophetissa fi-
lia phanuel de tribu aser: hec ꝓcesse
rat in dieb⁹ multis: ⁊ vixerat cū viro
suo ānis septem a vginitate sua. Et
hec vidua erat vsq3 ad ānos octogi-
taquatuor: que nō discedebat de tem
plo: ieiuniis ⁊ obsecrationibus serui F
ens nocte ac die. Et hec ipsa hora su
perueniens confitebat̄ dn̄o: ⁊ loque-
bat̄ de illo oībus qui expectabāt re-
demptionē israel. Et vt perfecerunt
oīa scđm legē dn̄i/reuersi sunt in ga
lileā: in ciuitatē suā nazareth. Puer
aūt crescebat ⁊ confortabat̄: plenus
sapientia/⁊ gratia dei erat in illo. Et
ibāt parentes eius per om̄es annos
in hierusalē/ in die solēni pasche. Et
cū fact⁹ esset annorū duodecim: ascē
dentibus illis hierosolymā scđm cō-
suetudinē diei festi: ꝯsummatisq3 die
bus cū redirent remāsit puer iesus
in hierusalē: ⁊ nō cognouerūt parē-
tes ei⁹. Existimantes autē illum es-
se in comitatu/venerunt iter diei: et
requirebant eum inter cognatos et
notos. Et non inuenientes/ regressi 36.dis.c.
sunt in hierusalē: requirentes eum. q̄ ecclias
Et factū est: post triduū inuenerunt ti.
illum in tēplo: sedentē in medio do- G
ctorū/ audientem illos ⁊ interrogan
tem eos. Stupebāt aūt om̄es qui eū
audiebāt: sup prudentia ⁊ responsis
ei⁹. Et vidētes admirati sunt. Et di-
xit mr̄ ei⁹ ad illū. Fili q̄d fecisti no-
bis sic: Ecce pr̄ tu⁹ ⁊ ego dolētes q̄- J.18.f.
rebam⁹ te. Et ait ad illos. Quid est
q̄ me q̄rebatis: nesciebatis q: in his
q̄ patris mei sunt / oportet me esse: s.eodem.
Et ipsi non intellexerūt verbū quod
locutus est ad eos. Et descendit cū
eis ⁊ venit nazareth: ⁊ erat subdit⁹
illis. Et mater eius cōseruabat oīa
verba hec in corde suo. Et iesus pro-
ficiebat sapientia et etate et gratia
apud deum ⁊ homines.
¶ C. S. Johānes p̄dicabat baptismū
penitētie: dicit turbis: Genimina vi
perarū. ⁊c. Facite fruct⁹ dignos peni
tētie. ⁊c. pōt de⁹ de lapidib⁹ istis susci-

citare.&c.iohānes turbis dixit:& publicanis et militib⁹ qd agere debeāt
dicēs. Uenit fortior me post me/ cuius vētilabrū in manu: iohānes corripit herodē & baptizat iesum:celum
aperitur:vox patris auditur/ Jesus
erat incipiēs quasi annorum triginta:vt putabatur filius Joseph/ q̄ fuit
A heli.&c. Capitulum tertium.

Anno aūt quītodecimo imperij
tyberij cesaris procurante pōtio pilato Judeā/ tetrarcha autem
galilee herode: Philippo autē fratre eius tetrarcha ituree & trachonitidis regionis & lysania abyline tetrarcha/sub principibus sacerdotū
anna & caipha:factū est verbum dñi
super iohannē zacharie filiū i deser-
mat.3.a. to. Et venit in omnē regionē Jorda-
mar.1.a. nis predicās baptismum penitētie
in remissionē peccatorum/ sicut scri-
esa.40.a. ptū est in libro sermonū esaie ,pphe-
iohā.1.c. te. Uox clamātis in deserto. Parate
viā dñi:rectas facite semitas eius.
omnis vallis implebitur: & ois mōs
et collis humiliabitur : & erūt praua
in directa/ et aspera in vias planas:
B & videbit omnis caro salutare dei. Di-
mat.3.b. cebat ergo ad turbas que exibant vt
baptizarentur ab ipso. Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere
a ventura ira? Facite ergo fructus
dignos penitentie/ & ne ceperitis dicere Patrē habemus abraam. Dico
enim vobis qz potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrae.
Jam enim securis ad radicē arboris
posita est. Ois ergo arbor nō faciēs
fructum bonum excidetur: & in ignē
mittetur. Et interrogabant eū turbe
dicētes. Quid ergo faciem⁹? Respōdens autem dicebat illis. Qui habet
duas tunicas det non habēti:& q̄ habet escas similiter faciat. Uenerunt
C autē & publicani vt baptizarentur/&
dixerūt ad illum. Magister:quid faciemus? At ille dixit ad eos. Nihil
23.q.1.c. amplius q̄ qd cōstitutū est vobis : fa-
paratus. ciatis. Interrogabant autē eū & mi-
&.c.quid lites dicētes. Quid faciem⁹ et nos?
culpat. et Et ait illis. Neminem concutiatis
c.militare. neq3 calumniam faciatis:& contenti
estote stipendijs vestris. Existimante autē populo: & cogitantib⁹ oibus
in cordib⁹ suis de iohanne / ne forte
mat.3.c. ipse esset christus/respōdit iohānes
mar.1.b. dicens oibus. Ego quidem aqua ba-
iohā.1.d. ptizo vos/vēiet autē fortior me post
me:cuius non sum dign⁹ soluere corrigiam calceamentorū eius:ipse vos
baptizabit i spiritu sancto & igni:cu- D
ius ventilabrū in manu eius/& pur- mat.3.c.
gabit areā suā:& congregabit triticū
in horreū suū:paleas autem combu
ret igni inextinguibili . Multa quidē
et alia exhortans euangelizabat po
pulo. Herodes aūt tetrarcha cū cor- mat.14.a.
riperetur ab illo de herodiade vxo- mar.6.c.
re fratris sui/ & de oībus malis q̄ fe-
cit herodes:adiecit & hoc super oia/
& inclusit iohānē in carcerē. Factum mat.3.d.
est autē cū baptizaret ois populus/ mar.1.b.
et iesu baptizato & orante apertū est
celū/& descēdit spūs sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: &
vox de celo facta est. Tu es fili⁹ me⁹
dilectus/in te cōplacui mihi. Et ipse E
iesus erat incipiēs quasi annorū triginta/vt putabatur fili⁹ ioseph/ qui
fuit heli:qui fuit mathat/qui fuit leui/qui fuit melchi/ q̄ fuit iāne/ q̄ fuit
ioseph/qui fuit mathathie / qui fuit
amos/ q̄ fuit naū/ q̄ fuit hesli / q̄ fuit
nagge/ q̄ fuit maath/qui fuit matha F
thiel/ q̄ fuit semei/ q̄ fuit ioseph/ q̄ fuit iuda/ q̄ fuit iohanna/ q̄ fuit resa/ q̄
fuit zorobabel/ q̄ fuit salathiel/ q̄ fuit
neri/qui fuit melchi/ q̄ fuit addi: qui
fuit cosan/ q̄ fuit helmadan/ qui fuit
her/ q̄ fuit iesu/ q̄ fuit heliezer / q̄ fuit
iorim/ q̄ fuit mathat/ q̄ fuit leui / qui
fuit simeō: q̄ fuit iuda: q̄ fuit ioseph:
qui fuit iona: qui fuit heliachim: qui
fuit melcha: q̄ fuit mēna: q̄ fuit mathatha: q̄ fuit nathā: q̄ fuit dauid : qui
fuit iesse: q̄ fuit obed: q̄ fuit booz: qui
fuit salmō: q̄ fuit naason: q̄ fuit ami- G
nadab: qui fuit aram: qui fuit esron:
qui fuit phares: q̄ fuit iude: q̄ fuit iacob: q̄ fuit isaac: q̄ fuit abraā: qui fuit
thare: q̄ fuit nachor: q̄ fuit saruch: q̄
fuit ragau: qui fuit phalech: qui fuit
heber: qui fuit sale : qui fuit chaināt:
qui fuit arphaxat: qui fuit sem : qui
fuit noe : qui fuit Lamech : qui fuit
matusale: qui fuit enoch: qui fuit iareth: qui fuit malaleel: qui fuit chainan: qui fuit enos: qui fuit seth : qui
fuit adam: qui fuit dei.

C.C.S. Jesus plenus spiritusctō regressus est a iordane:ieiunās q̄draginta dieb⁹ esuriit: & tētat a diabolo
consummata tētatione diabolus recessit ab eo vsq3 ad tēpus. Jesus regressus in virtute spūs i galileā:& fama exijt p vniuersā regionē de illo

venit nazareth ꝛ intrauit synagogā:
ꝛ legit in libro esaie prophete. Spūs
dñi ꝛc. oēs testimoniū dabant illi: di-
cebant/ qꝛ filius ioseph est. Jesus di-
xit. Nemo propheta acceptus est in
patria sua: dicit eliam missum cū fa-
mes esset in sarepta ad viduā: et eli-
seum curasse a lepra naamā syrum/
eijcitur de ciuitate iesus et ducit vsqꝫ
ad supciliū montis vt precipitetur:
demoniū eicit iesus ab hoie/ socrum
simonis curat: et alios curat manus
imponēs: demones clamabāt cū exi-
rēt/ tu es filiꝰ dei: ꝛ increpans non si-
nebat eos loqͥ: dixit opꝫ me euangeli
zare regnū dei alijs ciuitatibꝰ. C. iiii.
A mar. 4. a. mar. 1. b. IEsus autē plenus spū sancto/
regressus est a iordane: ꝛ age-
batur in spū i deserto diebus
quadraginta: et tentabaf a diabolo.
Et nihil manducauit in diebꝰ illis: et
consummatis illis postea esurijt. Di
xit autē illi diabolus. Si filius dei es
dic lapidi huic/ vt panis fiat. Et re-
spōdit ad illum iesus. Scriptum est.
deut. 8. a. Quia non in pane solo viuit homo/
sed in omni verbo dei. Et duxit illum
diabolus in montē excelsum/ et ostē-
dit illi oīa regna orbis terre in mo-
mento tpis/ et ait illi. Tibi dabo po-
testatem hanc vniuersam et gloriam
illoꝝ/ qꝛ mihi tradita sunt/ et cui vo-
lo do illa. Tu ergo procidens si ado-
B raueris coram me: erunt tua oīa. Et
Deu. 6. c. respondēs iesus/ dixit illi. Scriptum
ꝛ. 10. d. est. Dominū deum tuum adorabis/ ꝛ
illi soli seruies. Et duxit illum in hie-
rusalē: et statuit eū super pinnaculū
templi ꝛ dixit illi. Si filiꝰ dei es: mit-
Ps. 90. c. te te hinc deorsum. Scriptum est eni
ꝙ angelis suis mandauit de te vt cō
seruent te: et qꝛ in manibꝰ tollent te/
ne forte offendas ad lapidē pedem
tuum. Et respondēs iesus ait illi. Di-
Deu. 6. c. ctū est. Non tentabis dominū deum
tuū. Et cōsummata omni tentatione
diabolus recessit ab illo vsqꝫ ad tem-
pus. Et regressus est iesus in virtu-
C te spūs in galileam: ꝛ fama exijt per
mat. 4. b. vniuersam regionem de illo. Et ipse
mar. 1. b. docebat in synagogis eoꝝ: ꝛ magni
Joh. 4. f. ficabatur ab omnibus. Et venit naza
mat. 13. g. reth vbi erat nutritus/ et intrauit
mar. 6. a. sm consuetudinem suam die sabbati
Joh. 4. f. in synagogam/ et surrexit legere. Et
traditus est illi liber esaie prophete.
Et vt reuoluit librum: inuenit locum
esa. 6. a. vbi scriptum erat. Spūs domini su

per me: eo ꝙ vnxit me/ euangelizare
pauperibus misit me/ sanare contri
tos corde/ predicare captiuis remis-
sionē/ ꝛ cecis visum/ dimittere cōfra
ctos in remissionē: predicare annū
dñi acceptū/ et diē retributionis. Et
cum plicuisset librum reddidit mini D
stro: et sedit. Et omnium in synago-
ga oculi erant intendentes in eum.
Cepit autē dicere ad illos. Qꝛ hodie
impleta est hec scriptura in auribus
vestris. Et omnes testimoniū illi da
bant: ꝛ mirabātur in verbis gratie q̄
procedebāt de ore ipsius: ꝛ dicebant.
Nonne hic est filius Joseph? Et ait
illis. Utiqꝫ dicetis mihi hāc similitu-
dinē. Medice: cura teipsum: quanta
audiuimus facta in capharnaū: fac de lu reln.
et hic in patria tua. Ait autē. Amen c. cū chri.
dico vobis: quia nemo ppheta acce- 3. reg. 17.
ptus est i patria sua. In veritate di- a. b.
co vobis: multe vidue erant in die- Jaco. 5. d.
bus Elie in israel quādo clausum est
celum annis tribus/ ꝛ mensibus sex:
cum facta esset fames magna in om
ni terra: ꝛ ad nullā illarū missus est
Elias: nisi in sarepta sidonie/ ad mu E
lierē viduā. Et multi leprosi erāt in 4. re. 5. b.
israel sub Eliseo ppheta: ꝛ nemo eo-
rū mundatus est nisi naamā syrus.
Et repleti sunt oēs in synagoga ira/
hec audiētes. Et surrexerūt: ꝛ eiece-
runt illum extra ciuitatē: ꝛ duxerūt
illum vsqꝫ ad supciliū montis supra
quem ciuitas illoꝝ erat edificata: vt
precipitarent eū. Ipse autē transiēs
per mediū illorū ibat. Et descēdit in
capharnaū ciuitatē galilee/ ibiqꝫ do mat. 4.
cebat illos sabbatis. Et stupebāt in Mar. 1. c.
doctrina eius: quia in potestate erat mat. 7. d.
sermo ipsius. Et i synagoga erat hō Mar. 1. c.
habēs demoniū imūdū: ꝛ exclama-
uit voce magna: dicens. Sine/ quid F
nobis et tibi Jesu nazarene? venisti
perdere nos? scio te quia sis sanctus
dei. Et increpauit illum iesus: dicēs.
Obmutesce: ꝛ exi ab eo. Et cū proie-
cisset illud demoniū i medium: exijt
ab illo/ nihilqꝫ eū nocuit. Et factus
est pauor in oībus: et colloquebātur
adinuicē dicētes. Quod est hoc ver-
bū: quia in potestate ꝛ virtute impe-
rat immundis spiritibus: ꝛ exeunt?
Et diuulgabatur fama de illo in om-
nem locū regionis. Surgens autem mat. 8. d.
iesus de synagoga: introiuit i domū Mar. 1. c.
simonis. Socrus autem simonis te-
nebatur magnis febribus: ꝛ rogaue

runt illum pro ea. Et stans super illã
B imperauit febri: et dimisit illã. Et con
tinuo surgens ministrabat illis. Cum
autẽ sol occidisset: omnes qui habebãt
infirmos variis languoribus: ducebãt
illos ad eum. At ille singulis manus
imponẽs / curabat eos. Exibant autẽ
demonia a multis / clamãtia et dicen
tia. Quia tu es filius dei. Et increpans
nõ sinebat ea loqui: quia sciebãt ipsum
mar.1.d. esse christũ. Facta autẽ die: egressus
ibat in desertũ locum: et turbe require-
bant eum / et venerunt vsq ad ipsum:
et detinebãt illũ ne discederet ab eis.
Quibus ille ait. Quia et aliis ciuita-
tibus oportet me euãgelizare regnũ
dei: quia ideo missus sum. Et erat predi
cans in synagogis galilee.
¶ C. S. Cum turbe irruerẽt ad eum vt
audirẽt verbum dei: ascendit nauem
petri / docebat de nauicula turbas / ie-
sus dixit petro: duc in altum &c. hoc
facto concluserunt piscium multitudi
nem / et rete eorũ rumpebat: quod cum vi
deret petrus dixit: exi a me &c. dixit pe-
tro: ex hoc eris hoies capiens: lepro-
sum mundat: et paralyticũ curat: di-
xit leui sedenti ad teloneum sequere
me: et fecit leui conuiuiũ: pharisei mur-
murabãt: et iesus dicit: non egent qui
sani sunt medico: pharisei dicũt iesu
quare discipuli iohannis ieiunãt fre-
quenter: post hoc Jesus dicit similitu
dinem de commissura vestimenti no
ui / et nemo mittit vinum nouum in
vtres veteres. Capitulum. v.
A Factum est autem cum turbe ir-
mar.4.c. ruerẽt in eũ vt audirẽt verbum
mar.1.b. dei: et ipse stabat secus stagnũ
genesareth. Et vidit duas naues stã-
tes secus stagnũ / piscatores autẽ de-
scenderãt: et lauabãt retia. Ascẽdens
autem in vnã nauim que erat simonis /
rogauit eũ a terra reducere pusillum.
Et sedens docebat de nauicula tur-
bas. Ut cessauit autem loqui / dixit ad
B simonẽ. Duc in altum: et laxate retia
vestra in capturã. Et rñdens simon / di-
xit illi. Preceptor per totã noctẽ labo-
rãtes nihil cepimus: in verbo autẽ tuo
laxabo rete. Et cũ hoc fecissent: con-
cluserunt piscium multitudinem copio-
sam. Rũpebat autẽ rete eorũ. Et annue-
runt sociis qui erant in alia naui / vt ve-
nirẽt et adiuuarẽt eos. Et venerunt et
impleuerunt ambas nauiculas: ita
vt pene mergerẽtur. Quod cum videret
simon petrus / procidit ad genua iesu di-
cens. Exi a me dñe: quia homo peccator sum.
Stupor enim circũdederat eũ / et omnes
qui cũ illo erãt in captura pisciũ quã
ceperãt. Similiter autẽ iacobũ et iohan-
nẽ filios zebedei qui erãt socii simo-
nis. Et ait ad simonẽ iesus. Noli ti-
mere: ex hoc iam hoies eris capiens.
Et subductis ad terram nauibus reli-
ctis oibus secuti sunt eum. Et factum C
est cũ esset in vna ciuitatũ: et ecce vir mar.8.a.
plenus lepra et vidẽs iesum et procidens mar.16.d.
in faciẽ suã rogauit eum: dicens. Dñe
si vis / potes me mũdare. Et extẽdẽs
manũ / tetigit eũ iesus dicens. Uolo.
Mũdare. Et cõfestim lepra discessit
ab illo. Et ipse precepit illi: vt nemini
diceret: sed vade ostende te sacerdo-
ti: et offer pro emundatione tua sicut
precepit moyses in testimonium il- Le.14.a.
lis. Perambulabat autem magis ser-
mo de illo: et conueniebãt turbe mul-
te vt audirent / et curarent ab infirmi-
tatibus suis. Ipse autẽ secedebat in de-
sertum: et orabat. Et factũ est in vna
dierũ: et ipse sedebat docens. Et erãt D
pharisei sedentes et legis doctores qui mar.9.b.
venerant ex omni castello galilee et mar.2.a.
iudee et hierusalem: et virtus dñi erat ad
sanandũ eos. Et ecce viri portantes
in lecto hoiem qui erat paralyticus / et
querebãt eum inferre / et ponere ante
eũ. Et non inuenientes qua parte illũ
inferrẽt pre turba: ascenderũt supra
tectũ: et per tegulas submiserunt eũ cũ
lecto in mediũ ante iesum. Quorũ fi-
dem vt vidit: dixit. Homo: remittun-
tur tibi peccatã tua. Et ceperunt cogita-
re scribe et pharisei dicẽtes. Quis est
hic qui loquitur blasphemias? quis potest
dimittere peccatã / nisi solus deus? Ut co-
gnouit autẽ iesus cogitationes eorũ
rñdẽs dixit ad illos. Quid cogitatis E
in cordibus vestris? Quid est facilius di-
cere. Dimittuntur tibi peccatã: an dicere /
surge et ambula? Ut autem sciatis quia
filius hois habet potestatem in terra
dimittendi peccatã / ait paralytico. Tibi
dico surge / tolle lectũ tuũ / et vade in
domũ tuã. Et confestim cõsurgẽs coram
illis tulit lectũ in quo iacebat: et abiit
in domũ suã magnificãs deũ. Et stu-
por apprehendit omnes: et magnifica-
bant deum. Et repleti sunt timore: di- F
centes. Quia vidimus mirabilia hodie. mar.9.a.
Et post hec exiit / et vidit publicanum mar.2.b.
noie leui sedentem ad teloneũ: et ait il-
li. Sequere me. Et relictis oibus sur-
gens secutus est eum: et fecit ei cõui-

uiuium magnū leui ī domo sua: et erat turba multa publicanorū et aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisei ꝛ scribe eorꝫ: dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis et peccatoribus mā‑ducatis et bibitis? Et rñdens iesus / dixit ad illos. Nō egēt qui sani sunt
mat.9.b. mar.2.c. medico: sed q̄ male habēt. Nō eñi veni vocare iustos: sed pctōres ad penitentiam. At illi dixerūt ad eum. Quare discipuli iohānis ieiunant frequēter / et obsecrationes faciunt / similiter ꝛ phariseorū: tui autē edunt ꝛ bibunt? Quibus ipse ait. Nunqd potestis fi‑
B lios spōsi dum cū illis est spōsus facere ieiunare? Uenient autem dies cum ablatus fuerit ab illis sponsus / tunc ieiunabūt in illis diebus. Dicebat autē et similitudinē ad illos. Qr nemo commissurā a vestimēto nouo immittit in vestimētum vetus: alioquin ꝛ nouū rumpit / et veteri nō conuenit ꝯmissura a nouo. Et nemo mittit vinū nouum ī vtres veteres: alioquin rumpet vinū nouum vtres / ꝛ vinum effundetur / et vtres peribūt. Sꝫ vinū nouum in vtres nouos mittendum est: et vtraqꝫ conseruātur. Et nemo bibēs vetus / statim vult nouum. Dicit enim. Uetus melius est.

¶ C. S. Discipuli sabbato spicas vellunt: iesus dixit ꝙ dauid in domo dei panes propositionis sumpsit / manū aridam habentem curat: apostolos elegit in monte in loco cāpestri: multos curat a lāguoribus: quia virtus. ꝛc. octo beatitudines / post hoc dixit. Ue vobis diuitibus ve vobis ꝛc. dicit. Diligite inimicos vr̄os. Qui te ꝑcutit in maxillā: prebe ꝛc. ꝛ omni petēti te tribue: prout vultis vt faciant vobis hoies ꝛc. Si diligitis eos qui diligunt vos / que vobis grā est: mutuum date nihil inde sperantes: estote misericordes / nolite iudicare / eadem mēsura qua ꝛc. Nūquid potest cecus cecū ducere: non est discipulus super magistrum: eiice primū trabē / vnaqueqꝫ arbor de fructu suo cognoscitur qui audit sermones ꝛ nō facit eos cui similis est. Capitulum. vi.

A mat.12.a. mar.2.d. Factum est autē in sabbato secundo: primo cum trāsiret per sata vellebant discipuli eius spicas: et manducabant confricantes manibꝰ. Quidam autē phariseorū dicebāt illis. Quid facitis qđ nō licet in sabbatis? Et rñdens iesus ad eos dixit. Nec hoc legistis qđ fecit dauid / cū esuriret ipse et qui cum illo erant:
quomodo intrauit in domū dei: et pa‑ 1.re.21.g.
nes ꝓpositionis sumpsit et manducauit: ꝛ dedit his q̄ cū ipo erāt: qs nō licebat manducare / nisi tm̄ sacerdotibus? Et dicebat illis. Quia dn̄s est fi‑
lius hominis etiā sabbati. Factū est B
autē et in alio sabbato / vt intraret in mat.12.a.
synagogam: ꝛ doceret. Et erat ibi hō mar.3.a.
et manus eiꝰ dextera erat arida. Obseruabant autē scribe et pharisei si in sabbato curaret / vt inuenirent vnde accusarēt eū. Ipse vero sciebat cogitationes eorū: et ait homini qui habebat manū aridā. Surge: et sta in mediū. Et surgēs / stetit. Ait autem ad illos iesus. Interrogo vos / si licet sabbato benefacere an male: animā saluam facere / an perdere? Et circūspectis oibus / dixit homini. Extēde manum tuā. Et extendit / et restituta est manus eiꝰ. Ipsi autē repleti sunt insipientia: et colloquebant adinuicem q̄dnā facerēt de iesu. Factū est autem in illis diebus exiit in montē orare ꝛ
erat pernoctans in orone dei. Et cum mat.10.a.
dies factus esset: vocauit discipulos mar.3.b.
suos: et elegit duodecī ex ipsis / quos et aplos noiauit. Simonē quem co‑
gnominauit petrū / ꝛ andreā fratrē C
eiꝰ / iacobū / ꝛ iohannē / philippum / et bartholomeū / mattheū / et thomā / iacobū alphei / et simonem qui vocatur zelotes / et Judā iacobi / ꝛ iudam scariothē q̄ fuit ꝓditor. Et descēdēs cum illis de mōte / stetit ī loco cāpestri / et turba discipulorū eius / et multitudo copiosa plebꝭ ab oī iudea ꝛ hierl'm: ꝛ maritima et tyri ꝛ sidonis q̄ venerāt vt audirēt eū: ꝛ sanarent a languoribus suis. Et qui vexabātur a spiritibus immūdis / curabant. Et ois turba querebat eū tāgere / qꝛ virtus de illo exibat / et sanabat omnes. Et ipse
eleuatis oculis in discipulos suos / mat.5.a.
dicebat. Beati pauperes: qꝛ vestrum est regnū dei. Beati q̄ nunc esuritis / qꝛ saturabimini. Beati qui nunc fle‑
tis: qꝛ ridebitis. Beati eritis cū vos D
oderint homies / ꝛ cum separauerint vos / et exprobrauerint ꝛ eiecerint nomen vestrū tanq̄ malū ꝓpter filium hois. Gaudete in illa die et exultate: ecce eñi merces vr̄a multa est in ce‑
lo. Scdm hec enim faciebāt prophe‑ Amos.
tis patres eorum. Uerumtn̄ ve vobis 6.a.

Ecc.31.a. diuitibus qui habetis consolationem
vestrã. Ue vobis q saturati estis: qa
esurietis. Ue vobis qui ridetis nunc:
quia lugebitis et flebitis. Ue cum be-
nedixerint vobis oẽs homines: scdm
hec enim faciebant pseudo pphetis
patres eorũ. Sed vobis dico qui au-
Mat.5.g. ditis. Diligite inimicos vr̃os: bñfaci
te his qui vos oderũt. Benedicite ma
ledicẽtibus vobis: et orate pro calum
E niãtibus vos. Et qui te percusserit in
Mat.5.f. maxillã vnã: prebe illi et alteram. Et
ab eo q aufert tibi vestimentũ: etiam
tunicã noli phibere. Omni autẽ petẽ
ti te / tribue: et q aufert q tua sunt / ne
mat.7.b. repetas. Et prout vultis vt faciant
Tob.4.c. vobis hoĩes: et vos facite illis simili-
Mat.5.c. ter. Et si diligitis eos qui vos diligũt:
que vobis est gratia? nam et peccato
res diligentes se diligunt. Et si bene-
feceritis his q vobis bñfaciunt: q vo-
bis est grã? siquidem et pctõres hoc
faciunt. Et si mutuum dederitis his a
quibus speratis recipere: que grã est
vobis? nã et peccatores peccatoribus
fenerant / vt recipiant equalia. Uerũ
tamen diligite inimicos vr̃os: bñfa-
cite et mutuũ date nihil inde speran-
tes: et erit merces vestra multa. Et
eritis filij altissimi: qz ipse benignus
F est sup ingratos et malos. Estote er-
go misericordes sicut et pater vester
misericors est. Nolite iudicare ꝛ nõ
mat.7.a. iudicabimini. Nolite cõdemnare: et
nõ ꝯdẽnabimini. Dimittite: et dimit-
tetur vobis. Date: et dabitur vobis.
Mensurã bonã et confertã et coagi-
tatã et supeffluentem dabũt in sinũ
mat.7.a. vestrũ. Eadem quippe mensura qua
mar.4.a. mensi fueritis / remetiet vobis. Dice-
mat.15.b bat autẽ illis ꝛ similitudinẽ. Nunquid
potest cecus cecũ ducere? Nõne am-
mat.10.a. bo in foueã cadunt? Non est discipu-
iohã.13.b. lus sup magistrũ. Perfectus autem
mat.7.a. oĩs erit / si sit sicut magr̃ eius. Quid
autẽ vides festucam in oculo fratris
tui: trabẽ autem que in oculo tuo est /
non consyderas? Aut quomodo po-
tes dicere fratri tuo. Frater / sine eij-
ciam festucã de oculo tuo: ipse in ocu
lo tuo trabẽ non vides? Hypocrita /
eijce primũ trabẽ de oculo tuo ꝛ tunc
perspicies vt educas festucã de ocu-
mat.7.c. lo fratris tui. Nõ est enim arbor bo-
na que facit fructus malos: neqꝫ ar-
G bor mala faciens fructũ bonũ. Una-
mat.12.c. queqꝫ enim arbor / de fructu suo co-
gnoscit. Neqꝫ enĩ de spinis colligunt
ficus: neqꝫ de rubo vindemiãt vuam.
Bonus homo de bono thesauro cor-
dis sui pfert bonum: et malus hõ de
malo thesauro pfert malum. Ex abũ
dantia enim cordis / os loquit. Quid
autẽ vocatis me dñe dñe: et nõ facitis
que dico? Ois q venit ad me / et audit mat.7.d.
sermones meos et facit eos: ostendã Ro.2.b.
vobis cui similis sit. Similis est hoi edifi- Jaco.1.d.
canti domũ: q fodit in altũ / et posuit
fundamentũ supra petrã. Inũdatio
ne autẽ facta: illisum est flumẽ domui
illi et nõ potuit eã mouere: fundata
enĩ erat supra petrã. Qui aũt audit
et nõ facit: similis est hoi edificanti
domũ suã supra terrã sine fundamẽ-
to. In quã illisus est fluuius: et con-
tinuo cecidit: et facta est ruina do-
mus illius magna.
¶ C.S. Seruũ cẽturiõis curat: filium
vidue mortuũ suscitat: iohãnes misit
ad iesũ: tu es q ꝛc. et dñs cõmẽdat io-
hãnẽ: pharisei et legisperiti ꝯsiliũ dei
spreuerunt: iesus dixit phariseis: qz di-
cũt iohannẽ demoniũ habere: et filiũ
hoĩs potatorẽ esse: mulier peccatrix
lachrymis pedes iesu lauit. Cap.vij.
Cum aũt ipleisset oĩa verba sua A
in aures plebis: intrauit caphar- Mat.8.a.
naum. Centurionis aũt cuiuf-
dã seruus male hñs erat moriturus: q
illi erat pciosus. Et cũ audisset de iesu
misit ad eũ seniores iudeorũ / rogans
eũ vt veniret ꝛ sanaret seruũ eius. At
illi cũ venissent ad iesũ / rogabãt eũ
sollicite dicẽtes ei. Quia dignus est vt hoc
illi pstes / diligit enĩ gentẽ nostrã / et
synagogã ipse edificauit nobis. Iesus
aũt ibat cũ illis. Et cũ iã nõ longe es-
set a domo: misit ad eũ centurio ami-
cos dicẽs. Dñe / noli vexari. Non enĩ
sum dignus vt sub tectũ meũ intres.
Propter quod ꝛ meipsum nõ sum di- B
gnum arbitratus vt venirem ad te:
sed dic verbo et sanabitur puer meus.
Nam ꝛ ego homo sum sub potestate
cõstitutus / habens sub me milites: et
dico huic vade / et vadit: ꝛ alio veni /
et venit: et seruo meo fac hoc / ꝛ facit.
Quo audito / iesus miratus est: et cõ-
uersus sequentibus se turbis dixit.
Amẽ dico vobis / nec in israel tantam
fidẽ inueni. Et reuersi qui missi fue-
rant domũ: inuenerũt seruũ qui lan-
guerat sanũ. Et factum est deinceps
ibat iesus in ciuitatem que vocatur
naim: et ibant cum eo discipuli eius
et turba copiosa. Cum autem appro-

pinquaret porte ciuitatis: ecce defun
ctus efferebatur filius vnicus m̄ris
sue. Et hec vidua erat: et turba ciuita
tis multa cum illa. Quam cum vidis=
set dominus / mia motus super eā dī
xit illi. Noli flere. Et accessit / et teti=
git loculū. Hi autē qui portabant / ste
terūt. Et ait. Adolescēs: tibi dico sur=
ge. Et resedit q̄ erat mortuus: et ce=
C pit loqui. Et dedit illū matri sue. Ac=
cepit autem oēs timor: et magnifica=
bāt deū dicētes. Quia propheta ma=
gnus surrexit in nobis: et quia de⁹ vi
sitauit plebē suā. Et exiit hic sermo
in vniuersam iudeā de eo: et oēm cir=
ca regionē. Et nunciauerunt iohāni
mat. 11.a. discipuli ei⁹ de oībus his. Et conuo=
cauit duos de discipulis suis iohan=
nes / et misit ad iesum dicens. Tu es
q̄ vēturus es: an aliū expectam⁹? Cū
autē venissent ad eū viri / dixerunt.
Johānes baptista misit nos ad te di=
cēs. Tu es qui venturus es: an alium
expectam⁹? In ipsa autē hora mul=
tos curauit a languorib⁹ suis et pla=
gis et spiritib⁹ malis: et cecis multis
donauit visum. Et respondens dixit
D illis. Euntes renūciate iohanni q̄ au
distis et vidistis. Quia ceci vident:
claudi ambulant: leprosi mundant̄:
surdi audiūt: mortui resurgunt: pau=
peres euāgelizant̄: et beatus est qui=
cumq̄ nō fuerit scādalizatus in me.
Et cū discessissent nuncii iohānis ce=
pit de iohāne dicere ad turbas. Quid
existis in desertū videre? arundinē
vento agitatā? Sed q̄d existis vide=
re? Hoiem mollib⁹ vestimētis indu=
tum? Ecce q̄ in veste preciosa sunt et
deliciis: in domib⁹ regum sunt. Sed
q̄d existis videre? Prophetā. Utique
Mal. 3.a. dico vobis et plusq̄ ꝓphetā. Hic est
de quo scriptū est. Ecce mitto ange=
lum meū ante faciē tuā: qui prepara
bit viā tuam ante te. Dico enim vo=
E bis / maior inter natos mulierū pro=
pheta iohāne baptista nemo est. Qui
autē minor est in regno dei: maior est
illo. Et oīs pplūs audiēs et publica=
ni iustificauerunt deū / baptizati ba=
ptismo iohānis. Pharisei aūt et legis
periti / cōsiliū dei spreuerūt in semet=
mat. 11.b. ipsos / non baptizati ab eo. Ait autē
dn̄s. Cui ergo similes dicā hoīes ge=
nerationis hui⁹: et cui similes sunt?
Siles sunt pueris sedētibus in foro /
et loquētib⁹ ad inuicē / et dicentibus.
Cantauim⁹ vobis tibiis / et non salta=
stis: lamētauimus / et non plorastis.
Uenit aūt iohānes baptista neq̄ mā
ducās panē / neq̄ bibēs vinū: et dici=
tis. Demoniū habet. Uenit filius ho=
minis manducās et bibēs: et dicitis.
Ecce homo deuorator et bibēs vinū:
amicus publicanorū et peccatorū. Et
iustificata est sapientia ab oībus fi=
liis suis. Rogabat aūt illum quidam
de phariseis vt mādicaret cum illo.
Et ingressus domum pharisei / discu
F buit. Et ecce mulier q̄ erat in ciuita=
te peccatrix / vt cognouit q̄ ies⁹ accu=
buisset in domo pharisei / attulit ala=
bastrū vnguēti: et stans retro sec⁹ pe
des eius / lachrymis cepit rigare pe=
des eius: et capillis capitis sui terge
bat / et osculabat pedes ei⁹ / et vnguen
to vngebat. Videns autē phariseus
qui vocauerat eū / ait intra se dicens.
Hic si esset ꝓpheta / sciret vtique que
et qualis est mulier q̄ tangit eum / q̄
peccatrix est. Et r̄ndens ies⁹ dixit ad
illū. Simon / habeo tibi aliq̄d dicere.
At ille ait. Magister / dic. Duo debi=
tores erāt cuidā feneratori: vnus de
bebat denarios quingentos: et alius
quinquaginta. Nō habentibus illis
vn̄ redderent: donauit vtrisq̄. Quis
ergo eū plus diligit? R̄ndēs simon /
G dixit. Estimo q̄ is cui plus donauit.
At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et cō
uersus ad mulierem dixit simoni. Ui
des hāc mulierē? Intraui in domum
tuā / aquā pedibus meis non dedisti:
hec autem lachrymis rigauit pedes
meos: et capillis suis tersit. Osculū
mihi nō dedisti: hec aūt ex quo intra=
uit / non cessauit osculari pedes me=
os. Oleo caput meū non vnxisti: hec
autem vnguēto vnxit pedes meos.
Propter quod dico tibi. Remittunt̄
ei peccata multa: q̄m dilexit multum.
Cui aūt minus dimittit̄: minus dili=
git. Dixit aūt ad illā. Remittunt̄ tibi
peccata. Et ceperunt q̄ simul accum=
bebāt dicere intra se. Quis est hic q̄
etiā peccata dimittit? Dixit autē ad
mulierē. Fides tua te saluam fecit.
Uade in pace.
C. 8. In itinere sequētib⁹ se viris
ac mulierib⁹ parabolā seminātis di=
cit: de lucerna sup candelabrū: dicit
absconditū manifestet̄: q̄ habet da=
bitur illi: dicit et matrem / et fratres
suos esse qui verbū dei audiunt et fa=
ciunt: nauigās tēpestatē sedat / legio=
nē expellit ab hoīe / et in porcos mit=

tit: et dixit ei: redi ĩ domũ tuã: de mu-
liere ſanata a profluuio ſanguinis:
de filia iairi reſuſcitata. Capm.viij.

A E T factum eſt deinceps/ ⁊ ipſe
iter faciebat ꝑ ciuitates et ca-
ſtella p̄dicãs et euãgelizãs re-
gnũ dei: ⁊ duodecim cũ illo/ ⁊ mulie-
res aliq̄ q̄ erãt curate a ſpiritibꝰ ma-
lignis et ĩfirmitatibꝰ Maria q̄ voca-
tur magdalene/ de qua ſepte3 demo-
nia exierãt: et iohãna vxor chuſe ꝓ-
curatoris herodis/ ⁊ ſuſanna/ et alie
multe q̄ miniſtrabant ei de facultati-
bus ſuis. Cũ aũt turba plurima con-
ueniret/ ⁊ de ciuitatibꝰ ꝓperarẽt ad
mat.13.a. eũ: dixit ꝑ ſiĺitudinẽ. Exijt q̄ ſemiat/
mar.4.a. ſeminare ſemen ſuũ. Et dũ ſeminat/
aliud cecidit ſecus viã/ et cõculcatu3
eſt: et volucres celi comederũt illud.
Et aliud cecidit ſupra petrã: et natũ
aruit/ q2 nõ habebat humorẽ. Et ali-
ud cecidit inter ſpinas: ⁊ ſimul exor-
te ſpine ſuffocauerũt illud. Et aliud
cecidit in terrã bonã: ⁊ ortũ fecit fru-
B ctũ centuplũ. Hec dicens clamabat.
Qui habet aures audiendi/ audiat.
Interrogabant aũt eũ diſcipuli eius
que eſſet hec parabola. Quibꝰ ipſe di-
xit. Uobis datu3 eſt noſſe myſterium
regni dei: ceteris autẽ in parabolis.
Eſa.6.c. vt videntes/ nõ videant: ⁊ audientes/
nõ intelligant. Eſt aũt hec parabola.
mat.13.b. Semen/ eſt verbũ dei. Qui aũt ſecus
mar.4.b. viã: hi ſunt qui audiũt: deinde venit
Joã 12.f. diabolꝰ et tollit verbũ de corde eorũ:
Act.20.f. ne credẽtes ſalui fiant. Nã qui ſupra
Ro.11.b. petrã: q̄ cũ audierint/ cũ gaudio ſuſ-
cipiũt vbũ. Et hi radices nõ habent:
q2 ad tp̄s credũt: et in tp̄e tẽtationis
recedũt. Qd̛ aũt ĩ ſpinas cecidit: hi
ſunt q̄ audierũt: et a ſollicitudinibus
et diuitijs et voluptatibus vite euntes
C ſuffocant: ⁊ nõ referunt fructu3. Qd̛
aũt in bonã terrã: hi ſunt qui ĩ corde
bono et optimo audiẽtes verbũ reti-
mat.5.b. nẽt: et fructũ afferũt in patiẽtia. Ne-
mar.4.c. mo aũt lucernã accẽdẽs opit eã va-
ſe/ aut ſubtus lectu3 ponit: ſed ſupra
cãdelabrũ ponit/ vt intrãtes videant
mat.10.c. lumen. Nõ eſt eñi occultũ qd̛ nõ ma-
mar.4.c. nifeſtet nec abſconditũ qd̛ nõ cogno-
ſcat/ et ĩ palã veniat. Uidete ergo q̄d
mat.13.b. audiatis. Qui enim habet/ dabit illi:
et.25.c. et quicũq̧ nõ habet/ etiã qd̛ putat ſe
mar.4.c. habere auferet ab illo. Uenerunt au-
mat.12.d. tẽ ad illum mater et fratres eiꝰ: ⁊ nõ
mar.3.d. poterãt adire eum pre turba. Et nun-
D ciatum eſt illi. Mater tua et fratres
tui ſtãt foris: volentes te videre. Qui
reſpondẽs dixit ad eos. Mater mea
et fratres mei: hi ſunt q̄ verbũ dei au-
diunt et faciũt. Factũ eſt aũt in vna mat.8.c.
dierũ: ⁊ ipſe aſcẽdit in nauiculã ⁊ di- mar.4.d
ſcipuli eius: et ait ad illos. Tranſfre-
temꝰ trans ſtagnum. Et aſcẽderunt.
Et nauigãtibus illis obdormiuit: et
deſcendit procella venti in ſtagnũ: ⁊
cõplebant et periclitabant. Accedẽ-
tes autẽ ſuſcitauerunt eum/ dicẽtes.
Preceptor: perimus. At ille ſurgens
increpauit ventũ et tẽpeſtatẽ aque:
et ceſſauit et facta eſt tranquillitas.
Dixit aũt illis. Ubi eſt fides veſtra?
Qui timentes mirati ſunt: adinuicẽ
dicẽtes. Quis putas hic eſt: q2 ⁊ ven- mat.8.d.
tis ⁊ mari imperat et obediunt ei. Et mar.5.a.
nauigauerunt ad regionẽ geraſeno-
rum que eſt cõtra galileã. Et cum de
naui egreſſus eſſet ad terram: occur-
rit illi vir quidã qui habebat demo-
niũ iã tẽporibus multis: et veſtimen-
to nõ induebatur: neq̧ in domo ma-
nebat ſed in monumentis. Is vt vi-
dit ieſum: procidit ante illũ: et excla-
mans voce magna: dixit. Quid mihi
et tibi ẽ ieſu fili dei altiſſimi? obſecro
te ne me torqueas. Precipiebat eni3
ſpiritui imũdo vt exiret ab homine.
Multis eñi tẽporibus arripiebat il-
lũ ⁊ vinciebat catenis et ꝯpedibꝰ cu-
ſtoditꝰ: et ruptis vinculis agebatur
a demonio in deſerto. Interrogauit E
aũt illum ieſus dicẽs. Quod tibi no-
men eſt? At ille dixit. Legio. quia in-
trauerũt demonia multa in eum. Et
rogauerũt illũ ne imperaret illis vt
in abyſſum irent. Erat autẽ ibi grex
porcorũ multorũ paſcẽtium in mon-
te: et rogabãt eum vt permitteret eis
in illos ingredi. Et ꝑmiſit illis. Exie-
runt ergo demonia ab hoĩe/ et intra-
uerũt in porcos: et ĩpetu abijt grex ꝑ
preceps in ſtagnũ et ſuffocatus eſt.
Qd̛ vt viderunt factũ q̄ paſcebãt/ fu-
gerũt: et nũciauerũt in ciuitatẽ et in
villas. Exierunt aũt videre qd̛ factũ
eſt: ⁊ venerũt ad ieſum. et inuenerũt
hominẽ ſedentem a quo demonia ex-
ierant veſtitum: ac ſana mẽte ad pe-
des eius et timuerũt. Nũciauerunt
autem illis et qui viderãt: quomodo
ſanus factus fuiſſet a legione. Et ro-
gauerunt illum omnis multitudo re-
gionis geraſenoru3 vt diſcederet ab
ipſis: quia magno timore tenebant.
Ipſe autem aſcẽdens nauim/ reuer- F

sus est. Et rogauit illuz vir a quo de-
monia exierant: vt cũ eo esset. Dimi-
sit autẽ eum iesus dicens/redi in do-
mũ tuã: et narra quãta tibi fecit de⁹.
Et abiit p vniuersã ciuitatẽ pdicans
mat.9.c. quãta illi fecisset iesus. Factũ est au
mar.5.b. tem: cum redisset iesus/excepit illuz
turba. erant aũt oẽs expectantes eũ.
Et ecce venit vir cui nomen iairus:
et ipse princeps synagoge erat: ⁊ ce-
cidit ad pedes iesu/rogans eũ vt in-
traret i domũ ei⁹: qꝛ vnica filia erat
ei fere annoꝝ duodecim: ⁊ hec morie
bat. Et cõtigit: dum iret a turbis cõ-
primebat. Et mulier q̃dã erat in flu-
xu sanguinis ab annis duodeci/ que
in medicos erogauerat oẽm substan
tiã suã: nec ab vllo potuit curari/ac-
cessit retro et tetigit fimbriã vestimẽ
ti ei⁹: ⁊ cõfestim stetit fluxus sangui-
nis ei⁹. Et ait ies⁹. Quis est q̃ me te-
tigit? Negantib⁹ aũt oĩbus: dixit pe-
trus/et qui cum illo erãt. Preceptor
turbe te cõprimũt ⁊ affligũt: ⁊ dicis.
Quis me tetigit? Et dixit iesus. Te-
B tigit me aliq̃s. Nã ⁊ ego noui virtu-
tẽ de me exijsse. Uidẽs aũt mulier qꝛ
nõ latuit: tremẽs venit/et ꝓcidit an
te pedes ei⁹: ⁊ ob quã causam tetige-
rit eum/ indicauit corã omni populo
et quẽadmodũ confestim sanata sit.
At ipse dixit ei. Filia/fides tua saluã
te fecit. Uade in pace. Adhuc illo lo-
quẽte: venit quidã ad principẽ syna-
goge/dicens ei: quia mortua est filia
tua/noli vexare illuz. Jesus autẽ au-
dito hoc v̓bo/r̄ndit patri puelle. No-
li timere. Crede tm̄: et salua erit. Et
cũ venisset ad domũ: nõ ꝑmisit intra
re secũ quẽq̃: nisi petrũ/et iacobũ/et
iohãnẽ/et patrez/et matrem puelle.
Flebant autẽ oẽs: et plangebãt illã.
At ille dixit. Nolite flere. nõ est mor-
tua puella: sed dormit. Et deridebãt
eũ sciẽtes q̓ mortua esset. Jpse autez
tenens manũ eius clamauit dicens.
Puella surge. Et reuersus est spirit⁹
eius: et surrexit cõtinuo. Et iussit illi
dare mãducare. Et stupuerũt paren-
tes ei⁹: quib⁹ precepit ne alicui dice-
rent quod factum erat.

C. C.S. Conuocatis duodecim disci-
pulis/dedit illis potestatem: et misit
eos predicare: egressi curabãt vbiq̃.
Audiuit herodes oĩa que fiebant de
iesu: de quinq̃ panibus ⁊ duobus pi-
scibus: interrogauit discipulos quez
dicunt eum esse turbe: precepit disci-
pulis ne cui dicerẽt q̓ christus esset
de⁹: quia oportet filium hoĩs multa
pati: iubet tollere crucẽ: qui erubue-
rit sermones ⁊c. in monte transfigu-
ratur: demoniũ quod discipuli eijce-
re non poterant/eiecit: passionẽ suaz
predicit: cogitant quis eoꝝ maior sit.
dicit iesus: qui minor est inter vos/
hic maior est. Johãnes dicit vidim⁹
quendã in noĩe tuo eijcientem demo
nia: iohãnes et iacobus dicunt iesu.
Dñe vis dicimus vt ignis descendat
de celo. Dicit fili⁹ hominis nõ habet
vbi caput reclinet. Dicit cuidam ie-
sus. Sine/ vt mortui sepeliant mor-
tuos suos. Capitulum.ix.

Conuocatis autem iesus duode- A
cim apl'is/dedit illis virtutem ⁊ mat.10.a.
potestatẽ super oĩa demonia: ⁊ vt lã- Mar.3.b.
guores curarent. Et misit illos pre-
dicare regnũ dei: ⁊ sanare infirmos.
Et ait ad illos. Nihil tuleritis in mat.10.a.
via: neq̃ virgã/neq̃ perã/neq̃ panẽ mar.6.a.
neq̃ pecuniam: neq̃ duas tunicas ⁊.b.
habeatis. Et in quãcunq̃ domum in-
traueritis/ibi manete: et inde ne ex-
eatis. Et quicunq̃ nõ receperint vos
exeuntes de ciuitate illa/etiã pulue- Act.13.g
rem pedum vestroꝝ excutite in testi-
moniũ supra illos. Egressi autez cir-
cuibant per castella: euãgelizãtes et
curãtes vbiq̃. Audiuit autem hero- mat.14.a
des tetrarcha oĩa q̃ fiebant ab eo: et mar.6.b.
hesitabat eo q̓ diceretur a quibusdã
qꝛ iohãnes surrexit a mortuis. A qui
busdam vero/ qꝛ elias apparuit. Ab
alijs aũt / qꝛ propheta vnus de anti-
quis surrexit. Et ait herodes. Johan B
nem ego decollaui. q̃s est autẽ iste de
quo ego talia audio? Et q̃rebat vide-
re eũ. Et reuersi apl'i narrauerunt il- mat.14.b
li quecunq̃ fecerũt: et assumptis illis mar.6.d.
secessit seorsũ in locũ desertũ/qui est et.e.
bethsaide. Quod cuz cognouissent tur-
be/secute sunt illũ: ⁊ excepit eos/⁊ lo-
quebat illis de regno dei: et eos q̃ cu-
ra indigebant/sanabat. Dies aũt ce-
perat declinare. Et accedentes duo- Johã.6.a
decim dixerũt illi. Dimitte turbas/vt
euntes in castella villasq̃ que circa
sunt/diuertant ⁊ inueniant escas: qꝛ
hic in loco deserto sumus. Ait autem
ad illos. Uos date illis manducare.
At illi dixerunt. Nõ sunt nobis plus
q̃ quinq̃ panes ⁊ duo pisces: nisi for-
te nos eamus et emamus in omnem
hanc turbam escas. Erant autẽ fere
viri quinq̃ millia. Ait autẽ ad discipu-

los suos. Facite illos discũbere per
conuiuia quinquagenos. Et ita fece-
runt. Et discubuerunt oẽs. Acceptis
aũt quinq3 panib9 et duob9 piscib9 su-
spexit i celũ et bñdixit illis: et fregit
et distribuit discipl'is suis vt ponerẽt
ante turbas. Et manducauerunt om
nes: et saturati sunt. Et sublatum est
qd' supfuit illis fragmentorũ cophi-
C ni duodecim. Et factũ est cum solus
Mt.16.b. esset orãs / erãt cum illo et discipuli:
mar.8.c. et interrogauit illos dicens. Quẽ me
dicũt esse turbe? At illi respõderunt
et dixerunt. Johãnẽ baptistã/ alij au-
tem eliam/ alij vero qr vnus pphetã
de prioribus surrexit. Dixit aũt illis.
Uos autẽ quem me esse dicitis? Re-
spondens simon petrus dixit. Chri-
stum dei. At ille increpãs illos/ pre-
cepit ne cui dicerent hoc/ dicens. Qr
Mt.17.d. oportet filium hois multa pati: et re-
mar.8.c. probari a senioribus et principib9 sa-
cerdotũ et scribis: et occidi/ et tertia
die resurgere. Dicebat autẽ ad oẽs.
mat.10.d. Si quis vult post me venire abne-
et.16.d. get semetipsum et tollat crucẽ suam
mar.8.d. quotidie et sequat' me. Qui eñi volue-
Jo.14.f.et rit aiã3 suã saluã facere/ pdet illam:
17.g. nam q̃ perdiderit aiam suã3 propter
Jo.12.d. me: saluã faciet illã. Quid enim pfi-
cit homini si lucret' vniuersum mun-
dum/ seipsum aũt perdat et detrimẽ-
tum sui faciat? Nam qui me erubue-
mat.10.d. rit et meos sermones/ hunc filius ho
mar.8.d. minis erubescet cum venerit in ma-
iestate sua/ et patris et sanctorũ ange
mat.16.d lorũ. Dico aũt vobis vere: sunt aliqui
mar.9.a. hic stantes qui non gustabũt mortẽ
D donec videãt regnum dei. Factũ est
Mt.17.a. autẽ post hec verba fere dies octo: et
mar.9.a. assumpsit petrũ et iacobũ et iohãnẽ:
et ascendit in montem vt oraret. Et
facta est dum oraret/ species vultus
eius altera: et vestitus eius albus et
refulgens. Et ecce duo viri loqueban
tur cum illo/ erant autem moyses et
elias visi in maiestate: et dicebãt ex-
cessum eius quẽ3 cõpleturus erat in
hierusalẽ. Petrus vo et qui cum illo
erant/ grauati erant somno. Et eui-
gilantes viderunt maiestatem eius
et duos viros qui stabãt cum illo. Et
factũ est cum discederent ab illo/
ait petrus ad iesum. Preceptor bo-
num est nos hic esse: et faciam9 tria
tabernacula: vnũ tibi/ et vnum moysi
et vnum elie: nesciens quid diceret.
Hec autem illo loquente/ facta est
nubes et obumbrauit eos: et timue-
runt intrantib9 illis in nubẽ. Et vox
facta est de nube dicens. Hic est filius
me9 dilectus: ipsum audite. Et dũ fie-
ret vox: inuent9 est iesus sol9. Et ipsi
tacuerũt: et nemini dixerunt in illis
dieb9 quicq3 ex his que viderant. Fa E
ctũ est autẽ: in sequẽti die/ descendẽ- Mt.17.d.
tibus illis de monte occurrit illi tur- mar.9.c.
ba multa. Et ecce vir de turba excla-
mauit dicens. Magister obsecro te:
respice in filiũ meũ qr vnic9 est mihi
et ecce spũs apprehendit eũ et subito
clamat: et elidit et dissipat eũ cũ spu-
ma: et vix discedit dilanians eũ. Et ro-
gaui discipulos tuos vt eiicerẽt illũ:
et nõ potuerũt. Respondens autẽ ie-
sus dixit. O gñatio infidelis et puer-
sa vsquequo ero apud vos et patiar
vos? Adduc huc filiũ tuũ. Et cum ac-
cederet/ elisit illum demoniũ et dissi-
pauit. Et increpauit iesus spm im-
mundũ et sanauit puerũ: et reddidit
illum patri eius. Stupebant aũt oẽs
in magnitudine dei: omnibusq3 mirã-
tibus in oibus que faciebat dixit ad
discipulos suos. Ponite vos in cor-
dibus vestris sermones istos. Filius
enim hois futurum est vt tradatur
in man9 hominũ. At illi ignorabant
verbũ istud: et erat velatũ ante eos
vt nõ sentirẽt illud: et timebant eum
interrogare de hoc verbo. Intrauit F
autẽ cogitatio in eos quis eorũ ma- mat.10.a.
ior esset. At iesus videns cogitatio- mar.9.c.
nes cordis illorũ apprehẽdit puerũ:
et statuit illũ sec9 se et ait illis. Quis-
cũq3 susceperit puerum istum in no-
mine meo: me recipit. et quicũq3 me
receperit/ recipit eum qui me misit.
Nã qui minor est inter vos oẽs: hic
maior est. Respondens aũt iohãnes
dixit. Preceptor/ vidimus quendam
in noie tuo eiicientẽ demonia et phi-
buimus eũ: qr nõ sequitur nobiscum.
Et ait ad illos iesus. Nolite phibere.
qui enim non est aduersum vos: pro
vobis est. Factũ est autem dum com
plerentur dies assumptionis eius: et
ipse faciẽ suã firmauit vt iret in hie-
rusalem. Et misit nuncios ante con-
spectum suum: et euntes intrauerunt
in ciuitatem samaritanorum vt pa-
rarent illi. Et non receperunt eum:
quia facies eius erat euntis in hieru-
salem. Cum vidissent autem discipu-
li eius Jacobus et iohannes/ dixe- G
runt. Domine/ vis dicimus vt ignis

descendat de celo et consumat illos.
Et conuersus increpauit illos/ dicens.
Nescitis cuius spiritus estis. Filius
hoïs nõ venit aïas pdere /sed salua-
mat.8.c. re. Et abierunt in aliud castellũ. Fa-
ctum est aũt ambulantib⁹ illis in via
dixit quidã ad illum. Sequar te quo-
cumqȝ ieris. Dixit illi iesus. Uulpes
foueas habẽt/ ⁊ volucres celi nidos:
filius aũt hoïs non habet vbi caput
suũ reclinet. Ait autẽ ad alterũ. Se-
quere me. Ille autẽ dixit. Dñe/ pmit-
te mihi primũ ire et sepelire patrem
meum. Dixitqȝ ei iesus. Sine vt mor-
tui sepeliãt mortuos suos: tu autem
vade et annũcia regnũ dei. Et ait al-
ter. Sequar te dñe: sed pmitte mihi
primuȝ renunciare his q̃ domi sunt.
Ait ad illum iesus. Nemo mittens
manum suã ad aratrum ⁊ aspiciens
retro aptus est regno dei.
¶ Cap. X. Post hec designauit iesus
alios septuagintaduos: messis mul-
ta: mitto vos sicut agnos: pcepta iti-
neris: dicit/ ve tibi corozai: q̃ vos au-
dit me audit: dicit/ videbã satanã si-
cut fulgur de celo cadentẽ: dicit/ cõfi-
teor tibi pater dñe ⁊c. Nemo scit q̃s
sit filius: beati oculi qui vident que
vos videtis: quidam legisperitus di-
cit temptãs: iesus dicit/ homo quidam
descendebat ⁊c. Capitulum. X.
A Post hec aũt designauit dñs et
alios septuagintaduos: ⁊ mi-
sit illos binos ante faciẽ suaȝ
in oẽm ciuitatẽ et locũ quo erat ipse
mat.9.d. venturus. Et dicebat illis. Messis qui-
dem multa: operarij aũt pauci. Ro-
gate ergo dñm messis vt mittat ope-
mat.10.a. rarios in messem suam. Ite/ ecce ego
mar.6.a. mitto vos sicut agnos inter lupos.
et.b. Nolite portare sacculũ neqȝ peram
neqȝ calceamenta: et neminẽ per viã
salutaueritis. In quãcũqȝ domum in-
traueritis primum dicite. Pax huic
domui: et si ibi fuerit filius pacis/ re-
quiescet sup illũ pax vestra: sin autẽ/
B ad vos reuertet. In eadẽ autẽ domo
manete/ edentes et bibentes q̃ apud
illos sunt. dign⁹ est enim operarius
mat.10.b. mercede sua. Nolite transire de do-
1.timo.5.c. mo in domũ. Et in quãcũqȝ ciuitateȝ
intraueritis ⁊ susceperint vos/ man-
ducate q̃ apponunt vobis: et curate
infirmos q̃ in illa sunt et dicite illis.
Appropinquabit in vos regnuȝ dei.
In quãcũqȝ aũt ciuitatẽ intraueritis
et nõ susceperint vos: exeuntes in pla-
teas ei⁹/ dicite. Etiã puluerẽ q̃ adhe-
sit nobis de ciuitate vestra extergi-
mus in vos. tamen hoc scitote q2 ap-
propinquauit regnum dei. Dico vo-
bis q2 sodomis in die illa remissius
erit q̃ illi ciuitati. Ue tibi corozaim C
ve tibi bethsaida: q2 si in tyro et sido- mat.11.c.
ne facte fuissent virtutes que facte
sunt in vobis/ olim in cilicio et cine-
re sedentes penitterent. Uerũtamen
tyro et sidoni remissius erit in iudi-
cio q̃ vobis. Et tu capharnaum vsqȝ
ad celũ exaltata: vsqȝ ad infernũ de-
mergeris. Qui vos audit/ me audit:
et qui vos spernit/ me spernit. Qui mat.10.d.
autẽ me spernit: spernit eũ qui misit Jo.13.c.
me. Reuersi sunt autẽ septuaginta-
duo cum gaudio dicẽtes. Dñe/ etiam
demonia subijciunt nobis in nomine
tuo. Et ait illis. Uidebaȝ satanam si-
cut fulgur de celo cadẽtem. Ecce de-
di vobis potestatem calcandi supra
serpẽtes et scorpiones/ et super oẽm
virtutem inimici: et nihil vobis no-
cebit. Uerũtamen in hoc nolite gau-
dere q2 spũs vobis subijciuntur: gau-
dete autẽ q̃ noïa vestra scripta sunt
in celis. In ipsa hora exultauit i spi-
ritu sancto et dixit. Confiteor tibi pa- D
ter dñe celi et terre q̃ abscõdisti hec mat.11.d.
a sapientib⁹ et prudẽtibus: et reuela-
sti ea paruulis. Etiã pater/ quoniam
sic placuit ante te. Oïa mihi tradita mat.11.d.
sunt a patre meo. Et nemo scit quis
sit filius nisi pater: et quis sit pater
nisi filius et cui voluerit filius reue-
lare. Et conuersus ad discipulos su-
os dixit. Beati oculi qui vident que mat.13.b.
vos videtis. Dico enim vobis q̃ mul-
ti prophete et reges voluerunt vide-
re q̃ vos videtis et nõ viderũt: et au-
dire que auditis et nõ audierunt. Et E
ecce quidã legis peritus surrexit ten- mat.22.d.
tans illũ ⁊ dicẽs. Magister/ quid fa- mar.12.c.
ciẽdo vitam eternã possidebo? At il-
le dixit ad eũ. In lege quid scriptum
est? quõ legis? Ille respondẽs/ dixit.
Diliges dñm deũ tuum ex toto corde
tuo et ex tota aïa tua et ex oïbus vi- Deu.6.a.
ribus tuis et ex oï mẽte tua: et proxi-
mum tuuȝ sicut teipsum. Dixitqȝ illi.
Recte respondisti/ hoc fac et viues.
Ille aũt volens iustificare seipsum/
dixit ad iesuȝ. Et quis est meus pxi-
mus? Suspiciẽs aũt iesus dixit. Ho-
mo quidã descendebat ab hierusalẽ
in hiericho/ et incidit i latrones: qui
etiã despoliauerũt eum: ⁊ plagis im-

positis abierunt semiuiuo relicto.
Accidit autẽ vt sacerdos quidã descẽ-
deret eadem via: et viso illo preteri-
F uit. Similiter et leuita cũ esset secus lo-
cum et videret eum/ ptrãsiit. Sama-
ritanus autẽ quidã iter faciens venit
secꝰ eum: et videns eum/ mia motus
est. Et appropians/ alligauit vulne-
ra eius/ infundens oleum et vinum:
et imponẽs illum in iumẽtum suum
duxit in stabulũ/ et curam eius egit.
Et altera die ꝓtulit duos denarios:
et dedit stabulario et ait. Curã illius
habe: et quodcũq; supererogaueris:
ego cum rediero reddam tibi. Quis
horum trium videtur tibi proximus
fuisse illi qui incidit in latrones? At
ille dixit. Qui fecit miam in illuz. Et
ait illi iesus. Uade/ ꝛ tu fac similiter.
G Factũ est autẽ dũ irent/ et ipse intra-
uit in quoddam castellum: et mulier
quedã martha noĩe excepit illum in
domũ suã/ et huic erat soror noĩe ma-
ria: que etiam sedẽs secus pedes dñi
audiebat verbũ illius. Martha autẽ
satagebat circa frequens ministeriũ:
que stetit et ait. Dñe/ nõ est tibi cure
q soror mea reliqt me solã ministra-
re? dic ergo illi vt me adiuuet. Et re-
spondẽs dixit illi dñs. Martha mar-
tha/ solicita es et turbaris erga plu-
rima. Porro vnum est necessarium.
Maria optimam partem elegit: que
non auferetur ab ea.

¶ Ca. XI. Docet orare: pater sanctifi-
cetur nomen tuũ: cõmoda mihi tres
panes: ois qui petit accipit: erat ie-
sus eiciẽs demoniũ: quidã dixerunt
in beelzebub eiicit demonia: regnum
in seipsuz diuisum desolabitur: dicit
spiritus immundus/ reuertar in do-
mum meã: beatus venter qui te por-
tauit: de signo ione: de lucerna: lucer-
na corporis oculus: lauandũ potius
quod intus est: dare eleemosynã pro-
nũciat: ve multa dicit: pharisei que-
rẽtes capere aliquid ex ore eiꝰ. C. xi.

A Et factũ est/ cũ esset in qdã lo-
co orans/ vt cessauit: dixit vnꝰ
ex discipulis eius ad eũ. Dñe
doce nos orare sicut docuit iohãnes
discipulos suos. Et ait illis. Cuz ora-
mat.6.b. tis/ dicite. Pater/ sanctificetur nomen
tuum. Adueniat regnum tuũ. * Fiat
voluntas tua.. Panẽ nostrum quo-
tidianum da nob' hodie. Et dimitte
nobis peccata nr̃a: siquidẽ et ipsi di-
mittimus omni debenti nobis. Et ne
nos inducas in tentationem. Et ait
ad illos. Quis vestrum habebit ami-
cum/ et ibit ad illum media nocte/ ꝛ
dicet illi. Amice/ commoda mihi tres
panes: qm̃ amicus meus venit de via
ad me/ ꝛ non habeo qd̃ ponam ante il-
lum: ꝛ ille deintus respondens dicat.
Noli mihi molestꝰ esse/ iam ostiũ clau-
sum est/ ꝛ pueri mei mecũ sunt in cu-
bili: non possum surgere et dare tibi.
Et si ille perseuerauerit pulsans: dico B
vobis: et si non dabit illi surgens eo
q amicus eius sit: propter impobi-
tatẽ tamẽ eiꝰ surget/ ꝛ dabit illi quot-
quot habet necessarios. Et ego dico
vobis. Petite/ et dabit vobis: queri- Mat.7.a
te ꝛ inuenietis: pulsate ꝛ aperiet vo- ꝛ.21.c.
bis. Ois enim qui petit accipit: ꝛ qui Mar.11.c
querit inuenit/ et pulsanti aperietur. Jo.14.b.
Quis autẽ ex vobis patrem petit pa- ꝛ.16.e.
nem/ nunquid lapidẽ dabit illi? Aut Jaco.1.a.
piscem: nunquid pro pisce serpẽtem Mat.7.a
dabit illi? Aut si petierit ouum: nun-
quid porriget illi scorpionem? Si er-
go vos cũ sitis mali nostis bona da-
ta dare filiis vestris: quãto magis pa-
ter vester celestis de celo dabit spiri-
tum bonũ petẽtibꝰ se? Et erat eiiciẽs
demoniũ: ꝛ illud erat mutum. Et cũ Mat.9.d.
eiecisset demonium: locutus est mu- ꝛ.12.b.
tus/ ꝛ admirate sunt turbe. Quidam Mar.3.c.
autem ex eis dixerunt. In beelzebub
principe demoniorũ eiicit demonia.
Et alii tẽtantes: signum de celo que- C
rebant ab eo. Ipse autẽ vt vidit cogi-
tationes eorũ/ dixit eis. Omne regnũ
in se diuisum desolabit: et domus su-
pra domũ cadet. Si autem ꝛ sathanas
in seipsum diuisus est: quomodo sta-
bit regnũ eiꝰ/ qꝛ dicitis in beelzebub
me eiicere demonia? Si autem ego in
beelzebub eiicio demonia: filii vestri
in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices ve-
stri erunt. Porro si in digito dei eii-
cio demonia: ꝓfecto peruenit in vos
regnum dei. Cum fortis armatus cu-
stodit atriũ suum: in pace sunt ea que
possidet. Si autẽ fortior illo superue-
niens vicerit eum: vniuersa arma eiꝰ
auferet in quibus cõfidebat/ ꝛ spolia
eius distribuet. Qui nõ est mecũ/ con-
tra me est: ꝛ qui non colligit mecum/
dispergit. Cum immundus spiritus
exierit de hoie: ambulat per loca in-
aquosa querens requiem. Et non in-
ueniẽs dicit. Reuertar in domũ meã
vnde exiui. Et cũ venerit: inuenit eã
scopis mũdatã. Et tunc vadit ꝛ assu- D

mit septē alios spūs secum nequio=
res se:ꝛ ingressi habitāt ibi. Et fiunt
nouissima hoīs illius peiora priori=
bus. Factum est aūt cū hec diceret/
extollens vocē quedā mulier de tur=
ba/dixit illi. Beatus venter q̄ te por=
tauit et vbera q̄ suxisti. At ille dixit.
mat.12.c. Quinimmo. Beati qui audiunt ver=
bum dei:et custodiunt illud. Turbis
aūt cōcurrentib⁹ cepit dicere. Gene=
ratio hec generatio nequā est:signū
Jone.2.a q̄rit ꝛ signū nō dabit ei nisi signū Jo
ne ꝓphe. Nā sicut fuit ionas signum
niniuitis:ita erit et filius hoīs gene=
rationi isti. Regina austri surget in
iudicio cū viris generationis hui⁹/
3.re.10.a. et condemnabit illos:q2 venit a fini=
2.pa.9.a. bus terre audire sapientiam salomo=
E nis:et ecce plus q̄ salomon hic. Viri
niniuite surgent in iudicio cum gene
ratione hac et cōdēnabūt illā: q2 pe=
Jone.3.b. nitētiā egerunt in predicatione ione
mat.5.b. et ecce plus q̄ iona hic. Nemo lucer=
mar.4.c. nā accēdit ꝛ in abscōdito ponit neq̄
sub medio:sed supra candelabrū: vt
qui ingrediunt lumē videāt. Lucer=
mat.6.c. na corporis tui est oculus tuus. Si
oculus tuus fuerit simplex/ totū cor=
pus tuū lucidū erit:si autem nequā
fuerit:etiam corpus tuū tenebrosum
erit. Vide ergo ne lumen qđ in te est
tenebre sint. Si ergo corpus tuū to=
tum lucidū fuerit non habēs aliquā
partē tenebrarū:erit lucidū totum:ꝛ
F sicut lucerna fulgoris illuminabit te.
Et cū loq̄ret/rogauit illū q̄dā phari=
seus vt prāderet apud se. Jesus autē
ingressus/recubuit. Phariseus autē
cepit intra se reputans dicere/quare
non baptizatus esset ante prandium.
mat.23.c. Et ait dn̄s ad illū. Nunc vos phari=
sei qđ deforis est calicis ꝛ catini mū=
datis:qđ aūt intus est vestrum/ ple=
num est rapina et iniquitate. Stulti
nonne qui fecit qđ deforis est /etiā id
qđ deintus est fecit? Verūtamen qđ
superest/date eleemosynam:et ecce oīa
mūda sūt vobis. Sed ve vobis pha=
riseis qui decimatis mentā et rutā et
oē olus:ꝛ preteritis iudiciū ꝛ chari=
tatē dei:hec aūt oportuit facere et il=
.J.10.g. la nō omittere. Ve vobis phariseis:
mat.23.b q2 diligitis p̄mas cathedras i synago=
mar.12.d gis ꝛ salutationes in foro. Ve vobis:
quia estis vt monumenta que nō pa=
rent/ꝛ homines ambulantes supra
nesciūt. Respondēs autē quidā ex le
gisperitis/ait illi. Magister/hec di=

cens etiā contumeliā nobis facis. At B
ille ait. Et vobis legisperitis:ve quia mat.23.a
oneratis hoīes oneribꝰ que portare
non possunt:ꝛ ipsi vno digito vestro
non tangitis sarcinas. Ve vobis qui
edificatis monumēta ꝓphetarū:pa=
tres autē vestri occiderūt illos. ꝑfe=
cto testificamini q2 consentitis operi
bus patrum vestroꝝ:q2 ipsi quidem
eos occiderūt:vos autē edificatis eo=
rum sepulchra. Propterea ꝛ sapiētia
dei dixit. Mittā ad illos ꝓphetas et
ap̄los:ꝛ ex illis occidēt ꝛ persequen=
tur:vt inquirat sanguis oīm prophe=
tarū q̄ effusus est a cōstitutione mun
di a gn̄atione ista/a sanguine Abel Gen.4.b
vsq̄ ad sanguinem zacharie q̄ periit 2.Paral.
inter altare ꝛ edē. Ita dico vobis req̄= 24.f.
ret ab hac generatione. Ve vobis le=
gisperitis q̄ tulistis clauē sciētie:ipsi
nō introistis/ꝛ eos q̄ introibant,phi=
buistis. Cū autē hec ad illos diceret/
ceperūt pharisei legisperiti grauiter
insistere:ꝛ os eiꝰ opprimere de mult̄
insidiātes ei:ꝛ querētes aliq̄d capere
ex ore ei⁹ vt accusarēt eum.
¶C.S. A phariseis monet cauēdū:ꝛ
nō timēdum eos qui corp⁹ occidunt:
dicit/q̄ me cōfessus fuerit ꝛ q̄ me ne=
gauerit/blasphemia i spiritū sanctū
nō remittet:spirit⁹ sanct⁹ docet respō=
dere ꝛ loq̄:q̄dā dicit magister:dic fra
tri meo vt diuidat mecū hereditatē:
dicit cauere ab oī auaritia:similitudo
diuitis:stulte hac nocte morieris:no=
lite soliciti esse: cōsiderate lilia agri:
querite regnū dei:nolite timere pusil
lus grex:vēdite que possidetis ꝛ da=
te eleemosynam:facite sacculos:vbi
thesaur⁹/ibi ꝛ cor:sint lūbi vestri pre=
cincti:Jes⁹ Petro dicit felicē esse bo=
num dispēsatorē:veniet dn̄s serui in
die qua nō sperabit:ꝛ vapulabit pla=
gis mult̄:cui multū datū est multum
queret ab eo:ignē veni mittere in ter=
rā:tres in duos ꝛ duo in tres diuidet:
hypocrite faciē celi ꝛ terre nostis ꝓ=
bare ꝛc. cū vadis cū aduersario tuo:
de nouissimo minuto. Cap.xii.
Multis autem turbis concurren= A
tibus ita vt se inuicem conculca
rent/cepit dicere ad discipulos suos.
Attendite a fermento phariseorum mat.16.a
quod est hypocrisis. Nihil eñ oper= mar.8.b.
tum est quod non reueletur:neq̄ abscō= Mar.10.c
ditum quod non sciatur. Quoniam mar.4.c.
que in tenebris dixistis/in lumine di=
centur:ꝛ qđ in aure locuti estis in cu=

biculis/predicabitur in tectis. Dico
autē vobis amicis meis. Ne terrea-
mini ab his qui occidunt corpus/et
post hoc non habēt amplius quid fa-
ciant. Ostendā autē vobis quē timea
B tis. Timete eū qui postq̄ occiderit/
habet potestatē mittere in gehennā.
Ita dico vobis hunc timete. Nonne
quinq̨ passeres veneunt dipondio/ꝛ
vnus ex illis non est in obliuione co-
ram deo? Sed ꝛ capilli capitis vestri
oēs numerati sunt. Nolite ergo time
re multis passerib⁹ pluris estis vos.
Mat.10.d Dico autē vobis: oīs quicunq̨ confes-
Mar.8.d sus fuerit me corā hoīb⁹/ꝛ filius ho-
minis confitebit illum corā angelis
dei: qui autē negauerit me corā homi
mat.12.c. nib⁹/negabitur corā angelis dei. Et
Mar.3.d oīs q̄ dicit verbū in filiū hominis/re-
mittetur illi: ei autē qui in spiritū san
ctum blasphemauerit/non remittet.
mat.10.b. Cum autē inducēt vos in synagogas
mat.13.b. et ad magistratus et potestates/no-
lite solliciti esse qualiter aut q̄d respō-
deatis/aut q̄d dicatis. Spirit⁹ eñi san-
ctus docebit vos in ipsa hora quid
oporteat vos dicere. Ait autē ei quī-
dam de turba. Magister/dic fratri
meo vt diuidat mecū hereditatē. At
ille dixit ei. Homo: quis me constituit
iudicem aut diuisorē supra vos? Di-
xitq̨ ad illos. Uidete et cauete ab oī
auaritia: q2 nō in abundātia cuiusq̄
C vita eius est ex his q̄ possidet. Dixit
Eccl.11.c. autem similitudinem ad illos/dicēs.
Hois cuiusdā diuitis vberes fructus
ager attulit/et cogitabat intra se di-
cens. Quid faciam: q2 nō habeo quo
congregem fructus meos? Et dixit.
Hoc faciam/destruam horrea mea ꝛ
maiora faciā: ꝛ illuc congregabo oīa
que nata sunt mihi ꝛ bona mea: et di-
cam anime mee. Anima/habes mul-
ta bona posita in annos plurimos: re
quiesce/comede/bibe/epulare. Dixit
autē illi deus. Stulte/hac nocte ani-
mā tuā repetūt a te: q̄ autem parasti/
Mat.6.c. cuius erunt? Sic est qui sibi thesauri-
1.Pe.5.b zat: ꝛ nō est in deū diues. Dixitq̨ ad
Ps.54.d. discipulos suos. Ideo dico vobis/no-
lite solliciti esse anime vestre q̄d man-
ducetis: neq̨ corpori quid induamī-
ni. Anima plus est q̄ esca: ꝛ corpus
plus q̄ vestimentū. Considerate cor-
uos: q2 nō seminant neq̨ metūt: q̄bus
nō est cellarium neq̨ horreū: ꝛ deus
D pascit illos. Quanto magis vos plu-
ris estis illis? Quis autē vestrum co-

gitando potest adiicere ad staturam
suam cubitū vnū? Si ergo neq̨ quod
minimū est potestis: quid de ceteris
solliciti estis? Considerate lilia quo-
modo crescūt: nō laborāt/neq̨ nent.
Dico autem vobis: neq̨ Salomon in
omni gloria sua vestiebatur sicut vnū
ex istis. Si autē fenum qđ hodie est
in agro ꝛ cras in clibanum mittitur
deus sic vestit: quāto magis vos pu-
sille fidei? Et vos nolite querere q̄d
manducetis: aut quid bibatis: et no-
lite in sublime tolli: hec autē oīa gen-
tes mundi querunt. Pater autem ve-
ster scit quoniā his indigetis. Uerū-
tamen querite primū regnū dei ꝛ iu-
stitiam eius: ꝛ hec oīa adiicientur vo
bis. Nolite timere pusill⁹ grex: quia
complacuit patri vestro dare vobis 32
regnū. Uēdite que possidetis: ꝛ date
eleemosynā. Facite vobis sacculos q̄ Mat.6.c
non veterascunt: thesaurū nō deficiē- 33
tem in celis: quo fur nō appropiat:
neq̨ tinea corrumpit. Ubi eñi thesau
rus vester est: ibi ꝛ cor vestrum erit.
Sint lumbi vestri precincti: ꝛ lucer-
ne ardentes in manibus vestris. Et E
vos similes hominib⁹ expectantibus
dñm suum quādo reuertatur a nuptiis:
vt cum venerit ꝛ pulsauerit/cōfestim
aperiant ei. Beati serui illi quos cum
venerit domin⁹ inuenerit vigilātes:
amen dico vobis q̄ precinget se ꝛ fa-
ciet illos discūbere: ꝛ transiens mini
strabit illis. Et si venerit in secunda
vigilia: ꝛ si in tertia vigilia venerit ꝛ
ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc mat.24.b
autem scitote qm̄ si sciret paterfami
lias qua hora fur veniret: vigilaret
vtiq̨ ꝛ nō sineret pfodi domū suam.
Et vos estote parati: q2 qua hora non
putatis fili⁹ hoīs veniet. Ait autē ei
Petrus. Dñe/ad nos dicis hāc para-
bolam: an ꝛ ad oēs? Dixit autē dñs.
Quis putas est fidelis dispensator et
prudens quē cōstituit dñs sup famī-
liā suā vt det illis in tēpore tritici mē-
surā? Beat⁹ ille seruus quē cum vene- Apo.16.a
rit dñs/inuenerit ita facientē: vere di
co vobis: qm̄ super oīa que possidet
constituet illum. Q si dixerit seruus F
ille in corde suo. Moram facit domi-
nus me⁹ venire: ꝛ ceperit percutere
seruos ꝛ ancillas: ꝛ edere/ꝛ bibere/ꝛ
inebriari: veniet dominus serui illi⁹
in die qua non sperat ꝛ hora qua ne-
scit et diuidet eum: partēq̨ eius cum
infidelibus ponet. Ille autem seru⁹

qui cognouit volūtatē dn̄i sui/⁊ non
se preparauit/⁊ non fecit ſm volunta
tem eius: vapulabit multis. Qui au=
tē nō cognouit ⁊ fecit digna plagis/
vapulabit paucis. Omni autē cui mul=
tum datū est/multū queretur ab eo: ⁊
cui commēdauerunt multū/plus pe=
tēt ab eo. Ignē veni mittere in terrā:
⁊ quid volo nisi vt accendat? Baptis=
mo autē habeo baptizari: ⁊ quomodo
mat,10.d, coarctor vsqꝫ dum perficiat? Putatis
B quia pacē veni mittere in terrā? Non
dico vobis: sed separationem. Erunt
enim ex hoc quinqꝫ in domo vna di=
uisi: tres in duos/⁊ duo in tres: diui=
dentur pater in filium/⁊ filius in pa
trē suū: mater in filiam/⁊ filia in ma=
trē: socrus in nurū suam/et nurus in
54 socrū suā. Dicebat autē et ad turbas.
mat.16.a Cum videritis nubē orientē ab occa=
Mar.8.b su statim dicitis. Nimbus venit: ⁊ ita
55 fit: ⁊ cum austrum flantem: dicitis qꝛ
56 estus erit: ⁊ fit. Hypocrite: faciē celi
et terre nostis probare: hoc autē tē=
pus quomodo nō ꝓbatis? Quid autē
et a vobis ipsis nō iudicatis qđ iustū
Mat,5.d est? Cum autē vadis cum aduersario
tuo ad principē/in via da operam li=
berari ab illo: ne forte trahat te ad iu
dicem/et iudex tradat te exactori/⁊
exactor mittat te in carcerem. Dico
tibi/non exies inde: donec etiam no=
uissimum minutum reddas.
¶ C.S. Sub exēplo galileoꝝ occisoꝝ:
monet agendā penitētiā: de ficulnea
infructuosa: mulierē decē ⁊ octo an=
nis curuā erigit: archisynagogo indi
gnāti qꝛ curasset sabbato: respōdit re
gnū celoꝝ grano sinapis ⁊ fermēto
simile esse: ꝯtēdite intrare p angustā
portā: nescio vnde sciꝰ: nouissimi qui
erāt primi: Herodē vulpē vocat: Hie=
rusalē q̄ occidis ꝓphetas. Cap.xiii.
A Derant autē quidam ipso in tē
pore: nunciantes illi de galileis
quorum sanguinem Pilatus miscuit
cum sacrificiis eoꝝ. Et respondēs di
xit illis. Putatis ꝙ hi galilei pre omni=
bus galileis peccatores fuerint: quia
talia passi sunt? Non dico vobis: sed
nisi penitētiam habueritis: oēs simi=
liter peribitis. Sicut illi decē et octo
supra quos cecidit turris in siloe et
occidit eos: putatis quia ⁊ ipsi debito=
res fuerint preter oēs homines habi
tantes in Hierusalē? Nō dico vobis:
sed si nō penitentiā habueritis/oēs si=
militer peribitis. Dicebat autē ⁊ hanc
similitudinē. Arborē fici habebat q̄=
dā plātatā in vinea sua: ⁊ venit que=
rens fructum in illa/et non inuenit.
Dixit autem ad cultorem vinee. Ecce B
anni tres sunt ex quo venio querens
fructū in ficulnea hac/⁊ nō inuenio.
Succide ergo illam: vt quid etiam
terram occupat? At ille respondens
dixit illi. Dn̄e/dimitte illā ⁊ hoc an=
no vsqꝫ dum fodiā circa illā ⁊ mittam
stercora: ⁊ si quidē fecerit fructū: si n=
autē in futurū succides eā. Erat autē
docens in synagoga eoꝝ sabbatis. Et
ecce mulier que habebat spiritum in=
firmitatis annis decem ⁊ octo: ⁊ erat
inclinata/nec omnino poterat sur=
sum respicere. Quā cū vidisset Jesus C
vocauit eā ad se: ⁊ ait illi. Mulier/di=
missa es ab infirmitate tua. Et impo=
suit illi manus: ⁊ cōfestim erecta est/
⁊ glorificabat deū. Respondēs autē
archisynagogꝰ/indignās qꝛ sabbato
curasset Jesus/dicebat turbe. Sex
dies sunt in quibꝰ oportet operari: in
his ergo venite et curamini/et nō in
die sabbati. Respondēs autem ad il=
lum dn̄s/dixit. Hypocrite/vnusquisqꝫ
vestrū sabbato non soluit bouē suū/
aut asinū a presepio/⁊ ducit adaqua=
re? hanc autē filiā Abrae quā alliga= D
uit satanas: ecce decem et octo annis
non oportuit solui a vinculo isto die
sabbati? Et cum hec diceret: erubesce
bant oēs aduersarii eius: ⁊ ois popu
lus gaudebat in vniuersis que glo=
riose fiebant ab eo. Dicebat ergo. Cui Mat.13.e
simile est regnū dei/⁊ cui simile esti= Mar.4.c
mabo illō? Simile est grano sinapis
qđ acceptū homo misit in ortū suū et
creuit: ⁊ factū est in arborē magnā/
et volucres celi requieuerūt in ramis
eius. Et iterū dixit. Cui simile estima= E
bo regnū dei? Simile est fermēto qđ mat.13.c.
acceptum mulier abscondit in farine
sata tria/donec fermentaret totum.
Et ibat per ciuitates et castella do=
cens: ⁊ iter faciens in Hierusalē. Ait
autē illi quidā. Dn̄e: si pauci sunt qui
saluant? Ipse autē dixit ad illos. Con
tendite intrare per angustā portam: Mat.7.b
qꝛ multi dico vobis querēt intrare et
non poterūt. Cum autē intrauerit pa
terfamilias ⁊ clauserit ostium: ⁊ inci
pietis foris stare ⁊ pulsare ad ostium
dicentes. Dn̄e aperi nobis: ⁊ respon
dens dicet vobis. Nescio vos vnde
sitis: tunc incipietis dicere. Mandu= F
cauimꝰ corā te ⁊ bibimꝰ: ⁊ in plateis

fo.6.c. nistis docuisti. Et dicet vobis. Nescio
mat.7.d. vos vñ sitis: discedite a me oẽs ope-
7.25.d. rarij iniqtatis. Ibi erit flet⁹ ⁊ stridor
dentiũ: cũ videritis abraã ⁊ isaac et
mat.19.d. iacob et oẽs ꝓphetas in regno dei:
20.b. vos autem expelli foras. Et venient
mar.10.d ab oriente ⁊ occidente et aquilone et
B austro: et accumbent in regno dei.
Et ecce; sunt nouissimi q erãt primi
⁊ sunt primi q erãt nouissimi. In ip-
sa die accesserũt quidã phariseorũ/
dicẽtes illi. Exi ⁊ vade hinc: qr hero-
des vult te occidere. Et ait illis. Ite
⁊ dicite vulpi illi. Ecce eijcio demo-
nia ⁊ sanitates pficio hodie ⁊ cras/
⁊ tertia die ꝯsũmor. Uerũtñ oportet
me hodie ⁊ cras ⁊ sequẽti die ambu-
mat.23.d lare: qr non capit ꝓphetã pire extra
hierl'z. Hierl'z hierl'z q occidis ꝓphe
tas ⁊ lapidas eos qui mittũt ad te/
qties volui congregare filios tuos/
quẽadmodũ auis nidũ suũ sub pen-
nis ⁊ noluisti: Ecce relinqtur vobis
dom⁹ vestra deserta. Dico autem vo
bis quia non videbitis me donec ve
niat cum dicetis: Benedictus qui ve
nit in nomine domini.

¶ C. S. Hydropicũ curat: recũbe in
nouissimo loco: q se exaltat hũiliabi
tur: cũ facis prãdium vel cenã: noli
vocare amicos: inuitati ad cenam
excusant sese seq: odire parẽtes: ba-
iulare crucẽ iubet: parabola volẽtis
edificare turrem: ⁊ regis volẽtis cõ-
mittere bellum qui non renunciant
omnibus. ⁊c. de sale. Capitulũ. xiiii.

A Et factũ est: cũ intrasset iesus
in domũ cuiusdam principis
phariseorũ sabbato manduca
re panẽ/ ⁊ ipsi obseruabãt eũ. Et ec-
ce homo quidam hydropic⁹ erat an
te illũ. Et respondens iesus dixit ad
legis peritos ⁊ phariseos dicẽs. Si
licet sabbato curare? At illi tacue-
rũt. Ipse vero apprehẽsum sanauit
eũ: ac dimisit. Et respondẽs ad illos
dixit. Cuius vestrũ asinus aut bos
in puteũ cadet: ⁊ nõ cõtinuo extra-
B het illũ die sabbati? Et nõ poterant
ad hec respõdere illi. Dicebat aũt et
ad inuitatos parabolã: intẽdẽs quo-
modo primos accubit⁹ eligerent di-
cẽs ad illos. Cũ inuitat⁹ fueris ad nu
ptias nõ discũbas in primo loco/ ne
forte honoratior te sit inuitat⁹ ab il-
lo: ⁊ veniẽs is q te ⁊ illũ vocauit di-
cat tibi. Da huic locũ: ⁊ tũc incipias
C cũ rubore nouissimũ locũ tenere: sed
cũ vocatus fueris vade/ recũbe in prouer.25.a
nouissimo loco: ⁊ cũ venerit q te in-
uitauit dicat tibi. Amice ascende su
perius. Tunc erit tibi gloria coram
simul discũbẽtib⁹: qr oĩs qui se exal- .s.18.c.
tat humiliabit: ⁊ qui se humiliat/ ex- mat.23.b.
altabit. Dicebat aũt ⁊ ei qui se inui-
tauerat. Cũ facis prãdiũ aut cenam tob.4.b.
noli vocare amicos tuos/ neq fres prouer.3.b.
tuos/ neq cognatos/ neq vicinos/
neq diuites: ne forte te ⁊ ipsi reinuit
tent/ ⁊ fiat tibi retributio: sed cũ fa-
cis conuiuiũ/ voca pauperes/ debiles
claudos/ ⁊ cecos: ⁊ beat⁹ eris qr nõ
habent retribuere tibi: retribuet eñi
tibi in resurrectione iustorũ. Hec cũ
audisset quidã de simul discũbẽtib⁹
dixit illi. Beat⁹ qui mãducabit panẽ
in regno dei. At ipse dixit ei. Homo
D quidã fecit cenã magnã: et vocauit
mat.22.a multos. Et misit seruũ suũ hora ce-
apoc.19.b ne dicere inuitatis vt venirẽt: quia
iã parata sunt oĩa. Et ceperũt simul
oẽs excusare. Primus dixit ei. Uil-
lam emi: ⁊ necesse habeo exire ⁊ vide
re illã: rogo te habe me excusatũ. Et
alter dixit. Iuga boũ emi quinq: et
eo probare illa: rogo te: habe me ex-
E cusatum. Et alius dixit. Uxorẽ duxi
⁊ ideo non possum venire. Et reuer-
sus seruus: nunciauit hec dño suo.
Tũc iratus paterfamilias: dixit ser
uo suo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ci
uitatis: ⁊ pauperes ac debiles et ce-
cos ⁊ claudos introduc huc. Et ait
seruus. Dñe/ factũ est vt imperasti
⁊ adhuc loc⁹ est. Et ait dñs suo. Exi
in vias ⁊ sepes: ⁊ cõpelle intrare/ vt
impleat dom⁹ mea. Dico autẽ vobis
q nemo virorũ illorũ qui vocati sunt
gustabit cenã meã. Ibãt autẽ turbe
F multe cũ eo: ⁊ conuersus dixit ad il-
los. Siquis venit ad me/ et nõ odit
patrẽ suũ ⁊ matrẽ ⁊ vxorẽ et filios
⁊ fratres ⁊ sorores: adhuc aũt ⁊ ani
mã suã: nõ potest meus esse discipu-
lus: ⁊ qui nõ baiulat crucẽ suã ⁊ ve- mat.10.d.
nit post me: non potest me⁹ esse disci ⁊.16.d.
pulus. Quis eñi ex vobis volẽs tur- mar.8.d.
rim edificare nõne pri⁹ sedẽs cõpu-
tat sumpt⁹ q necessarij sũt si habeat
ad pficiendũ: ne postea ꝗ posuerit
fundamentũ ⁊ nõ potuerit pficere:
oẽs q vidẽt incipiãt illudere ei dicẽ-
tes: qr hic homo cepit edificare et
nõ potuit ꝯsummare? Aut quis rex
G iturus cõmittere bellum aduersus
aliũ regẽ/ nonne sedens pri⁹ cogitat

ā possit cū decē milib⁹ occurrere ei
qui cum viginti milibus venit ad se?
alioquin adhuc illo lōge agente/ le-
gationē mittēs rogat ea q̄ pacꝫ sūt.
Sic ergo oīs ex vobis q̄ nō renūciat
oībus q̄ possidet: nō pōt me⁹ esse di-
mat.5.b. scipul⁹. Bonū est sal. Si aūt sal eua-
mar.9.g. nuerit: in q̄ ꝯdiet? Neqꝫ i terrā/ neqꝫ
i sterquiliniū vtile est: sꝫ foras mittet.
Qui habet aures audiendi audiat.
¶ C.S. Parabola cētū ouiū ꝛ drach
me: de gaudio āgeloꝝ sup vno petō-
re: parabola de filio ꝓdigo. Cap. xv.
A Erāt autē appropinquātes ei
publicani et petōres vt audi-
rēt illū. Et murmurabāt pha-
risei ꝛ scribe dicētes. Q̄꞉ hic petōres
recipit ꝛ māducat cū illis. Et ait ad
mat.18.b. illos parabolā istā dicens. Quis ex
vobis homo q̄ hꝫ centū oues: et si ꝑ-
diderit vnā ex illis/ nonne dimittit
B nonagitanouē in deserto/ ꝛ vadit ad
illā q̄ perierat/ donec iueniat eā? Et
cū inuenerit eā/ iponit in hūeros su-
os gaudēs ꝛ veniēs domū cōuocat
amicos ꝛ vicinos dicēs illis. Cōgra-
tulamini mihi: q꞉ inueni ouē meā q̄
perierat. Dico vobis ꝙ ita gaudium
erit in celo super vno petōre penitē-
tiā agēte/ q̄ꝫ sup nonagintanouē iu-
stis q̄ nō indigent penitētia. Aut q̄
mulier habēs drachmas decē: si ꝑdi-
derit drachmā vnā/ nōne accēdit lu-
cernā ꝛ euertit domū ꝛ q̄rit diligent̄
donec iueniat eā? Et cū iuenerit: con
uocat amicas ꝛ vicinas dicēs. Con-
gratulamini mihi: q꞉ iueni drachmā
quā ꝑdiderā. Ita dico vobꝭ: gaudiuꝫ
C erit corā angelis dei sup vno petōre
penitentiā agēte. Ait aūt. Homo q̄-
dā habuit duos filios: ꝛ dixit adole-
scētior ex illis patri. Pater da mihi
portionē substātie q̄ me cōtingit. Et
diuisit illis substātiam. Et post non
multos dies ꝯgregatis oībus/ ado-
lescētior fili⁹ peregre profect⁹ est in
regionē longinquaꝫ: ꝛ ibi dissipauit
substantiā suā viuēdo luxuriose. Et
post q̄ꝫ oīa cōsummasset facta est fa-
mes valida i regiōe illa/ ꝛ ipse cepit
egere. Et abiit/ et adhesit vni ciuium
regiōis illi⁹. Et misit illū i villā suaꝫ
vt pasceret porcos. Et cupiebat im-
plere ventrē suum de siliq̄s q̄s porci
D māducabāt: ꝛ nemo illi dabat. In se
aūt reuersus dixit. Quāti mercena-
rii i domo pr̄is mei abūdāt panib⁹:
ego aūt hic fame pereo? Surgam: et
ibo ad patrē meū ꝛ dicam ei. Pater
peccaui in celū et corā te: iā non sum
dignus vocari filius tuus: fac me si
cut vnū de mercenariis tuis. Et sur-
gens venit ad patrē suū. Cum autē
adhuc lōge esset vidit illū pater ip- E
sius ꝛ misericordia mot⁹ est: ꝛ accur
rens cecidit sup collū eius: ꝛ oscula-
tus est eū. Dixitqꝫ ei fili⁹. Pater pec
caui i celū ꝛ corā te: iā nō sum dign⁹
vocari fili⁹ tu⁹. Dixit aūt pater ad
seruos suos. Cito proferte stolā pri-
mā/ ꝛ induite illū/ ꝛ date anulum in
manū eius ꝛ calceamenta in pedes
eius: ꝛ adducite vitulū saginatū et
occidite ꝛ manducem⁹ ꝛ epulemur/
q꞉ hic fili⁹ meus mortu⁹ erat ꝛ reui-
xit/ perierat ꝛ iuētus est. Et ceperūt F
epulari. Erat aūt fili⁹ eius senior in
agro: ꝛ cū veniret ꝛ appropinquaret
domui/ audiuit symphoniā ꝛ choruꝫ
ꝛ vocauit vnū de seruis ꝛ interroga
uit q̄ hec essent. Isqꝫ dixit illi. Fra-
ter tu⁹ venit: ꝛ occidit pater tuus vi
tulū saginatū: q꞉ saluū illuꝫ recepit.
Indignatus est autem: ꝛ nolebat in
troire. Pater ergo illius egressus ce
pit rogare illū. At ille respondens/ G
dixit patri suo. Ecce tot annis seruio
tibi/ ꝛ nunq̄ꝫ mandatum tuum pre-
teriui: ꝛ nunq̄ꝫ dedisti mihi hedū vt
cū amicis meis ꝯepularer: sed postq̄ꝫ
filius tuus hic q̄ deuorauit substan-
tiā suā cū meretricib⁹ venit/ occidi-
sti illi vitulū saginatū. At ipse dixit
illi. Fili/ tu semꝑ mecū es: ꝛ oīa mea
tua sūt: epulari aūt ꝛ gaudere opor-
tebat: q꞉ frater tu⁹ hic mortuus erat
ꝛ reuixit: perierat ꝛ inuentus est.
¶ C.S. De villico cui dictū ē: redde
rōnē villicatiōis: q̄ fidelis est i mini-
mo ꝛc. nemo pōt duob⁹ dñis ſuire:
auari pharisei deridebāt eū: iesus di
xit deus nouit corda: lex ꝛ prophete
vsqꝫ ad iohānē: de apice legis: vxorē
nō dimittere: d̄ diuite ꝛ lazaro. c. xvi.
D Icebat autem ꝛ ad discipulos A
suos. Homo quidā erat diues
qui habebat villicum: ꝛ hic diffama-
tus est apud illum/ quasi dissipasset
bona ipsi⁹. Et vocauit illū/ et ait illi.
Quid hoc audio de te? redde ratio-
nē villicationis tue: iā eñ non pote-
ris villicare. Ait aūt villicus intra
se. Quid faciā/ q꞉ dñs meus aufert
a me villicationem? fodere nō valeo
mendicare erubesco: scio quid faciā
vt cū amotus fuero a villicatione/

B recipiant me in domos suas. Conuo
catis itaq3 singulis debitoribus dñi
sui/ dicebat primo. Quantum debes
dño meo? At ille dixit. Centum cados
olei. Dixitq3 illi. Accipe cautionem
tuã: & sede cito scribe quinquaginta.
Deinde alio dixit. Tu vero quantũ
debes? Qui ait. Centũ coros tritici.
Ait illi. Accipe litteras tuas: & scribe
octoginta. Et laudauit dñs villicũ ini
quitatis qr prudenter fecisset: qr filii hu
C ius seculi prudentiores filiis lucis
in generatione sua sunt. Et ego vo
bis dico/ facite vobis amicos de mã
mona iniquitatis: vt cũ defeceritis
recipiãt vos in eterna tabernacula.
Qui fidelis est in minimo/ & in maio
ri fidelis est/ & qui in modico iniqu⁹
est: & in maiori iniqu⁹ est. Si ergo in
iniquo mãmona fideles non fuistis:
qd verũ est quis credet vobis? Et si
in alieno fideles nõ fuistis: qd vrm
mat.6.c. est quis dabit vobis? Nemo seruus
potest duobus dñis seruire: aut enĩ
D vnum odiet & alterũ diliget: aut vni
adherebit/ & alterũ cõtẽnet: non po
testis deo seruire & mãmone. Audie
bant autẽ oĩa hec pharisei qui erant
auari: & deridebant illũ. Et ait illis.
Uos estis qui iustificatis vos corã
hominibus/ deus autẽ nouit corda
mat.11.b. vestra: qr qd hoĩbus altũ est: abomi
natio est ante deũ. Lex et prophete/
vsq3 ad iohannẽ: ex eo regnũ dei euã
mat.5.c. gelizat: & oĩs in illud vim facit. Faci
mat.5.e. lius est autẽ celũ & terram preterire
mar.10.b. q̃ de lege vnũ apicẽ cadere. Oĩs qui
1.co.7.b. dimittit vxorẽ suã/ & alterã ducit me
E chat: & qui dimissam a viro ducit me
chat. Homo quidã erat diues/ q̃ in
duebatur purpura & bysso: et epula
batur quotidie splẽdide. Et erat qui
dã mẽdicus noĩe lazarus/ q̃ iacebat
ad ianuã eius: vlcerib⁹ plenus: cupi
ens saturari de micis q̃ cadebant de
mensa diuitis: & nemo illi dabat: sed
et canes veniebãt: & lingebãt vlcera
eius. Factũ est aũt vt moreret mẽ
F dicus/ & portaret ab angelis in sinũ
abrae. Mortu⁹ est aũt diues: & sepul
tus est in inferno. Eleuans aũt ocu
los suos cũ esset in tormentis/ vidit
abraã a longe & lazarũ in sinu eius/
14 & ipse clamãs dixit. Pater abraã mi
serere mei/ & mitte lazarũ vt intingat
extremũ digiti sui in aquam: vt refri
geret linguã meã/ qr crucior in hac
flamma. Et dixit illi Abraã. Fili re

cordare: qr recepisti bona i vita tua
& lazar⁹ similiter mala: nunc aũt hic
consolat: tu vero cruciaris: & in his
oĩbus inter nos & vos chaos magnũ G
firmatũ est: vt hi q̃ volũt hic trãsire
ad vos nõ possint: neq3 inde huc trãs
meare. Et ait. Rogo ergo te pater vt
mittas eũ i domũ patris mei: habeo
eñ quinq3 fratres vt testet illis/ ne &
ipsi veniãt in hũc locũ tormẽtoꝝ. Et
ait illi abraã. Habẽt moysẽ & pphe
tas: audiãt illos. At ille dixit. Nõ pr̃
abraã: sed si qs ex mortuis ierit ad
eos penitẽtiam agẽt. Ait aũt illi. Si
moysen & pphetas nõ audiũt: neq3
si qs ex mortuis resurrexerit credẽt.
C. S. De scãdalo: correptio fratris
septies in die dimittendũ: si haberẽ
tis fidẽ sicut granum sinapis: dicite
serui inutiles sum⁹: de decẽ leprosis
mũdatis regnũ dei intra vos est: vẽ
tura predicit d seipso: sicut factũ est
in diebus noe: de die iudicii. Cap. xvii.

Et ait ad discipulos suos. Im A
possibile est vt nõ veniãt scã mat.18.a.
dala: ve aũt illi p quẽ veniũt: mar.9.f.
vtiliu⁹ est illi: si lapis molaris impona
tur circa collũ ei⁹/ & proiciat i mare
q̃ vt scãdalizet vnũ de pusillis istis.
Attẽdite vobis. Si peccauerit in te mat.18.b.
frater tuus: increpa illũ: & si penitẽ leui.19.d.
tiam egerit: dimitte illi: & si septies i eccl.19.b.
die peccauerit i te: & septies in die cõ mat.18.c.
uers⁹ fuerit ad te dicẽs: penitet me:
dimitte illi. Et dixerũt aplĩ dño. Ad
auge nobis fidẽ. Dixit autẽ dñs. Si B
habueritis fidẽ sicut granũ sinapis mat.17.d.
diceretis huic arbori moro: Eradicare
et trãsplãtare in mare: & obediet vo
bis. Quis autẽ vestrũ habens seruũ
arantẽ: aut pascentẽ boues/ q̃ regres
so de agro dicat illi. Statĩ trãsi & re
cũbe: & nõ dicat. Para qd cenẽ & pci
ge te: & ministra mihi donec mãducẽ
et bibã: & post hec tu manducabis et
bibes? Nũqd gratiã habet seruo illi
qr fecit q̃ ei imperauerat? Nõ puto. C
Sic & vos cũ feceritis oĩa q̃ pcepta
sunt vobis: dicite. Serui inutiles su
mus: qd debuimus facere fecim⁹. Et
factũ est: dũ iret in hierlm: transibat
p mediã samariã & galileã. Et cũ in
grederet quoddã castellũ: occurre
runt ei decẽ viri leprosi: qui steterũt
a longe: et leuauerunt vocem dicen
tes. Jesu preceptor/ miserere no
stri. Quos vt vidit: dixit. Ite ostẽdi
te vos sacerdotibus. Et factum est/ D

dum irent mundati sunt. Unus aūt
ex illis vt vidit q2 mundatus est: re-
gressus est cum magna voce magni
ficās deum: ⁊ cecidit in faciem ante
pedes eius gratias agēs: ⁊ hic erat
Samaritanus. Respōdens autē Ie-
sus/ dixit. Nōne decē mūdati sunt?
et nouem vbi sunt? Nō est inuentus
qui rediret: ⁊ daret gloriam deo: nisi
hic alienigena. Et ait illi. Surge/ va
E de: q2 fides tua te saluum fecit. In-
terrogatus aūt a phariseis quando
venit regnum dei: rñdens eis: dixit
Non veniet regnū dei cum obserua
tione: neqꝫ dicēt/ Ecce hic: aut ecce il
lic. Ecce eñi regnū dei intra vos est.
Et ait ad discipulos suos. Venient
dies quando desideretis videre vnū
diem filii hoīs: ⁊ nō videbitis. Et di-
mat. 24. b. cent vobis. Ecce hic/ ⁊ ecce illic. No
lite ire/ neqꝫ sectemini: nam sicut ful
mar. 13. c. gur coruscans de sub celo in ea: que
sub celo sunt/ fulget: ita erit filius ho
F minis ĩ die sua. Primū aūt oportet
illum multa pati ⁊ reprobari a gene
mat. 24. d. ratione hac. Et sicut factū est in die
bus noe: ita erit ⁊ in dieb⁹ filii hoīs.
Edebant et bibebant/ vxores duce-
Gen. 7. b. bant/ et dabantur ad nuptias vsqꝫ
in diē/ qua intrauit noe in arcā/ ⁊ ve
nit diluuiū ⁊ pdidit oēs. Similiter
sicut factum est in diebus loth. Ede-
bant ⁊ bibebant/ emebant et vende-
gen. 19. c. bant/ plantabant ⁊ edificabāt. Qua
die autē exiit Loth a sodomis/ pluit
ignem ⁊ sulphur de celo ⁊ oēs perdi
dit: scđm hec erit qua die filius hoīs
G reuelabit. In illa hora qui fuerit in
tecto/ ⁊ vasa eius in domo: ne descē-
dat tollere illa: et qui in agro: simili-
ter non redeat retro. Memores esto
te vxoris loth. Quicūqꝫ q̃sierit ani-
mam suā saluā facere/ pdet illam: et
quicumqꝫ pdiderit illam/ viuificabit
eam. Dico vobis/ in illa nocte erunt
gen. 19. c. duo in lecto vno/ vnus assumetur/ et
s. 9. c. alter relinquetur: due erūt molētes
mat. 10. d. in vnū: vna assumetur ⁊ altera relin
mar. 8. d. quetur: duo in agro/ vn⁹ assumetur
Joh. 12. d. et alter relinquetur. Respondentes
mat. 24. d. dicunt illi. Ubi dñe? Qui dixit illis.
Ubicūqꝫ fuerit corpus/ illuc congre
gabuntur ⁊ aquile.

¶ L. S. Oportet semp orare/ de iudi-
ce deum non timente/ ⁊ de vidua/ de
oratione pharisei ⁊ publicani: qui se
exaltat humiliabit: dicit/ sinite veni
re paruulos ad me: nemo bonus: ni-
si solus deus/ dicit quecumqꝫ habes
vende/ et da pauperibus/ q̃ʒ difficile
qui pecunias habent in regnum dei
intrabunt: remuneratio illoꝝ qui di
mittunt sua propter deum/ predicit
passionem suā ⁊ mortem/ ⁊ ipsi non
intellexerūt: cecū illūinat. Cap. xviii.

Dicebat autē ⁊ parabolā ad il A
los quoniā oportet semp ora- eccli. 18. c
re ⁊ nō deficere: dicēs. Iudex 1. thes. 5. d
quidā erat in quadā ciuitate q̃ deū
non timebat/ ⁊ hoīem nō reuerebat.
Uidua aūt quedā erat in ciuitate il
la: ⁊ veniebat ad eū dicēs. Uindica
me de aduersario meo. Et nolebat p
multū tempus. Post hec autē dixit
intra se. Et si deum nō timeo nec ho
minem reuereor/ tamen q2 molesta
est mihi hec vidua/ vindicabo illā/
ne in nouissimo veniēs sugillet me.
Ait aūt dñs. Audite q̃d iudex iniq̃- B
tatis dicit. Deus autē nō faciet vin-
dictā electorū suoꝝ clamantiū ad se
die ac nocte: ⁊ patiētiam habebit in
illis? Dico autē vobis q2 cito faciet
vindictā illorū. Uerūtñ filius hoīs
veniēs: putas inueniet fidem in ter
ra? Dixit autē ⁊ ad quosdā qui in se
confidebāt tanqꝫ iusti: ⁊ aspernabā-
tur ceteros parabolam istam dicēs.
Duo hoīes ascēdebant in templū/
vt orarent: vnus phariseus/ et alter
publicanus. Phariseus stans/ hec C
apud se orabat. Deus gratias ago ti
bi quia nō sum sicut ceteri hoīm/ ra-
ptores/ iniusti/ adulteri/ velut etiam
hic publicanus: ieiuno bis in sabba-
to: decimas do oīm que possideo. Et
publicanus a longe stans/ nolebat
nec oculos ad celū leuare: sed percu
tiebat pect⁹ suū: dicēs. Deus ppiti⁹
esto mihi peccatori. Amē dico vobis
descendit hic iustificatus in domum
suā ab illo: q2 oīs qui se exaltat hu- s. 14. c.
miliabitur/ ⁊ qui se humiliat exalta- mat. 23. b.
bitur. Afferebāt aūt ad illū ⁊ infan- mr. 19. b.
tes vt eos tāgeret. Quod cum vide- mr. 10. b.
rent discipuli/ increpabant illos. Ie
sus autē cōuocans illos/ dixit. Sini-
te pueros venire ad me: ⁊ nolite ve
tare eos: talium est eñi regnum dei.
Amen dico vobis/ quicūqꝫ non acce
perit regnū dei sicut puer/ nō intra-
bit in illud. Et interrogauit eū qui- D
dam princeps/ dicens. Magister bo
ne quid faciens vitā eternā posside mat. 19. b.
bo? Dixit autē ei iesus. Quid me di- mr. 10. b.
cis bonum? nemo bonus/ nisi solus

Exo.20.c. deus. Mandata nosti. Non occides.
Non mechaberis. Non furtū facies.
Nō falsum testimoniū dices. Hono-
ra patrē tuū et matrem. Qui ait. Hec
oīa custodiui a iuuentute mea. Quo
audito iesus ait ei. Adhuc vnum tibi
deest. Oīa q̄cunq; habes vende/ꝛ da
pauperibus: et habebis thesaurū in
celo/et veni sequere me. His ille au-
ditis cōtristat⁹ est: q: diues erat val-
de. Videns aūt iesus illum tristē fa-
E ctum: dixit. Quā difficile q̄ pecunias
habēt/in regnū dei intrabunt. Faci-
lius est enī camelū per foramen acus
transire/q̄ diuitē intrare in regnum
dei. Et dixerunt q̄ audiebāt. Et q̄s po-
test salu⁹ fieri? Ait illis. Que impossi-
bilia sunt apd̄ hoīes: possibilia sunt
apud deū. Ait autē petrus. Ecce nos
dimisim⁹ oīa/ꝛ secuti sumus te. Qui
dixit eis. Amen dico vobis: nemo est
qui relīq̄t domum/aut parentes/aut
fratres/aut vxorē/aut filios propter
regnū dei: et non recipiat multo plu-
mat.20.b. ra in hoc tēpore/et in sclo̅ futuro vi-
mar.10.c. tā eternā. Assumpsit autē iesus duo
decī/et ait illis. Ecce ascēdim⁹ hiero-
F solymā/et consummabunt oīa q̄ scri-
pta sunt per prophetas de filio hoīs.
Tradet enī gentibus et illudet: ꝛ fla-
gellabit/et cōspuet: et postq̄ flagella
uerint/occident eū: et die tertia resur
get. Et ipsi nihil hoꝝ intellexerūt. Et
erat verbū istud absconditū ab eis/
mat.20.d. et nō intelligebāt q̄ dicebātur. Factū
mar.10.g. est aūt cū appropinquaret hiericho:
cecus quidā sedebat secus viam men
G dicās. Et cū audiret turbā pretereū-
tem/interrogabat quid hoc esset. Di-
xerūt aūt ei/ꝙ iesus nazaren⁹ transi-
ret. Et clamauit: dicens. Jesu fili da-
uid/miserere mei. Et qui preibant/in
crepabant eum vt taceret. Ipse vero
multo magis clamabat. Fili dauid/
miserere mei. Stans autē iesus/ius-
sit illū adduci ad se. Et cū appropin
quasset/interrogauit illū dicens. Quid
tibi vis faciam? At ille dixit. Dn̄e vt
videā. Et iesus dixit illi. Respice: fi-
des tua te saluū fecit. Et cōfestim vi-
dit: et seq̄bat illū magnificās deū. Et
oīs plebs vt vidit: dedit laudem deo.
¶ C. S. De zacheo/decē mnaꝝ similitu-
dinē ponit: hieri dabit: inimicos suos
ante se iubet occidere: sup pullū asi-
ne sedet: turbe descēdentiū ceperunt
deū laudare dicētes: bn̄dict⁹ q̄ venit
rex: dixit ies⁹/si hi tacuerint lapides
clamabūt: fleuit ies⁹ sup hierl'm: et p̄-
dixit destructionē ei⁹: eiicit vēdētes
et emētes de tēplo/p̄ncipes sacerdo-
tū ꝛ scribe q̄rebāt pdere iesū. Cap.xix.
Et ingressus pambulabat hie- 1 A
richo. Et ecce vir noīe zache⁹/
et hic p̄nceps erat publicano-
rum: et ipse diues. Et q̄rebat videre
iesum q̄s esset: et non poterat pre tur
ba/q: statura pusill⁹ erat. Et precur-
rens ascēdit in arborē sycomorū vt
videret eū: quia inde erat transitur⁹.
Et cū venisset ad locū: suspiciens ie-
sus vidit illū/et dixit ad eū. Zachee
festinās descende: quia hodie ī domo
tua oportet me manere. Et festinās
descēdit: et excepit illum gaudēs. Et
cū viderent oēs/murmurabāt dicen-
tes ꝙ ad hominē peccatorē diuertis- B
set. Stans autē zacheus/dixit ad ie-
sum. Ecce dimidium bonorū meorū
dn̄e do pauperibus: et si quid aliquē
defraudaui/reddo quadruplū. Ait
iesus ad eū. Quia hodie salus domui
huic facta est/eo ꝙ et ipse filius sit mat.18.b.
abrae. Venit enim filius hoīs quere-
re/et saluum facere quod perierat. mat.25.b
Hec illis audiētibus/adiiciens dixit
parabolā/eo ꝙ esset ꝓpe hierusalem
et quia existimarēt ꝙ confestim re-
gnum dei manifestaret. Dixit ergo.
Homo quidā nobilis abiit in regio-
nē lōginquam accipere sibi regnum
et reuerti. Vocatis autē decē seruis C
suis: dedit eis decē mnas: et ait ad il-
los. Negociamini dum venio. Ciues
autē eius oderant eū/ꝛ miserūt lega
tionē post illū dicētes. Nolum⁹ hunc
regnare super nos. Et factū est vt re
diret accepto regno/et iussit vocari
seruos quibus dedit pecuniā/vt sci-
ret quantū quisq; negociatus esset.
Venit autē prim⁹: dicens. Dn̄e: mna
tua decē mnas acquisiuit. Et ait illi.
Euge bone serue: quia in modico fui-
sti fidelis: eris potestatem habēs su-
pra decē ciuitates. Et alter venit di-
cēs. Dn̄e/mna tua fecit q̄nq; mnas.
Et huic ait. Et tu esto super quinq; ci
uitates. Et alter venit: dicens. Dn̄e/
ecce mna tua/quā habui repositam
in sudario. Timui enim te/q̄a homo
austerus es/tollis qđ non posuisti/et
metis qđ non seminasti. Dicit ei. De
ore tuo te iudico serue nequam. Scie- D
bas ꝙ ego homo austerus sum/tol-
lens quod non posui: ꝛ metens quod
non seminaui/et quare nō dedisti pe

curiam meã ad mensam: et ego veniẽs cũ vsuris vtiq; exegissem illud? Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnam: et date illi qui decẽ mnas habet. Et dixerũt ei. Dñe: habet decem
S.8.c. mat.13.b. et.25.c. mar.4.c. mnas. Dico autẽ vobis / quia omni habenti dabit̃ et abundabit / ab eo autem qui non habet / et qd̃ habet auferetur ab eo. Uerumtamen inimicos meos illos qui noluerũt me regnare super se adducite huc / et interficite
E ante me. Et his dictis p̃cedebat ascẽdens hierosolymã. Et factũ est: cum
mat.21.a. mar.11.a. appropinquasset ad Bethphage / et Bethaniã / ad montẽ qui vocat̃ oliueti: misit duos discipulos suos dicẽs. Ite in castellũ quod cõtra vos est: in quod introeuntes inuenietis pullũ asine alligatum: cui nemo vnq̃ hoim sedit / soluite illum / et adducite. Et si quis vos interrogauerit: quare soluitis / sic dicetis ei. Quia dñs operam eius desyderat. Abierũt autẽ q̃ missi erãt / et inuenerũt sicut dixit illis stãtem pullũ. Soluẽtibus aũt illis pul-
F lum: dixerunt dñi ei⁹ ad illos. Quid
joh.12.b. soluitis pullũ? At illi dixerũt. Quia dñs eum necessariũ habet. Et duxerunt illũ ad iesum. Et iactãtes vestimẽta sua supra pullũ / imposuerunt iesum. Eunte autẽ illo substernebant vestimenta sua in via. Et cum appropinquaret iã ad descẽsum mõtis oliueti: ceperunt oẽs turbe descẽdẽtiũ gaudẽtes laudare deũ voce magna super oibus / quas viderãt virtutibus dicentes. Bñdictus qui venit rex in noĩe dñi: pax in celo: et gloria i excelsis. Et quidã phariseorũ de turbis dixerũt ad illũ. Magister / increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait. Dico vobis: q2 si hi tacuerint / lapides clamabunt. Et vt appropinquauit / videns ciuitatẽ fleuit super illã dicẽs.
16.q.7.c. et hec diximus. Quia si cognouisses et tu / et quidem in hac die tua q̃ ad pacẽ tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.
G .J.21.b. mat.24.a. mar.13.a. Quia venient dies in te: et circũdabũt te inimici tui vallo / et circundabunt te / et coangustabunt te vndiq; / et ad terram prosternẽt te / et filios tuos q̃ in te sunt. Et nõ relinquẽt in te lapidem sup lapidẽ: eo q2 nõ cognoueris
mat.21.b. mar.11.b. Esa.56.c. tempus visitatiõis tue. Et ingressus in templũ / cepit eiicere vendentes et ementes: dicens illis. Scriptum est: Qr domus mea / dom⁹ orationis est:
Hie.7.b. vos autẽ fecistis illã speluncã latronum. Et erat docẽs quotidie in templo. Principes aũt sacerdotũ et scribe et principes plebis querebãt illum perdere / et nõ inueniebãt q̃d facerẽt illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

¶ Ca. S. Interrogatus iesus: in qua potestate hec facit: rñdit: baptismus iohãnis de celo erat an ex hoib⁹? de colonis vinee qui occiderũt seruos / lapidẽ / quẽ reprobauerunt rc. reddite que sunt cesaris rc. de muliere / q̃ septẽ fratres habuit / de⁹ nõ est mortuorũ: sed viuorũ rc. quõ xp̃s sit fili⁹ dauid: attendite a scribis qui volunt ambulare in stolis: qui deuorant domos viduarum. Capitulum xx.

ET factũ est: in vna dierum docente illo populum in templo / A mat.21.e. mar.11.d.
et euangelizante / conuenerunt principes sacerdotum et scribe cũ senioribus / et aiunt dicẽtes ad illum. Dic nobis in qua potestate hec facis? aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondẽs autẽ iesus: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnum verbũ. Rñdete mihi. Baptismus iohãnis de celo erat: an ex hoibus? At illi cogitabãt intra se / dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet / Quare ergo nõ credidistis illi? Si autẽ dixerimus ex hoibus: plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim Johannẽ
prophetã esse. Et rñderunt se nescire B
vnde esset. Et ies⁹ ait illis. Neq; ego dico vobis / i qua potestate hec facio. Cepit autẽ dicere ad plebẽ parabolã hanc. Homo quidã plãtauit vineã / et
locauit eã colonis: et ipse peregre fuit mat.21.d.
multis tẽporib⁹. Et in tẽpore illo mi- mar.12.a.
sit ad cultores seruum / vt de fructu Esa.5.a.
vinee darent illi. Qui cesum dimise- Hie.2.d.
runt eũ inanẽ. Et addidit alterũ seruum mittere. Illi autẽ hũc quoq; cedentes / et afficiẽtes cõtumelia dimiserunt inanẽ. Et addidit tertium mittere: q̃ et illũ vulnerãtes eiecerũt. Dixit autẽ dñs vinee. Quid faciã? mittam filium meũ dilectũ: forsitã cum
hunc viderint / verebũtur. Quẽ cum C
vidissent coloni / cogitauerunt intra se dicẽtes. Hic est heres: occidamus illũ / vt nr̃a fiat hereditas. Et eiectũ illũ extra vineã / occiderũt. Quid ergo faciet illis dñs vinee? veniet et perdet colonos istos / et dabit vineam aliis. Quo audito / dixerũt illi. Absit. Ille autẽ aspiciẽs eos: ait. Quid est

Ps.117.d. ergo hoc qd scriptū est/Lapidez quē
Act.4.b. reprobauerūt edificātes / hic factus
Ro.9.g. est in caput anguli? Oīs q ceciderit
1.Pe.2.a. supra illū lapidē cōquassabit: supra
Esa.28.d. quē aūt ceciderit/cōminuet illuz. Et
querebāt principes sacerdotū et scri
be mittere in illuz man⁹ illa hora: et
D timuerunt pplm: cognouerunt eñi q
mat.21.b. ad ipsos dixerit similitudinez hanc. Et
mar.12.b. obseruātes miserunt insidiatores q
se iustos simularēt: vt caperēt eum in
sermone: et traderent illuz principa
tui et ptāti presidis. Et interrogaue
rūt eū dicētes. Magister/scimus qa
recte dicis et doces/et nō accipis p
sonā: sed viā dei in veritate doces: li
cet nob tributū dare cesari/an non?
Cōsiderās autē dolum illoꝝ dixit ad
eos. Quid me tētatis? ostendite mihi
denariū. Cuius hz imaginez et inscri
ptionē? Rñdētes dixerūt ei. Cesaris.
Ro.13.c. Et ait illis. Reddite ergo que sūt ce
23.q.1.c. saris/cesari: et q sunt dei/deo. Et non
militare. potuerūt verbum ei⁹ rephendere co
mat.22.c. rā plebe: et mirati in rñso eius tacue
mar.12.b. rūt. Accesserunt aūt qdaz sadduceo
E rū qui negāt esse resurrectionē / et in
Deu.25.b. terrogauerunt eū dicētes. Magister
moyses scripsit nobis. Si frater ali
cui⁹ mortuus fuerit habēs vxorez/ et
hic sine liberis fuerit / vt accipiat eā
frater ei⁹ vxorē: et suscitet semen fra
tri suo. Septē ergo fratres erant: et
prim⁹ accepit vxorez/et mortuus est
sine filiis. Et sequens accepit illaz: et
ipse mortuus est sine filio. Et terti⁹ ac
cepit illā/simr et oēs septē: et nō reliq
rūt semē/et mortui sunt. Nouissime
oīm mortua est et mulier. In resur
rectione ergo cui⁹ eorū erit vxor? si
quidē septē habuerunt eaz vxorē. Et
F ait illis iesus. Filij hui⁹ scli nubunt
et traduntur ad nuptias: illi vero qui
digni habebunt sclo illo et resurre
ctione ex mortuis/neqz nubent/neqz
ducent vxores: neqz vltra mori pote
Exo.3.b. rūt. Equales eñi angelis sunt: et filij
sunt dei/cū sint filij resurrectionis.
Qz vero resurgāt mortui/et moyses
ostendit secus rubū/sicut dicit dñm/
deū abraam/et deū isaac/et deum ia
cob. Deus aūt nō est mortuorz/sed
viuoꝝ: oēs eñi viuunt ei. Rñdentes
G aūt quidā scribarū dixerūt ei. Magr
bñ dixisti. Et ampli⁹ nō audebāt eum
mat.22.d quicq interrogare. Dixit aūt ad illos.
mar.12.d. Quō dicūt christū filiū esse dauid: et
Ps.109.a. ipse dauid dicit i libro psalmoꝝ: Di
xit dñs dño meo: sede a dextris meis.
Donec ponā inimicos tuos: scabellū
pedum tuorū? Dauid ergo dñm illuz
vocat: et quomodo fili⁹ eius est? Au J.11.f.
diēte aūt oīm pplo / dixit discipulis mat.23.a.
suis. Attendite a scribis q volūt am mar.12.d.
bulare in stolis/et amāt salutationes
in foro: et primas cathedras i syna
gogis/et primos discubitus in cōui
uijs: qui deuorant domos viduarum
simulantes longam orationē. Hi ac
cipient damnationē maiorem.
¶ C.S. Dixit: hec vidua pauper pl⁹
rc. de tēplo dixit / nō relinquet lapis
sup lapidē rc. qñ hec erunt et qd si
gnū cū fieri incipiet: surget gēs ɔtra
gentē: terre mot⁹ erūt: iniciet vobis
man⁹: ponite in cordib⁹ vris: de ca
pillo: et patiētia: de hierlm: tunc qui
in iudea sunt fugiēt: de pregnātibus
de pressura: hierlm calcabit a gētib⁹:
erūt signa in sole et luna: vtutes ce
lorū mouebunt: et tunc videbūt filiuz
hois venientē: videte ficulneā: celum
et terra trāsibūt: docet cauere a cra
pula et ebrietate: vigilate rc. Cap. xxi.
RESpiciēs autez/vidit eos q mit A
tebant munera sua in gazophy mar.12.d.
laciū diuites. Uidit autem et quan
dam viduā paupercula mittentē era
minuta duo. Et dixit. Uere dico vo
bis qz vidua hec pauper/plus q oēs
misit. Nā oēs hi ex abūdāti sibi mi
serūt in munera dei: hec aūt ex eo qd
deest illi/oēm victū suū quem habuit
misit. Et quibusdā dicentib⁹ de tēplo
q bonis lapidib⁹ et donis ornatum B
esset, dixit. Hec que videtis / venient mat.24.a.
dies in qb⁹ nō relinquet lapis super mar.13.a.
lapidē qui nō destruat. Interrogaue J.19.g.
runt autē illuz dicentes. Preceptor/
qñ hec erunt: et qd signū cū fieri inci
piet? Qui dixit. Uidete ne seducami
ni. Multi eñi venient in noie meo di
centes qz ego sum/et tēpus appropin
quauit. Nolite ergo ire post eos. Cuz
autē audieritis prelia et seditiones
nolite terreri. Oportet eñi primū hec
fieri: sed nondū statī finis. Tūc dice C
bat illis. Surget gens contra gentē/
et regnū aduersus regnum/et terre
motus magni erunt per loca / et pe
stilentie/et fames: terroresque/et si
gna de celo magna erunt. Sed ante
hec omnia/inijcient vobis manus su
as: et persequentur tradētes in syna
gogas et custodias: trahentes ad re
ges et presides ppter nomen meuz.

contingent autē vobis in testimonium.
Ponite ergo in cordib⁹ vr̄is nō pre-
meditari quēadmodū respōdeatis.
Ego eñ dabo vobis os et sapientiam:
cui nō poterūt resistere ⁊ contradice
re oēs aduersarij vestri. Trademini
D autē a parentib⁹/⁊ fratrib⁹/et cogna-
tis/⁊ amicis: ⁊ morte afficiēt ex vo-
bis. Et eritis odio oib⁹ hoībus ꝑpter
nomē meū: et capillus de capite vr̄o
mat.24.b non peribit. In patiētia vestra possi-
mar.13.b. debitis aīas vestras. Cū autē viderj
Deū.9.g. tis circundari ab exercitu hierusalē:
tunc scitote q᷑ appropinquauit deso-
latio eius. Tūc qui in iudea sunt: fu-
giant ad mōtes: et qui in medio ei⁹:
discedāt: et qui in regionibus: nō in-
trent in eam: q᷑ dies vltionis hi sunt:
vt impleantur omnia q̄ scripta sunt.
Ue aūt pregnātibus et nutrientibus
E in illis diebus. Erit eñ pressura ma-
gna sup terrā: ⁊ ira populo huic. Et
cadēt in ore gladij: et captiui ducen-
tur in oēs gentes. Et hierusalē calca
bitur a gētibus: donec impleant tem
mat.24.c pora nationū. Et erunt signa in sole/
mar.13.c. et luna/et stellis: et in terris pressura
Esa.13.d. gentiū pre confusione sonitus maris
Eze.32.b. et fluctuū/arescētibus hoībus pre ti-
Joel.3.c. more ⁊ expectatione que superueniēt
vniuerso orbi. Nam virtutes celorum
mouebunt: et tūc videbūt filium hoīs
venientē in nube cum potestate ma-
gna et maiestate. His autē fieri inci-
F piētib⁹/respicite et leuate capita ve-
stra: qm̄ appropinquat redēptio ve-
stra. Et dixit illis similitudinē. Uidete
ficulneā et oēs arbores: cū ꝓducunt
iam ex se fructum: scitis qm̄ prope est
estas. Ita et vos cum videritis hec fie
ri: scitote qm̄ prope est regnum dei.
Amen dico vobis/q᷑ non preteribit
gñatio hec: donec oia fiāt. Celū ⁊ ter-
Ro.13.d. ra trāsibūt: verba aūt mea nō transi-
bunt. Attendite autem vobis ne forte
grauent corda vr̄a i crapula ⁊ ebrie-
tate et curis hui⁹ vite: ⁊ superueniat in
G vos repētina dies illa. Tanq̄ laqus
eñ superueniet in oēs qui sedent super
faciē oīs terre. Uigilate itaq̄/omni
tēpore orantes: vt digni habeamini
fugere ista oia q̄ futura sunt/et stare
ante filium hoīs. Erat autem diebus
docens in templo: noctibus vero exi-
ens morabatur in mōte qui vocatur
oliueti. Et omnis populus mane ibat
ad eum in templo audire eum.

CCS. Appropinquabat pascha: et
querebant ꝑncipes sacerdotū eum in-
terficere: satanas intrauit in iudam
et tradidit dn̄m: iubet pascha para-
ri: dat discipulis corpus et sanguinē:
orat in monte: sudat sanguinē: capi-
tur: seruo auricula amputatā sanat:
petr⁹ ter negat christum: ꝑcutit: blas-
phemat: illudit: in consiliū ducit: in-
terrogat si sit christus. Ca. xxij.

Appropinquabat autem dies fe- A
stus azymorū/q̄ dicit pascha: et mat.26.a
querebant principes sacerdotum et mar.14.a
scribe quomodo iesum interficerent:
timebant vero plebem. Intrauit au- mat.26.a
tem satanas in iudam qui cognomi- mar.14.b
nabat scarioth/ vnum de duodecim:
et abiit et locutus est cū principibus
sacerdotū et magistratibus quēad-
modum illum traderet eis. Et gauisi
sunt: et pacti sunt pecuniam illi dare.
Et spopōdit. Et querebat opportuni-
tatem: vt traderet illum sine turbis.
Uenit aūt dies azymorū/in qua ne- mat.26.b
cesse erat occidi pascha. Et misit pe- mar.14.b
trum et iohānē dicēs. Euntes para-
te nobis pascha vt manducemus. At
illi dixerūt. Ubi vis paremus? Et di-
xit ad eos. Ecce introeuntib⁹ vobis
in ciuitatem/ occurret vobis hō am-
phorā aque portans: sequimini eum in
domū in quā intrat/et dicetis patri-
familias dom⁹. Dicit tibi magister.
Ubi est diuersoriū vbi pascha cū dis- B
cipulis meis manducē? Et ipse ostē-
det vobis cenaculū magnū stratum:
et ibi parate. Euntes aūt inuenerūt
sicut dixit illis: et parauerūt pascha.
Et cum facta esset hora discubuit/et
duodecim ap̄li cum eo: et ait illis. De- mat.26.b
siderio desideraui hoc pascha man- mar.14.b
ducare vobiscum/ antēq̄ patiar. Di- 1.Co.11.c.
co eñ vobis/q᷑ ex hoc non manduca
bo illud/donec impleat in regno dei.
Et accepto calice grās egit/et dixit.
Accipite et diuidite inter vos. Dico
eñ vobis q᷑ nō bibā de gñatione vi-
tis: donec regnum dei veniat. Et acce-
pto pane grās egit et fregit: et dedit
eis dicens. Hoc est corpus meum/qđ
pro vobis datur. Hoc facite in meam
cōmemorationem. Siliter et calicem
postq̄ cenauit dicens. Hic est calix
nouū testamentū in sanguine meo/
qui pro vobis fundet. Uerumtñ ecce mat.26.b
manus tradētis me/mecū est in mē- mar.14.b
sa. Et quidē fili⁹ hoīs scđm qđ defini- iohā.13.c.
tum est vadit: verumtñ ve homini il- Ps.40.c.
li per quē tradet. Et ipsi ceperunt q̄- C

rere inter se / q̄s esset ex eis q̄ hoc fa-
cturus esset. Facta est aūt et conten
tio inter eos / quis eoꝝ videretur esse
mat.10.d. maior. Dixit aūt eis. Reges gētium
mar.10.f. dn̄ant eoꝝ: et qui potestatē habēt su-
per eos / benefici vocant. Uos autem
non sic: sed qui maior est in vobis / fi-
at sicut minor: et qui precessor est / si-
cut ministrator. Nā quis maior est:
qui recūbit an qui ministrat? Nōne
qui recūbit? Ego autē in medio vr̄m
sum sicut q̄ ministrat. vos autē estis
qui permāsistis mecum in tētationi-
bus meis. Et ego dispono vobis si-
cut disposuit mihi pater meꝰ regnū:
vt edatis et bibatis sup mēsam meā
in regno meo: ꝛ sedeatis super thro-
nos iudicātes duodecī tribus israel.
de pe.dis. Ait autē dn̄s simoni. Simon / ecce sa
2.c.1.si.h. tanas expetiuit vos / vt cribraret si-
vn̄ dauid. cut triticū: ego autē rogaui pro te vt
non deficiat fides tua. Et tu aliquan
do cōuersus: confirma fratres tuos.
Qui dixit ei. Dn̄e tecū paratus sum /
mat.26.c et in carcerē ꝛ in mortē ire. Et ille di
mar.14.e. xit. Dico tibi petre: nō cātabit hodie
gallus: donec ter abneges nosse me.
D Et dixit eis. Qn̄ misi vos sine saccu-
lo / ꝛ pera / ꝛ calceamētis: nunq̄d ali-
quid defuit vobis? At illi dixerunt.
Nihil. Dixit ergo eis. Sed nūc q̄ ha
bet sacculū / tollat: similiter ꝛ peram. Et
qui non habet / vēdat tunicam suā / et
emat gladiū. Dico em̄ vobis / q̄m ad
huc hoc qđ scriptū est oportet īpleri
Esa.53.d. in me. Et cum iniquis deputatus est.
Etem̄ ea que sunt de me / finē habēt.
At illi dixerunt. Dn̄e: ecce duo gladij
mat.26.e hic. At ille dixit eis. Satis est. Et e-
mr.14.c. gressus ibat scđm consuetudinem in
Joā.18.a. montē oliuaꝝ. Secuti sunt aūt illum
mat.26.d et discipuli. Et cū peruenisset ad lo-
mr.14.d. cū / dixit illis. Orate ne intretis in tē-
tationem. Et ipse auulsus est ab eis
quantū iactus est lapidis: et positis
genibus orabat dicens. Pater / si vis
E trāsfer calicem istū a me. Uerūtamē
nō mea voluntas / sed tua fiat. Appa
ruit aūt illi angelꝰ de celo cōfortans
eū. Et factus in agonia: prolixius ora-
bat. Et factꝰ est sudor eius / sicut gut-
te sanguinis decurrētis in terrā. Et
cum surrexisset ab oratione / et venis-
set ad discipulos suos / inuenit eos
dormientes pre tristitia. Et ait illis.
Quid dormitis? surgite / orate ne in-
mat.26.e tretis in tētationē. Adhuc eo loquen
mr.14.e. te ecce turba: et qui vocabat iudas /
vnus de duodecim antecedebat eos Jo.18.a.
et appropinquauit iesu vt oscularetur
eum. Jesus aūt dixit illi. Juda oscu-
lo filiū hoīs tradis? Uidētes aūt hi
qui circa ip̄m erāt qđ futurum erat /
dixerunt ei. Dn̄e / si percutimus in gla-
dio? Et percussit vnus ex illis seruum
principis sacerdotum: et amputauit
auriculam eius dexterā. Rn̄dēs au- F
tem iesus / ait. Sinite vsq huc. Et cū
tetigisset auriculā eius / sanauit eū.
Dixit aūt iesus ad eos qui venerant
ad se / principes sacerdotum ꝛ magi-
stratus templi et seniores. Quasi ad
latronē existis cū gladijs et fustibꝰ.
Cū quotidie vobiscū fuerim in tem-
plo nō extendistis manus in me: sed
hec est hora vestra et potestas tene-
brarū. Cōprehendentes aūt eū duxe mat.26.f.
runt ad domū principis sacerdotū. mar.14.f
Petrꝰ vero sequebat eū a longe. Ac- Joh.10.e.
censo autē igne in medio atrij / ꝛ cir- mt.26.g.
cūsedētibus illis / erat petrus in me- mr.14.g.
dio eoꝝ. Quem cum vidisset ancilla Jo.18.c.
quedā sedētem ad lumen / et eū fuis-
set intuita / dixit. Et hic cum illo erat.
At ille negauit eū dicēs. Mulier / nō
noui illū. Et post pusillū aliꝰ videns mt.26.g.
eum / dixit. Et tu de illis es. Petrus mr.14.g.
vero ait. O homo / non sum. Et inter- Jo.18.c.
uallo facto quasi hore vnius / alius
quidā affirmabat dicēs. Uere et hic
cū illo erat: nā et galileus est. Et ait
petrus. Homo / nescio quid dicis. Et G
cōtinuo adhuc illo loquente / cātauit
gallus. Et cōuersus dominꝰ respexit de pe.dis.
petrū. Et recordatus est petrꝰ verbi 1.c.porro
dn̄i sicut dixerat. Qr priusq̄ gallus et.c.petrꝰ
cantet / ter me negabis. Et egressus
foras petrus / fleuit amare. Et viri
qui tenebāt illū / illudebant ei cedē-
tes. Et velauerūt eum / et percutiebant
faciē eiꝰ / et interrogabāt eū dicētes.
Prophetiza / q̄s est qui te percussit?
Et alia multa blasphemantes dice-
bant in eū. Et vt factus est dies / con mt.27.a.
uenerūt seniores plebis ꝛ principes mr.15.a.
sacerdotū et scribe: et duxerūt illū in Jo.18.e.
cōcilium suū dicētes. Si tu es christus
dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixe-
ro nō credetis mihi: si aūt et interro
gauero / non rn̄debitis mihi neq dī-
mittetis. ex hoc aūt erit filiꝰ hoīs se-
dēs a dextris virtutis dei. Dixerunt
autē oēs. Tu ergo es filius dei? Qui
ait. Uos dicitis / q2 ego sū. At illi di-
xerūt. Quid adhuc desideramꝰ testi-
moniū? ipsi enī audiuimꝰ de ore eiꝰ.

¶ C.S. Ducit̃ ad pylatū ꝛ accusatur
corā eo: dicūt: ꝯmouit ppl'm docens:
pilatus mittit ad herodem iesum: ab
herode spernit̃ et remittit̃ ad pilatū
et facti sunt amici herodes ꝛ pilat⁹:
barrabas dimittit̃: iesus crucifigit̃:
moritur et sepelitur. Cap. xxiii.
A Et surgens oīs multitudo eo-
rum duxerūt illum ad pilatū.
Ceperunt aūt illū accusare di
mat.22.c. centes. Hunc inuenimus subuerten
mar.12.b. tem gentē nostram: ꝛ prohibentē tri
mat.27.b buta dari cesari: et dicentē se christū
mar.15.a regem esse. Pilatus autē interroga-
Jo.18.f. uit eum dicēs. Tu es rex iudeorum?
At ille respondens ait. Tu dicis. Ait
aūt pilatus ad principes sacerdotū
et turbas. Nihil inuenio cause i hoc
hoie. At illi inualescebāt dicētes. Cō-
mouit ppl'm docēs ꝑ vniuersam iu-
deam / incipiens a galilea vsq; huc.
Pilatus aūt audiens galileā: inter-
rogauit si homo galileus esset. Et vt
cognouit q' de herodis potestate es-
set: remisit eū ad herodem / qui et ipse
hierosolymis erat illis dieb⁹. Hero-
des autē viso iesu gauisus est valde.
B Erat eñ cupiens ex multo tp̃e vide-
re eum: eo q' audiret multa de eo: et
sperabat signum aliqđ videre ab eo
fieri. Interrogabat autē eum multis
sermonib⁹. At ipse nihil illi respōde-
bat. Stabant aūt principes sacerdo
tum et scribe constanter accusantes
eū. Spreuit aūt illū herodes cum ex-
ercitu suo: ꝛ illusit indutum veste al-
ba / et remisit ad pilatū. Et facti sunt
amici pilatus ꝛ herodes in ipsa die:
mat.27.c nā antea inimici erant adinuicē. Pi
mar.15.b. latus aūt ꝯuocatis principib⁹ sacer-
Jo.18.g. dotū et magistratibus et plebe / dixit
et.19.c. ad illos. Obtulistis mihi hūc hoiem
quasi auertentē ppl'm: et ecce ego co-
rā vobis interrogans / nullā causam
inuenio in hoie isto ex his in quibus
C eū accusatis. Sed neq; herodes: naʒ
remisi vos ad illū / ꝛ ecce nihil dignū
morte actū est ei. Emendatū ergo il-
lum dimittam. Necesse aūt habebat
dimittere eis ꝑ diē festū vnū. Excla-
mauit autē simul vniuersa turba di-
cens. Tolle hūc: ꝛ dimitte nobis bar-
rabā. qui erat ꝓpter seditionē quan-
dā factā i ciuitate et homicidiū mis-
sus in carcerē. Iterū aūt pilatus lo-
cutus est ad eos volens dimittere ie-
sum. At illi succlamabant dicentes.
Crucifige crucifige eū. Ille autē ter-
tio dixit ad illos. Quid eñ mali fe-
cit iste? nullā causaʒ mortis inuenio in
eo. corripiā ergo illū ꝛ dimittā. At il-
li instabāt vocib⁹ magnis postulan- D
tes vt crucifigeretur: et inualescebāt
voces eoruʒ. Et pilatus adiudicauit
fieri petitionē eoꝝ. Dimisit aūt illis
eū qui ꝓpter homicidiū ꝛ seditioneʒ
missus fuerat in carcerē quem pete-
bant. Jesum vero tradidit voluntati
eoꝝ. Et cū ducerent eū / apprehende- mat.27.d
rūt simonem quendā cyrenensem ve mar.15.b
nientē de villa: ꝛ imposuerūt illi cru-
cem portare post iesum. Sequebatur
aūt illū multa turba ppl'i et mulierū:
que plangebant et lamentabant eū.
Conuersus autē ad illas iesus / dixit.
Filie hierl'm nolite flere sup me: sed
sup vosipsas flete et sup filios vr̃os:
qm̃ ecce venient dies in quib⁹ dicent.
Beate steriles ꝛ ventres q̃ nō genue esa.54.a
runt: et vbera q̃ nō lactauerūt. Tunc gala.4.d
incipient dicere mōtibus: Cadite su- esa.2.d.
per nos: ꝛ collib⁹: Operite nos. Q2 si E
in viridi ligno hec faciunt: in arido osee.10.b.
quid fiet? Ducebant̃ autē et alii duo apoc.9.b.
nequā cum eo / vt interficerentur. Et mat.27.d
postq̃ venerūt in locum qui vocatur mar.15.b.
caluarie / ibi crucifixerūt eū: et latro- Jo.19.d.
nes / vnum a dextris et alterū a sini-
stris. Jesus autē dicebat. Pater / di-
mitte illis: nō eñ sciunt qđ faciunt.
Diuidētes vero vestimenta ei⁹ mise- mat.27.d
runt sortes. Et stabat ppl's expectās mar.15.b.
et deridebāt eū principes cū eis dicē Jo.19.d.
tes. Alios saluos fecit / se saluum fa-
ciat si hic est christ⁹ dei electus. Illu-
debant aūt ei et milites accedentes
et acetū offerentes ei et dicentes. Si
tu es rex iudeorū / saluū te fac. Erat
aūt et superscriptio scripta sup eū litte-
ris grecis et latinis et hebraicis / hic
est rex iudeoꝝ. Un⁹ aūt de his q̃ pen
debant latronib⁹ blasphemabat eum
dicens. Si tu es christus: saluum fac
teipm̃ ꝛ nos. Respondens autē alter
increpabat eū dicēs. Neq; tu times F
deū / q̃ in eadē dānatione es? Et nos
quidē iuste: nam digna factis recipi-
mus: hic vero nihil mali gessit. Et dice-
bat ad iesum. Dñe / memento mei cū 26.q.6.c.
veneris in regnū tuū. Et dixit illi ie- si pr̃sbyter
sus. Amē dico tibi / hodie mecū eris de pe.dis.
in paradiso. Erat autē fere hora sex- 7.c.null⁹
ta: ꝛ tenebre facte sunt in vniuersam de ꝯse.di.
terrā vsq; in horam nonam. Et obscu 4.c.bap-
ratus est sol: et velum templi scissum tismi.
est mediū. Et clamans voce magna

Fo.30.a. iesus ait. Pater in manus tuas com
B mendo spiritū meū. Et hec dicēs ex-
pirauit. Uidens autē centurio quod
factū fuerat: glorificauit deū dicens.
Uere hic homo iustus erat. Et omis
turba eorum qui simul aderant ad spe-
ctaculū istud et videbāt que fiebant/
percutientes pectora sua reuertebā-
tur. Stabant autē oēs noti eius a lon-
mat.27.g ge: et mulieres q̄ secute eum erant a
mar.15.d galilea hec vidētes. Et ecce vir noie
Jo.19.g. ioseph q̄ erat decurio/vir bonus et iu-
stus: hic nō cōsenserat cōsilio et acti-
bus eorum ab arimathia ciuitate iu-
dee/q̄ expectabat et ipse regnum dei.
Hic accessit ad pilatū et petiit corp⁹
iesu: et depositū inuoluit in sindone: et
posuit illū in monumēto exciso/ in q̄
nondū quisq̄ positus fuerat. Et dies
erat parasceues: et sabbatū illucesce-
bat. Subsecute autē mulieres que cū
eo venerāt de galilea/ viderūt monu
mentū: et quēadmodum positū erat
corp⁹ ei⁹. Et reuertentes parauerunt
aromata et vnguēta: et sabbato qui-
dem siluerunt scdm mandatum.

¶ Ca. S. Resurgit a mortuis: appa-
ruit discipulis: fert in celū. Cap. xxiiii.

A Una autez sabbati valde dilu-
Mr.16.a. culo venerūt ad monumentū:
Joh.20.a portātes que parauerant aro-
mata/et inuenerūt lapidē reuolutū
a monumēto. Et ingresse nō inuene-
runt corpus dñi iesu. Et factū est: dū
mente cōsternate essent de isto: ecce
duo viri steterūt secus illas in veste
fulgēti. Cū timerēt autē et declinarent
vultū in terrā: dixerunt ad illas. Quid
queritis viuentē cū mortuis: non est
hic: sed surrexit. Recordamini qua-
liter locutus est vobis/cum adhuc in
mat.17.d galilea esset dicēs. Quia oportet fili-
mar.9.c. um hominis tradi in manus hoim pec
L.9.e. catorum et crucifigi: et die tertia resur-
gere. Et recordate sunt verborum eius.
Et regresse a monumento/nunciaue-
runt hec oia illis vndecim/et ceteris
B oibus. Erat autē maria magdalene/
et ioanna/ et maria iacobi / et cetere
que cū eis erant q̄ dicebāt ad aplos
hec. Et visa sunt ante illos sicut de-
liramentū verba ista/ et nō credide-
runt illis. Petrus autem surgēs cu-
currit ad monumentū: et procūbens
vidit lintheamina sola posita/ et abi-
it secū mirans quod factum fuerat.
Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in
Mr.16.c. castellū quod erat in spacio stadio-
rum sexaginta ab hierusalē nomine
emaus: et ipsi loquebantur adinuicē
de his omnibus que acciderant. Et C
factū est: dū fabularentur et secū q̄-
rerent: et ipse iesus appropinquans
ibat cū illis. oculi autem illorū tene-
bātur/ ne eū agnoscerent. Et ait ad
illos. Qui sunt hi sermones q̄s con-
fertis adinuicē ambulantes/et estis
tristes? Et respondens vnus cui no-
men cleophas: dixit ei. Tu solus per
egrinus es in hierusalem: et non co-
gnouisti q̄ facta sunt in illa his die-
bus? Quib⁹ ille dixit. Que? Et dixe-
runt. De iesu nazareno qui fuit vir
propheta/potens in opere et sermo-
ne corā deo et omni pplo. Et quō eū
tradiderūt summi sacerdotes et prin-
cipes nostri in damnationez mortis
et crucifixerunt eū. nos autem spera D
bamus q2 ipse esset redēptur⁹ israel:
et nunc super hec omnia/ tertia dies
est hodie q̄ hec facta sunt. Sz et mu-
lieres quedam ex nostris terruerunt
nos que ante lucē fuerunt ad monu-
mentum/et nō inuento corpore eius
venerunt dicētes se etiam visionem
angelorum vidisse: qui dicunt eum
viuere. Et abierunt quidam ex no-
stris ad monumētum: et ita inuene-
runt sicut mulieres dixerunt: ipsum
vero nō inuenerunt. Et ipse dixit ad
eos. O stulti et tardi corde ad credē-
dum i omnibus que locuti sunt pro-
phete: nonne hec oportuit pati chri-
stum: et ita intrare in gloriam suam?
Et incipiens a moyse /et omnibus
prophetis interpretabatur illis in
omnib⁹ scripturis que de ipso erant. E
Et appropinquauerunt castello quo
ibant: et ipse se finxit longius ire. Et
coegerunt illum dicentes. Mane no
biscū dñe/quoniam aduesperascit: et
inclinata est iam dies. Et intrauit
cum illis. Et factum est: dum recum-
beret cum eis/accepit panem/ et be-
nedixit ac fregit/et porrigebat illis.
Et aperti sunt oculi eorum et cogno-
uerūt eum: et ipse euanuit ex oculis
eorū. Et dixerunt adinuicem. Non-
ne cor nostrum ardēs erat in nobis
dū loqueretur in via: et aperiret no-
bis scripturas? Et surgentes eadem
hora regressi sunt in hierusalē: et in-
uenerūt cōgregatos vndecim: et eos
qui cum illis erant dicentes q̄ sur-
rexit dominus vere: et apparuit si-
moni. Et ipsi narrabant que gesta

F.
erant in via: et quomõ cognouerunt
eum in fractiõe panis. Dum autem
mat.28.d hec loquuntur / stetit iesus in medio
mar.16.c eox et dicit. Pax vobis / ego sum: no
Jo.20.c. lite timere. Cõturbati vo et cõterriti
existimabant se spiritũ videre. Et di
xit eis. Quid turbati estis et cogita
tiones ascẽdunt in corda vestra? Ui
dete man⁹ meas et pedes / quia ego
ipse sum. palpate et videte: qꝛ spirit⁹
carnem ꝛ ossa non habet sicut me vi
detis habere. Et cũ hoc dixisset / ostẽ
dit eis manus et pedes. Adhuc autẽ
illis nõ credẽtibus et mirãtibus pre
gaudio / dixit. Habetis hic aliquid qđ
mãducetur? At illi obtulerũt ei par
tem piscis assi ꝛ fauũ mellis. Et cum
manducasset coram eis / sumens reli
quias dedit eis. Et dixit ad eos. Hec
sunt verba q̃ locut⁹ sum ad vos cum
adhuc essem vobiscũ: qm̃ necesse est
impleri omnia q̃ scripta sunt in lege
moysi et prophetis ꝛ psalmis de me.
G
Tunc aperuit illis sensum vt intelli
Jo.2.b. gerent scripturas et dixit eis. Quo
niam sic scriptum est: ꝛ sic oportebat
christum pati / ꝛ resurgere a mortuis
tertia die: ꝛ predicari i noĩe ei⁹ peni
tentiam et remissionem peccatox in
oẽs gentes incipiẽtibus ab hieroso
lyma. Uos autem testes estis horum.
Act.1.a. Et ego mittã promissum patris mei
Jo.15.d. in vos: vos autem sedete in ciuitate
quousq3 induamini virtute ex al
Act.1.a. to. Eduxit autem eos foras in betha
mr.16.d. niã: et eleuatis manib⁹ suis bñdixit
eis. Et factũ est dũ benediceret illis
recessit ab eis: ꝛ ferebatur in celũ. Et
ipsi adorãtes regressi sunt in hierl'm
cũ gaudio magno: ꝛ erãt semp in tẽ
plo laudãtes et bñdicẽtes deũ. Amẽ.


¶ Euangelij ßm Lucam Finis.

¶ Prologus in euangelium ßm Johannem.

Joh.1.a. Hic est iohãnes euangelista: vn⁹
ex discipulis domini / qui virgo
a deo electus est: quem de nuptiis vo
lentem nubere vocauit deus. Cui vir
ginitatis in hoc duplex testimonium
datur in euangelio ꝙ et pre ceteris a
deo dilect⁹ dicitur: et huic matrẽ suã
pendens in cruce commẽdauit dñs:
vt virginem virgo seruaret. Deniq3
manifestãs in euangelio ꝙ erat ipse
incorruptibilis verbi opus inchoãs:
solus verbum carnẽ factum esse: nec
lumen a tenebris cõprehensum fuis
se testatur. Primum signũ ponẽs qđ
in nuptiis fecit dñs: ostẽdens ꝙ ipse
erat vt legentib⁹ demõstraret: ꝙ vbi
dñs inuitatus sit deficere nuptiarum
vinũ debeat: et veterib⁹ immutatis / Joh.1.d.
noua oĩa q̃ a christo instituuntur ap Joh.2.a.
pareãt. Hoc aũt euãgelium scripsit in
asia: posteaq3 in pathmos insula a
pocalypsim scripserat: vt cui in prin
cipio canonis incorruptibile princi
piũ pnotatur in genesi: et etiã incor
ruptibilis finis per ṽginẽ in apoca
lypsi redderetur: dicẽte christo. Ego
sum alpha ꝛ o. Et hic est iohannes q̃ apoc.1.b.
sciẽs superuenisse diem recessus sui:
cõuocatis discipulis suis in epheso:
per multa signorum experimẽta pro
mens christum descendens in defos
tiones sunt inter vos. Hoc autē dico
qd vnusquisq; vestrū dicit. Ego qui Act. 18. f.
dem sum pauli/ ego autē apollo/ ego
vero cephe/ ego autē Christi. Diuis⁹
est Christus? Nūquid Paulus cruci
fixus est p vobis: aut in nomine pau
li baptizati estis? Gratias ago deo
meo q̄ neminem vestrum baptizaui/
nisi Crispum ⁊ Caium: ne quis dicat
q̄ in noīe meo baptizati estis. Bapti C
zaui autē ⁊ Stephane domū. Ceterū
nescio si quē alium vestrū baptizaue
rim. Nō eñ misit me Christus bapti
zare/ sed euangelizare: non in sapien
tia verbi/ vt nō euacuet crux Christi.
Uerbū enim crucis/ pereūtibus qui
dem stultitia est: iis autem qui salui
fiunt id est nobis/ dei virtus est. Scri
ptum est eñ. Perdam sapiētiam sa Esa. 29. e.
pientium: ⁊ prudentiā prudentiū re Abd. I. c.
probabo. Ubi sapiēs: vbi scriba? vbi Esa. 33. c.
inquisitor huius seculi? Nonne stul
tam fecit deus sapiētiam huius mū
di? Nam quia in dei sapientia nō co
gnouit mundus per sapientiā deū:
placuit deo per stultitiā predicatio
nis saluos facere credētes. Quoniā Dis. 38. c.
et iudei signa petunt/ ⁊ greci sapien si iuxta.
tiam querunt: nos autē predicamus D
Christū crucifixū/ iudeis quidē scan de pe͡bē.
dalum/ gentibus autē stultitiā: ipsis ca. penul.
autē vocatis iudeis atq; grecis Chri
stum dei virtutem ⁊ dei sapientiam:
quia qd stultum est dei/ sapiētius est
hoībus: ⁊ qd infirmum est dei/ forti⁹
est hoībus. Uidete enim vocationem
vestram fratres: q2 non multi sapiē
tes scdm carnem/ non multi potētes/
nō multi nobiles: sed que stulta sunt
mundi elegit deus vt confundat sa
pientes: ⁊ infirma mūdi elegit deus
vt cōfundat fortia: ⁊ ignobilia mun

di ꝛ contemptibilia elegit deus/ꝛ ea
que non sunt/vt ea que sunt destrue-
ret/vt non glorietur ois caro in con-
spectu eius. Ex ipso autem vos estis
in Christo Jesu/qui factus est nobis
sapientia a deo/ꝛ iustitia/et sanctifi-
catio et redemptio: vt (quemadmo-
Hier.9.g dum scriptum est) Qui gloriatur: in
2.Co.10.d domino glorietur.

¶ C.S. Ostendit apl's se apud Corin
thios non vsum fuisse excellentia se-
cularis sermonis/qua vtēdū est in-
ter perfectos q̄ possunt ea capere/vt
sunt hoies spirituales. Cap.ij.

A Et ego cū venissem ad vos fra-
tres: veni non in sublimitate
sermonis aut sapiētie annun-
cians vobis testimoniū Christi. Nō
enim iudicaui me scire aliquid inter
vos nisi Jesum Christū/ꝛ hunc cruci
fixum. Et ego in infirmitate et timo-
re et tremore multo fui apud vos: et
sermo meus/et predicatio mea non
in persuasibilibus humane sapiētie
verbis/sed in ostensione spiritus et
virtutis: vt fides vestra non sit in sa-
pientia hoim/sed in virtute dei. Sa-
B pientiam autē loquimur inter perfe-
ctos. Sapientiam vero nō hui⁹ seculi
neq̧ principum huius seculi qui de-
struunt: sed loquimur dei sapiētiam
in mysterio que abscōdita est: quam
predestinauit de⁹ ante secula in glo-
riam nostrā: quā nemo principū hu-
ius seculi cognouit: si enim cognouis-
sent/nūq̄ dñm glorie crucifixissent.
esa.64.b Sed sicut scriptū est. Qꝯ oculus non
vidit/nec auris audiuit/nec in cor
hominis ascēdit: que preparauit de⁹
his qui diligunt illum: nobis autē re-
uelauit deus per spiritū suum: spiri-
tus enim oia scrutatur/etiam ꝓfun-
C da dei. Quis em̄ hoim scit: que sunt
hominis/nisi spirit⁹ hois qui in ipso
est? Ita et que dei sunt: nemo cogno-
de pñe di. uit nisi spūs dei. Nos autē non spiri
4.c. sicut tum huius mūdi accepim⁹: sed spiri-
tum qui ex deo est/vt sciamus que a
deo donata sunt nobis: que et loqui-
mur non in doctis humane sapiētie
verbis: sed in doctrina spiritus/spiri
tualibus spiritualia comparantes.
D Animalis autē homo nō percipit ea
que sunt spiritus dei: stultitia enim
est illi ꝛ non potest intelligere: q2 spi
ritualiter examinatur. Spiritualis
autem iudicat oīa: ꝛ ipse a nemine
esa.40.d iudicatur: sicut scriptum est. Quis
enim cognouit sensum dñi: aut quis Sap.9.c.
instruxit eum? Nos autem sensum Ro.11.d.
Christi habemus.

¶ C.S. Remouet aplūs errorē Corin-
thiorum/eo ꝙ aliquib⁹ ministris ec-
clesie nimis attribuebant: et dicit de
edificatione super lignum: fenū ꝛ sti
pula: ꝛ quomodo sapiētia mūdi stul-
titia est apud deum. Cap.iij.

Et ego fratres nō potui vobis A
loqui quasi spiritualibus: sed 35.q.3.c.
quasi carnalibus. Tanq̄ par- q̄dā lex.
uulis in Christo: lac vobis potū dedi .§.quod
non escam: nondum enim poteratis seri.
sed nec nūc quidem potestis/adhuc
enim carnales estis. Cū em̄ sit inter
vos zelus et contentio: nonne carna
les estis/et sm hominē ambulatis?
Cū enim quis dicat. Ego quidē sum B
Pauli/alius autē/ego apollo: nonne
hoies estis? Quid igitur est apollo?
Quid vero Paulus? Ministri eius
cui credidistis: et vnicuiq̧ sicut do-
minus dedit. Ego plantaui/apollo 19.di.ca.
rigauit: sed deus incrementum de- secundū.
dit. Itaq̧ neq̧ qui plantat est aliqd
neq̧ qui rigat: sed qui incrementum
dat/deus. Qui autem plantat et qui
rigat: vnum sunt. Unusquisq̧ autem
propriā mercedē accipiet sm suum
laborem. Dei em̄ sumus adiutores. ps.61.d.
Dei agricultura estis: dei edificatio Gal.6.b.
estis. Secūdum gratiam dei que da-
ta est mihi: vt sapiens architectus
fundamētum posui: alius autem su-
peredificat. Unusquisq̧ autem vi-
deat quomodo superedificet. Fun- C
damentum enim aliud nemo potest De pbro
ponere preter id quod positum est: nō bapti.
quod est Christus Jesus. Si quis au ca. fin. de
tem superedificat super fundamen- sū. tri. ca.
tum hoc: aurum/argentum/lapides vnico. in
preciosos/ligna/fenum/stipulam/ clemen.
vniuscuiusq̧ opus manifestum erit. de pe. di.
Dies enim domini declarabit: quia 2.c. si em̄.
in igne reuelabitur: et vniuscuiusq̧
opus quale sit ignis probabit. Si cu-
ius opus manserit qd superedifica-
uit/mercedē accipiet. Si cuius opus
arserit/detrimentum patietur. Ipse
autem saluus erit: sic tamē quasi per
ignem. Nescitis q2 tēplum dei estis:
et spiritus dei habitat in vobis? Si D
quis autem templum dei violauerit: J.6.d.
disperdet illum deus. Tēplum enim 2.co.6.c.
dei sanctum est: quod estis vos. Ne-
mo vos seducat. Si quis videt inter
vos sapiēs esse in hoc seculo: stultus

stat/vt sit sapiēs. Sapiētia enim hu-
ius mundi/stultitia est apud deum.
Job.5.c. Scriptum est enim/Cōprehēdam sa
pientes in astutia eorum. Et iterum/
Ps.93.b. Dñs nouit cogitationes sapiētium/
quoniam vane sunt. Nemo itaq; glo
rietur in hominibus. Omnia enim
vestra sunt/siue Paulus/siue apol-
lo/siue cephas/siue mundus/siue vi-
ta/siue mors/siue presentia/siue fu-
tura. Omnia enim vestra sunt: vos au-
tem Christi/Christus autē dei.

¶ C.S. Arguit apl's iudicij temerita
tē/de cōtēptu quorūdā ministrorū/ac
insistit eorū correctioni. Cap.iiii.

A Sic nos existimet homo/vt mi-
2.co.6.a. nistros Christi/et dispensato-
6.q.1.ca. res ministeriorū dei. Hic iam
beatus. queritur inter dispensatores/vt fide-
de pe.di. lis quis inueniatur. Mihi autem pro
3.ca. ad- minimo est vt a vobis iudicer / aut
huc. ab humano die/sed neq; meipsum iu
dico. Nihil enim mihi cōscius sum:
sed non in hoc iustificatus sum. Qui
autem iudicat me/dñs est. Itaq; no-
lite ante temp⁹ iudicare quoadusq;
veniat dñs/qui & illuminabit abscon
B dita tenebrarum/& manifestabit cō-
silia cordiū/& tunc laus erit vnicuiq;
a deo. Hec autem fratres trāsfigura
ui in me/& apollo propter vos/vt in
nobis discatis/ne supra q̄ scriptum
est/vnus aduersus alterum infletur
p alio. Quis enim te discernit? Quid
autem habes quod non accepisti? Si
de pe.di. autē accepisti: quid gloriaris/quasi
2.c. apl's. nō acceperis? Iā saturati estis/iam
diuites facti estis/sine nobis regna-
tis: & vtinam regnetis/vt et nos vo-
biscum regnemus. Puto enim q̄ de⁹
nos apostolos nouissimos ostendit/
tanq̄ morti destinatos: quia specta-
culum facti sumus mundo/et ange-
C lis/& hominibus. Nos stulti propter
Christū/vos autē prudentes in Chri
sto: nos infirmi/vos autē fortes: vos
28.q.1. si- nobiles/nos autem ignobiles. Usq;
cut enī. in hanc horā & esurimus/& sitimus/
et nudi sumus/et colaphis cedimur/
act.20.g. et instabiles sumus / et laboramus
1.thes.2.b operantes manibus nostris: male-
2.thes.3 b dicimur et benedicimus: persecutio-
nem patimur & sustinemus: blasphe-
mamur et obsecramus: tanq̄ purga-
menta huius mundi facti sum⁹ om-
nium peripsima vsq; adhuc. Non vt
confundam vos hec scribo: sed vt fi-
lios meos charissimos moneo. Nam

si decē milia pedagogorū habeatis in
Christo/sed nō multos patres. Nam
in Christo Jesu per euangelium ego
vos genui. Rogo ergo vos/imitato- D
res mei estote / sicut et ego Christi.
Ideo misi ad vos Timotheum qui
est filius meus charissimus et fide-
lis in domino: qui vos cōmonefaciat
vias meas que sunt in Christo Jesu/
sicut vbiq; in oī ecclesia doceo. Tanq̄ 17.dis.c.
non ventur⁹ sim ad vos/sic inflati sunt oēm vult.
quidā. Ueniā autē ad vos cito/si dñs
voluerit: & cognoscam non sermonē
eorum qui inflati sunt/sed virtutem.
Non enī in sermone est regnum dei:
sed in virtute. Quid vultis? In virga
veniam ad vos: an in charitate & spi
ritu mansuetudinis?

¶ Ca.S. Arguit apostol⁹ fornicatio-
nis vitiū: & penam adiungit/& radi-
cem culpe reprehendit cum negligē
tia correptionis. Cap.v.

Omnino audit̄ inter vos for- A
nicatio: et talis fornicatio
qualis nec inter gētes: ita vt
vxorem patris sui aliquis habeat. Et
vos inflati estis/& nō magis luctum
habuistis/ vt tollatur de medio ve-
strum qui hoc op⁹ fecit. Ego quidem Colo.2.a.
absens corpore: presens autem spiri B
tu iam iudicaui: vt presens eum qui 24.q.1.c.
sic operat⁹ est: in nomine domini no- audiuim⁹
stri Jesu Christi: cōgregatis vobis & .§.in qb⁹.
meo spiritu: cū virtute dñi nostri Je-
su tradere huiusmodi hominem sata
ne in interitum carnis/vt spirit⁹ sal-
uus sit in die dñi nostri Jesu Christi.
Non est bona gloriatio vestra. Ne-
scitis quia modicū fermentū totam Gal.5.b.
massam corrumpit? Expurgate ver⁹ C
fermentum/vt sitis noua conspersio si
cut estis azimi. Etenim pascha no-
strum immolat⁹ est Christus. Itaq; de celeb.
epulemur: non in fermento veteri/ mis. ca.si.
neq; in fermento malitie et nequitie: 1.q.1.ca.si
sed in azymis sinceritatis et verita- inquit.
tis. Scripsi vobis in epistola. Ne cō-
misceamini fornicariis: non vtiq; for
nicariis huius mundi: aut auaris/
aut rapacibus/aut idolis seruienti-
bus: alioquin debueratis de hoc mū- D
do exisse. Nunc autem scripsi vobis:
non commisceri. si is qui frater nomi
natur inter vos/est fornicator / aut
auarus/aut idolis seruiens/aut ma-
ledic⁹/aut ebriosus/aut rapax/cum
eiusmodi nec cibū sumere. Quid enī
mihi de iis q̄ foris sunt iudicare? Nō

ne de his qui intus sunt vos iudica-
tis? nam eos qui foris sunt: deus iu-
dicabit. Auferte malū ex vobisipsis.
¶ Ca. 6. Arguit apostolus corinthios
de iudicibus corā quibus litigabant:
ac causis quas inter se habebant: et
revertitur ad fornicationis vitium
redarguendum. Capitulum vi.

A Udet aliquis vestrum habens
negociū adversus alterum/ iu-
dicari apud iniquos et nō apud san-
ctos? An nescitis/ quoniam sancti de
hoc mundo iudicabunt? Et si in vo-
bis iudicabitur mundus: indigni e-
stis qui de minimis iudicetis? Ne-
scitis quoniam angelos iudicabim⁹
Qui si sit legit. c. p venerabilem. quanto magis secularia? Secularia
igitur iudicia si habueritis: contem-
ptibiles qui sunt in ecclesia/ illos cō-
stituite ad iudicandum. Ad verecū-
B diam vestram dico. Sic non est inter
vos sapiens quisq̄: qui possit iudica-
re inter fratrē suū? Sed frater cum
fratre iudicio contēdit: et hoc apud
infideles. Iam quidem omnino deli-
23. q. 1. §. 1. ctum est in vobis/ q̄ iudicia habetis
inter vos. Quare nō magis iniuriā
accipitis? quare non magis fraudem
patimini? Sed vos iniuriam facitis
et fraudatis: et hoc fratribus. An ne-
scitis quia iniqui regnum dei nō pos-
sidebunt? Nolite errare. Neq̄ forni-
cari/ neq̄ idolis servientes: neq̄ adul-
teri: neq̄ molles: neq̄ masculorū cō-
cubitores: neq̄ fures: neq̄ avari: ne-
C q̄ ebriosi: neq̄ maledici: neq̄ rapa-
ces regnum dei possidebunt. Et hec
aliquando quidem fuistis: sed ablu-
ti estis: sed sanctificati estis sed iusti-
ficati estis in nomine domini nostri
.s.10.e. iesu christi: et in spiritu dei nostri. Oīa
eccl.37.d mihi licēt: sed non omnia expediunt.
Omnia mihi licent: sed ego sub nul-
lius redigar potestate. Esca ventri/
et venter escis: deus autē/ et hunc et
hanc destruet: corpus autē nō forni-
cationi sed domino: et dominus cor-
pori. Deus vero et dominū suscitavit
D et nos suscitabit per virtutem suam.
Gen.2.b. Nescitis quoniā corpora vestra mē-
mat.19.a. bra sunt christi? Tollens ergo mem-
mar.10.a. bra christi: faciam membra meretri-
ephe.5.g. cis? Absit. An nescitis/ quoniam qui
adheret meretrici: unum corpus ef-
ficitur? Erunt enim (inquit) duo in
carne una. Qui autem adheret dn̄o
unus spūs est. Fugite fornicationē.
Oē enim peccatū quodcūq̄ fecerit homo
extra corpus est: qui autē fornicatur:
in corp⁹ suum peccat. An nescitis q̄m Ja.3.d.
mēbra vestra: templū sunt spiritus 2.cor.6.d
sancti qui in vobis est quē habetis a
deo: et non estis vestri? Empti enim .s.7.d.
estis p̄cio magno. Glorificate et por- 1.pe.1.d.
tate deum in corpore vestro.
¶ C. 7. Instruit corinthios matrimo-
niū contrahentes: ac deinde matrimoniū
p meliore bono fugientes: sive i incō-
tinentia virginali sive viduali. C. vii.
D E quibus autē scripsistis mihi. A
Bonū est homini mulierē non 13. dis. ca.
tangere: propter fornicationem autē: nervi.
unusquisq̄ suam uxorem habeat: et 1.pe.3.b.
unaqueq̄ suum virum habeat. Uxori
vir debitū reddat: similiter autē et uxor
viro. Mulier sui corporis potestatem 32. q. 2. c.
non habet: sed vir. Similiter autē et vir sicut non.
sui corporis potestatē nō habet: sed
mulier. Nolite fraudare invicē: nisi
forte ex cōsensu ad tempus: ut vace-
tis orationi: et iterum revertimini in
idipm: ne tētet vos satanas propter
incōtinentiā vestrā. Hoc autē dico s̄m B
indulgentiā: non s̄m imperiū. Volo
autem oēs vos esse sicut meipm: sed
unusquisq̄ propriū donum habet ex
deo: alius quidē sic alius vero sic. Di-
co autē nō nuptis et viduis: bonū est
illis si sic p̄māserint sicut et ego. Qd
si nō se continent: nubant: melius est
enim nubere q̄ uri. His autē qui matri-
monio iuncti sunt: precipio: nō ego/
sed dn̄s. Uxorē a viro nō discedere. mat.5.e.
q̄ si discesserit: manere innuptā aut 19.b.
viro suo recōciliari. Et vir uxorē nō mar.10.b.
dimittat. Nam ceteris ego dico: nō Lu.16.d.
dn̄s. Si quis frater uxorem hz infidelē:
et hec cōsentit habitare cū illo: nō di-
mittat illā. Et si qua mulier fidelis C
habet virū infidelē: et hic cōsentit ha-
bitare cū illa: nō dimittat virū: san-
ctificatus est enim vir infidelis/ p mu-
lierem fidelem: et sanctificata est mu-
lier infidelis p virū fidelē: alioquin
filii vestri immūdi essent: nunc autē 28. q. 1. c.
sancti sunt. Qd si infidelis discedit: sic mō et
discedat: nō enim servituti subiect⁹ est c. si infide-
frater aut soror in hmōi: in pace autē lis.
vocavit nos de⁹. Unde enim scis mu-
lier si virū salvū facies? aut unde scis
vir si mulierē salvā facies? nisi uni-
cuiq̄ sicut divisit dn̄s. Unūquemq̄ si-
cut vocavit de⁹/ ita ambulet: et sicut
in oīb⁹ ecclesiis doceo. Circūcisus ali-
quis vocat⁹ est? non adducat p̄putiū.
In p̄putio autē aliquis vocat⁹ est? non

D circūcidat. Circūcisio nihil est/ ⁊ pre
putiū nihil est: sed obseruatio man-
eph. 4. a. datorū dei. Unusquisqȝ in qua voca-
tione vocatus est: in ea ꝑmaneat. Ser
uus vocatus es: nō sit tibi cure: sed et
si potes fieri liber: magis vtere. Qui
enim in dn̄o vocatus est seruus: liber-
tus est dn̄i. Similiter qui liber voca-
tus est: seruus est christi. Precio em
pti estis: nolite fieri serui hominum.
J. 6. d. Unusquisqȝ ergo in quo vocatus est
1. pe. 1. d. frater: in hoc ꝑmaneat apud deum.
E De virginibus aūt preceptū dn̄i nō
28. q. 1. c. habeo: cōsilium aūt do/ tanq̄ miseri
sibi esti. cordiā cōsecutus a dn̄o vt sim fidelis.
Existimo enim hoc bonū esse ꝓpter
instantem necessitatē: quoniā bonū
ē homini sic esse. Alligatus es vxori?
noli querere solutionē. Solutus es ab
vxore? noli querere vxorē. Si autem
acceperis vxorem: nō peccasti. Et si
nupserit virgo: nō peccauit: tribula-
tionē tn̄ carnis habebūt huiusmodi.
F 30 Ego autem vobis parco. Hoc itaqȝ
32. dist. c. dico fratres: tp̄s breue est: reliquum
omnium. est: vt et qui habēt vxores tanq̄ non
habētes sint: ⁊ q̄ flent: tanq̄ nō flen
tes: ⁊ q̄ gaudēt tāq̄ non gaudētes: ⁊
qui emūt: tanq̄ nō possidētes: ⁊ qui
vtunt hoc mūdo: tanq̄ nō vtantur.
Preterit enim figura huius mundi. Uo
lo autem vos sine solicitudine esse.
Qui sine vxore est: solicitus est q̄ dn̄i
sunt quō placeat deo. Qui autē cum
de cle. cō- vxore est/ solicitus est que sunt mundi
iugat. ca. quō placeat vxori: et diuisus est. Et
diuersis. mulier innupta et virgo cogitat que
27. q. 1. c. dn̄i sunt: vt sit sācta et corpore ⁊ spi
viduas. 2. ritu. Que aūt nupta est cogitat que
sunt mūdi: quō placeat viro. Porro
hoc ad vtilitatē vestrā dico: non vt
A laqueū vobis iniciā: sed ad id quod
honestū est et qd̄ facultatē prebeat
sine impedimento dn̄m obsecrandi.
B Si quis autem turpē se videri existi
28. q. 1. c. mat super virgine sua q̄ sit supadul
sic enī. ta: ⁊ ita oportet fieri: qd̄ vult faciat.
nō peccat si nubat. Nam q̄ statuit i
corde suo firmus non habēs necessi
tatem/ potestatē autē habens sue vo
lūtatis/ ⁊ hoc iudicauit in corde suo
2. q. 3. ca. seruare virginē suā: benefacit. Igit
euthenii. ⁊ q̄ matrimonio iungit virginē suā:
Ro. 7. a. benefacit: ⁊ q̄ nō iungit: melius facit.
Mulier alligata est legi quanto tp̄e
vir eius viuit: q̄ si dormierit vir eius: li-
berata ē a lege: cui autē vult nubat:
tm̄ i dn̄o. Beatior aūt erit si sic ꝑmā-
serit secundū meū cōsiliū. Puto au-
tem q̄ ⁊ ego spiritum dei habeam.
C. C. S. Apl's ondit sciētiā nō valere
nisi sm̄ charitatē sit ordiata: ac ostē
dit veritatē de escis idolothytis. C. viii.
De iis autē q̄ idolis sacrifican- A
tur scimus q̄ oēs sciētiam ha- De cons.
bemus. Sciencia inflat: charitas ve c. nisi. §.
ro edificat. Si quis aūt se existimat ꝓ de sc.
scire aliquid: nondum cognouit quē
admoduȝ oporteat eum scire. Si q̄s
autem diligit deum: hic cognitus est
ab eo. De escis autē que idolis imo B
lant scimus q̄ nihil est idolū in mū
do: ⁊ q̄ nullus est deus nisi vnus. Nā
et si sunt qui dicant dii/ siue in celo/
siue in terra (siquidē sunt dii multi ⁊
dn̄i multi) nobis tamen vnus deus
pater/ ex quo oīa ⁊ nos in illo: ⁊ vnus
dn̄s iesus xp̄s per quē oīa ⁊ nos per
ipsum: sed non in oībus est scientia.
Quidam autē cū cōsciētia vsqȝ nūc
idoli/ quasi idolothytū manducant:
⁊ cōsciētia ipsorū cū sit infirma pol
luitur. Esca aūt nos nō commendat
deo. Neqȝ enim si māducauerimus C
abundabimus: neqȝ si non māduca-
uerimus deficiemus. Uidete autem
ne forte hec licentia vestra offendi-
culū fiat infirmis. Si enim q̄s vide- De cons.
rit eū qui habet scientiam in idolio ca. nisi.
recumbentē: nonne consciētia eius
cū sit infirma edificabit ad mandu-
candum idolothyta? Et peribit infir- D
mus in tua cōsciētia frater/ propter Ro. 14. c
quē christus mortuus est? Sic autē
peccantes in fratres et percutiētes
cōsciētiā eorū infirmā: in christo pec
catis. Quapropter si esca scādalizat ro. 14. d.
fratrē meū: non māducabo carnē in
eternū/ ne fratrem meū scandalizē.
C. C. S. Inducit apostolus corinthios
ad virtutis ꝑfectionē sui exēplo atqȝ
currentium in stadio. Capitulū. ix. A
Non sum liber? Non sum apo 31. dist. c.
stolus? Nōne christum iesum oīno.
dominū nostrum vidi? Non
ne opus meū vos estis in dn̄o? Et si
aliis non sum apostolus: sed tamen
vobis sum: nam signaculū apostola
tus mei vos estis in domino. Mea de
fensio apud eos qui me interrogant
hec est. Nunquid nō habemus pote
statē māducādi et bibendi? Nūquid
nō habemus potestatē sororem mu-
lierculā circumducendi: sicut ⁊ cete-
ri apostoli ⁊ fratres dn̄i et cephas?
Aut ego solus ⁊ barnabas/ non ha-

bemus potestatem hoc operandi?
Quis militat suis stipendiis vnquam.
Quis plantat vineam: et de fructu eius
13.q.1.ex non edit? Quis pascit gregem: et de la
cessus. cte gregis non manducat? Nunquid secundum
hominem hec dico? An et lex hec non dicit?
Deu.25.a. Scriptum est enim in lege moysi. Non
1.timo.5.c. alligabis os boui trituranti. Nunquid
de bobus cura est deo? An propter
nos vtique hoc dicit? Nam propter nos
vtique scripta sunt: quoniam debet in spe qui
arat arare: et qui triturat: in spe fru
B ctus percipiendi. Si nos vobis spiri
Ro.15.f. tualia seminauimus: magnum est si
nos carnalia vestra metamus? Si alij
potestatis vestre participes sunt: qua
re non potius nos? Sed non vsi su
mus hac potestate: sed omnia sustinemus
ne quod offendiculum demus euangelio
Deu.18.a. christi. Nescitis quoniam qui in sacrario
16.q.1.c. operantur: que de sacrario sunt edunt?
doctos. et qui altario deseruiunt: cum altario
de presbi. secundum participant? Ita et dominus ordinauit iis
et ca.extir qui euangelium annunciant: de euange
pande. lio viuere. Ego autem nullo horum vsus
sum. Non autem scripsi hec: vt ita fiant
in me. Bonum est enim mihi magis mo
ri: quam vt gloriam meam quis euacuet. Nam
et si euangelizauero: non est mihi glo
C ria: necessitas enim mihi incumbit: ve
enim mihi est: si non euangelizauero.
Si enim volens hoc ago: mercedem ha
beo: si autem inuitus: dispensatio mihi
credita est. Que est ergo merces mea?
23.q.6.s Ut euangelium predicans: sine sumptu
.§. item cum ponam euangelium: vt non abutar pote
redderet. state mea in euangelio. Nam cum liber
28.q.1.c. essem ex omnibus: omnium me seruum feci:
iam nunc. vt plures lucrifacerem. Et factus sum
iudeis tanquam iudeus: vt Judeos lu
crarer: iis qui sub lege sunt: quasi sub
lege essem (cum ipse non essem sub lege)
vt eos qui sub lege erant lucrifacerem:
D iis qui sub lege erant: tanquam sine lege essem
(cum sine lege dei non essem: sed in lege
essem christi) vt lucrifacerem eos qui sine
lege erant. Factus sum infirmis infir
mus: vt infirmos lucrifacerem. Omnibus
omnia factus sum: vt omnes facerem saluos.
Omnia autem facio propter euangelium: vt
particeps eius efficiar. Nescitis quod ii
qui in stadio currunt omnes quidem cur
runt: sed vnus accipit brauium? Sic
currite: vt comprehendatis. Omnis enim
qui in agone contendit: ab omnibus se absti
net: et illi quidem vt corruptibilem coro
nam accipiant: nos autem incorruptam.
Ego igitur sic curro non quasi in in

certum: sic pugno non quasi aerem verbe
rans: sed castigo corpus meum et in ser
uitutem redigo: ne forte cum aliis pre
dicauerim: ipse reprobus efficiar.
¶ Ca.X. Reprobat apostolus participan
tes ex idolis: et docet quo vtendum sit
que immolantur idolis. Capitulum .x.
Nolo enim vos ignorare fra A
tres quoniam patres nostri omnes
sub nube fuerunt: et omnes ma nu.9.d.
re transierunt et omnes in moyse bapti exo.13.d.
zati sunt in nube et in mari: et omnes exo.14.e.
eandem escam spiritualem manducaue exo.16.d.
runt/ et omnes eundem potum spiritualem exo.17.b.
biberunt (bibebant autem de spirituali nu.20.b.
consequente eos petra: petra autem
erat christus) sed non in pluribus eorum
beneplacitum est deo: nam prostrati sunt in
deserto. Hec autem in figura facta sunt nu.26.g.
nostri: vt non simus concupiscentes malo
rum: sicut et illi concupierunt/ neque idolo B
latre efficiamini: sicut quidam ex ipsis exo.32.b.
quemadmodum scriptum est. Sedit populus
manducare et bibere: et surrexerunt lu
dere: neque fornicemur: sicut quidam nu.25.b.
ex ipsis fornicati sunt et ceciderunt
vna die viginti tria milia: neque tente
mus christum: sicut quidam eorum tentaue nu.21.b.
runt et a serpentibus perierunt: neque mur
murauer itis: sicut quidam eorum mur C
murauerunt: et perierunt ab extermina nu.14.f.
tore. Hec autem omnia in figura continge iudith.8.
bant illis: scripta sunt autem ad corre c.
ptionem nostram: in quos fines seculorum
deuenerunt. Itaque qui se existimat sta
re: videat ne cadat. Tentatio vos non de pe. dis.
apprehendat: nisi humana: fidelis autem 2.c.inter
deus est: qui non patietur vos tentari supra hoc sciens
id quod potestis: sed faciet etiam cum tenta dum.
tione prouentum vt possitis sustinere. D
Propter quod charissimi mihi: fugite
ab idolorum cultura. Ut prudentibus
loquor: vos ipsi iudicate quod dico. Ca
lix benedictionis cui benedicimus: nonne
communicatio sanguinis christi est? et pa
nis quem frangimus: nonne participatio
corporis domini est? Quoniam vnus panis et vnum de conse. di.
corpus multi sumus: omnes quidem de vno 2.ca.rela
pane et de vno calice participamus. tum.
Uidete israel secundum carnem. Nonne qui
edunt hostias: participes sunt altaris?
Quid ergo? dico quod idolis immolatum
sit aliquid? aut quod idolum sit aliquid? Sed E
que immolant gentes: demoniis immo
lant: et non deo. Nolo autem vos so 34.q.2.c.
cios fieri demoniorum. Non potestis nõ satis.
calicem domini bibere: et calicem demo
niorum: non potestis mense domini par F

ticipes esse / ꝛ mense demoniorũ. An
emulamur dominũ? Nũquid fortio-
S.6.c. res illo sum⁹? Omnia mihi licent: sed
nõ omnia expediũt: omnia mihi licet
sed nõ omnia edificant. Nemo qđ suũ
F est querat / sed qđ alteri⁹. Omne qđ
in macello venit / manducate / nihil
interrogantes propter cõscientiaʒ:
Ps.23.a. dñi est terra: ꝛ plenitudo ei⁹. Si q̃s
30.di.c.si vocat vos infidelium ad cenã. ꝛ
qs carnẽ. vultis ire / omne qđ vobis apponitur
mãducate / nihil interrogantes pro-
pter cõscientiam. Si quis autẽ dixe-
G rit: Hoc immolatuʒ est idolis: nolite
mãducare propter illum qui indica
uit ꝛ propter conscientiam: consciẽ-
tiam autẽ dico: nõ tuã sed alterius.
Ut quid enim libertas mea iudicat
ab alia conscientia? Si ego cũ gratia
participo / quid blasphemor pro eo
Colos.3.c. ꝙ gratias ago? Siue ergo manduca
tis / siue bibitis / vel aliud quid faci-
tis: oĩa in gloriã dei facite. Sine of-
fensione estote iudeis ꝛ gentib⁹ / ꝛ ec
clesie dei: sicut ꝛ ego per omnia oĩb⁹
placeo / nõ querens quod mihi vtile
est: sed quod multis vt salui fiant.
¶ C.S. Apl's reprobat errores corin
thiorũ circa celebritatem sacramẽti
eucharistie / quantũ ad habitũ ꝛ con
uictum / ac deinde ponit eucharistie
dignitatẽ / ac ritũ cõuenientẽ. Ca.xi.
A Imitatores mei estote: sicut ꝛ
ego Christi. Laudo autẽ vos
fratres ꝙ per omnia mei me-
mores estis / et sicut tradidi vobis /
Eph.5.c. precepta mea tenetis. Uolo autem
vos scire ꝙ omnis viri caput christ⁹
est: caput autẽ mulieris / vir: caput
de sa.vn. vero christi / deus. Oĩs vir orãs: aut
c.vnico. prophetans velato capite / deturpat
de here.c. caput suũ. Oĩs autem mulier orans
vergẽtis. aut prophetans non velato capite /
deturpat caput suũ: vnũ enim est ac
si decaluetur. Nam si non velat mu-
B lier / tondeatur. Si vero turpe est mu-
lieri tonderi / aut decaluari / velet ca
put suũ. Uir quidẽ non debet velare
caput suũ / quoniam imago ꝛ gloria
dei est / mulier autem: gloria viri est.
Nõ enim vir ex muliere est / sed mu-
Geñ.2.d. lier ex viro. Etenim non est creatus
vir propter mulierẽ: sed mulier pro-
pter virum. Ideo debet mulier vela-
men habere supra caput suum ꝛ pro-
pter angelos. Uerũtamen neq̃ vir
sine muliere / neq̃ mulier sine viro i
C domino. Nã sicut mulier de viro / ita
ꝛ vir per mulierem. Omnia autẽ ex
deo. Uos ipsi iudicate: decet mulierẽ
non velatam orare deum? Nec ipsa
natura docet vos ꝙ vir quidẽ si co-
mã nutriat ignominia est illi: muli-
er vero si comã nutriat gloria est il-
li: quoniã capilli pro velamine ei da
ti sunt. Si quis autẽ videtur conten
tiosus esse: nos talẽ consuetudinem
non habemus neq̃ ecclesia dei. Hoc D
autẽ precipio: nõ laudans / ꝙ non in
melius sed in deterius conuenitis.
Primũ quidem conuenientibus vo
bis in ecclesiam / audio scissuras esse
inter vos ꝛ ex parte credo. Nã opor I.q.3.ca.
tet ꝛ hereses esse: vt ꝛ q̃ probati sunt saluator.
manifesti fiant in vobis. Conuenien 24.q.3.
tibus ergo vobis in vnum: iam non c.fina.
est dominicam cenam manducare.
Unusquisq̃ enĩ suam cenã presumit
ad manducanduʒ. Et alius quidem
esurit: alius autẽ ebrius est. Nunq̃d E
domos non habetis ad manducan-
dũ ꝛ bibenduʒ? Aut ecclesiã dei con-
temnitis: ꝛ confunditis eos qui nõ
habent? Quid dicam vobis? Laudo
vos? In hoc non laudo. Ego enĩ ac
cepi a dño qđ et tradidi vobis: quo- mat.26.c
niã dñs iesus in qua nocte tradeba- mar.14.c
tur / accepit panẽ: et gratias agens luc.22.b.
fregit ꝛ dixit. Accipite ꝛ manduca-
te: hoc est corpus meũ qđ pro vobis
tradetur: hoc facite in meã cõmemo-
rationem. Similiter ꝛ calicẽ: postq̃
cenauit dicens. Hic calix / nouum te F
stamẽtum est in meo sanguine: hoc
facite quotienscũq̃ bibetis in meaʒ
commemorationem. Quotiẽscunq̃
enim manducabitis panẽ hũc / et ca
licem bibetis: mortẽ dñi annunciabi Iohã.6.f
tis donec veniat. Itaq̃ quicũq̃ mã- 15.di.ca.
ducauerit panem et biberit calicem fina.
dñi idigne reus erit corporis et san-
guinis dñi. Probet autẽ seipsum ho
mo: ꝛ sic de pane illo edat ꝛ de cali-
ce bibat. Qui enim mãducat ꝛ bibit G
indigne: iudiciũ sibi mãducat et bi-
bit / nõ diiudicans corpus dñi. Ideo
inter vos multi ĩfirmi ꝛ imbecilles ꝛ II.q.3.ca.
dormiunt multi. Qđ si nosmetipsos ad mẽsaʒ
diiudicaremus: non vtiq̃ iudicare- I.q.I.c.P
mur. Dum iudicamur autẽ / a domi- esaiam.
no corripimur: vt non cũ hoc mũdo
damnemur. Itaq̃ fratres mei cum
conuenitis ad manducandum: inui
cem expectate. Si quis esurit domi
mãducet: vt nõ ĩ iudiciũ cõueniatis.
Cetera autẽ cum venero: disponam.

¶ C.S. Cōmēdat aplus grām dei in generali declarando conditionē gratie gratis date: comparando corpus ecclesie ad corpus nature. Capm. xij.

A D E spiritualibus autē nolo vos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cū gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notū vobis facio, q nemo in spū dei loquēs, dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dñs iesus, nisi in spū scō. Diuisiones vero gratiarū sunt: idem aūt spūs. Et diuisiones ministrationū sunt, idē autē dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem vero deus, qui operat oia in oibus. Unicuiq autē datur manifestatio spūs ad vtilitatem. Alij quidē per spiritū datur sermo sapientie.

mar.9.f. de pe.dis. 1.ca.tres de pse.di. 2.c.liqdo. 1.q.1.ca. multe autem.

B Alij autē sermo sciētie, scdm eundē spiritum. Alteri fides: in eodem spū. Alij grā sanitatum, in vno spū. Alij operatio virtutū. Alij pphetia. Alij discretio spirituum. Alij genera linguarum. Alij interpretatio sermonū. Hec aūt oia operat vnus atque idē spūs, diuidens singulis prout vult.

Ro.12.a. eph.4.b. Sicut eni corpus vnū est, et membra habet multa: oia aūt membra corporis cū sint multa, vnū tamen corpus sunt. Ita et christus. Etenim in vno spiritu oēs nos in vnū corpus baptizati sumus, siue Judei, siue gentiles, siue serui, siue liberi, et oēs in vno spū potati sumus. Nā et corpus nō est vnū membrū, sed multa.

C Si dixerit pes, qm nō sum manus, non sum de corpore: nō ideo nō est de corpore? Et si dixerit auris, qm non sum oculus, non sum de corpore: nō ideo nō est de corpore? Si totū corpus oculus: vbi auditus? Si totū auditus vbi odoratus? Nunc autē posuit deus mēbra: vnumquodq eorū in corpore sicut voluit. Quod si essent oia vnū mēbrū: vbi corpus? Nunc aūt multa quidē mēbra, vnū aūt corpus. Nō potest aūt dicere oculus manui, opera tua non indigeo: aut iterū caput pedibus: non estis mihi necessarij. Sz multomagis que videntur mēbra corporis infirmiora esse: necessariora sunt. Et q putamus ignobiliora mēbra esse corporis: his honorē abundantiorē circūdamus. Et que inhonesta sunt nra: abundantiorem honestatē habent.

D Honesta aūt nostra: nullius egent. Sed deus temperauit corpus ei, cui deerat abundantiorē tribuendo honorē: vt nō sit schisma in corpore, sed in idipm pro inuicē sollicita sint mēbra. Et si quid patitur vnū membrū: cōpatiunt oia mēbra. Siue gloriat vnū membrum congaudēt oia mēbra. Uos autē estis corpus christi, et mēbra de membro. Et quosdā quidē posuit deus in ecclesia primo aplos: scdo prophetas: tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationū: opitulatiōes, gubernationes, genera linguarum: interpretationes sermonū. Eph. 4.c Nūquid oēs apli? Nunqd oēs pphete? Nunquid oēs doctores? Nunqd oēs virtutes? Nunqd oēs gratiam habēt curationū? Nunqd oēs linguis loquuntur? Nūquid omnes interpretantur? Emulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

¶ Ca.S. Recommendat apostolus charitatis excellentiam, vtilitatem et stabilitatem. Capitulum. xiij.

A S I linguis hoim loquar et angelorū, charitatē autē non habeam: factus sum velut es sonans: aut cymbalū tinniēs. Et si habuero pphetiā, et nouerim mysteria oia, et oēm sciētiā, et si habuero omnē fidē ita vt mōtes transferam, charitatem aūt non habuero: nihil sum. 11.q.3.c. illud.

B Et si distribuero in cibos pauperum oēs facultates meas, et si tradidero corpus meū ita vt ardeā, charitatem autē nō habuero, nihil mihi pdest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas nō emulat, non agit perperam, nō inflat, nō est ambitiosa, non querit q sua sunt, nō irritat: non cogitat malū, nō gaudet sup iniquitate, phil.2.c.

C cōgaudet autē veritati: oia suffert, oia credit, oia sperat, oia sustinet. Charitas nunq excidit, siue prophetie euacuabunt, siue lingue cessabūt: siue scientia destruet. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte pphetamus. Cū autē venerit qd perfectū est: euacuabit qd ex parte est. de pe.dis. 2.c.charitas nūq.

D Cū essem paruulus: loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autē factus sum vir, euacuaui que erant paruuli. Uidemus nūc p speculū in enigmate: tunc aūt facie ad faciē. Nūc cognosco ex parte, tunc autē cognoscā sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides spes, charitas, tria hec. Maior au-

tem horum est charitas.
¶ C.S. Eminentiā ostendit prophe-
tie super donum linguarū: et quomo-
do sit vtendū vtroq; dono. Cap. xiiij.
Sectamini charitatem / emula-
A .J.12.b. mini spiritualia / magis autem
vt prophetetis. Qui enim loquit lin-
gua / non hominibus loquit: sed deo /
nemo enī audit / spū autez loquit my-
steria. Nam q̄ pphetat: hoibus loq-
tur ad edificationē: et exhortationez
et cōsolationē. Qui loquit lingua: se-
metipsum edificat: qui aūt pphetat
ecclesiaz dei edificat. Volo autē oēs
vos loqui linguis: magis autē pphe
tare. Nam maior est qui pphetat q̄
qui loquit linguis: nisi forte interprē
tur vt ecclesia edificationē accipiat.
B Nunc autē fratres / si venero ad vos
linguis loquens: q̄d vobis prodero /
nisi vobis loquar aut in reuelatione
aut in sciētia / aut in pphetia / aut in
doctrina? Tā que sine aīa sunt vocez
dantia / siue tibia / siue cithara / nisi
distinctionē sonituū dederint / quo-
modo sciet id quod canit / aut quod
citharizat? Etenī si incertā vocē det
tuba: quis parabit se ad bellū? Ita et
vos per linguā nisi manifestum ser-
monē dederitis / quō sciet id q̄d dici-
tur? Eritis enī in aera loquentes. Tā
multa: vt puta genera linguarū sunt
in hoc mundo: et nihil sine voce est.
C Si ergo nesciero virtutem vocis: ero
ei cui loquar barbarus: et qui loquit
mihi barbarus. Sic et vos / qm̄ emu-
latores estis spirituū / ad edificatio-
nē eccl'ie q̄rite vt abundetis. Et ideo
qui loquit lingua: oret vt interprētet.
Nam si orem lingua / spūs meus orat:
mens aūt mea sine fructu est. Quid
ergo est? Orabo spū / orabo et mente.
Psallā spū: psallā & mente. Ceterū si
benedixeris spiritu / qui supplet locū
idiote / quomodo dicet amen sup tuaz
benedictionē? quoniā quid dicas ne-
D scit. Nā tu quidē bene grās agis / sed
alter nō edificat. Grās ago deo meo
q̄ oim vestrum lingua loquor. Sed
in eccl'ia volo q̄nq; verba sensu meo
loqui / vt et alios instruā: q̄ decez mi-
lia verborū in lingua. Fratres / noli-
te pueri effici sensibus: sz malitia par-
uuli estote: sensibus autē pfecti estote.
esa.28.c. In lege enim scriptū est / qm̄ in aliis
linguis et in labiis aliis loquar popu
lo huic / et nec sic exaudient me: dicit
dñs. Itaq; lingue in signū sunt non
fidelibus: sed infidelibus: prophetie
autem nō infidelibus / sed fidelibus.
Si ergo conueniat vniuersa eccl'ia in
vnū / et oēs linguis loquātur: intrent
autem idiote aut infideles: nonne di-
cent q̄d insanitis? Si autē oēs pphe
tent: intret aūt q̄s infidelis vel idio-
E ta: conuincit ab oībus: diiudicat ab
oībus. Occulta enī cordis eius mani
festa fiunt: et ita cadens in faciē ado
rabit deuz: pnuncians q̄d vere deus
in vobis sit. Quid ergo est fratres?
Cum conuenitis: vnusquisq; vestruz
psalmū habet: doctrinam habz: apo-
calypsim habet: linguā habet / inter-
pretationem habet: oia ad edificatio-
nez fiant. Siue lingua quis loquitur
scdm duos: aut vt multum tres & per
partes: et vnus interpretetur. Si autē
non fuerit interpres: taceat in eccle-
F sia: sibi autē loquat et deo. Prophete
autē duo aut tres dicant: & ceteri di-
iudicent. Q̄ si alii reuelatū fuerit se-
denti: prior taceat. Potestis enī om-
nes per singulos prophetare: vt oēs
discant: et oēs exhortent: et spūs pro
phetarū pphetis subiecti sunt. Non
enim est dissensionis deus: sed pacis
sicut et in oībus ecclesiis sanctorū do
ceo. Mulieres in ecclesiis taceāt: nō 1.Ti.2.d.
enī permittit eis loqui: sed subditas
esse: sicut et lex dicit. Si quid autē vo Gen.3.c.
lunt discere: domi viros suos inter-
G rogēt. Turpe est enim mulieri: loqui
in ecclesia. An a vobis verbū dei pro 37.dis.c.
cessit? aut in vos solos peruenit? Si io.in fi.
quis videt propheta esse: aut spūalis
cognoscat q̄ scribo vobis: q̄a domini
sunt mandata. Si q̄s autem ignorat
ignorabitur. Itaq; fratres emulami-
ni pphetare: et loqui linguis nolite
prohibere. Omnia aūt honeste: et se-
cundum ordinem fiant in vobis.
¶ C.S. Tractat aplus de gl'a resur-
rectionis: premittendo commenda-
tionē doctrine euangelice. Capm. xv.
Notum autē vobis facio fra- A
tres euangeliū quod predi- Gal.1.a.
caui vobis: q̄d et accepistis:
i quo & statis: per quod & saluamini /
qua ratione predicauerim vobis si te
netis / nisi frustra credidistis. Tra-
didi enī vobis in p̄mis q̄d et accepi
qm̄ christus mortuus est p peccatis
nostris scdm scripturas. Et quia se- esa.53.b.
pultus est: et quia resurrexit tertia Jone.2.a.
die scdm scripturas / & quia visus est Osee.6.a
cephe: et post hec vndecim. Deinde ioh.20.c.

B visus est plus q̃ quingentis fratrib⁹
De cele. simul: ex quibus multi manent vsq̃
miss.c. cuz adhuc: quidã aũt dormierunt. Dein-
marthe. de visus est iacobo: deinde apostolis
Act.9.a. omnibus. Nouissime aũt oĩm tanq̃
Eph.3.b. abortiuo/ visus est et mihi. Ego enim
sum minimus apl'orũ/ qui nõ sum di-
gnus vocari apostol⁹/ q̃m persecut⁹
3.di.c.cõ sum ecclesiã dei. Gratia autẽ dei sum
suetudo. id q̃d sum: et grã ei⁹ in me vacua non
fuit/ sed abundãtius illis oĩbus la-
boraui. Non ego autẽ: sed gratia dei
mecuz. Siue em̃ ego/ siue illi: sic predi-
cauimus/ et sic credidistis. Si autem
C christus predicatur q̃ resurrexit a
mortuis: quomodo quidam dicunt in
vobis/ q̃m resurrectio mortuorum nõ
est? Si autem resurrectio mortuoruz
non est: neq̃ christ⁹ resurrexit. Si au-
tem christ⁹ nõ resurrexit/ inanis est
predicatio nostra: inanis est et fides
vestra. Inuenimur autem et falsi te-
stes dei: q̃m testimoniũ diximus ad-
uersus deũ/ q̃ suscitauerit christum
quem nõ suscitauit/ si mortui non re-
surgũt. Nam si mortui non resurgũt
neq̃ christ⁹ resurrexit. Q̃ si christ⁹
non resurrexit: vana est fides vestra.
adhuc enim estis in peccatis vestris.
Ergo et qui dormierunt in christo/
perierunt. Si in hac vita tm̃ in chri-
sto sperantes sumus: miserabiliores
Colo.1.c. sumus oĩbus hominibus. Nunc aũt
Apo.1.b. christus resurrexit a mortuis/ primi-
tie dormientiũ: q̃m quidẽ per hoĩem
mors: et per hoĩem resurrectio mor-
tuorũ. Et sicut in adã oẽs moriũtur:
ita et in christo oẽs viuificabuntur.
D vnusquisq̃ autẽ in suo ordine. Pri-
1.Thes. mitie christ⁹/ deinde ij q̃ sunt christi
4.d. qui in aduentũ eius crediderunt. De-
inde finis: cuz tradiderit regnũ deo
et patri/ cũ euacuauerit oẽm princi-
patũ/ et potestatẽ/ et virtutez. Opor-
Ps.109.a. tet autẽ illum regnare: donec ponat
Heb.1.d. oẽs inimicos sub pedibus eius. No-
et.10.c. uissime aũt inimica destruet̃ mors.
Ps.8.c. Oĩa em̃ subiecit sub pedibus eius.
Heb.2.d. Cum aũt dicat/ oĩa subiecta sunt ei:
sine dubio preter eum qui subiecit ei
oĩa. Cum autem subiecta fuerint illi
omnia: tunc et ipse filius subiectus
erit ei/ qui subiecit sibi oĩa: vt sit deus
omnia in oĩbus. Alioquin quid fa-
cient qui baptizantur pro mortuis/ si
omnino mortui non resurgunt? Ut
quid et baptizant̃ pro illis? Ut q̃d et
nos periclitamur omni hora? Quo-

tidie morior propter vestraz gloriam 22.q.1.c.
fratres/ quam habeo in christo iesu noueri͛.
dño nostro. Si (sc̃dm hominẽ) ad be-
stias pugnaui ephesi: quid mihi pro-
dest si mortui non resurgũt? mãduce Esa.22.c.
mus et bibamus/ cras enim morie- Sap.2.b.
mur. Nolite seduci. Corrumpunt mo-
res bonos/ colloquia mala. Euigila- E
te iusti: et nolite peccare: ignorantiã de pe. dis.
em̃ dei quidã habẽt. Ad reuerentiam 2.c.si em̃.
vobis loquor. Sed dicet aliq̃s. Quo- vl̃.petr⁹.
modo resurgent mortui? quali autem
corpore venient? Insipiens tu/ q̃d se-
minas non viuificat̃: nisi prius mo-
riatur. Et quid seminas: non corpus
quod futurũ est seminas/ sed nudũ
granũ: vt puta tritici/ aut alicuius ce-
terorum. Deus autem dat illi corpus
sicut vult: et vnicuiq̃ seminum pro-
prium corpus. Non oĩs caro/ eadem
caro: sed alia hominũ/ alia pecorum/
alia volucruz/ alia autem piscium. Et
corpora celestia/ et corpora terrestria:
sed alia quidẽ celestium gloria: alia
autem terrestrium. Alia claritas so-
lis/ alia claritas lune/ et alia clari- F
tas stellarum. Stella em̃ a stella dif-
fert ĩ claritate: sic et resurrectio mor-
tuorũ. Seminat̃ ĩ corruptione: surget
in ĩcorruptiõe. Seminat̃ ĩ ignobilita-
te surget ĩ glĩa. Seminat̃ ĩ ĩfirmitate:
surget ĩ v̾tute. Seminat̃ corp⁹ aĩale
surget corpus spũale. Si est corpus
aĩale: est et corp⁹ spũale sicut scriptum
est. Fact⁹ est prim⁹ hõ adã in animã Gen.2.b.
viuentẽ: nouissim⁹ adã in spm̃ viuifi-
cantem. Sed nõ pri⁹ q̃d spũale est/ sz
q̃d aĩale: deinde q̃d spũale. Primus
hõ de terra/ terren⁹: sc̃ds hõ de celo/
celestis. Qualis terren⁹: tales et ter-
reni: et qualis celest̃/ tales et celestes.
Igitur sicut portauimus imaginẽ ter-
reni: portemus et imaginez celestis.
Hoc autẽ dico fratres: q̃r caro et san-
guis regnũ dei possidere nõ possunt:
neq̃ corruptio/ incorruptelã posside-
bit. Ecce mysterium vobis dico. Om-
nes quidem resurgemus: sed non om- G
nes immutabimur. In momento/ in
ictu oculi/ in nouissima tuba. Canet
enim tuba/ et mortui resurgent incor-
rupti: et nos ĩmutabimur. Opz enim
corruptibile hoc induere ĩcorruptio-
nẽz: et mortale hoc induere immorta-
litat̃. Cum aũt mortale hoc induerit
ĩmortalitat̃: tũc fiet s̾mo q̃ scrip⁹ ẽ.
Absorpta est mors in victoria. Ubi Os.13.d.
est mors victoria tua? Ubi est mors Heb.2.d.

stimulus tuus? Stimulus autē mor-
tis/peccatū est: virtus vero peccati
1. Jo.5.a. lex. Deo aūt grās qui dedit nobis vi-
ctoriam per dñm nostrū iesum chri-
stū. Itaqȝ fratres mei dilecti / stabi-
les estote et imobiles: abundātes in
opere domini semper/ scientes ꝙ la-
bor vester non est inanis in domino.
¶ C.S. Docet apl's quō ꝯuersanduȝ
est cū extraneis et vicinis: ac in fine
eplē annectit salutationē. Cpm. xvi.
A DE collectis autem q̄ fiunt in san-
ctos: sicut ordinaui in ecclesijs
galatie/ita et vos facite. Per vnam
sabbati vnusquisqȝ vestrū apud se re
ponat/recondens quod ei bene pla-
cuerit: vt nō cuȝ venero/tunc collecte
fiant. Cum aūt presens fuero: q̄s pro
baueritis per epl'as/hos mittam per-
ferre gratiā vestraȝ in hierl'm. Q̄ si
22.q.2.c. dignū fuerit vt ego eam: mecū ibūt.
si aduer- Veniā autē ad vos: cuȝ macedoniaȝ
sēdū.§.2. pertrāsiero. Nā macedoniaȝ pertrāsi
bo. Apud vos autē forsitā manebo:
vel etiam hyemabo: vt vos me dedu-
B catis quocūqȝ iero. Nolo enim vos
modo in transitu videre. Spero eniȝ
me aliquātulū tēporis manere apud
vos: si dñs permiserit. Permanebo
autē ephesi vsqȝ ad pentecosten. Osti
um eni mihi apertū est magnū ⁊ eui-
dens: et aduersarij multi. Si aūt ve-
nerit timotheus: videte vt sine timo-
re sit apud vos. Opus eni dñi opera-
tur/sicut ⁊ ego. Ne q̄s ergo illū sper-
nat. Deducite aūt illū in pace: vt ve-
niat ad me. Expecto eni illū cum fra-
C tribus. De apollo autē fratre / vobis
notū facio: q̄m multuȝ rogaui eum vt
veniret ad vos cuȝ fratrib⁹: ⁊ vtique
nō fuit volūtas eius vt nūc veniret:
veniet aūt cū ei vacuū fuerit. Vigi-
late/state in fide/viriliter agite/ ⁊ cō
fortamini: oīa vestra in charitate
fiāt. Obsecro autem vos fratres/no-
stis domuȝ stephane/et fortunati/et
achaici: q̄m sunt primitie achaie: et
in ministeriuȝ sctōȝ ordinauerūt se-
ipsos: vt et vos subditi sitis eiusmo-
di et omni cooperāti ⁊ laborāti. Gau-
deo aūt in p̄sentia stephane/et fortu
D nati/et achaici: q̄m id quod vobis de
erat/ipsi suppleuerunt. Refecerunt
enim et meū spiritū ⁊ vestrū. Cogno-
scite ergo q̄ eiusmodi sunt. Salutant
vos oēs eccl'ie asie. Salutant vos in
dño multum/aquila ⁊ prisca cum do-
mestica sua eccl'a: apud quos et ho-
spitor. Salutant vos omnes fratres. 23.q.4.c.
Salutate inuicē in osculo sancto. Sa- similiter
lutatio mea manu pauli. Si q̄s non 24.q.3.c.
amat dñm nostrū iesum christum/sit cū §.§.ite
anathema: maranatha. Gratia domi in atia.
ni nostri iesu christi vobiscum. Chari
tas mea cum omnibus vobis i chri-
sto iesu. Amen.

¶ Explicit epistola Pau-
li ad Corinthios prima.

¶ Prologus in secundam epistolam
ad Corinthios incipit.

IN secūda ad Corinthios epi-
stola quasi in parte superiori
post tribulationuȝ suarū rela-
tiones reddit causas / quare ad eos
secundo non ierit: q̄m non leui muta
tione consilij fecisse se asserit: sed ne
aduētu suo tristitiā incurreret: cum
in pctō permanere discipulos repe-
risset. Deinde per agnitos fructus
penitētie recōciliat eū eccl'ie: queȝ in
prima propter fornicationē a consor
tio sctōȝ iusserat amoueri. Tertio
contra pseudo apl'os officij sui digni
tatem tuetur: et noui testamēti mini-
stros tāto anteire gr̄a ostendit / q̄to
euāgeliū est lege prestātius. Immo
rat etiā in causa illa plurimū: quam
breuiter in prima cōtigerat: vt prom
pto ac libēti aio necessaria presentis
vite nō habētibus largiant: et vtilita
te spūalis cōmercij cōmiscens presen
tia cuȝ futuris: atqȝ abundantia sua
sanctoȝ inopiā suppleant: vt vicissim
eorum inopia sanctorum abundātia
suppleat. In fine repetit q̄ superius
cōtra pseudo apl'os egerat: et iacta-
tionē eorū predicationesqȝ de se glo
sas: vel collata antiquitate gn̄is: vel
catalogo iniuriarū ac piculorū suoȝ
euacuat: dicitqȝ eos operarios subdo-
los q̄ ad imitationē satane transfigu
rent in apl'os xp̄i sub predicationis
spe lucra pecuniaria q̄qȝ sectantes.

¶ Incipit argumentum.

POst actā a Corinthijs peniten-
tiam/ consolatoriā scribit eis
epistolā apostolus a Troade
per Titum. Et collaudans eos/hor-
tatur ad meliora: contristatos quidē
eos/sed emendatos ostendens.

¶ Incipit epistola Pauli
ad Corinthios secūda.

¶ C.S. Captat corinthios beniuolen
tia per suas tribulationes ad exa-

tandum affectionem: et excusat se de
promissione eius facta. Capitulum.I.
A Paulus apl̃us iesu chri-
sti per voluntatē dei/ ꝛ
timotheus frater: ec-
clesie dei q̄ est corinthi
cum oib⁹ sctĩs qui sunt
i vniuersa achaia: grã
vobis et pax a deo prẽ nr̃o/ ꝛ dño iesu
Ephe.I.a. christo. Benedictus deus ꝛ pater do
I.Pe.I.a. mini nr̃i iesu xp̃i: pater miax et deus
totius cõsolationis / qui cõsolat̃ nos
in oĩ tribulatione nr̃a: vt possimus ꝛ
ipsi consolari eos q̄ in omni pressura
sunt/per exhortationez qua exhorta-
B mur ꝛ ipsi a deo. Q̃ sicut abundant
passiones christi in nobis: ita et per
christum abũdat consolatio nostra.
Siue aũt tribulamur pro vr̃a exhor-
tatione et salute: siue cõsolamur pro
vestra cõsolatione: siue exhortamur
ꝓ vr̃a exhortatiõe et salute/ q̄ opera-
tur tolerãtiam earundez passionum
qs ꝛ nos patimur: vt spes nr̃a firma
sit pro vobis: sciẽtes q̄ sicut socii pas
sionum estis: sic eritis et consolatio-
nis. Non eñ volumus ignorare vos
fratres de tribulatiõe nostra que fa-
cta est in asia / qm̃ supra modũ gra-
uati sum⁹ supra virtutẽ: ita vt tede-
ret nos etiam viuere. Sed ipsi in no-
bismetipsis rñsuz mortis habuimus
vt non sim⁹ fidentes in nobis/sed in
deo q̄ suscitat mortuos/qui de tantis
periculis nos eripuit ꝛ eruit: in quez
speramus qm̃ ꝛ adhuc eripiet: adiu-
uantibus et vobis in orone ꝓ nobis:
vt ex multarũ personis facierũ/eius
que in nobis est donationis / per mul-
C tos grẽ agãtur pro nobis. Nam glo-
II.q.3.ca. ria nr̃a hec est / testimoniũ ↄsciencie
liter vba. nostre / quod i simplicitate cordis et
de sacra synceritate dei/ et nõ in sapiẽtia car
vnct.cap. nali / sed in grã dei cõuersati sumus
vnico. in hoc mundo/ abũdãtius autem ad
vos. Non eñ alia scribim⁹ vobis: q̄
q̄ legistis et cognouistis. Spero autẽ
q̄ vsq; in finẽ cognoscetis: sicut et co
gnouistis nos ex parte: qꝛ gl'ia vestra
sumus/ sicut ꝛ vos nr̃a in die dñi no-
stri iesu christi. Et hac cõfidentia vo
lui prius venire ad vos/ vt secũdam
gratiã haberetis: ꝛ per vos trãsirem
in macedoniã/ et iterũ a macedonia
venirem ad vos/ ꝛ a vobis deduci in
D iudeã. Cum ergo hoc voluissem: nun
quid leuitate vsus sum? Aut que co-
gito/ scd̃m carnez cogito: vt sit apud
me est et nõ? Fidelis aũt deus/ quia
sermo noster qui fuit apud vos non
est in illo est/ ꝛ non: sed est in illo est.
Dei eñ filius iesus christ⁹: qui in vo
bis per nos predicatus est: per me/ ꝛ
syluanũ/ et timotheũ/ non fuit in illo
est et non: sed est in illo fuit. Quotq̄
eñ promissiones dei sunt: in illo est.
Ideo ꝛ per ip̃m dicimus amẽ deo ad
gloriã nostrã. Qui aũt cõfirmat nos
vobiscum in christo: ꝛ qui vnxit nos
deus: et qui signauit nos: et dedit pi-
gnus sp̃us in cordibus nr̃is. Ego au
tem testẽ deum inuoco in aiam me-
am q̄ parcens vobis non veni vltra
corinthum. Non quia dominamur
fidei vestre: sed adiutores sum⁹ gau-
dii vestri. Nam fide statis.
¶ C.S. Ponit duplex causa q̃re apo
stolus nõ venerit corinthũ: scz ne cõ
tristaret: et alibi maiorẽ fructũ faces
ret/ quẽ fructũ deinde ostendit a quo
falsos prophetas excludit. Cap̃m.II.
Statui autẽ hoc ip̃m apud me A
ne iterũ in tristitia venirem ad
vos. Si eñ ego contristo vos:
et quis est q̄ me letificet/ nisi qui con-
tristat̃ ex me? Et hoc ip̃m scripsi vo-
bis: vt nõ cum venero/ tristitiã super
tristitiaz habeã/ de quib⁹ oportuerat
me gaudere: confidens in oĩbus vo-
bis: quia meũ gaudiuz/ oim vestrum
est. Nam ex multa tribulatiõe et an- B
gustia cordis scripsi vobis per mul-
tas lachrymas: non vt contristemini
sed vt sciatis quã charitatẽ habeam
abundãtius in vobis. Si q̄s aũt con-
tristauit me: nõ me ↄtristauit/ sed ex
parte: vt non onerem oẽs vos. Suffi
cit illi q̄ eiusmodi est obiurgatio hec
qui fit a plurib⁹ ita: vt ecõtrario ma-
gis donetis et consolemini: ne forte
abundantiori tristitia absorbeat̃ qui
eiusmodi est. Propt̃ qđ obsecro vos
vt cõfirmetis in illũ charitatẽ. Ideo C
eñ ꝛ scripsi vobis: vt cognoscã expe-
rimentũ vestrũ an in oĩbus obedien
tes sitis. Cui autẽ aliquid donastis: 23.q.4.
et ego. Nã et ego quod donaui/ si q̄d c.nõ põt.
donaui: propter vos in persona chri
sti / vt non circumueniamur a satana.
Non enim ignoramus cogitationes
eius. Cũ venissem aũt troadem pro-
pter euãgelium christi/ et ostiũ mihi
apertũ esset in dño: nõ habui requiez
spiritui meo eo q̄ nõ inuenerim titũ
fratrẽ meũ. sed valefaciens eis/ ꝓfe
ctus sum in macedoniã. Deo autem D

Gratias: q̄ semper triūphat nos in chri-
sto iesu: et odorē notitie sue manife-
stat per nos ī omni loco. quia christi
bonus odor sumus deo: in iis qui sal-
ui fiūt: et in iis qui pereūt. Aliis qui
dem odor mortis in mortē: aliis aūt
odor vite in vitā. Et ad hec quis tam
idoneus? Nō enim sumus (sicut plu-
rimi) adulterantes verbū dei: sed ex
synceritate, sicut ex deo coram deo/ in
christo loquimur.

C.S. Ostēdit aplūs se ꝯmēdatione
hoīm nō indigere: nec eā q̄rere: atq
recōmendat ministros ecclesie chri-
stianorum ad officii dignitatē/ et quantū
B ad cognitionis excellentiā. Capitulum.iii.

Incipimus iterū nosmetipsos
cōmēdare? Aut nunquid ege-
mus (sicut quidā) commēda-
titiis epistolis ad vos/ aut ex vobis?
Epistola nostra vos estis/ scripta in
cordib' nr̄is que scit & legit ab oībus
hoīb': manifestati qm̄ epl'a estis chri-
sti: ministrata a nobis/ & scripta non
atramēto/ sed spū dei viui: non in ta-
bulis lapideis/ sed in tabulis cordis
D carnalibus. Fiduciā autē talē habe-
Heb.4.d mus per christū ad deū/ non q̄ suffi-
ciētes sim' cogitare aliquid a nobis
quasi ex nobis: sed sufficiētia nr̄a ex
deo est. Qui et idoneos nos fecit mi-
nistros noui testamēti: nō litera/ sed
spū. Litera enim occidit: spūs autē
viuificat. Q̄ si ministratio mortis
literis deformata in lapidibus fuit
in gl'ia/ ita vt nō possent intendere fi-
lii israel in faciē moysi/ ꝓpter gloriā
vultus ei' que euacuatur: quomodo
non magis ministratio spūs erit in
gloria? Nam si ministratio dānatio-
nis in gloria est: multo magis abun-
C dat ministeriū iustitie in gloria. Nā
nec glorificatum est qd̄ claruit in hac
parte/ propter excellētem gloriā. Si
enī qd̄ euacuat per gloriā est: multo
magis qd̄ manet in gloria est. Habē-
Ex.34.d. tes igit̄ talē spem multa fiducia vti-
mur: et nō sicut moyses ponebat ve-
lamen sup faciē suā/ vt non intende-
D rēt filii israel in faciē eius qd̄ euacua-
tur/ sed obtusi sunt sensus eorū. Usq
in hodiernum diem/ idipsum vela-
men in lectiōe veteris testamēti ma-
net nō reuelatum (qd̄ in christo eua-
cuat̄) sed vsq in hodiernū diē/ cū le-
git moyses/ velamē positum est super
cor eor. Cū autē conuersus fuerit ad
Joh.4.c. dūm: auferet̄ velamē. Dn̄s autē spūs
est. Ubi autem spūs dn̄i: ibi libertas. 19.q.2.c.
Nos vero oēs reuelata facie gloriā dn̄i. li. f.
dn̄i speculātes: in eādem imaginem de regu.
trāsformamur a claritate in claritatem c.licet.
tem: tanq̄ a domini spiritu.

C.S. Commēdat aplūs ministeriū
noui testamenti: & quantum ad ope-
rationem boni: et quantum ad tole-
rantiam mali. Capitulum.iiii.

Ideo habentes hanc ministra- A
tionē: iuxta qd̄ miam cōsecuti
sum' non deficimus/ sed abdi-
camus occulta dedecoris: non ambu-
lantes in astutia: neq adulterantes
verbum dei: sed in manifestatiōe ve-
ritatis commendantes nosmetipsos
ad oēm conscientiā hoīm coram deo.
Q̄ si etiam opertū est euangeliū no-
strum: in iis qui pereunt est opertum:
in quib' deus huius seculi excecauit
mētes infidelium: vt nō fulgeat illis
illuminatio euangelii glorie christi:
qui est imago dei. Nō enim nosmet- B
ipsos predicamus: sed iesum christū
dn̄m nostrū: nos aūt seruos vestros
per iesum. qm̄ deus qui dixit de tene-
bris lucē splendescere: ipse illuxit in
cordib' nr̄is ad illuminationē scien-
tie claritatis dei: in facie christi iesu.
Habemus aūt thesaurum istū in va-
sis fictilibus: vt sublimitas sit virtu-
tis dei: & nō ex nobis. In oībus tribu-
lationem patimur: sed non angustia-
mur. aporiamur: sed nō destituimur. C
ꝑsecutionē patimur: sed non derelin-
quimur. humiliamur: sed nō con-
fundimur. deiicimur: sed non peri-
mus: semp mortificationē Jesu chri-
sti in corpore nostro circumferentes:
vt et vita iesu manifestetur ī corpori-
bus nostris. Semp enim nos qui vi-
uimus: in mortem tradimur propter
iesum: vt et vita iesu manifestetur in
carne nostra mortali. Ergo mors in
nobis operat̄: vita autē in vobis. Ha-
bentes aūt eūdem spiritū fidei sicut
scriptum est/ Credidi ꝓpter qd̄ locut' Ps.cxv.a.
sum: & nos credimus: ꝓpter qd̄ et lo-
quimur: scientes qm̄ qui suscitauit ie-
sum/ et nos cū iesu suscitabit & cōsti- D
tuet vobiscū. Oīa enim propter vos:
vt gr̄a abundans: per multos in gra-
tiarū actione: abundet in gloriā dei.
Propter qd̄ nō deficimus. sed licet is
qui foris est noster homo corrūpat̄:
tn̄ is qui intus est: renouat̄ de die in
diē. Id enī qd̄ in presenti est momen-
taneum et leue tribulationis nostre:

supra modū in sublimitate eternum
glorie pōdus operatur in nobis / nō
contemplantibus nobis que viden-
tur / sed que non vidētur. Que enim
vidētur: temporalia sunt. que autem
non videntur eterna sunt.

¶ C.S. Agit de premio iustorū apo-
stolus: ac eius desyderio atq; debi-
ta ad ipsum preparatione: ac causa
vtriusq;. Capitulum. v.

A Scimus enim quoniam si terre-
stris domus nostra huius habi-
tationis dissoluat q edificationē ex
deo habemus: domū non manufactā
sed eternā in celis. Nā & in hoc īgemi-
scimus: habitationem nostrā que de
apo.16.c. celo est superindui cupiētes. si tñ ve-
stiti: & nō nudi iueniamur. Nā et qui
sumus in hoc tabernaculo ingemi-
scimus grauati: eo q nolumus expo-
liari: sed superuestiri: vt absorbeatur
B qđ mortale est a vita. Qui autē effi-
cit nos in hoc ipsū de⁹: qui dedit no-
bis pign⁹ spiritus. Audentes igitur
semp & scientes quoniā dū sumus in
hoc corpore: peregrinamur a domino.
Per fidem enim ambulamus: & non
per speciem: audemus autē et bonam
voluntatē habemus magis peregri-
nari a corpore: et p̄sentes esse ad do-
ro.14.b. minū. Et ideo cōtēdimus: siue absen-
tes / siue p̄sentes placere illi. Omnes
enim nos manifestari oportet ante
tribunal christi: vt referat vnusq̄sq;
ppria corporis prout gessit: siue bo-
num siue malū. Sciētes ergo timorē
dñi hominibus suademus: deo autē
manifesti sumus. Spero autē & in cō-
sciētiis vestris manifestos nos esse.
Nō iterū cōmendamus nos vobis:
sed occasionē damus vobis gloriā-
di pro nobis / vt habeatis ad eos qui
C in facie gloriant et non in corde. Si-
33.dis.c. ue enim mente excedimus deo: siue
vsq; adeo sobrii sumus vobis. Charitas enim
8.q.1.c.in christi vrget nos: estimantes hoc quō-
scriptur;. si vnus pro oībus mortuus est: ergo
omnes mortui sunt. & pro oībus mor-
tuus est christ⁹: vt et qui viuunt / iam
non sibi viuant / sed ei qui pro ipsis
mortuus est et resurrexit. Itaq; nos
ex hoc neminē nouimus scđm carnē.
D Et si cognouimus scđm carnem chri-
stum: sed nūc iam non nouimus. Si
qua ergo in christo noua creatura
est: vetera trāsierunt. ecce facta sunt
esa.43.c. omnia noua. Omnia autem ex deo /
apo.21.b. qui nos reconciliauit sibi per chri-
stum: et dedit nobis ministeriū recō-
ciliationis. Quoniam quidē de⁹ erat
in christo mundū reconcilians sibi:
nō reputās illis delicta ipsorū: et po-
suit in nobis verbū reconciliationis.
Pro christo ergo legatiōe fūgimur:
tanq̄ deo exhortante per nos. Obse-
cramus pro christo: reconciliamini
deo. Eum qui non nouerat peccatū de pe.dis.
pro nobis peccatum fecit: vt nos ef- 2.c.si ess.
ficeremur iustitia dei in ipso.

¶ Ca.S. Hortat ad bonū corinthios
apl's in futuro agēdū quantū ad ex-
teriorē cōuersationē: interiorē deuo-
tionē: ac infideliū vitationē. Cap.vi.

A Diuuantes autē exhortamur A
ne in vacuum gratiā dei reci-
piatis. Ait enim. Tēpore acce- esa.49.c.
pto exaudiui te: & in die salutis adiu-
ui te. Ecce nunc tempus acceptabile 1.co.4.a.
ecce nūc dies salutis. Nemini dātes
vllā offensionem vt non vituperetur
ministeriū nrm: sed in omnibus ex-
hibeamus nosmetipsos sicut dei mi-
nistros: in multa patientia / in tribu-
lationibus: in necessitatib⁹: in angu-
stiis: in plagis: ī carcerib⁹: in seditio-
nibus: in laborib⁹: in vigiliis: in ieiu-
niis: in castitate: in sciētia: in lōgani-
mitate: in suauitate: in spū sancto: in B
charitate nō ficta: in verbo veritatis:
in virtute dei per arma iustitie a dex- 6.q.1.ca.
tris et a sinistris: per gloriā & igno- sunt plu-
bilitatē / per infamiā et bonā famam rimi.
vt seductores et veraces: sicut qui
ignoti & cogniti: quasi moriētes & ec-
ce viuimus: vt castigati & nō mortifi-
cati: quasi tristes semper autē gaudē-
tes: sicut egētes multos autem locu-
pletātes: tanq̄ nihil habentes et oīa
possidentes. Os nostrū patet ad vos
o corinthii / cor nostrū dilatatum est.
Nō angustiamini ī nobis: angustia- C
mini autē in visceribus vestris. Ean-
dem autē habentes remunerationem
(tanq̄ filiis dico) dilatamini et vos.
Nolite iugū ducere cū infidelibus.
Que enī participatio iustitie cū ini- eccl.13.c.
quitate? Aut q̄ societas luci ad tene- de pe.dis.
bras? Que autē cōuētio christi ad be- 1.c.porro.
lial? Aut que pars fideli cū infidele? 1.cor.3.d.
Qui autem consensus tēplo dei cum et.6.d.
idolis? Vos enim estis templum dei D
viui: sicut dicit deus. Quoniam inha- leui.16.b.
bitabo in illis: et inambulabo inter
eos. et ero illorum deus: et ipsi erunt
mihi populus. Propter quod exite
de medio eorum: et separamini dicit Esa.52.c.

dominus:et immundum ne tetigeri-
hie.31.a. tis: ⁊ ego recipiā vos.et ero vobis in
patrem:⁊ vos eritis mihi in filios et
filias dicit dominus omnipotens.

¶ C.S. Monitio,utilis apl'i premit-
titur: atq Corinthii de preteritis bo-
nis commendantur. Capitulum.vii.

A Has ergo habētes promissiones
charissimi mundemus nos ab
omni inquinamento carnis et spiri-
tus/ perficientes sanctificationē in
timore dei. Capite nos. neminem le-
simus / neminem corrupimus / ne-
minem circūuenimus. Non ad con-
dēnationem vestram dico. Predixi-
mus enim q in cordibus nostris estis
ad cōmoriendum et ad conuiuēdum.
Multa mihi fiducia est apud vos:
multa mihi gloriatio pro vobis: re-
pletus sum cōsolatione: supabundo
gaudio in omni tribulatione vestra.
Nā et cū venissemus in macedoniā
B nullam requiē habuit caro nostra:
sed omnē tribulationē passi sumus.
Foris/pugne: intus/timores. Sed
qui consolatur humiles/ consolatus
est nos deus in aduentu titi. Non so-
lum aūt in aduentu eius: sed etiā in
cōsolatione qua cōsolatus est in vo-
bis/referens nob' vestrū desideriū/
vestrum fletū/ vestram emulationē
pro me/ ita vt magis gauderē. Q̄m
et si contristaui vos in ep'la/ non me
penitet:et si peniteret/ videns q epi-
stola illa(⁊ si ad horā)vos contrista-
uit. Nunc gaudeo.non q: contristati
estis: sed q: cōtristati estis ad peni-
C tentiā.Cōtristati enim estis ꝺm deū:
vt in nullo detrimentū patiamini ex
1.Pe.2.c. nobis.Que eniz ꝺm deū tristitia est:
26.q.1.c. penitentiam in salutem stabilē ope-
affectū in ratur: seculi aūt tristitia/mortē ope-
punct, ratur. Ecce enim hoc ipm ꝺm deū con-
tristari vos:quātam in vobis opera-
tur sollicitudinē/sed defensionē/sed
indignationē/sed timorē/ sed deside-
riū/sed emulationē/sed vindictā: in
oībus exhibuistis vos incontamina-
tos esse negocio. Igitur et scripsi vo-
bis:nō ꝓpter eū qui fecit iniuriā: nec
ꝓpter eū qui passus est/ sed ad ma-
nifestādam sollicitudinē nostrā quā
habemus pro vobis coram deo. ideo
D consolati sumus. In cōsolatione aūt
nostra/abundātius magis gauisi su-
mus sup gaudio Titi: q: refectus est
spūs eius ab oībus vobis. Et si quid
apud illum de vobis gloriatus sum:
nō sum cōfusus. sed sicut omnia vo-
bis in veritate locuti sum': ita ⁊ glo-
riatio nostra que fuit ad Titū/ veri-
tas facta est. ⁊ viscera eius abundā-
tius in vobis sunt/ reminiscētis om-
nium vestrum obedientiā:quō cū ti-
more et tremore excepistis illū. Gau-
deo q in oībus confido in vobis.

¶ C.S. Ad eleemosynā i hierusalem
mittēdam/corinthios hortatur apo-
stolus:et agit de collectoribus huius
eleemosyne. Capitulum.viii.

D Otam autem facim' vobis fra- A
tres gratiā dei/ que data est in
ecclesiis macedonie:⁊ q in multo ex-
perimento tribulationis / abundan-
tia gaudii ipsorum fuit: et altissima
paupertas eorū abundauit in diuitias
simplicitatis eorū: quia ꝺm virtutem
(testimoniū illis reddo)et supra vir-
tutem voluntarii fuerunt/cum multa
exhortatione obsecrantes nos gra-
tiam et cōmunicationem ministerii
quod fit in sanctos. Et nō sicut spera-
uimus/sed semetipsos dederunt pri-
mum dn̄o: deinde nobis p voluntatē
dei: ita vt rogaremus titū/vt que ma-
admodū cepit ita et pficiat in vobis
etiam gratiā istā. Sed sicut in oībus B
abundatis fide/ et sermone/et scien-
tia/et oī sollicitudine/ insup et chari-
tate vestra in nos: vt ⁊ in hac gratia
abundetis. Non quasi imperās dico
sed p aliorū sollicitudinē/ etiā vestre
charitatis ingenium bonum compro-
bans. Scitis enim gratiā dn̄i nostri ie-
su christi: quoniā ꝓpter vos egenus
factus est/ cum esset diues: vt illius
inopia vos diuites essetis. Et consi-
lium in hoc do. Hoc enim vobis vtile 25.q.1.c.
est:qui nō solū facere/sed et velle ce- ideo.§.va
pistis ab anno priore.nūc vero et fa- let ergo.
cto pficite: vt quemadmodū prom-
ptus est animus voluntatis/ita sit ⁊
pficiendi ex eo qd habetis. Si enim vo- C
luntas prōpta est:ꝺm id quod habet
accepta est/ non ꝺm id qd non habz.
Nō enim vt aliis sit remissio / vobis
aūt tribulatio: sed ex equalitate. In
presenti tpe vestra abundātia/ illorū
inopiā suppleat:vt et illorū abundan-
tia/vestre inopie sit supplementum.
vt fiat equalitas / sicut scriptum est.
Qui multū/nō abūdauit: et qui mo- exo.16.d.
dicum/non minorauit. Gratias autē
ago deo qui dedit eādem sollicitudi-
nem pro vobis in corde Titi:quoniā
exhortationē quidē suscepit / sed cū

12.q.12. sollicitior esset/sua volūtate ꝓfectus
nolo. est ad vos. Misimus autem cum illo
D fratrē nostrū: cuius laus est in euan
gelio per oēs ecclesias: non solū autē
sed ⁊ ordinatꝰ est ab ecclesijs comes
peregrinationis nostre/in hanc gra=
tiam que ministratur a nobis ad dñi
gloriā ⁊ destinatam voluntatem no=
stram: deuitantes hoc/ne quis nos
vituperet in hac plenitudine que mi
Ro.12.d. nistrat a nobis in dñi gloriā. Proui=
demus eñi bona: nō solum corā deo/
sed etiā corā hoibus. Misimus autē
cum illis et fratrē nostrū quem pro=
bauimꝰ in multis sepe sollicitum esse:
nūc autē multo sollicitiorē/cōfidēcia
multa in vos: siue ꝓ Tito ꝗ est socius
meus ⁊ in vobis adiutor/siue fratres
nostri/apli ecclesiarū/glorie Christi.
Ostēsionē ergo que est charitatis ve
stre ⁊ nostre glorie pro vobis in illos
ostēdite in faciē ecclesiarum.

¶ C.S. Apl's suspitionem excludēs:
docet eleemosynā esse dādam veloci=
ter/abūdāter/⁊ hylariter. Cap.ix.

A Nam de ministerio qđ fit in san=
ctos: ex abundanti est mihi scri
bere vobis. Scio enim promptū ani=
mum vestrum: pro quo de vobis glo=
rior apud Macedones. Quoniam et
achaia parata est ab anno preterito:
et vestra emulatio prouocauit plu=
rimos. Misimus autē fratres: vt ne
quod gloriamur de vobis/euacuetur
in hac parte/vt (quēadmodum dixi)
parati sitis: ne cū venerint Macedo=
nes mecum/⁊ inuenerint vos impa=
ratos/erubescamus nos: vt non dica
B mus vos in hac substantia. Necessa=
riū ergo existimaui rogare fratres/
vt preueniant ad vos/et preparent
repromissam benedictionē hanc/pa=
ratam esse sic quasi benedictionem:
non tanq̄ auaritiam. Hoc autē dico.
De pe. et Qui parce seminat: parce ⁊ metet. Et
re.c.cū ex qui seminat in benedictionibꝰ: de be=
ore. nedictionibus et metet. Unusquisq̄
prout destinauit in corde suo: non ex
tristitia aut ex necessitate. Hilarem
eccli.35.b. enim datorē diligit deus. Potens est
autem deus omnem gratiam abun=
dare facere in vobis: vt in omnibus
semper omnem sufficientiam haben
C tes abundetis in omne opus bonū/
ps.111.b. sicut scriptum est. Dispersit dedit
23.q.6.c. pauperibus: iustitia eius manet in
iā vos si. seculum seculi. Qui autem admini=
strat semen seminanti: et panem ad
manducandum prestabit. ⁊ multipli
cabit semen vestrū/⁊ augebit incre=
mēta frugū iustitie vestre: vt in oñi=
bus locupletati abundetis in omnem
simplicitatē que operatur per nos gra=
tiarum actionem deo. Quoniā mini= D
sterium huius officij/non solū supplet
ea que desunt sanctis/sed etiam abū
dat per multas gratiarū actiones in
dño per probationem ministerij hu=
ius glorificantes deum in obediētia
cōfessionis vestre in euāgelio Christi
et simplicitate communicationis ve=
stre in illos/⁊ in oēs/et in ipsorum obse
cratione pro vobis: desiderantiū vos
propter eminentem gratiam dei in
vobis. Gratias ago deo super inenar
rabili dono eius.

¶ C.S. Excusat se apl's de sibi falsc
impositis per facti euidentiā/ac per
rationē ⁊ exēpla. Cap.x.

A Ipse autē ego Paulꝰ obsecro
vos per mansuetudinē ⁊ mo=
destiā christi: qui in facie qui=
dem humilis sum inter vos: absens
autē cōfido in vobis. Rogo autē vos
ne presens audeam per eam confidē
tiā qua existimor audere in quosdā:
qui arbitrantur nos tanq̄ s̄m carnē
ambulemus. In carne eñi ambulan=
tes: nō s̄m carnē militamus. Nā ar=
B ma militie nr̄e nō carnalia sunt: sed
potentia deo ad destructionē muni=
tionū consilia destruētes: ⁊ omnē al=
titudinem extollentem se aduersus
scientiā dei: ⁊ in captiuitatē redigen
tes oēm intellectū in obsequiū Chri=
sti: ⁊ in promptu habentes vlcisci om 24.q.3.c.
nem inobedientiā: cū impleta fuerit de excom
vestra obedientia. Que s̄m faciem munica.
sunt. Uidete. Si quis cōfidit Christi 25.q.6.c.
se esse: hoc cogitet iterū apđ se/quia schismati
sicut ⁊ ipse Christi est: ita ⁊ nos. Nā ci.
et si amplius aliquid gloriatus fue= C
ro de potestate nostra quā dedit no=
bis dñs in edificationē ⁊ non in de=
structionē vestram: non erubescam.
Ut autē non existimer tanq̄ terrere
vos per epistolas (Quoniam quidē
epistole/inquiunt/graues sunt ⁊ for
tes: presentia autē corporis infirma
et sermo contemptibilis) hoc cogitet
qui eiusmodi est: q2 quales sumꝰ ver=
bo per epistolas absentes/tales et
presentes in facto. Non enim aude=
mus inserere aut cōparare nos qui D
busdam/qui seipsos cōmendant: sed eph.4.a.
ipsi in nobis nosmetipsos metientes: Apo.21.c

ꝛ cõparãtes nosmetipsos nobis. Nos
autẽ nõ in imẽsum gloriabimur: sꝫ ꝯm
mẽsurã regule q̃ mẽsus est nobis deꝰ
Eph. 4. b mẽsurã pertingẽdi vsq̃ ad vos. Non
enĩ quasi nõ pertingẽtes ad vos / su-
perextẽdimus nos. Usq̃ ad vos enĩ
peruenimus in euãgelio Christi: non
in immensum gloriantes in alienis
laboribus: spem autẽ habẽtes crescẽ-
tis fidei vestre / in vobis magnifica-
ri ꝯm regulã nostrã in abundantia:
etiam in illa que vltra vos sunt euã-
gelizare: nõ in aliena regula / in his q̃
1. Cor. 1. d. preparata sunt gloriari. Qui autem
Hier. 9. g gloriatur: in dño glorietur. Non enĩ
qui seipsum commendat: ille ꝓbatꝰ
est: sed quẽ deus cõmendat.

¶ C. S. Apostolus suam ponit com-
mendationem / premittendo rationẽ
commendationis ex suis operibꝰ ac
malis perpensis. Cap. xi.

A Utinam sustineretis modicum
quid insipiẽtie mee: sed ꝛ sup-
portate me. Emulor enim vos
27. q. 1. c. dei emulatione. Despondi enim vos
nuptiarum. vni viro virginem castam exhibere
Christo. Timeo autẽ ne sicut serpẽs
Euam seduxit astutia sua: ita corrũ-
Gen. 3. a. pant sensus vestri / ꝛ excidant a sim-
plicitate q̃ est in Christo Jesu. Nã si
is qui venit alium Christũ predicat
quẽ non predicauimus / aut aliũ spi-
ritum accipitis quẽ non accepistis:
aut aliud euangeliũ quod nõ recepi-
stis: recte pateremini. Existimo enĩ
nihil me minꝰ fecisse a magnis apo-
B stolis. Nam etsi imperitus sermone:
sed non scientia. In omnibus autem
manifestus sum vobis. Aut nunquid
peccatum feci / meipsum humilians:
vt vos exaltemini? quoniam gratis
euangelium dei euangelizaui vobis?
alias ecclesias expoliaui / accipiens
stipendia ad ministerium vestrũ? Et
cũ essem apd vos ꝛ egerẽ: nulli one-
rosus fui. nã quod mihi deerat / sup-
pleuerũt fratres q̃ venerũt a Mace-
C donia: ꝛ in oĩbꝰ sine onere me vobis
seruaui ꝛ seruabo. Est veritas Christi
in me: q̃m hec gloriatio nõ infringet in
me in regionibꝰ achaie. Quare? q2 nõ
diligo vos? Deꝰ scit. Qd autẽ facio / et
faciã: vt amputẽ occasionẽ eorꝫ q̃ vo-
lũt occasionẽ: vt in q̃ gloriant / inue-
niant sicut ꝛ nos. Nã eiusmodi pseu
doapostoli: sunt operarij subdoli trãs
16. q. 5. c. figurãtes se in aplos Christi. Et non
epi. mirũ: ipse enĩ satanas transfigurat
se in angelum lucis: non est ergo ma
gnum / si ministri eius transfigurẽ-
tur velut ministri iustitie: quorꝫ finis
D erit ꝯm opera ipsorꝫ. Iterum dico: ne
quis me putet insipientem esse: alio-
quin velut insipiẽtem accipite me: vt De regu.
et ego modicum quid glorier. Qd lo c. licet.
quor / non loquor ꝯm deum: sed quasi
in insipientia in hac substantia glo-
rie. Quoniã multi gloriãtur ꝯm car-
nem: ꝛ ego gloriabor. Libenter enim
suffertis insipiẽtes: cum sitis ipsi sa-
piẽtes. Sustinetis enĩ: si quis vos in
seruitutem redigit / si quis deuorat /
si quis accipit / si quis extollitur / si quis
E in faciẽ vos cedit. Secundum igno-
bilitatẽ dico: quasi nos infirmi fue-
rimus in hac parte. In quo quis au-
det (in insipientia dico) audeo ꝛ ego.
Hebrei sunt et ego. Israelite sunt / et
ego. Semen abrae sunt / et ego. Mini-
stri Christi sunt / ꝛ ego. Ut minus sa-
piens dico plꝰ ego: in laboribꝰ pluri-
mis / in carceribꝰ abũdãtiꝰ / in plagis
supra modũ / in mortibꝰ frequenter.
F A iudeis quinquies quadragenas /
vna minus accepi. Ter virgis cesus Act. 16. e
sum / semel lapidatus sum / ter nau- Act. 14. e
fragiũ feci / nocte et die in profundo Act. 27. e
maris fui / in itineribus sepe / pericu-
lis fluminũ / periculis latronũ / peri-
culis ex genere / periculis ex gẽtibꝰ /
periculis in ciuitate / periculis in so-
litudine / periculis in mari / periculis
in falsis fratribꝰ / in labore et erũna /
in vigilijs multis / in fame et siti / in
ieiunijs multis / in frigore ꝛ nudita-
te. preter illa que extrinsecꝰ sunt: in-
stantia mea quotidiana / solicitudo
omnium ecclesiarũ. Quis infirmatur: et
G ego nõ infirmor? Quis scandalizatur:
et ego non vror? Si gloriari oportet:
que infirmitatis mee sunt / gloriabor.
Deus ꝛ pater dñi nostri Jesu Christi
qui est benedictꝰ in secula: scit q2 non
mẽtior. Damasci prepositꝰ gẽtis are- Act. 9. d.
the regis / custodiebat ciuitatẽ dama-
scenorꝫ vt me cõprehẽderet / ꝛ per fe-
nestrã in sporta dimissus sum p mu-
rum: ꝛ sic effugi manꝰ eius.

¶ C. S. Recõmendat se apłs ex diui-
nis reuelationibus: ꝛ ponit ibi reme-
dium contra periculũ superbie: ꝛ se-
ipsum excusat ponens beneficia Co-
rinthijs impensa. Cap. xij.

A Si gloriari oportet (nõ expedit
quidẽ) veniã autẽ ad visiones 16. q. 5. c.
et reuelationes dñi. Scio ho- episcopi.

Act.9.a. minē in Christo ante annos quatuor
decim (siue in corpore / siue extra cor-
pus / nescio: deus scit) raptum huius-
modi vsq; ad tertium celū. et scio hu
iusmodi hominē (siue in corpore siue
extra corp⁹ / nescio: de⁹ scit) qm̄ rapt⁹
est in paradisum: et audiuit arcana
verba que nō licz homini loqui. Pro
B huiusmodi gloriabor: pro me autem
nihil / nisi in infirmitatib⁹ meis. Nā
et si voluero gloriari: nō ero insipiēs /
veritatē eñ dicā. Parco autē: ne quis
me existimet supra id qđ videt in me:
aut aliquid audit ex me. Et ne ma-
gnitudo reuelationum extollat me /
datus est mihi stimulus carnis mee
angelus sathane / qui me colaphizet.
C Propter qđ ter dn̄m rogaui vt disce-
deret a me / et dixit mihi. Sufficit tibi
gratia mea. nam virtus in infirmita-
te perficit. Libēter igit gloriabor in
infirmitatibus meis: vt inhabitet in
me virtus Christi. Propter quod pla
ceo mihi in infirmitatib⁹ meis / in cō
tumelijs / in necessitatib⁹ / in persecu
tionibus / in angustijs pro Christo.
Cum eñ infirmor: tunc potens sum.
D Factus sum insipiens: vos me co-
de renun. egistis. Ego eñ a vobis debui cōmen
ca. nisi. h. dari. nihil enim min⁹ feci ab iis qui
sua. sunt supra modum apostoli: tametsi
nihil sum. Signa eñ apostolat⁹ facta
sunt sup vos in omni patiētia / in si-
gnis / ꝛ ꝓdigiis / ꝛ virtutib⁹. Quid est
eñ qđ min⁹ habuistis pre ceteris eccle
siis / nisi ꝙ egoipse non grauaui vos?
E Donate mihi hanc iniuriā. Ecce ter-
de cēsi. e. tio hoc paratus sum venire ad vos / et
cū apl̄s. non ero grauis vobis. Nō eñ quero
que vestra sunt: sed vos. Nec enim
debent filij parētibus thesaurizare:
sed parentes filijs. Ego autē libētissi
me impēdā ꝛ superimpēdar egoipse
ꝓ aīab⁹ vestris: lz plus vos diligens
min⁹ diligar. Sed esto. Ego vos non
grauaui: sed cum essem astutus / dolo
F vos cepi. Nunquid per aliquē eorū
quos misi ad vos / circumueni vos?
Rogaui Titum: ꝛ misi cū illo fratrē.
Nunquid Tit⁹ vos circūuenit? nōne
eodem spiritu ambulauim⁹? nonne
hisdē vestigiis? Olim putatis ꝙ excu-
semus nos apud vos? Coram deo in
G Christo loquimur. Oīa autē charissimi
propter edificationē vestrā. Timeo
eñ ne forte cū venero / non quales vo
lo inueniā vos: ꝛ ego inueniar a vo-
bis qualē nō vultis: ne forte conten-
tiones / emulationes / animositates /
dissensiones / detractiones / susurra-
tiones / inflationes / seditiōes sint in-
ter vos: ne iterum cum venero humi-
liet me de⁹ apud vos / ꝛ lugeā multos
ex iis q ante peccauerūt ꝛ nō egerūt
penitētiā sup immūditia ꝛ fornicatio-
ne ꝛ impudicitia quā gesserunt.

C.C.S. Uituperat apl̄s adherentes
prophetis falsis: cōmendando persi
stentes in vera doctrina: et finaliter
ponitur salutatio. Cap.xiij.

Ecce tertio hoc venio ad vos. A
In ore duorū vel triū testiū sta deu.19.b.
bit oē vbū. Predixi eñ ꝛ pre- mat.18.b
dico vt presens vobis / ꝛ nunc absens Jo.8.c.
iis q ante peccauerūt ꝛ ceteris omni- Heb.10.e
bus: qm̄ si venero iterū / non parcam.
An experimētū queritis eius qui in
me loquitur Christ⁹: qui in vobis non
infirmatur / sed potens est in vobis?
Nam etsi crucifix⁹ est ex infirmitate: B
sed viuit ex virtute dei. Nam et nos
infirmi sum⁹ in illo: sed viuimus cum
eo ex virtute dei in vobis. Uosmet- 1.cor.11.f.
ipsos tentate / si estis in fide: ipsi vos
probate. An nō cognoscitis vosmet-
ipsos: qr Christ⁹ Jesus in vobis est?
nisi forte reprobi estis. Spero autem
ꝙ cognoscitis: qr nos non sumus re-
probi. Oramus autē deū vt nihil ma- C
li faciatis: non vt nos probati parea
mus / sed vt vos qđ bonum est facia-
tis / nos autē vt reprobi simus. Non
enim possum⁹ aliquid aduersus veri-
tatē / sed ꝓ veritate. Gaudem⁹ enim
quoniā nos infirmi sum⁹: vos autem
potētes estis. Hoc ꝛ oram⁹ vestrā cō-
summationē. Ideo enim hec absens
scribo: vt nō presens durius agā ſm po
testatē quā dn̄s dedit mihi in edifica-
tionē ꝛ nō in destructionē. De cetero D
autē fratres gaudete / ꝑfecti estote /
exhortamini / idipsum sapite / pacem
habete: ꝛ de⁹ pacis ꝛ dilectionis erit
vobiscum. Salutate inuicē in osculo
sancto. Salutant vos oēs sancti. Gra
dn̄i nr̄i Jesu Christi / ꝛ charitas dei / ꝛ
cōmunicatio sancti spirit⁹ sit cū om-
nibus vobis. Amen.

Epistola Pauli ad Corinthios
secunda explicit.

Argumētū in epistolā ad galatas.
Galate sunt greci. Hi verbum
veritatis primum ab apostolo
acceperūt: sed post discessum

eius/tentati sunt a falsis apostolis/
vt in legem et circũcisionẽ verterent.
Hos apostolus reuocat ad fidẽ veri-
tatis/scribẽs eis ab Epheso.

¶ Epistola Pauli ad Galatas.
¶ C.S. Redarguit ap̃ls Galatas de
veloci trãslatione ab euãgelio Chri-
sti: qđ tamẽ ap̃ls nõ ab homine acce-
pit/nec ante suam conuersionẽ/nec
post/sed a Christo. Cap.I.



A Paulus apostolus nõ
ab hominibꝰ/neq; p
hominẽ/sz per Jesum
Christũ et deũ patrẽ q
suscitauit eum a mor-
tuis: et q mecum sunt
oẽs fratres ecclesijs
Galatie/grã vobis et pax a deo patre
nr̃o et dñ̃o Jesu christo/q dedit semet
ipsum p peccatis nostris/vt eriperet
nos de presenti seculo nequã ſm vo-
luntatẽ dei et patris nostri: cui est glo-
ria in secula seculorum. Amẽ. Miror q
sic tam cito trãsferimini ab eo q vos
vocauit in gratiã Christi in aliud euã-
geliũ: qđ nõ est aliud nisi sunt aliqui
qui vos conturbant et volunt conuer-
B tere euãgeliũ Christi. Sed licet nos/
aut angelus de celo euangelizet vo-
bis preter q̃ qđ euangelizauimus vo-
bis anathema sit. Sicut prediximꝰ/
et nunc iterum dico. Si quis vobis
47.di.c.fin. euangelizauerit preter id quod acce-
pistis/anathema sit. Modo enim ho-
minibꝰ suadeo/an deo? An quero ho-
1.cor.15.a minibꝰ placere? Si adhuc hoĩbꝰ pla-
cerẽ: Christi seruus non essem. Notũ
enim vobis facio fratres euangeliũ
quod euangelizatũ est a me q nõ est
ſm hominem: neq; enim ego ab ho-
C mine accepi illud/neq; didici/sz per
Act.9.a. reuelationem Jesu Christi. Audistis
Phil.3.b. eñ cõuersationẽ meã aliquãdo in iu-
daismo q̃ supra modũ persequebar
ecclesiã dei/et expugnabã illã et profi-
ciebã in iudaismo supra multos coe-
taneos meos in genere meo abũdan-
tius emulator existens paternarum
mearũ traditionũ. Cum autẽ placuit
ei qui me segregauit ex vtero matris
mee et vocauit per gratiã suam vt re-
uelaret filiũ suum in me vt euange-
lizarẽ illum in gentibus: cõtinuo nõ
D acquieui carni et sanguini. Neq; veni
Hierosolymã ad antecessores meos
apostolos: sed abij in arabiam: et ite-
rum reuersꝰ sum Damascum. Dein-
de post annos tres veni hierosolymã
videre Petrũ: et mansi apud eũ die-
bus quindecim. Aliũ autẽ apostolorum
vidi neminẽ: nisi Jacobũ fratrẽ dñi.
Que autẽ scribo vobis: ecce corã deo/
quia non mentior. Deinde veni in par-
tes Syrie et Cilicie. Erã autẽ ignotus
facie ecclesijs iudee que erãt in chri-
sto. Tãtũ autẽ auditũ habebãt q̃ q
persequebat nos aliquãdo: nũc euan
gelizat fidẽ: quã aliquãdo expugna-
bat: et in me clarificabãt deum.
¶ C.S. Ostẽdit ap̃ls circumcisionem
nõ esse necessariã ex approbatione et
authoritate aliorum apostolorum: et resti-
tit ap̃ls Petro q videbat aliqualiter
circũcisionẽ palliare/cõcludẽs lega-
lia non esse seruanda. Cap.ij.
Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosoly- A
mam cũ Barnaba: assumpto et Tito.
Ascendi autem ſm reuelationem: et
contuli cum illis euangelium qđ pre-
dico in gentibus: seorsum autem iis
qui videbant aliquid esse/ne forte in
vacuũ currerẽ/aut cucurrissem. Sed
neq; Titus qui mecũ erat: cũ esset gẽ-
tilis cõpulsus est circumcidi: sed pro-
pter subintroductos falsos fratres/
qui subintroierunt explorare liberta-
tem nostrã quam habemꝰ in Christo
Jesu: vt nos in seruitutẽ redigerent.
Quibus neq; ad horã cessimꝰ subie-
ctioni vt veritas euãgelij permaneat
apud vos. Ab iis autem qui videban- B
tur esse aliquid (quales aliquando
fuerint: nihil mea interest. Deꝰ enim Deu.10.d
personam hominis nõ accipit). Mi- 2.Pa.19.c
hi enim qui videbantur esse aliquid Iob.34.b
nihil cõtulerũt. Sed ecõtra: cũ vidis- Sap.6.b.
sent q creditum est mihi euãgelium Eccl.35.b
preputij sicut et Petro circũcisionis Ro.2.b.
(qui enim operatꝰ est Petro in apo- Eph.6.b.
stolatũ circũcisionis: operatus est et Colos.3.d
mihi inter gẽtes) et cũ cognouissent Act.20.e
gratiã que data est mihi: Jacobus et 1.Pe.1.c.
cephas et Johannes qui videbant co-
lumne esse: dextras dederunt mihi et
Barnabe societatis vt nos in gẽtes:
ipsi autem in circumcisionẽ tantũ: vt
pauperũ memores essemus: qđ etiã
solicitus fui hoc ipsum facere. Cum C
autẽ venisset cephas antiochiã: in fa- 8.dist.c.q
ciẽ ei restiti: q reprehensibilis erat. cõtẽpta.
Prius enim q̃ venirent quidã a Ja-
cobo: cũ gentibus edebat. Cũ autem
venissent: subtrahebat et segregabat
se: timẽs eos q ex circumcisione erãt.

Et simulationi eius cōsenserūt cete-
ri iudei: ita vt et barnabas duceretur
ab eis in illā simulationē. Sed cū vi-
dissem q non recte ambularent ad
veritatē euangelij: dixi cephe coram
oībus. Si tu cū iudeus sis gentiliter
viuis et nō iudaice: quomodo gētes
cogis iudaizare? Nos natura iudei:
D et non ex gentibus peccatores. Sciē-
tes autē q non iustificatur homo ex
operib⁹ legis nisi per fidē iesu chri-
sti: et nos in christo Jesu credimus
vt iustificemur ex fide christi / et non
Ro.3.c. ex operib⁹ legis. Propter qd ex ope-
ribus legis non iustificabitur oīs ca-
ro. Qd si q̄rentes iustificari in chri-
sto / inuenti sum⁹ et ipsi peccātes: nun
quid christus peccati minister est?
Absit. Si enim q̄ destruxi / iterū hec
reedifico: p̄uaricatorē me cōstituo.
Ego eñ per legē legi mortu⁹ sum vt
deo viuā. Christo cōfixus sum cruci.
Viuo aūt iam non ego: viuit vero in
me christ⁹. Qd aūt nūc viuo in car-
ne: in fide viuo filij dei q̄ dilexit me et
tradidit semetipsū p me. Nō abij-
cio gratiā dei. Si eñ p legē iustitia:
ergo gratis christus mortuus est.

C. C. S. Increpans galatas: ac osten-
dēs apl's imp̄fectionē legis mosai-
ce: dicit iustitiā esse ex fide annecten
do legis vtilitatem. Capitulum. iij.

A
J.5.b. O Insensati galate: quis vos fasci
nauit non obedire veritati ante
quorum oculos iesus christus pro-
scriptus est et in vobis crucifixus?
Hoc solum a vobis volo discere. Ex
operib⁹ legis spiritū accepistis: an
ex auditu fidei? Sic stulti estis: vt cū
spiritu ceperitis / nunc carne consum
memini? Tanta passi estis sine cau-
sa: si tamen sine causa. Qui ergo tri-
buit vobis sp̄m et operatur virtutes
in vobis: ex operibus legis an ex au
gen.15.b. ditu fidei? Sicut scriptū est: Abraā
Ro.4.a. credidit deo: et reputatum est illi ad
iaco.2.d. iustitiam. Cognoscite ergo qr qui ex
B fide sunt: hi sunt filij abrae. Proui-
dens autē scriptura quia ex fide iu-
stificat gentes deus: prenunciauit
gen.22.d. abrae. Qr bñdicent in te oēs gētes.
ec.44.d. Igitur q̄ ex fide sunt: bñdicent cū fi
deli abraam. Quicūq enim ex ope-
rib⁹ legis sunt: sub maledicto sunt.
deu.27.d. Scriptum est enim. Maledict⁹ om-
nis qui non permanserit in oībus q̄
scripta sunt in libro legis vt faciat
ea. Qr aūt in lege nemo iustificatur

apud deū manifestū est: qr iust⁹ ex fi abac.2.a.
de viuit. Lex autem non est ex fide: Ro.1.b.
sed qui fecerit ea viuet in illis. Chri- leui.18.
stus nos redemit de maledicto legis
factus pro nobis maledictū (qr scri-
ptū est. Maledictus omnis qui pen deu.21.d.
det in ligno) vt in gētib⁹ benedictio
abrae fieret in christo iesu: vt pollici
tationē spūs accipiam⁹ p fidē. Fra-
tres (secundū hominē dico) tamen heb.9.d.
hominis cōfirmatū testamentū ne-
mo spernit aut superordinat. Abrae
dicte sunt promissiōes: et semini ei⁹.
Non dicit / Et seminib⁹ quasi in mul C
tis: sed quasi in vno. Et semini tuo q̄
est christus. Hoc autē dico / testamē-
tū cōfirmatū a deo: q̄ post quadrin-
gētos et triginta annos facta est lex
nō irritū facit ad euacuandā p̄mis-
sionē. Nā si ex lege hereditas: iā nō
ex promissione. Abrae autē p repro-
missionē donauit de⁹. Quid igit lex?
Propter trāsgressionem posita est /
donec veniret semē cui promiserat:
ordinata p āgelos in manu media- D
toris. Mediator aūt vnius non est: Ro.3.b.
deus autē vnus est. Lex ergo aduer de pe.di.
sus promissa dei? Absit. Si enim da- 3.c.totā.
ta esset lex q̄ posset viuificare: vere 23.q.4.c.
ex lege esset iustitia. Sed cōclusit scri hec autē.
ptura oīa sub pctō: vt promissio ex
fide iesu christi daretur credētibus.
Prius aūt q̄ veniret fides: sub lege
custodiebamur conclusi / in eā fidem
q̄ reuelāda erat. Itaq lex pedagog⁹ Ro.6.a.
noster fuit i christo: vt ex fide iustifi
cemur. At vbi venit fides: iā non su-
mus sub pedagogo. Oēs eñ filij dei
estis per fidē: que est in christo iesu.
Quicūq enim in xp̄o iesu baptizati
estis: christū induistis. Non est iu-
deus neq grecus / non est seruus ne-
q liber / non est masculus neq femi
na. Omnes enim vos vnum estis in
christo iesu. Si autē vos christi: er-
go semen abrae estis / secūdum pro-
missionem heredes.

C. Ca. S. Ostēdit apostolus cessatio-
nem legalium per duas similitudi-
nes: interposita galatarum ingrati-
tudine. Capitulum. iiij.

Dico autem quanto tempore he- A
res paruulus est / nihil differt a Ro.8.c.
seruo cū sit dñs omniū: sed sub tuto- 24.q.3.c.
rib⁹ et actorib⁹ est vsq ad prefinitū quidam
tp̄s a patre: ita et nos cū essem⁹ par- de cōse. di.
uuli / sub elementis mundi eramus 4.c. p̄pe
seruiētes. At vbi venit plenitudo tē in fi.

poris misit deus filiū suum factū ex
muliere/factū sub lege: vt eos q̄ sub
lege erant redimeret/ vt adoptionē
filiorū reciperemus. Q̄m autē estis
filij dei: misit deus spiritū filij sui in
B corda vr̄a clamātem/abba pr̄. Itaq̄
iam nō est seru⁹: sed fili⁹. Q̄ si fili⁹:
⁊ heres p deū. Sed tūc quidē igno-
rātes deū: his q̄ natura non sunt dij/
seruiebatis. Nūc aūt cū cognoueri-
tis deū imo cogniti sitis a deo: quō
cōuertimini iterum ad īfirma ⁊ ege
na elemēta/ q̄bus denuo seruire vul-
tis? Dies obseruatis/⁊ meses/⁊ tpa
et annos. Timeo vos/ ne forte sine
causa laborauerim in vobis. Estote
sicut ego q2 ⁊ ego sicut vos: fratres
obsecro vos. Nihil me lesistis. Sci-
tis aūt q̄ p infirmitatē carnis euan-
gelizaui vobis iāpridē: ⁊ tētationem
vestrā ī carne mea nō spreuistis/ ne-
q̄ respuistis/ sed sicut angelū dei ex
cepistis me/ sicut christū iesum. Ubi
C est ergo beatitudo vestra? Testimoniū
enim perhibeo vobis q2 si fieri pos-
set/ oculos vestros eruissetis et de-
disetis mihi. Ergo inimicus vobis
factus sum verū dicens vobis? Emu
lantur vos non bene: sed excludere
vos volunt vt illos emulemini. Bo-
nū aūt emulamini in bono semp: et
nō tantū cū presens sum apud vos.
Filioli mei quos iterū parturio: do-
nec formet christ⁹ in vobis. Uellem
aūt esse apud vos mō ⁊ mutare vo-
cē meā: q̄m cōfundor in vobis. Dici-
te mihi qui sub lege vultis esse/ legē
gen.16.d. nō legistis? Scriptū est em̄. Q̄uoniā
abraā duos filios habuit: vnū de an-
gen.21.a. cilla/ ⁊ vnū de libera. Sed q̄ de ancil
la: secūdū carnē natus est: qui autē
D de libera: p repromissionē: q̄ sūt per
allegoriā dicta. Hec em̄ sunt duo te-
stamenta. Unū quidē in mōte sina/
in seruitutē generās: q̄ est agar (Si-
na em̄ mōs est in arabia: q̄ cōiunct⁹
est ei q̄ nūc est hierl'm) ⁊ seruit cū fi-
lijs suis. Illa aūt q̄ sursum est hieru-
salē libera est: q̄ est mater nr̄a. Scri-
esa.54.a ptū est ei. Letare sterilis q̄ nō paris
Luc.23.d. erūpe ⁊ clama q̄ nō parturis: q2 mul-
ti filij deserte magis q̄ eius q̄ habet
Ro.9.b. virum. Nos aūt fratres scdm̄ isaac
promissionis filij sum⁹. Sed queād-
modū tūc is qui secundū carnē na-
tus fuerat persequebat eū q̄ secūdū
spiritū: ita ⁊ nūc. Sed quid dicit scri
Gen.21.a. ptura? Eijce ancillā ⁊ filiū eius: non
enim heres erit filius ancille cū filio
libere. Itaq̄ fratres non sum⁹ ancil
le filij sed libere: qua libertate chri-
stus nos liberauit.

C.C.S. Inducunt galate legalia nō
obseruare ppter euasionē malorū:
deinde ex cōsecutione bonorū: et di-
stinguunt opera carnis ⁊ spus. C.v.

State: ⁊ nolite iterū iugo serui- A
tutis contineri. Ecce ego paul⁹ Act.15.a
dico vobis q̄m si circūcidamini chri
stus vobis nihil proderit. Testificor
autem rursus omni homini circūci-
denti se q̄m debitor est vniuerse legis
faciende. Euacuati estis a christo q̄
in lege iustificamini: a gratia excidi
stis. Nos em̄ spiritu ex fide: spem iu
stitie expectam⁹. Nā in christo iesu: B
neq̄ circūcisio aliqd valet/ neq̄ pre-
putiū: sed fides q̄ per charitatē ope-
ratur. Currebatis bene: q̄s vos ipedi-
uit veritati nō obedire? Nemini
consenseritis. Persuasio hec/ nō est
ex eo qui vocat vos. Modicum fer-
mentū: totā massam corrūpit. Ego 1.co.5.b.
cōfido in vobis in dn̄o q̄ nihil aliud
sapietis: qui autem conturbat vos:
portabit iudiciū q̄cunq̄ est ille. Ego
autē fratres si circūcisionem adhuc
predico: quid adhuc persecutionem
patior? Ergo euacuatū est scādalum
crucis. Utinā ⁊ abscindantur: q̄ vos C
conturbāt. Uos em̄ in libertatē voca
ti estis fratres: tm̄ ne libertatē in oc
casionem detis carnis/ sed per chari
tatē spirit⁹ seruite inuicem. Ois em̄ leui.19.d.
lex in vno sermone implet. Diliges mat.22.d
proximū tuū sicut teipsum. Q̄ si in- mar.12.c.
uicē mordetis ⁊ comeditis: videte Ro.13.c.
ne abinuicē cōsumamini. Dico autē iaco.2.b.
ī christo: spū ambulate/ et desideria Ro.13.d.
carnis nō perficietis. Caro em̄ cōcu- 1.pe.2.c.
piscit aduersus spm̄: spūs autem ad D
uersus carnē: hec enim sibi inuicem
aduersant: vt nō quecūq̄ vultis illa
faciatis. Q̄ si spiritu ducimini: non 23.q.7.c
estis sub lege. Manifesta sunt autē iā vo.s.
opera carnis: que sunt/ fornicatio/ trē cū ga-
immundicia/ impudicitia/ luxuria/ latas.
idolorum seruitus/ veneficia/ inimi- 32.q.4.c
citie/ contentiones/ emulationes/ ire/ in eodem
rixe/ dissentiones/ secte/ inuidie/ ho-
micidia/ ebrietates/ comessationes/
⁊ his similia: que pdico vobis sicut
predixi: q̄m qui talia agunt/ regnū
dei nō consequent. Fructus aūt spi-
rit⁹ est: charitas/ gaudiū/ pax/ patiē
tia/ lōganimitas/ bonitas/ benignis

tas/mãsuetudo/fides/ modestia/ cõ
tinentia/castitas. Aduersus huius
modi: nõ est lex. Qui autẽ sũt xpi: car
nẽ suã crucifixerũt cũ vitiis ⁊ concu
piscentiis. Si spũ viuimus: spiritu ⁊
ambulemus. Nõ efficiamur inanis
glorie cupidi: inuicem prouocantes
inuicem inuidentes.
¶ C.S. Monet galatas apostolus ad
mutuam supportationẽ: ⁊ cõfirmat
dicta de cessatione legaliũ. Cap. VI.
A Fratres et si preoccupatus fue
rit homo in aliquo delicto: vos
qui spirituales estis: huiusmo
di instruite in spũ lenitatis: conside
rãs teipsum ne ⁊ tu tenteris. Alter al
terius onera portate: ⁊ sic adimplebitis
legẽ christi. Nã si quis existimat se ali
quid esse cũ nihil sit: ipse se seducit.
B Opus autẽ suũ probet vnusquisq; ⁊
sic in semetipso tãtum gloriam habe
2.co.3.b. bit: ⁊ nõ in altero. Unusquisq; enĩ onus
suũ portabit. Communicet autẽ is qui
catechizatur verbo: ei qui se catechizat
in omnibus bonis. Nolite errare. Deus
non irridetur. Que enĩ seminauerit
homo: hec ⁊ metet. Quoniã qui seminat
in carne sua: de carne ⁊ metet corru
ptionem: qui autẽ seminat in spiritu
C 2.thes.3.c de spũ metet vitã eternã. Bonũ autẽ
facientes: non deficiamus: tempore
enim suo metemus non deficientes. Er
go dum tẽpus habemus: operemur bo
nũ ad omnes: maxime autẽ ad dome
sticos fidei. Uidete qualibus litteris
scripsi vobis mea manu. Quicunq;
enĩ volũt placere in carne: hi cogũt
vos circumcidi: tantũ vt crucis chri
sti persecutionem nõ patiantur. Neq;
D enĩ qui circũciduntur legẽ custodiũt:
sed volũt vos circumcidi: vt in carne
vestra glorientur. Mihi autẽ absit glo
riari nisi in cruce dñi nři iesu christi:
per quẽ mihi mundus crucifixus est
et ego mundo. In christo enim Jesu
neq; circumcisio aliquid valet: neq;
preputiũ: sed noua creatura. Et qui
cunq; hanc regulam secuti fuerint:
pax super illos: ⁊ misericordia et su
per israel dei. De cetero nemo mihi
molestus sit. Ego enim stigmata do
mini iesu in corpore meo porto. Gra
tia domini nostri iesu christi: cũ spi
ritu vestro fratres. Amen.


¶ Epistola Pauli ad
Galatas explicit.

¶ Incipit argumentum in epi
stolam pauli ad ephesios.

Ephesii sunt asiani. Hi accepto
verbo veritatis perstiterunt
in fide. Hos collaudat aposto
lus: scribẽs eis ab vrbe roma de car
cere per tychicum diaconum.

¶ Epistola pauli ad ephesios.

¶ C.S. Ponit aliquot diuina prede
stinatio: ⁊ recolunt diuina beneficia
facta apostolis ⁊ ephesiis. Cap. I.



Paulus apostolus iesu A
christi per voluntatem
dei: omnibus sanctis q sunt
ephesi: ⁊ fidelibus omnibus
in xpo iesu: gratia vo
bis ⁊ pax a deo patre no 2.co.1.a.
stro: et dño Jesu christo. Benedictus 1.pe.1.a.
deus et pater dñi nostri Jesu christi: de pe. dis.
qui benedixit nos in omni benedictione 4.c.bene
spirituali in celestibus in christo: si dictus. c.
cut elegit nos in ipso ante mũdi con in domo.
stitutionem: vt essemus sancti ⁊ im
maculati in conspectu eius in chari
tate: qui predestinauit nos in ado
ptionẽ filiorũ per iesum christum in
ipsum: secundum propositũ volunta
tis sue: in laudem glorie gratie sue: B
in qua gratificauit nos in dilecto fi
lio suo: in quo habemus redemptio
nem per sanguinẽ eius in remissionẽ
peccatorum secundum diuitias gra
tie eius: que superabundauit in no
bis in omni sapientia ⁊ prudentia: vt
notũ faceret nobis sacramẽtum vo
luntatis sue secundũ beneplacitum
eius: quod proposuit in eo in dispẽsa
tione plenitudinis tẽporũ instaura
re omnia in christo que in celis ⁊ que
in terra sunt in ipso. In quo etiam ⁊
nos sorte vocati sumus: predestinati
secũdum propositũ eius: qui operat
omnia secundum consilium volun
tatis sue: vt simus in laudem glorie
eius nos: qui ante sperauimus in C
christo: in quo ⁊ vos cum audissetis
verbũ veritatis: euangelium salutis
vestre: in quo ⁊ credẽtes signati estis
spiritu promissionis sancto: qui est pi
gnus hereditatis nostre in redem
ptionẽ acquisitionis in laudẽ glorie
ipsius. Propterea ⁊ ego audiens fi
dem vestrã que est in christo iesu ⁊ di
lectionẽ in omnes sanctos: non cesso
gratias agẽs pro vobis: memoriã ve
stri faciens in orationibus meis: vt

deus (dñi nostri Jesu christi pater)
glorie/det vobis spiritũ sapientie et
reuelationis in agnitionem eius/il-
D luminatos oculos cordis vestri/ vt
sciatis que sit spes vocationis ei⁹/ ⁊
que diuitie glorie hereditatis ei⁹ in
sanctis: ⁊ que sit supereminens ma-
gnitudo virtutis eius in nos qui cre-
didimus ꝯm operationẽ potẽtie vir
tutis eius/quã operatus est in christo
iesu/suscitans illum a mortuis/⁊ cõ-
stituẽs ad dexteram suã in celestib⁹
super omnẽ principatũ ⁊ potestatez
et virtutem/⁊ dominationem/⁊ om-
Psal.8. ne nomẽ quod noiatur non solum in
hoc seculo, sed etiã in futuro. Et oĩa
subiecit sub pedib⁹ eius/ ⁊ ipsum de-
dit caput super omnẽ ecclesiaz q̃ est
corpus ipsius/⁊ plenitudo eius/qui
omnia in oĩbus adimpletur.

¶ C.S. Inducũtur ephesii ad grãrũ
actionẽ/qꝫ sunt a peccato liberati/ ⁊
ab aliis gentibus segregati. Cpm.ii.

A Et vos conuiuificauit cũ essetis
colos.2.d. mortui delictis ⁊ peccatis vr̃is
in quibus aliqñ ambulastis scd̃m se-
culum mundi huius scd̃m pricipem
potestatis aeris huius spiritus qui
nũc operatur in filios diffidentie: in
quibus ⁊ nos oẽs aliquando conuer
sati sumus in desideriis carnis no-
stre/facientes voluntatem carnis ⁊
cogitationum: ⁊ eramus natura filij
27.q.1.c. ire sicut ⁊ ceteri. Deus aũt qui diues
sciendũ. est in mĩa/propter nimiã charitatez
de pe. dis. suã qua dilexit nos/ ⁊ cũ essem⁹ mor
4.c.hãc tui peccatis/cõuiuificauit nos ĩ chri
societatẽ. sto/cuius gratia estis saluati: ⁊ con-
B resuscitauit ⁊ ꝯsedere fecit in celesti
bus in christo iesu/ vt ostenderet in
seculis superuenientibus abũdantes
diuitias gratie sue in bonitate super
nos ĩ christo iesu. Gratia enim estis
saluati per fidem/⁊ hoc nõ ex vobis.
dei enĩ donũ est: nõ ex operib⁹/ vt ne
quis glorietur. Ipsius enĩ sumus fa-
ctura/creati in christo iesu in operi-
bus bonis/ que preparauit deus/ vt
C in illis ambulem⁹. Propt' quod me-
mores estote q̃ aliquãdo vos eratis
gentes in carne/qui dicebamini pre
putium ab ea que dicit' circũcisio in
carne manufacta/ q̃ eratis ill'o ĩ tpe
sine christo/ alienati a conuersatiõe
israel/et hospites testamentorum/
promissionis spem non habẽtes/ et
sine deo in hoc mundo. Nũc autẽ in
christo Jesu vos qui aliquando era-
tis longe facti estis prope in sangui
ne christi. Ipse enim est pax nostra
qui fecit vtraqꝫ vnũ ⁊ mediũ parie-
tem macerie soluens inimicitias in D
carne sua/legem mandatorũ decre-
tis euacuans/vt duos condat in se-
metipso in vno nouo homine/faciẽs
pacem: vt reconciliet ambos in vno
corpore deo per crucez: interficiens
inimicitias in semetipso. Et veniẽs
euãgelizauit pacẽ vobis q̃ longe fui Ro.5.a.
stis: ⁊ pacem iis qui prope: quoniam
per ipsum habem⁹ accessum ambo
ĩ vno spiritu ad patrẽ. Ergo iam nõ
estis hospites et aduene: sed estis ci
ues sanctorũ ⁊ domestici dei superedi
ficati super fundamentum apsto-
lorum et prophetarum/ipso summo
angulari lapide christo Jesu/in quo
omnis edificatio constructa crescit
in templum sanctum in domino/ in
quo et vos coedificamini in habita-
culum dei in spiritu sancto.

¶ C.S. Premittit apostol⁹ ad orandum pro ephesiis dispositionẽ ⁊ pro
eis orat/ totum bonũ eorum deo at-
tribuendo. Capitulum.iii.

H Uius rei gratia ego paulus vin A
ctus christi Jesu pro vobis gen
tibus: si tamen audistis dispensatio
nem gratie dei/que data est mihi in
vobis: quoniam secũdum reuelatio-
nem notũ mihi factum est sacramẽ-
tum sicut supra scripsi ĩ breui: prout
potestis legentes intelligere prudẽ-
tiam meã in ministerio christi/quod
aliis generationibus nõ est agnitũ
filiis hominũ/sicuti nũc reuelatum
est sanctis apostolis eius ⁊ prophe-
tis in spũ gẽtes esse coheredes ⁊ cõ-
corporales ⁊ cõparticipes promissio
nis eius in christo Jesu per euange
lium. Cuius factus sũ ego minister
ꝯm donũ gratie dei que data est mi-
hi secundũ operationẽ virtutis ei⁹. B
Mihi enim oĩm sanctorũ minimo da 1.co.15.b.
ta est gratia hec. In gentibus euan-
gelizare inuestigabiles diuitias chri-
sti/⁊ illuminare oĩes que sit dispen-
satio sacramenti absconditi a secu-
lis in deo qui oĩa creauit/ vt innote-
scat principibus/ et potestatibus
in celestibus per ecclesiam: multifor
mis sapientia dei/ secũdũ prefinitio
nem seculorum quã fecit in christo
iesu dño nostro. In quo habemus fi-
duciam ⁊ accessum in cõfidẽtia per
fidẽ ei⁹. Propter qđ peto ne deficia- C

tis in tribulationibus meis pro vo-
bis que est gloria vestra. Huius rei
gratia flecto genua mea ad patrem
dñi nostri iesu christi: ex quo omis pa
ternitas in celis et in terra nominat
vt det vobis scd'm divitias glorie sue
virtute corroborari per spiritũ eius
in interiori hoie christũ habitare per
fidem in cordibus vris in charitate
radicati et fundati/ vt possitis cõpre
D hendere cũ omnibus sctis: q̃ sit latitu
do/ et longitudo: et sublimitas: et pro
fundũ. Scire etiã supereminentẽ sci
entie charitatẽ christi/ vt impleami
ni in oẽm plenitudinẽ dei. Ei autem
qui potens est oia facere superabun
danter q̃ petimus aut intelligimus:
scd'm virtutem que operatur in nob':
ipsi gloria in ecclesia et in christo iesu
in oẽs gñationes scl'i seculorũ. Amẽ.

¶ Ca. 4. Instruit aplus ephesios ad
servandã vnitatẽ ecclesiasticã in cõne
xione et distinctiõe mẽbrorũ: ac deinde
inducit ad morũ honestatẽ. Cap. iiij.

A
2.co.7.d. Obsecro itaq; vos ego vinctus
in dño: vt digne ambuletis
vocatione qua vocati estis:
cũ omni humilitate et mãsuetudine:
cum patiẽtia: supportantes inuicẽ in
charitate: solliciti servare vnitatem
Ro.12.c. spũs in vinculo pacis. Unũ corpus
2.co.12.b. et vnus spiritus: sicut vocati estis in
B vna spe vocationis vre. Unus dñs:
mar.2.b. vna fides vnũ baptisma. Unus deus
et pater oim: qui sup oẽs: et per omia:
Ro.12.a. et in omnibus nobis. Unicuiq; autem
1.co.12.b. nostrũ data est grã scd'm mensuram
2.co.10.d. donationis christi. Propter qd' dicit.
Ps.67.d. Ascendens in altũ: captiuã duxit ca
De here.c. ptiuitatẽ: dedit dona hoib'. Qd' autem
cum et in ascẽdit: qd est: nisi qz et descendit pri
iuncto. mũ in inferiores partes terre? Qui
C descendit: ipse est et qui ascẽdit supra
1.co.12.d. oẽs celos: vt adimpleret oia. Et ipse
dedit quosdã qdẽ aplos: quosdã au-
tẽ pphetas: alios vero euangelistas
alios aũt pastores et doctores ad cõ-
summationẽ sanctorũ in opus mini-
sterii in edificationem corporis chri
sti: donec occurramus oẽs in vnitatem
fidei et agnitionis filii dei: in virum
perfectũ: in mensurã etatis plenitu-
dinis christi: vt iam non simus par-
uuli: fluctuãtes: et circũferamur om-
ni vento doctrine in nequitia homi-
num: in astutia ad circũuentionem
D erroris: veritatem aũt faciẽtes in cha
ritate: crescamus in illo per omnia/
qui est caput christus: ex quo totum
corpus compactum et connexum per
oẽm iuncturam subministrationis:
scd'm operationẽ in mẽsuram vniuscu
iusq; membri: augmentũ corporis
facit in edificationem sui in charita-
te. Hoc igitur dico et testificor in dño
vt iam nõ ambuletis sicut et gentes
ambulant in vanitate sensus sui: te- E
nebris obscuratum habentes intelle Ro.1.c.
ctum: alienati a via dei per ignoran-
tiam que est in illis ppter cecitatem
cordis ipsorũ: qui desperantes semet
ipsos tradiderũt impudicitie: in ope
ratione immunditie ois in auaritiã.
Uos autem non ita didicistis christũ
si tñ illũ audistis et in ipso edocti estis
sicut est veritas in iesu: deponite vos
scd'm pristinã conuersationem veterem
hoiem: qui corrumpitur scd'm deside- Col.3.b.
ria erroris. Renouamini autem spiri-
tu mentis vre: et induite nouũ hoiem Ro.6.a.
qui scd'm deum creatus est in iustitia Col.3.b.
et sanctitate veritatis. Propter quod Heb.12.a.
deponẽtes mendacium: loquimini ve- F
ritatem vnusquisq; cũ pximo suo: qm 1.pe.2.a.
sumus inuicẽ membra. Irascimini et et.4.a.
nolite peccare. Sol non occidat sup Zach.8.c.
iracũdiam vestram. Nolite locum da- Ps.4.b.
re diabolo. Qui furabatur: iam non Iac.4.b.
furetur: magis autẽ laboret: operan-
do manibus suis qd bonũ est: vt ha-
beat vnde tribuat necessitatẽ patien-
ti. Omis sermo malus ex ore vro non
procedat: sed si qs bonus est ad edi- B
ficationẽ fidei: vt det gratiã audiẽti-
bus. Et nolite cõtristare spũm sanctum De pe.dis.
dei: in quo signati estis in die redem- 2.ca.quod
ptionis. Ois amaritudo: et ira: et in- reuocari.
dignatio: et clamor: et blasphemia
tollatur a vobis cum omni malitia. Col.3.g.
Estote autẽ inuicem benigni: miseri
cordes/ donãtes inuicem sicut et de'
in christo donauit vobis.

¶ Ca. 5. Aplus inducit ephesios ad
sequendum christum in feruore chari
tatis: in decore sanctitatis: ac verita-
te cognita: et instruit psonas iunctas
matrimonio. Capitulum. v.

Estote ergo imitatores dei: sicut A
filii charissimi: et ambulate in di Ioh.13.d.
lectione: sicut et christus dilexit nos et.15.b.
et tradidit semetipsum p nobis obla- 1.io.4.d.
tionem et hostiam deo in odorẽ sua-
uitatis. Fornicatio autem et omnis
immunditia: aut auaritia nec nomi-
netur in vobis: sicut decet sanctos: Col.3.a.
aut turpitudo: aut stultiloquium: aut B

scurrilitas / que ad rem non pertinet / sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes: quod omnis fornicator / aut immundus / aut avarus quod est idolorum servitus / non habet hereditatem in regno christi et dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Ut filii lucis ambulate. (Fructus enim lucis / est in omni bonitate / et iusticia et veritate) probantes quid sit beneplacitum deo: et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum / magis autem redarguite. Que enim in occulto fiunt ab ipsis / turpe est et dicere. Omnia autem que arguuntur: a lumine manifestantur: omne enim quod manifestatur / lumen est. Propter quod dicit. Surge qui dormis / et exurge a mortuis / et illuminabit te christus. Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis / non quasi insipientes / sed ut sapientes: redimentes tempus / quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes / sed intelligentes que sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria / sed implemini spiritu sancto / loquentes vobismetipsis in psalmis / hymnis / et canticis spiritualibus / cantantes / et psallentes in cordibus vestris domino / gratias agentes semper pro omnibus / in nomine domini nostri Jesu christi deo et patri. Subiecti invicem: in timore christi. Mulieres viris suis subdite sint / sicut domino / quoniam vir caput est mulieris sicut christus caput est ecclesie / ipse salvator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est christo / ita et mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite uxores vestras: sicut et christus dilexit ecclesiam: et seipsum tradidit pro ea / ut illam sanctificaret / mundans eam lavacro aque in verbo vite / ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam / aut rugam / aut aliquid huiusmodi / sed ut sit sancta et immaculata. Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit / seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit / sed nutrit et fovet eam / sicut et christus ecclesiam: quia membra sumus corporis eius: de carne eius / et de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam: et adherebit uxori sue / et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in christo et in ecclesia. Veruntamen et vos singuli unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat / uxor autem timeat virum suum.

¶ Ca. 6. Docet apostolus parentum ac filiorum mutuam conversationem: et redit ad instruendum ephesios de omnibus virtutibus generaliter. Capitulum vi.

Filii obedite parentibus vestris in domino: hoc enim iustum est. Honora patrem tuum et matrem tuam quod est mandatum primum in promissione / ut bene sit tibi: et sis longevus super terram. Et vos patres / nolite ad iracundiam provocare filios vestros / sed educate illos in disciplina et correptione domini. Servi obedite dominis carnalibus cum timore et tremore in simplicitate cordis vestri sicut christo / non ad oculum servientes: quasi hominibus placentes: sed ut servi christi facientes voluntatem dei ex animo: cum bona voluntate servientes sicut domino et non hominibus: scientes quoniam unusquisque quodcunque fecerit bonum: hoc recipiet a domino: sive servus: sive liber. Et vos domini eadem facite illis: remittentes minas: scientes quia et illorum et vester dominus est in celis: et personarum acceptio non est apud deum. De cetero fratres confortamini in domino: et in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei ut possitis stare adversus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem: sed adversus principes et potestates: adversus mundi rectores tenebrarum harum: contra spiritualia nequitie in celestibus. Propterea accipite armaturam dei: ut possitis resistere in die malo: et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: et induti loricam iustitie: et calceati pedes in preparatione evangelii pacis: in omnibus sumentes scutum fidei: in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite: et gladium spiritus: quod est verbum dei. Per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: et in ipso vigilantes in omni instantia: et obsecratione pro omnibus sanctis: et pro me: ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia: notum facere mysterium evangelii: pro quo legatione

Marginalia (left): 1. q. 1. c. cum omnis. c. si cui vigeri; 2. thes. 2. a; mar. 24. a; mar. 13. a; Lu. 21. b.; C; 3. q. 3. falsidicus; de pe. dis. 4. § hanc societatem; Col. 4. a.; D; Ro. 12. a.; 1. Thessalo. 4. a.; E; Colo. 1. c.; 1. co. 11. a.; Colo. 3. c.; 1. pe. 3. a.; Colo. 3. c.; F; de pe. di. 1. ecclesia.; G

Marginalia (right): Gen. 2. d.; mat. 19. a; mar. 10. a.; 1. Co. 6. d.; A; Col. 3. d.; exo. 20. c.; Deu. 5. c.; eccl. 3. b.; mat. 15. a; mar. 7. b.; Col. 3. d.; Titu. 2. c.; 1. Pe. 2. c.; B; Deu. 10. d.; 2. paralipo. 19. c.; iob. 34. b; sap. 6. b.; eccl. 35. b; Ro. 2. b.; Gal. 2. b.; Col. 3. d.; act. 10. e.; 1. Pe. 1. c.; C; 1. Thessaloni. 5. b.; esa. 59. e.; Col. 4. a.; 2. thes. 3. a; D

ne fungor i catena ista: ita vt in ipso
audeam/prout oportet me loqui. Ut
autem et vos sciatis q̄ circa me sunt
quid agā: omnia vobis nota faciet ty-
chicus/charissimus frater et fidelis
minister in dño. quem misi ad vos in
hoc ipsum/vt cognoscatis que circa
nos sunt: et consolet corda vestra. Pax
fratrib⁹ et charitas cū fide a deo pa
tre nostro et dño iesu christo. Gratia
cum omnibus qui diligunt dominū
nostrum iesum christum in incorru-
ptione. Amen.

¶ Explicit ep'la pauli ad Ephesios.

¶ Argumentum in epistolam Pauli
ad philippenses.

Philippenses sunt macedões.
Hi accepto verbo veritatis/
perstiterunt in fide: nec rece-
perūt falsos apostolos. Hos collau-
dat apostolus: scribens eis a Roma
de carcere per Epaphroditum.

¶ Incipit epistola Pau-
li ad Philippenses.

¶ Ca. S. Apostolus agit gratias de
bonis Philippensibus collatis: qui
bus significans suum statum: ponit
distinctiones predicantium/et erga
eos suam charitatē quos monet ad
tolerantiam persecutionis. Capm. i.

A
93. dis. c. legimus.



Aul⁹ et Timotheus
serui iesu xp̄i: omni
bus sanctis in xp̄o
iesu q̄ sūt philippis
cū episcopis ⁊ dia-
conib⁹/grā vobis et
pax a deo p̄re nr̄o/
et dño iesu xp̄o. Gra
tias ago deo meo in oī memoria vr̄i
semp i cunctis orationib⁹ meis ꝓ oī-
bus vobis cū gaudio deprecationē fa
ciens sup cōmunicatione vr̄a in euā-
gelio xp̄i a prima die vsq3 nūc: ꝯfidēs
in hoc ip̄m: qꝛ qui cepit in vobis op⁹
bonū perficiet vsq3 in diem christi ie
su. Sicut est mihi iustū hoc sentire
pro oibus vobis: eo q̄ habeā vos in
corde/et in vinculis meis: et i defen-
sione: et confirmatione euangelii/so-
cios gaudii mei omnes vos esse. Te-
stis eñi mihi est deus: quomodo cu-
piā oēs vos esse in visceribus iesu xp̄i.
B
Et hoc oro/vt charitas vestra magis
ac magis abundet in oī sciencia et in
omni sensu: vt ꝓbetis potiora vt sitis
synceri et sine offensa in diem christi
repleti fructu iustitie per iesum chri-
stū/in gloriā et laudē dei. Scire autē
volo vos fratres/quia que circa me
sunt/magis ad ꝓfectū venerūt euan
gelii: ita vt vincula mea manifesta
fierent in christo in oī pretorio et in
ceteris oibus: vt plures e fratribus i
domino confidētes in vinculis meis/
abundātius auderēt sine timore ver-
bū dei loqui. Quidā quidē et ꝓpter 23. q. 4. c.
inuidiā ⁊ cōtentionē: quidā autem et quam ma
propter bonā voluntatē christū predi gnū in fi.
cant. Quidam ex charitate: scientes
q̄m in defensione euangelii positus
sum. Quidā aūt ex cōtentione chri- C
stum annūciāt nō syncere: existimā-
tes pressurā se suscitare vinculis me-
is. Quid eñi? Dum omni modo siue
per occasionē/siue per veritatē chri-
stus annunciet: et in hoc gaudeo/sed
et gaudebo. Scio eñi q̄a hoc mihi pro
ueniet ad salutē/per vestram orōnē
et subministrationē sp̄us iesu christi
scd̄m expectationem et spem meam
qꝛ in nullo confundar/sed in oī fidu-
cia sicut semp/et nunc magnificabit
christus in corpore meo: siue p vitam 7. q. 1. c.
siue per mortem. Mihi enim viuere
christ⁹ est: et mori lucrū. Q' si viue- de pe. dis.
re i carne: hic mihi fruct⁹ operis est: et 2. c. q̄ vult.
qd eligā ignoro. Coarctor autē e duo
bus: desideriū hñs dissolui et esse cū
christo/multo magis meli⁹: pmane-
re aūt in carne necessariū ꝓpt vos. D
Et hoc ꝯfidēs: scio qꝛ manebo et per-
manebo oib⁹ vobis ad ꝓfectum vr̄m
et gaudium fidei: vt gratulatio vr̄a d renū. c.
abūdet i xp̄o iesu i me/p meū aduen- nisi. §. por
tū iterū ad vos. Tm̄ digne euāgelio ro.
christi conuersamini: vt siue cū vene
ro: et videro vos: siue absens: audiā
de vobis qꝛ statis in vno sp̄u: vnani-
mes collaborātes fidei euāgelii: et in
nullo terreamini ab aduersariis q̄ il-
lis ē causa pditiōis: vobis aūt salutis
et hoc a deo: qꝛ vobis donatū ē ꝓ xp̄o
nō solū vt i eū credatis: sz vt etiā ꝓ il-
lo patiamini/idē certamē hñtes q̄le
et vidistis i me/et nūc audistis de me.
¶ C. S. Instruit ap'lus Philippen-
ses de fidei vnitate: vera humilitate/
omnimoda sanctitate: et ad vlterius
instruēdū mittit nuncios. Capm. ii.
Si qua ergo cōsolatio i christo/ E
si qd solatiū charitatis: si qua
societas spirit⁹: si qua viscera

miserationis: implete gaudiū meū3/
vt idē sapiatis/ eandē charitatē ha-
bentes/ vnanimes/ idipsum sentien-
tes. Nihil per contentionē/ neq3 per
inanē gloriā: sed in humilitate/ supe-
riores sibi inuicem arbitrantes: non
que sua sunt singuli considerantes: s3
ea que aliorū. Hoc eñ sentite in vo-
bis: qđ et in christo iesu. Qui cum in
forma dei esset/ nō rapinā arbitratus
est esse se equale3 deo: s3 semetipsum
exinaniuit formā serui accipiens: in
similitudinē hoīm factus: et habitu
inuēt⁹ vt homo. Humiliauit semet-
B ipsum/ fact⁹ obediēs vsq3 ad mortem
Heb. 2. b. mortem aūt crucis. Propter qđ et de
us exaltauit illum: et donauit illi no-
Ro. 14. b men/ qđ est super omne nomen: vt in
Esa. 45. d noīe iesu omne genu flectat: celestiū
terrestriū: ꝛ infernoꝝ. Et oīs lingua
confiteatur: q2 dñs iesus christus in
gloria est dei patris. Itaq3 charissi-
mi mei/ sicut semper obedistis: non
in presentia mei tm̄/ sed multo ma-
gis nūc in absentia mea: cum metu ꝛ
tremore vestrā salutem operamini.
Deus est eñ qui operatur in vobis et
velle et pficere pro bona voluntate.
1. pe. 4. c. Oīa autē facite sine murmurationi-
bus et hesitationib⁹: vt sitis sine que-
1. q. 7. c. 2. rela: et simplices filij dei: sine repre-
.§. scio qs- hensione in medio nationis praue et
dam. peruerse: inter quos lucetis sicut lu-
minaria in mundo: verbū vite conti-
C nētes ad gloriā meam in die christi
quia nō in vacuū cucurri: neq3 in va-
cuū laboraui. Sed et si immolor su-
pra sacrificiu3 ꝛ obsequium fidei ve-
stre: gaudeo: et cōgratulor oībus vo-
bis. Idipsum autē et vos gaudete: et
Act. 16. a cōgratulamini mihi. Spero autē3 in
dño iesu: timotheum me cito mittere
ad vos: vt et ego bono animo sim: co-
gnitis q̄ circa vos sunt. Nemine3 eñ
habeo tam vnanimem: qui syncera
1. Co. 13. b affectione pro vobis sollicit⁹ sit. Om-
45. di. c. nes enim q̄ sua sunt querūt: non que
l3 nō nō iesu christi. Experimentū aūt ei⁹ co-
gnoscite: q2 sicut patri filius: mecū
seruiuit in euāgelio. Hunc igit̄ spero
me mittere ad vos: mox vt videro q̄
circa me sunt. Cōfido autem in dño:
D qm̄ et ipse veniā ad vos cito. Neces-
63. dis. c. sariū aūt existimaui epaphroditum
nosse. §. fratrē et cooperatorē et cōmilitonem
q. 1. sunt i meū: vestrum autem aplm̄: et mini-
eccl'is. strum necessitatis mee: mittere ad
vos. Quoniā quidē oēs vos deside-
rabat: ꝛ mestus erat: propterea q̄ au- de remiss.
dieratis illum infirmatum. Nā et in- c. quidā.
firmatus est vsq3 ad mortē: sed deus de cēsi. c.
misert⁹ est ei⁹. Non solū aūt eius: ve- cū aplis.
rumetiā et mei: ne tristitiā sup tristi-
tiam haberē. Festinātı⁹ ergo misi il-
lum: vt viso eo/ iterum gaudeatis: et
ego sine tristitia sim. Excipite itaque
illū cum oī gaudio in dño: et eiusmo-
di cum honore habetote: qm̄ propter
opus christi vsq3 ad mortē accessit:
tradēs aīam suā3: vt impleret id qđ ex
vobis deerat erga meum obsequium.
¶ C. S. Ostendit apostolus euacua-
tione3 legaliū verbo et exemplo sui:
ac deinde se excusat: atq3 philippen-
ses ad se imitandū inuitat. Cap. iij.

De cetero fratres mei: gaudete A
in domino. Eadem vobis scribe
re mihi quidem non pigrum: vobis
autem necessarium. Uidete canes:
videte malos operarios: videte con-
cisione3. Nos eñ sumus circumcisio
qui spū seruimus deo: et gloriamur
in christo iesu: et nō in carne fiduciā
habentes: q̄q̄ ꝛ ego habeā confiden
tiā in carne. Si qs alius videt̄ confi- B
dere in carne: ego magis circūcisus
octauo die ex genere israel de tribu
beniamin: hebreus ex hebreis: scđm Act. 23. b
legem phariseus: scđm emulationem
persequēs ecclesiā dei: scđm iustitia3
que in lege est cōuersatus sine q̄rela.
Sed que mihi fuerunt lucra: hec ar-
bitratus sum propter christu3 detri-
menta. Uerumtamen existimo oīa de
trimentū esse ꝑpter eminentē scien-
tiam iesu christi dñi mei: ꝑpter que3
oīa detrimentum feci: et arbitror vt
stercora: vt christu3 lucrifaciam: vt ꝛ
inueniar in illo nō habēs meā iusti- C
tiā que ex lege est: sed illā que ex fide
est xpi iesu: q̄ ex deo est iustitia i fide
ad cognoscendū illum: et virtute3 re
surrectionis eius: ꝛ societatē passio-
nū illius: cōfiguratus morti eius: si
quo modo occurram ad resurrectio-
nē que est ex mortuis. Nō q̄ iam ac-
ceperim: aut iam perfect⁹ sim: sequor
autē si quo modo comprehendam in
quo et comprehēsus sum a christo ie-
su. Fratres: ego me nō arbitror com- de pe. di.
prehendisse. Unū aūt: que quide3 re- 2. pē nata.
tro sunt obliuiscens: ad ea vero que
sunt priora extendens meipsum: ad
destinatū persequor: ad brauium su-
perne vocationis dei in christo iesu.
Quicunq3 ergo perfecti sumus: hoc

sentiamus. et si quid aliter sapitis /
D et hoc vobis deus reuelabit. Ueruntamē ad quod peruenimus / vt idem
sapiamus ꝛ in eadē pmaneamus regula. Imitatores mei estote frēs: et
obseruate eos qui ita ambulant sicut
Ro.16.c. habetis formā nr̄am. Multi enī am-
18 bulāt quos sepe dicebam vobis (nūc
autem et flens dico) inimicos crucis
christi: quoꝝ finis interitus: quorum
deus venter est: et gloria in confusione ipsorū qui terrena sapiūt. Nostra
aūt cōuersatio in celis est. vnde etiā
saluatorē expectamus dominum nostrum iesum christum / qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue / ſm
operationem virtutis sue qua etiam
possit subiicere sibi omnia.

C. S. Firmat patientiā philippensium apostolus: eos ad spiritualem
letitiam hortando: ac bonorum perseuerantiam: atq̧ gratulatur de eorum liberalitate: ponitq̧ salutatio eorundem. Capitulum. iiij.

A Taq̧ fratres mei charissimi:
et desiderantissimi: gaudiū meum / et corona mea: sic state in
dn̄o charissimi. Euodiā rogo et syntychen deprecor: idipsum sapere in
dn̄o. Etiam rogo ꝛ te germane ꝯpar /
adiuua illas q̄ mecū laborauerūt in
euangelio cū clemente / et ceteris adiutorib⁹ meis: quoꝝ nomia sunt in libro vite. Gaudete in dn̄o semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra
nota sit oibus hoib⁹. Dn̄s enim prope
est. Nihil solliciti sitis: sed in oī oratione et obsecratiōe cum gratiarum
actione / petitiōes vestre innotescant
B apud deum. Et pax dei que exuperat
omnē sensum / custodiat corda vr̄a / ꝛ
intelligētias vr̄as in christo iesu. De
cetero fratres quecunq̧ sunt vera /
quecunq̧ pudica / quecūq̧ iusta / quecunq̧ sancta / q̄cunq̧ amabilia / quecūq̧ bone fame / si qua virtus / si qua
laus discipline: hec cogitate. Que et
didicistis / et accepistis / et audistis /
C et vidistis in me: hec agite / et de⁹ pacis erit vobiscum. Gauisus sum autē
in dn̄o vehemēter: quoniā tandē aliquando refloruistis pro me sentire:
sicut et sentiebatis. occupati autem
eratis. Non quasi propter penuriā
dico. Ego enim didici / in quib⁹ sum /
41.dis.c. sufficiēs esse. Scio et humiliari: scio
qd dei si. et abundare / vbiq̧ et in oibus institutus sum: ꝛ satiari / ꝛ esurire / ꝛ abūdare / et penuriam pati. Oia possum
in eo qui me confortat. Uerūtamen
bene fecistis cōmunicantes tribulationi mee. Scitis autē et vos philippenses ꝙ in principio euāgelij quando profectus sum a macedonia / nulla mihi ecclesia cōmunicauit in ratione dati et accepti / nisi vos soli: qꝛ
et thessalonicā semel et bis in vsum
mihi misistis. Nō quia quero datū /
sed requiro fructū abundantē in ratione vestra. Habeo aūt oia et abun- D
do. repletus sum / acceptis ab epa- rom.12.a.
phrodito que misistis in odorē suauitatis / hostiam acceptā / placentem
deo. Deus aūt meus impleat omne
desiderium vestrū ſm diuitias suas
in gloria / in christo iesu. Deo autem
et patri nostro gloria in secula seculorum. Amē. Salutate oēm sanctum
in christo iesu. Salutant vos qui mecum sunt / fratres. Salutant vos oēs
sancti / maxime autē q̄ de cesaris domo sunt. Gratia dn̄i nostri iesu christi cum spiritu vestro. Amen.

Epistola Pauli ad Philippenses explicit.

Argumentum in epistolam Pauli ad Colossenses.

Colossenses ꝛ hi sicut laodicenses sunt asiani. Et ipsi preuenti erāt a pseudo aplis. Nec ad
hos accessit ipse ap̄ls: sed et hos per
ep̄lam corrigit. Audierāt enī verbū
ab archippo: qui ꝛ ministeriū in eos
accepit. Ergo apostolus iam ligatus
scribit eis ab epheso per tychicū diaconem / et onesimum acolythum.

Epistola Pauli ad Colossenses incipit.

C. S. Ap̄ls captat beniuolentiā colossensiū: auctoritatē euangelii inducit illi firmiter esse credendū. Cap. i.

P Aulus ap̄lus iesu christi per voluntatem dei: ꝛ A
timothe⁹ frater: his qui
sunt colossis sanctis et
fidelib⁹ fratrib⁹ in christo iesu / gratia vobis ꝛ
pax a deo p̄re nostro.
Gratias agimus deo et patri dn̄i nostri iesu christi / semp̄ pro vobis orantes: audiētes fidem vestram in christo iesu: et dilectionem quā habetis
in sanctos oēs / propter spem que reposita est vobis in celis: quam audi-

stris in verbo veritatis euangelii qd
peruenit ad vos/ sicut et in vniuerso
mundo est: et fructificat et crescit. si-
cut et in vobis ex ea die qua audistis
et cognouistis gratiā dei in veritate
sicut didicistis ab epaphra charissi-
B mo cōseruo nr̄o/ qui est fidelis ꝓ vo-
bis minister xp̄i iesu / qui etiā mani-
festauit nobis dilectionem vestrā in
spū. Ideo et nos ex qua die audiui-
mus nō cessamus ꝓ vobis orātes et
postulantes/ vt impleamini agnitio
ne volūtatis ei⁹ in oi sapientia et in-
tellectu spūali. Ut ambuletis digne
deo per oia placentes/ in oi opere bo
no fructificātes/ et crescētes in scien
tia dei: in oi virtute confortati scd'm
potentiā claritatis eius: in oi patien
tia et lōganimitate: cū gaudio grās
agētes deo et patri q̄ dignos nos fe-
cit in partē sortis scōrū in lumine/
q̄ eripuit nos de potestate tenebrarū
C et trāstulit in regnū filii dilectionis
sue/ in quo habem⁹ redēptionē/ et re-
missionē peccōrū/ qui est imago dei in
uisibilis/ primogenitus ois creature
qm̄ in ipso condita sunt vniuersa in
celis et in terra / visibilia et inuisibi-
lia/ siue throni / siue dn̄ationes / siue
principatus/ siue potestates: oia per
ipsum et in ipso creata sunt: et ipse est
ante oēs: et oia in ipso cōstant. Et ip
se est caput corporis ecclie: q̄ est prin-
i.co.11.e. cipiū/ primogenit⁹ ex mortuis: vt sit
Hpo.i.b. in oib⁹ ipse primatū tenēs. q2 in ipso
cōplacuit oēm plenitudinē diuinita-
tis inhabitare: et p eū recōciliari oia
in ipsū: pacificās per sanguinē cru-
cis eius siue que i terris siue q̄ in ce-
lis sunt. Et vos cū essetis aliqn̄ alie-
nati et inimici sensu in operibus ma-
lis: nūc aūt reconciliauit in corpore
carnis sue p mortē vt exhiberet vos
scōs et imaculatos et irreprehēsibi-
les coram ipso: si tñ permanetis in fi
de fundati et stabiles / et imobiles a
spe euāgelii qd audistis/ qd predica-
tum est in vniuersa creatura que sub
celo est / cuius factus sum ego pau-
D lus minister. qui nūc gaudeo in pas-
sionibus pro vobis / et adimpleo ea
que desunt passionū christi in carne
mea pro corpore eius qd est ecclesia.
Cuius factus sum ego minister scd'm
dispēsationem dei que data est mihi
in vobis: vt impleam verbū dei my-
sterium quod absconditum fuit a se-
culis et generationibus: nunc autem
manifestatum est sanctis ei⁹: quibus
voluit de⁹ notas facere diuitias glo-
rie sacramēti huius in gentib⁹ quod
est christus in vobis spes glorie quē
nos annunciamus corripientes om
nē hominē et docētes in oi sapiētia:
vt exhibeamus oēm hominē pfectum
in christo iesu. in quo et laboro cer-
tando secundum operationem eius
quam operatur in me in virtute.
¶ Ca.ii. Docet apostolus precauere
deceptiones p falsam ꝓphetiam per
legis auctoritatem per sanctit. eis si
mulationem. Capitulum. ii.
Volo enim vos scire qualē so- D
licitudinē habeā pro vobis et
pro his qui sunt laodicie/ et qui
cūq3 nō viderūt faciē meā in carne:
vt consolentur corda ipsorum instructi
in charitate/ et in oēs diuitias pleni-
tudis itellect⁹ in agnitione mysterii
dei pr̄is et christi iesu i quo sunt oēs
thesauri sapiētie et sciētie abscōditi.
Hoc autē dico: vt nemo vos decipiat
in sublimitate sermonū. Nā etsi cor- i.co.5.b.
pore absens sum: sed spiritu vobiscū
sum/ gaudēs et vidēs ordinē vestrum
et firmamētum ei⁹ que in christo est B
fidei vestre. Sicut ergo accepistis ie-
sum xp̄m dn̄m nr̄m: in ipso ambula-
te radicati et superedificati in ipso et
confirmati in fide sicut et didicistis
abundātes in illo in gratiarū actio-
ne. Uidete ne qs vos decipiat p phi-
losophiā et inanē fallaciā: scd'm tra-
ditionē hominū: scd'm elemēta mun
di: et nō scd'm christū. q2 in ipso inha-
bitat ois plenitudo diuinitatis cor-
poraliter: et estis in illo repleti q̄ est
caput ois principatus et potestatis:
in quo et circūcisi estis circumcisione
nō manufacta in expoliatiōe corporis
carnis: sed in circūcisiōe iesu xp̄i: cō-
sepulti ei in baptismo/ i quo et resur-
rexistis p fidē operatiōis dei q̄ susci-
tauit illū a mortuis. Et vos cū mor- ephe.2.a.
tui essetis in delictis et preputio car- C
nis vestre cōuiuificauit cū illo: donans
vobis oia delicta delēs qd aduersus
nos erat chirographum decreti quod
erat cōtrariū nobis. et ipsum tulit de
medio affigens illud cruci: et expoli-
ans principatus et potestates tradu
xit confidenter palam: triumphans
illos in semetipso. Nemo ergo vos
iudicet in cibo aut in potu aut i par-
te diei festi aut neomenie: aut sabba-
torum: que sunt vmbra futurorum/ D

Mat.24.a. corpus aūt christi. Nemo vos sedu-
cat volens in humilitate et religione
angelorum que non vidit ambulās:
frustra inflatus sensu carnis sue / et
non tenens caput ex quo totum cor-
pus per nexus et cōiunctiones sub-
ministratum et constructum crescit
in augmētum dei. Si ḡ mortui estis
cū christo ab elemētis huius mūdi:
quid adhuc tanq̄ viuentes mundo
decernitis? Ne tetigeritis / neq̄ gu-
staueritis / neq̄ cōtrectaueritis: q̄ sunt
omnia in interitum ipso vsu / ſm pre-
cepta et doctrinas hominū: que sunt
rationem quidem habentia sapien-
tie in superstitione et humilitate / et
non ad parcendū corpori / non in ho
nore aliquo ad saturitatem carnis.

¶ Ca. S. Informat apostolus de mo-
ribus generaliter in depositione vi-
tiorum ac acquisitiōe virtutū: et spe-
cialiter quantū ad cōiugatos: paren
tes et filios atq̄ seruos. Capm. iij.

A Igitur si cōsurrexistis cū chri-
sto / que sursum sunt querite /
vbi christus est in dextera dei
sedens: que sursum sunt sapite / non
que super terram. Mortui eniz estis
et vita vestra est abscondita cū chri-
sto in deo. Cum autez christus appa-
ruerit vita vestra: tunc et vos appa-
eph.5.a. rebitis cum ipso in gloria. Mortifi-
cate ergo membra vestra que sunt su
per terram: fornicationem / immun-
ditiam / libidinem / concupiscentiam
malam / et auaritiam que est simula-
B crorum seruitus. Propter que venit
ira dei super filios incredulitatis: in
quibus ambulastis aliquando / cum
Ro.6.a. viueretis in illis. Nunc aūt deponi-
eph.4.c. te et vos oīa: iram / indignationem /
heb.12.a. maliciā / blasphemiā / turpem sermo-
1.pe.2.a. nem de ore vestro. Nolite mētiri in-
et.4.a. uicem: expoliantes vos veterem ho-
de pe.dis. minem cum actibus suis: et induen-
2.c.q̄uo. tes nouū eū qui renouatur in agni-
tionē dei ſm imaginē ei᷒ q̄ creauit il-
lū. Ubi nō est mascul᷒ et femina / gēti
lis et iude᷒ / circūcisio et p̄putiū / barba
rus et scytha / seruus et liber: sed oīa
eph.6.b. et in oībus christus. Induite vos er-
go sicut electi dei / sancti et dilecti vi-
scera mīe / benignitatem / humilita-
tem / modestiā / patientiā / supportan-
eph.4.g. tes inuicem: et donantes vobismet-
ipsis si quis aduersus aliquem ha-
bet querelā. sicut et dn̄s donauit vo-
bis: ita et vos. Sup oīa aūt hec / cha-

ritatē cōtinuā habete: qđ est vinculū C
perfectiōis et pax chr̄i exultet in cor-
dibus vestris / in qua et vocati estis
in vno corpore: et grati estote. Uer-
bum christi habitet in vobis abun-
danter in omni sapiētia docentes et
cōmonētes vosmetipsos in psalmis /
hymnis et canticis spiritualibus / in
gratia cātantes in cordibus vestris
deo. Omne qđcunq̄ facitis in verbo 1.co.10.g.
aut in ope: omnia in noīe dn̄i nostri
iesu christi / gratias agentes deo et
patri per ipsum. Mulieres / subdite eph.5.c.
estote viris sicut oportet i dn̄o. Uiri / 1.pe.3.a.
diligite vxores vr̄as: et nolite amari D
esse ad illas. Filii obedite parētibus eph.6.a.
per oīa: hoc enī placitum est in dn̄o.
Patres / nolite ad indignationez p-
uocare filios vestros: vt non pusillo
aīo fiant. Serui / obedite p oīa domi-
nis carnalibus: nō ad oculū seruien- eph.6.a.
tes quasi hoīb᷒ placētes: sed in sim- Tit.2.c.
plicitate cordis / timentes dn̄m. Q̄d 1.pe.2.c.
cūq̄ facitis / ex animo operamini si-
cut dn̄o et non hominib᷒: sciētes q̄ a
dn̄o accipietis retributionez heredi-
tatis. Dn̄o christo seruite. Qui enim
iniuriam facit / recipiet id quod ini-
que gessit: et non est personarū acce- Sap.6.b.
ptio apud deum. Ro.2.b.

¶ C. S. Dn̄os istruit ap̄lus atq̄ ex o-
mib᷒ colossensiū se recōmendat: ostē-
dens quō se ad infideles h̄re debeāt:
et ponitur epistole cōclusio et confir-
matio per salutationem. Capm. iiij.

Domini quod iustuz est et equū A
D seruis p̄stare: scientes q̄ et vos eph.6.b.
dominum habetis in celo. Orationi eph.6.c.
instate / vigilantes in ea in gratia- 2.tes.3.a.
rum actione: orantes simul et pro no
bis: vt deus aperiat nobis ostium
sermonis ad loquendum mysterium
christi (propter qđ etiā vinctus sum)
vt manifestē illud ita vt oportet me
loqui. In sapientia ambulate ad eos ephe.5.d.
qui foris sunt: tp̄s redimentes. Ser- de cōse.di.
mo vester semp in gratia sale sit con 4.ca.sal.
ditus: vt sciatis quomō oporteat vos B
vnicuiq̄ respondere. Que circa me
sunt / oīa vobis nota faciet tychicus
charissim᷒ frater et fidelis minister /
et cōseruus in dn̄o: quez misi ad vos
ad hoc ipsum vt cognoscat que circa
vos sunt: et cōsolet corda vr̄a cū one-
simo charissimo et fideli fr̄e q̄ ex vo-
bis est q̄ oīa q̄ hic aguntur nota faciēt
vobis. Salutat vos aristarch᷒ cōca-
ptiuus meus: et marcus cōsobrinus

barnabe de quo accepistis mandata.
C Si venerit ad vos / suscipite illum.
Et iesus qui dicitur iustus: qui sunt ex
circuncisione. Hi soli sunt adiutores
mei in regno dei: qui mihi fuerunt so
latio. Salutat vos epaphras qui ex
vobis est / seruus christi iesu: semper
solicitus pro vobis in orationibus /
vt stetis perfecti et pleni in omni volũtate
dei. Testimoniũ enim illi perhibeo q ha=
bet multum laborẽ pro vobis / et pro
his qui sunt laodicie / et qui hierapo=
li. Salutat vos lucas medicus cha=
D rissimus et demas. Salutate fratres
1.ti.4.c. qui sunt laodicie et nymphã: et q̃ in
domo eius est ecclesiam. Et cum lecta
fuerit apud vos epistola hec: facite
vt et in laodicẽsiũ ecclesia legatur: et
ea que laodicensium est / vobis lega=
tur. Et dicite archippo. Uide mini=
sterium qd accepisti in dño: vt illud
impleas. Salutatio / mea manu pauli.
Memores estote vinculoꝝ meorum.
Gratia domini nostri iesu christi vo=
biscum. Amen.

¶ Epistola Pauli ad Colossen=
ses explicit.

¶ Argumentum in primã epistolam
Pauli ad Thessalonicenses.

Thessalonicẽses sunt macedo=
nes. Hi in christo iesu accepto
verbo veritatis perstiterunt in
fide etiam in persecutione ciuiũ suoꝝ.
Preterea nec receperunt falsos apo
stolos / nec ea que a falsis apl'is dice=
bantur. Hos collaudat apostolus: scri=
bens eis ab athenis per tychicũ diaco=
num / et onesimum acolythum.

¶ Epistola Pauli ad Thessalonicen
ses Prima incipit.

¶ Ca. S. Apl's agit grãs de thessalo=
nicẽsium bona inchoatione: atq; hu=
ius bonitatis diffusione. Capm. i.

A Paulus et siluanus et ti=
motheus ecclesie thes=
salonicensiũ in deo pa
tre nostro et domino ie
su christo / gratia vobis
et pax. Gratias agimus
deo semper pro omnibus vobis: me=
moriam vestri facientes in oratio=
nibus nostris sine intermissiõe: me=
mores operis fidei vestre et laboris
et charitatis et sustinentie spei do=
mini nostri iesu christi ante deum et
B patrem nostrum. Sciẽtes fratres di=
lecti a deo dilectionem vestram: quia
euangelium nostrum nõ fuit ad vos
in sermone tm̃: sed et in virtute et in
spiritu sancto et in plenitudine mul=
ta: sicut scitis quales fuerimus in vo
bis propter vos. Et vos imitatores C
nostri facti estis et dñi: excipientes
verbũ in tribulatione multa cũ gau=
dio spũs sancti: ita vt facti sitis for=
ma omnibus credẽtibus in macedonia
et in achaia. A vobis enim diffamatus
est sermo dñi: nõ solũ in macedonia
et in achaia: sed et in omni loco fides ve=
stra que est ad deum / profecta est: ita
vt non sit nobis necesse quicq̃ loqui.
Ipsi enim de nobis annũciant qualem D
introitũ habuerimus ad vos: et quo=
modo cõuersi estis ad deum a simu=
lacris seruire deo viuo et vero: et ex=
pectare filium eius de celis (quem
suscitauit ex mortuis) iesum / qui eri=
puit nos ab ira ventura.

¶ C. S. Consolatur apostolus thessalo
nicenses in aduersis per cõformita=
tem ad ipsum: atq; ad ecclesiam hie=
rosolymitarum. Capitulum. ii.

Nam et ipsi scitis fratres introi= A
tum nostrum ad vos: quia non
inanis fuit: sed ante passi multa et
cõtumeliis affecti (sicut scitis) in phi
lippis / fiduciam habuimus in deo
nostro loqui ad vos euangeliũ dei in
multa solicitudine. Exhortatio enim
nostra nõ de errore / neq; de immũdi
cia / neq; in dolo: sed sicut probati su=
mus a deo vt crederetur nobis euãge=
lium / ita loquimur. non quasi hominibus
placentes / sed deo qui probat corda
nostra. Neq; enim aliquando fuimus in
sermone adulationis sicut scitis: ne=
q; in occasione auaritie / deus testis
est: nec querẽtes ab hominibus gloriam
neq; a vobis neq; ab aliis. Cum posse= B
mus vobis oneri esse / vt christi apo=
stoli: sed facti sumus paruuli in me=
dio vestri: tanq̃ si nutrix foueat fili=
os suos. Ita desiderantes vos cupi=
de / volebamus tradere vobis non so
lum euangeliũ dei: sed etiã animas no=
stras: quoniã charissimi nobis facti
estis. Memores enim estis fratres la=
boris nostri et fatigationis / nocte et
die operantes / ne quẽ vestrũ graua=
remus: predicauimus in vobis euan
geliũ dei. Uos testes estis et deus q̃ act.20.g.
sctẽ et iuste et sine querela vobis qui c.co.4.c.
credidistis / affuimus: sicut scitis / qua 2.tes.3.b.
liter vnumquemq; vestrũ (sicut pater fi=
lios suos) deprecantes vos et cõsolã=

C tes/testificati sumus vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in suũ regnũ & gloriã. Ideo et nos gratias agimus deo sine intermissione: quoniã cum accepissetis a nobis verbum auditꝰ dei/accepistis illud nõ vt verbum hoim/sed (sicut est vere) verbũ dei: qui operatur in vobis qui credidistis. Uos eñ imitatores facti estis fratres ecclesiarũ dei que sunt in Iudea in Christo Iesu: quia eadẽ passi estis & vos a cõtribulibꝰ vestris: sicut et ipsi a Iudeis q̄ & dñm occiderunt Iesum & prophetas/& nos persecuti sunt/& deo nõ placẽt: & oibꝰ hominibꝰ aduersantur/ꝓhibẽtes nos gentibus
D bus loqui vt salue fiant/vt impleant peccata sua semper: peruenit eñ ira super illos vsq; in finẽ. Nos autẽ fratres desolati a vobis ad tẽpus hore/aspectu/non corde: abundantius festinauimꝰ faciẽ vestram videre cum multo desiderio: quoniã voluimus venire ad vos/ego quidem Paulus/et semel & iterum: sed impediuit nos sathanas. Que est eñ nostra spes/aut gaudium/aut corona glorie? Nonne vos ante dñm nostrum Iesum Christum in aduentu eius? Uos eñ estis gloria nostra & gaudium.

¶ C.S. Apls mittit Timotheũ ad cõsolãdũ Thessalonicẽses: ponit veritas reuersionis eiusdẽ cũ apli depcatione ꝓ Thessalonicẽsibꝰ. Cap.iij.

A Propter qđ nõ sustinẽtes amplius/placuit nobis remanere athenis solis: & misimꝰ Timotheum fratrem nostrum et ministrum dei in euangelio Christi/ad cõfirmandos vos et exhortandos pro fide vestra: vt nemo moueatur in tribulationibus istis: ipsi eñ scitis q; in
B hoc positi sumus. Nam & cum apud vos essemus/predicebamus vobis passuros nos tribulationes: sicut et factum est et scitis. Propterea & ego amplius nõ sustinẽs/misi ad cognoscendam fidem vestrã: ne forte tẽtauerit vos is qui tentat/& inanis fiat labor noster. Nunc autẽ veniente Timotheo ad nos a vobis/& annunciãte nobis fidem & charitatẽ vestram: et quia memoriã nostri habetis bonã semper/desiderãtes nos videre/sicut
C et nos quoq; vos: ideo consolati sumus fratres in vobis in oĩ necessitate & tribulatione nostra per fidem vestram: quoniã nunc viuimꝰ: si vos statis in dño. Quã enim gratiarũ actionem possumus deo retribuere pro vobis/in omni gaudio quo gaudemus ꝓpter vos ante dñm deũ nostrũ/nocte ac die abundantius orantes vt videamus faciẽ vestrã/& compleamus ea que desunt fidei vestre? Ipse autẽ D
deꝰ & pater noster & dñs Iesus Christus dirigat viã nostrã ad vos. Uos autẽ dñs multiplicet/& abũdare faciat charitatem vestram in inuicẽ et in omnes: quemadmodum & nos in vobis ad cõfirmãda corda vestra sine querela in sanctitate ante deum & patrẽ nostrum in aduẽtu domini nostri Iesu Christi cum omnibꝰ sanctis eius. Amen.

¶ C.S. Apostolus increpat Thessalonicenses de vitio fornicationis/cupiditatis/ociositatis/immoderati luctus mortuoꝝ. Cap.iiij.

De cetero ergo fratres/rogamus A
vos et obsecramus in domino Iesu: vt quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare et placere deo/sic et ambuletis: vt abũdetis magis. Scitis enim 32.q.4.c
que precepta dederim vobis per do- vnũqdq;.
minũ Iesum. Hec est eñ volũtas dei Ro.12.a.
sanctificatio vestra: vt abstineatis vos Eph.5.a.
a fornicatione: vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore: nõ in passione desiderii/sicut & gentes que ignorãt deũ. Et ne quis supergrediatur neq; circumueniat in negocio fratrem suũ: quo- B
niã vindex est dñs de his oibus sicut prediximus vobis/& testificati sumꝰ. Non enim vocauit nos deus in immundiciam: sed in sanctificationẽ. Itaq; qui hec spernit/non hominem spernit sed deum: qui etiam dedit spiritũ suum sanctũ in nobis. De charitate autẽ fraternitatis nõ necesse ha- C
buimus scribere vobis: ipsi enim vos Io.13.d.
a deo didicistis vt diligatis inuicem. 1.Io.2.b.
Etenim illud facitis in omnes fra- et.4.d.
tres in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis/& operam detis vt quieti sitis et vt vestrũ negociũ agatis: et operemini manibus vestris sicut precepimus vobis: et vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt/et nullius aliquid desideretis. Nolumus autem 13.q.2.ca.
vos ignorare fratres de dormienti- vbicũq;.&
bus: vt non cõtristemini sicut et cete- ca.habẽt.
ri qui spem nõ habẽt. Si enim credi- D

mus q Jesus mortuus est z resurre-
xit: ita z deus eos q dormierunt per
Jesum adducet cum eo. Hoc enim vo-
1.cor.15.d bis dicimus in verbo dñi: quia nos
qui viuim⁹ qui residui sumus in ad-
uentu domini/non preueniemus eos
qui dormierunt. Quoniam ipse dñs
in iussu z in voce archangeli z in tu-
ba dei descēdet de celo: et mortui qui
in Christo sunt resurgent primi. De-
inde nos qui viuimus qui relinqui-
mur/simul rapiemur cum illis in nu-
bibus obuiam Christo in aera: z sic
semper cū dño erim⁹. Itaq cōsolami-
ni inuicem in verbis istis.

C.S. Apl's cautos reddit Thessa-
lonicēses de die mortis futura/ac de
die iudicij generalis: z inducit Thes-
salonicēses vt bene se habeant ad pro-
ximum z ad deum. Cap.v.

A De temporibus autem z momen-
tis fratres nō indigetis vt scri-
2.pet.3.c bamus vobis. Ipsi enim diligenter
apoc.3.a. scitis qz dies domini sicut fur in no-
et.16.c. cte/ita veniet. Cū enim dixerint pax
et securitas: tunc repētinus eis su-
perueniet interit⁹/sicut dolor in vte-
ro habētis z non effugiēt. Uos autē
fratres non estis in tenebris: vt vos
dies illa tanq fur cōprehendat: oēs
eñ vos filij lucis estis z filij diei/non
sumus noctis neq tenebrarum. Igit
non dormiamus sicut z ceteri: sed vi-
gilemus z sobrij sim⁹. Qui enim dor-
miunt/nocte dormiūt: z q ebrij sunt/
nocte ebrij sunt. Nos autē qui diei su-
B mus/sobrij simus: induti loricam fi-
Esa.59.c dei z charitatis: z galeam/spem salu-
Eph.6.c. tis: quoniam nō posuit nos deus in
iram: sed in acquisitionē salutis per
dominū nostrū Jesum Christū q mor-
tuus est pro nobis: vt siue vigilemus
siue dormiamus/simul cum illo viua-
C mus. Propter qđ cōsolamini inuicē:
et edificate alterutrū sicut et facitis.
Rogamus autem vos fratres/vt no-
ueritis eos qui laborant inter vos et
presunt vobis in domino/z monent
vos vt habeatis illos abundantius
in charitate propter opus illorū: z pa-
cem habete cum eis. Rogamus au-
tem vos fratres/corripite inquietos/
consolamini pusillanimes/suscipite
infirmos/patientes estote ad oēs.
D Uidete ne quis malum pro malo ali-
Prou.17.c cui reddat: sed semper quod bonum
Ro.12.d. est/sectamini in inuicem et in om-
1.pet.3.b. nes. Semper gaudete. Sine inter-
missione orate. In omnibus gra- Eccl.18.c
tias agite: hec est enim voluntas dei Lu.18.a.
in Christo Jesu in oib⁹ vobis. Spiri-
tum nolite extinguere. Prophetias
nolite spernere. Omnia autē probate:
qđ bonū est/tenete. Ab omni specie
mala abstinete vos. Ipse autē de⁹ pa-
cis sanctificet vos per omnia: vt inte-
ger spirit⁹ vester z anima z corp⁹ sine
querela/in aduentu dñi nostri Jesu
Christi conseruet. Fidelis est qui vo- 1.cor.1.b.
cauit vos: qui etiam faciet. Fratres/
orate pro nobis. Salutate fratres oēs
in osculo sancto. Adiuro vos per do-
minum/vt legat epistola hec oibus
sanctis fratrib⁹. Gratia dñi nostri Je-
su Christi vobiscum. Amen.

Epistola ad Thessalonicenses
prima explicit.

Argumētū in epistolā secundā ad
Thessalonicenses.

AD Thessalonicēses secūdam
scribit epistolā apl's: z notū fa-
cit eis de tēporib⁹ nouissimis/
et de aduersarij deiectione. Scribit
hanc epistolā ab Athenis per Titū
diaconū/z Onesimū acolytum.

Epistola Pauli ad Thessaloni-
censes secunda.

C.S. Gras agit apl's de bona Thes-
salonicēsium cōuersatione orando pro
meliori cōsummatione. Cap.i.



Aul⁹ z Siluan⁹ z Ti- A
mothe⁹ ecclesie Thes-
salonicēsiū in deo pa-
tre nostro z dño Jesu
Christo: gratia vobis
z pax a deo patre nro
et dño Jesu Christo.
Gratias agere debemus semper deo
pro vobis fratres/ita vt dignum est:
quoniam supercrescit fides vestra/z
abundat charitas vniuscuiusq ve-
strum in inuicem: ita vt et nosipsi in B
vobis gloriemur in ecclesijs dei pro
patientia vestra z fide in oibus perse-
cutionibus vestris z tribulationibus
quas sustinetis in exemplum iusti iu-
dicij dei vt digni habeamini in regno
dei. pro quo z patimini. Si tamē iu- C
stum est apud deum retribuere re-
tributionem iis qui vos tribulant: et
vobis qui tribulamini requiem no- D
biscum in reuelatione domini Jesu

de celo cum angelis virtutis eius in
flamma ignis dantis vindictam iis
qui non nouerunt deum: et qui non
obediunt euāgelio domini nostri Je-
D su Christi:qui penas dabūt in interi-
tu eternas a facie domini et a gloria
virtutis eius:cum venerit glorifica-
ri in sanctis suis/et admirabilis fie-
ri in omnibus qui crediderunt: quia
creditum est testimonium nostrum
super vos in die illo in quo etiam ora
mus semper pro vobis/vt dignetur
vos vocatione sua deus noster:⁊ im-
pleat omnem voluntatem bonitatis
sue:et opus fidei in virtute/vt clari-
ficetur nomē dñi nostri Jesu Christi
in vobis:⁊ vos in illo sm̃ gratiā dei
nostri ⁊ dñi Jesu Christi.

¶C.S. Remouet errorē apostol[9] de
aduentu antichristi/de quo viterius
ostendit veritatem. Cap.ii.

A R Ogamus autem vos fratres
27.q.1.c. per aduentum domini nostri
sciendū. Jesu Christi ⁊ nostre cōgrega-
tionis in ipsum:vt nō cito moueami-
ni a vestro sensu/neq terreamini/
neq per spiritū/neq per sermonē/
Eph. 5.b. neq per epistolā tanq per nos mis-
B sam/quasi instet dies domini. Ne qs
vos seducat vllo modo:quoniam ni-
si venerit discessio primum/⁊ reuela-
tus fuerit homo peccati/filius per-
ditionis/qui aduersatur et extolli-
tur supra omne quod dicitur deus/
aut quod colitur:ita vt in templo dei
sedeat/ostendens se tanq sit deus.
Num retinetis q cum adhuc essem
apud vos/hec dicebam vobis? Et
nunc quid detineat scitis/vt reuele-
tur in suo tempore. Nam mysterium
iam operatur iniquitatis/tantum vt
qui tenet nunc teneat/donec de me-
C dio fiat. Et tunc reuelabitur ille ini-
Esa.11.a. quus/quem dominus Jesus interfi-
ciet spiritus oris sui:et destruet illu-
stratione aduentus sui eum/cuius
est aduentus sm̃ operationem satha-
ne/in omni virtute et signis ⁊ prodi-
giis mendacibus/et in omni sedu-
ctione iniquitatis iis qui pereunt/
eo q charitatem veritatis non rece-
perunt/vt salui fierent. Ideo mittet
illis deus operationem erroris/vt
credant mendacio/vt iudicētur om-
nes qui non crediderūt veritati/sed
D consenserunt iniquitati. Nos autem
debemus gratias agere deo semper
pro vobis fratres dilecti a deo:q ele-
gerit vos deus primitias in salu-
tem/in sanctificatione spiritus/et
in fide veritatis. In qua et vocauit
vos per euangelium nostrum/in ac-
quisitionem glorie domini nostri Je-
su Christi. Itaq fratres state:et te-
nete traditiones quas didicistis/si-
ue per sermonem/siue per epistolam
nostram. Ipse autem dominus no-
ster Jesus Christus/et deus ⁊ pater
noster qui dilexit nos/et dedit con-
solationem eternam/et spem bonam
in gratia/exhortetur corda vestra/
et confirmet in omni opere et sermo-
ne bono.

¶C.S. Petit apostolus Thessaloni-
censib[9] orationem suffragii/atq in-
format eos in regeneratione mali/
atq incitat ad laborem manuum.

Capitulum.iii.

D E cetero fratres orate pro no- A
bis:vt sermo dei currat et cla- Eph.6.c.
rificetur/sicut ⁊ apud vos et vt libe- Colo.4.a
remur ab importunis et malis ho-
minibus/non enim omnium est fi-
des. Fidelis autem dominus est/
qui confirmabit vos et custodiet a
malo. Confidimus autem de vobis 26.q.7.c.
fratres in domino:quoniā quecunq ergo.
precipimus/⁊ facitis ⁊ facietis. Do-
minus autem dirigat corda vestra
in charitate dei et patientia Christi.
Denunciamus autem vobis fratres B
in nomine domini nostri Jesu Chri-
sti/vt subtrahatis vos ab omni fra-
tre ambulante inordinate/et non se-
cundum traditionem/quam accepe-
runt a nobis. Ipsi enim scitis quem-
admodū oporteat imitari nos:quo-
niam nō inquieti fuimus inter vos/
neq gratis panem manducauimus
ab aliquo/sed in labore et fatiga- Act.20.g
tione nocte ⁊ die operantes/ne quē 1.cor.4.c
vestrum grauaremus. Non quasi 1.thes.2.b
non habuerimus potestatem/sed vt
nosmetipsos formam daremus vo-
bis ad imitandum nos. Nam ⁊ cum C
essemus apud vos/hec denunciaba-
mus vobis. Quoniam si quis non
vult operari/nec manducet. Audi-
uimus enim inter vos quosdam am-
bulantes inquiete/nihil operantes/
sed curiose agentes. His autem qui
eiusmodi sunt denunciamus et ob-
secramus in domino Jesu/vt cum si-
lentio operātes/suum panē mandu-
cēt. Uos autē fratres nolite deficere Gal.6.c.
benefacientes. Q si qs non obedierit D

verbo nostro per epistolã/hunc nota
te:ꝛ ne cõmisceamini cũ illo vt ↄfun
datur:et nolite quasi inimicũ existi-
mare sed corripite vt fratrẽ. Ipse au
tem de⁹ pacis det vobis pacẽ sempi-
ternã in omni loco. Dñs sit cũ oĩb⁹ vo-
bis. Salutatio mea manu Pauli:qđ
est signũ in omni epistola. ita scribo.
Gratia dñi nostri Jesu Christi cum
omnibus vobis. Amen.

¶ Epistola Pauli ad Thessaloni
censes scđa explicit.

¶ Argumentũ in primã epistolã
Pauli ad Timotheum.

Timotheum instruit ꝛ docet de
ordinatione episcopat⁹ ꝛ dia-
conii ꝛ omnis ecclesiastice disci
pline:scribens ei a Laodicia per Ty
chicum diaconem.

¶ Epistola Pauli ad Timotheũ
prima incipit.

¶ C.S. Timotheũ cõmonet apl's vt
non attendat genealogiis ac legali-
bus obseruãtiis/ac gratias agit deo
prouocatione ad apostolatum: atq;
inducit Timotheũ ad resistẽdum do
ctoribus falsitatis. Cap.i.

A 
aul⁹ apl's Jesu Chri-
sti ſm imperiũ dei sal
uatoris nostri ꝛ Chri-
Act.16.a sti Jesu spei nostre:
Timotheo dilecto fi-
lio in fide/gr̃a ꝛ mise-
ricordia/ꝛ pax a deo
patre ꝛ Christo Jesu dño nr̃o. Sicut
rogaui te vt remaneres Ephesi cum
irẽ in Macedoniã vt denunciares q̃-
busdã ne aliter docerẽt neq; intende
rẽt fabulis ꝛ genealogiis intermina
tis:q̃ questiones prestãt mag' q̃ edi
B ficationẽ dei q̃ est in fide. Finis autẽ
precepti:est charitas de corde puro
ꝛ cõsciẽtia bona ꝛ fide nõ ficta. A q̃-
bus q̃dã aberrãtes:cõuersi sunt in va
niloquiũ:volẽtes esse legis doctores
Ro.7.c. nõ intelligẽtes/neq; q̃ loquunť/neq;
de quib⁹ affirmant. Scim⁹ autẽ quia
bona est lex/si quis ea legitime vtat:
sciẽtes hoc q2 lex iusto nõ est posita:
sed iniustis ꝛ non subditis impiis et
peccatorib⁹/sceleratis ꝛ contamina-
tis/patricidis ꝛ matricidis/homici-
dis/fornicariis/masculoꝝ concubi-
toribus/plagiariis / mendacibus/et
periuris:ꝛ si quid aliud sane doctri-
ne aduersatur que est ſm euangeliũ

glorie beati dei:qđ creditũ est mihi.
Gratias ago ei qui me cõfortauit in
Christo Jesu dño nostro q2 fidelẽ me
existimauit:ponẽs in ministerio qui C
prius blasphem⁹ fui:ꝛ persecutor ꝛ cõ
tumeliosus:sed misericordiã dei con
secut⁹ sum:q2 ignorãs feci in incredu
litate. Superabundauit autẽ gratia
dñi nostri cum fide ꝛ dilectione que
est in Christo Jesu. Fidelis sermo et
omni acceptione dign⁹:q2 Christ⁹ Je
sus venit in hũc mundũ peccatores Mat.9.b
saluos facere/quoꝝ prim⁹ ego sum. Mar.2.c.
Sed ideo misericordiam cõsecutus D
sum:vt in me primo ostẽderet Chri-
stus Jesus omnẽ patiẽtiã:ad infor-
mationem eoꝝ qui credituri sunt illi
in vitã eternã. Regi autẽ seculoꝝ im-
mortali/inuisibili/soli deo honor et
gloria in secula seculoꝝ. Amen. Hoc 23.q.4.c.
preceptum commẽdo tibi fili Timo- q̃ peccat.
thee/ſm precedẽtes in te ꝓphetias: ꝛ ca.quid
vt milites in illis bonam militiã:ha- crudele.
bens fidẽ ꝛ bonã cõsciẽtiã,quã qui-
dam repellentes:circa fidẽ naufra-
gauerunt:ex quib⁹ est Hymeneus et
Alexander:quos tradidi sathane vt
discant nõ blasphemare.

¶ C.S. Instruit apostolus Timo-
theum de actu orãdi ꝛ modo:ac dein
de de oratione loquitur/quo ad popu
lum subiectum. Cap.ii.


bsecro igitur primũ omniũ A
fieri obsecrationes / oratio- 24.q.3.c.
nes / postulationes / gratia- corrip. ſi.
rum actiones pro omnib⁹ hominib⁹/
pro regibus ꝛ oĩbus qui in sublimita
te constituti sunt:vt quietam ꝛ tran
quillã vitã agam⁹ in omni pietate et
castitate. Hoc eñi bonũ est ꝛ acceptũ B
corã saluatore nostro deo:qui omnes
homines vult saluos fieri,ꝛ ad agni
tionem veritatis venire. Unus enim
deus/vnus et mediator dei et homi-
num homo Christ⁹ Jesus:q̃ dedit re-
demptionem semetipsum pro oĩb⁹.
cuius testimoniũ temporib⁹ suis con
firmatum est in quo posit⁹ sum ego
predicator et apostolus. Ueritatem 2.tim.1.c.
dico non mentior:doctor gentium in C
fide et veritate. Uolo ergo viros ora
re in omni loco:leuãtes puras man⁹ 10.dis.ca.
sine ira et disceptatione. Similiter et quoniã.
mulieres in habitu ornato:cum vere-
cũdia ꝛ sobrietate ornãtes se:non in
apparentium. In hac enim testimo-
nium consecuti sunt senes. Fide/in- Geñ.1.a.
telligimus aptata esse secula verbo
dei: vt ex inuisibilib⁹ visibilia fierent.
Fide plurimã hostiam abel ꝗ cayn Geñ.4.a.
obtulit deo: p quã testimoniũ cõsecu-
tus est esse iustus testimoniũ phibẽ- mat.23.d.
te muneribus eius deo/ et p illã defun
ctus adhuc loquit. Fide/enoch trãs- Geñ.5.c.
latus est ne videret mortẽ ⁊ nõ inue- ec.44.c.
niebatur: qꝛ transtulit illum dñs. an-
te translationẽ eñ/testimonium ha-
buit placuisse deo. Sine fide aũt im-
possibile est placere deo. Credere eñ B
oportet accedentẽ ad deum qꝛ est/ et
inquirẽtibus se remunerator sit. Fi-
de Noe responso accepto de iis que Geñ.6.c.
adhuc nõ videbãtur: metuens/apta- ec.44.c.
uit arcã in salutẽ domus sue/ p quam
dãnauit mundũ: et iustitie ꝗ p fidem
est/heres est institutus. Fide qui vo-
catur abraam obediuit/in locũ exi- geñ.12.a.
re quẽ accepturus erat in hereditã-
tem: et exiit nesciens quo iret. Fide/
demoratus est in terra repromissio-
nis tãꝗ in aliena: in casulis habitan
do cũ isaac et iacob coheredibus re- C
promissionis eiusdẽ. Expectabat eñ
fundamenta habentẽ ciuitatẽ: cuius
artifex et cõditor/deus. Fide et ipsa geñ.18.a.
sara sterilis virtutem in cõceptione
seminis accepit/etiaꝫ preter tps eta-
tis: qñ fidelẽ credidit esse eũ qui re-
promiserat. Propter qḋ et ab vno or geñ.17.e.
ti sunt: et hoc emortuo: tãꝗ sydera
celi in multitudinem: et sicut arena
ꝗ est ad orã maris innumerabilis. Iu-
xta fidem defuncti sunt oẽs isti/non
acceptis repromissionibus: sed a lon
ge eas aspiciẽtes et salutãtes et con
fitẽtes qꝛ peregrini et hospites sunt
sup terrã. Qui eñ hec dicunt: signifi D
cãt se patriam inquirere. Et si quidẽ 23.q.4.c.
ipsius meminissent de qua exierunt: si eccles.
habebant vtiqꝫ tps reuertendi. nunc
aũt meliorẽ appetũt/id est celestem.
Ideo non confunditur deus vocari
deus eorũ: parauit eñ illis ciuitateꝫ.
Fide obtulit abraam isaac: cũ tenta- Ge.22.a.

ec.44.d retur: et vnigenitũ offerebat in quo
susceperat repromissiones. ad quẽ di
Gen.21.b ctũ est: q: in Isaac vocabit tibi semẽ/
Ro.9.b. arbitrãs: quia ꝛ a mortuis suscitare
potens est deus. vnde eum ꝛ in para
Ge.27.d. bolam accepit. Fide et de futuris be
et.f. nedixit Isaac/Jacob/ꝛ Esau. Fide ꝛ
Ge.48.c. Jacob moriẽs singulos filioꝝ Joseph
benedixit: et adorauit fastigiũ virge
Ge.50.d. eius. Fide Joseph moriens de profe
ctione filioꝝ Israel memoratus est/ꝛ
Exo.22.a de ossib⁹ suis mandauit. Fide Moy
ses natus occultatus est mensib⁹ tri
bus a parentibus suis: eo ꝙ vidissent
elegantem infantẽ/ꝛ non timuerunt
E regis edictũ. Fide Moyses grandis
Exo.1.c. fact⁹/negauit se esse filium filie pha
Exo.2.b. raonis magis eligẽs affligi cũ popu
lo dei ꝙ tẽporalis peccati habere io
cunditatẽ/maiores diuitias estimãs
thesauro Egyptioꝝ/improperiũ chri
sti: aspiciebat eñi in remunerationẽ.
Fide reliquit Egyptũ: nõ verit⁹ ani
mositatẽ regis/inuisibilem eñi tanꝗ̃
Exo.12.d. videns sustinuit. Fide celebrauit pa
scha ꝛ sanguinis effusionẽ: ne qui va
stabat primitiua tangeret eos. Fide
Exo.14.e transierũt mare rubꝛũ tanꝗ̃ per ari
F dam terrã: qḋ experti Egyptii/deuo
Jos.5.c. rati sunt. Fide muri hiericho corrue
runt/circuitũ dieꝝ septẽ. Fide Ra
Jos.6.d. ab meretrix nõ periit cũ incredulis:
et.2.a. excipiẽs exploratores cum pace. Et
quid adhuc dicã? Deficiet eñi me tẽ
pus enarrantem de gedeon/barach/
Samson/Jepte/Dauid/Samuel/et
prophetis: qui per fidem vicerunt re
gna/opati sunt iustitiã/adepti sunt
repromissiones/obturauerũt ora leo
num/extinxerũt impetũ ignis/effu
gauerũt aciẽ gladii/conualuerũt de
D infirmitate/fortes facti sunt in bel
lo/castra verterunt exteroꝝ/accepe
runt mulieres de resurrectione mor
tuos suos: alii autẽ distenti sunt/non
suscipiẽtes redemptionem/vt melio
rem inuenirent resurrectionem. Alii
vo ludibria et verbera experti/insu
per et vincula/et carceres/lapidati
sunt/secti sunt/temptati sunt/in occi
sione gladii mortui sunt: circuierunt
in melotis/in pellibus caprinis/egẽ
tes/angustiati/afflicti/quib⁹ dignus
nõ erat mũdus: in solitudinib⁹ erran
tes/in montibus ꝛ speluncis/ꝛ in ca
uernis terre. Et hi omnes testimo
nio fidei probati non acceperunt re
promissionem/deo pro nobis melius
aliquid prouidẽte: vt non sine nobis
consummarentur.

¶C.S. Inducit apostolus ad mala
pene tolleranda/ac mala culpe vitan
da: ostendens conditiones legis ve
teris atꝗ̃ noue. Cap.xii. A

Ideoꝗ̃ ꝛ nos tantam habẽtes Ro.6.a.
impositã nubẽ testiũ: deponẽ Colos.3.b
tes omne pond⁹ ꝛ circunstã Eph.4.e
nos peccatum/per patiẽtiam curra 1.Pe.2.et
mus ad propositum nobis certamẽ/ 4.a.
aspicientes in auctorẽ fidei ꝛ cõsum
matorem Jesum: qui proposito sibi
gaudio sustinuit crucẽ/cõfusione cõ
tẽpta/atꝗ̃ in dextera sedis dei sedet.
Recogitate enim eum qui talẽ susti
nuit a peccatoribus aduersus semet
ipsum cõtradictionem/vt ne fatige B
mini animis vestris deficiẽtes. Nõ
dum eñi vsꝗ̃ ad sanguinẽ restitistis
aduersus peccatum repugnantes/ꝛ
obliti estis consolationis que vobis
tanꝗ̃ filiis loquit dicẽs. Fili mi/no Puer.3.b.
li negligere disciplinã dñi: neꝗ̃ fati Apoc.3.d
geris dum ab eo argueris. Quẽ enim 23.q.4.c.
diligit dñs/castigat: flagellat autem vidicta.
omnẽ filium quẽ recipit. In discipli
na perseuerate. Tanꝗ̃ filiis vobis of
fert se deus: quis eñi filius quem nõ
corripit pater? Qḋ si extra discipli C
nam estis/cui⁹ participes facti sunt
omnes: ergo adulteri ꝛ nõ filii estis.
Deinde patres quidẽ carnis nostre
eruditores habuimus/et reuereba
mur eos: num multo magis obtempe
rabim⁹ patri spirituum ꝛ viuemus?
Et illi quidẽ in tẽpore paucoꝝ dieꝝ
ꝓm voluntatẽ suam erudiebant nos:
hic autẽ ad id qḋ vtile est in recipien
do sanctificationem ei⁹. Ois autem 49.dis.c.
disciplina in presenti quidẽ videtur hic etenim.
non esse gaudii/sed meroris: postea V.claud⁹.
autẽ fructũ pacatissimũ exercitatis D
per eam reddet iustitie. Propter qḋ
remissas manus et soluta genua eri
gite: ꝛ gressus rectos facite pedibus
vestris: vt non claudicãs quis erret/ Ro.12.d.
magis autẽ sanet. Pacem sequimini
cũ oĩbus ꝛ sanctimoniã/sine qua ne
mo videbit deũ. Contẽplãtes ne quis
desit gratie dei/ne qua radix amari
tudinis sursum germinans impediat/
et per illã inquinent multi/ne qs for
nicator aut ꝓphanus vt Esau: qui ꝓ
pter vnam escam vendidit primitiua Gen.25.d
sua. Scitote eñi qm̃ ꝛ postea cupiens E
hereditare benedictionẽ/reprobat⁹ Gen.26.f
est: non enim inuenit penitẽtie locũ/

Exo.19.b quã cum lachrymis inquisisset eam.
et.20.c. Non enim accessistis ad tractabilẽ & accessibilem ignem/ & turbinem/ & caliginem/ & procellam/ & tube sonum/ & vocem verboꝝ: quam qui audierũt/ excusauerũt se/ ne eis fieret verbum.
Exo.19.c Non eñ portabant qđ dicebat. Et si bestia tetigerit montẽ/ lapidabit. Et ita terribile erat qđ videbat. Moyses dixit. Exterritus sum & tremebundus. Sed accessistis ad sion montẽ/
F & ciuitatẽ dei viuẽtis Hierusalẽ celestem/ et multoꝝ miliũ angeloꝝ frequentiã/ & ecclesiã primitiuoꝝ q̃ conscripti sunt in celis/ & iudicẽ omniũ deũ/ & spirit⁹ iustoꝝ perfectoꝝ/ & testamenti noui mediatorẽ Jesum/ & sanguinis aspersionẽ melius loquẽtem
G q̃ Abel. Uidete ne recusetis loquentem. Si eñ illi non effugerunt/ recusantes eũ q̃ sup terrã loquebat: multo magis nos q̃ de celis loquẽtem nobis auertim⁹: cui⁹ vox mouit terram tunc/ nunc autẽ repromittit dicens.
Agg.2.b. Adhuc semel: & ego mouebo nõ solũ terrã/ sed & celum. Q̃ð autẽ adhuc semel dicit: declarat mobilium translationẽ tanq̃ factoꝝ/ vt maneant ea q̃ sunt immobilia. Itaq3 regnũ immobile suscipientes/ habem⁹ gratiã: per quam seruiamus placentes deo cum metu & reuerentia: etenim de⁹ noster
Deu.4.d ignis consumens est.

¶ C. S. Hortat aplˢ ad operandum bonum erga proximos/ seipsos/ atq3 prelatos: ac pro se orandum petit/ et sue orationis beneficium impartitur cum salutatione. Cap. xiii.

A
Ro.12.c. Charitas fraternitat̃ maneat in vobis. Et hospitalitatẽ no-
1.pe.4.c. lite obliuisci. Per hanc enim placuerũt quidã angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum tanq̃ simul vincti: & laborãtiũ tanq̃ & ipsi in corpore morãtes. Honorabile connubium in oibus: & thorus immaculatus. Fornicatores eñ et adulteros iudicabit de⁹. Sint mores sine auaricia/ contẽti presentib⁹. ipse eñ dixit.
Jos.1.a. Non te deserã neq3 derelinquã: ita vt
B confidẽter dicamus. Dñs mihi adiu-
Ps.117.a. tor: non timebo quid faciat mihi ho-
11.dis.ca. mo. Mementote prepositorum vestroꝝ
Nolite, qui vobis locuti sunt verbũ dei: quoꝝ intuentes exitũ conuersationis/ imitamini fidem. Jesus Christus heri et hodie: ipse et in secula. Doctrinis varijs & pegrinis/ nolite abduci. Optimum est eñ gratia stabilire cor/ non escis que non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere non habent potestatem qui ta-
bernaculo deseruiunt. Quoꝝ eñ ani- Nu.19.a.
malium infertur sanguis p peccato in sancta per pontificẽ: hoꝝ corpora cremant extra castra. Propter qđ et Jesus vt sanctificaret per suũ sanguinem populũ/ extra portã passus est. Exeamus igit ad eum extra castra:
improperium eius portãtes. Nõ eñ C
habemus hic manentẽ ciuitatẽ: sed Mich.2.c
futuram inquirim⁹. Per ipsum ergo offeram⁹ hostiã laudis semper deo/ id est fructũ labioꝝ cõfitentiũ nomini eius. Beneficentie autẽ & cõmunicationis nolite obliuisci: talib⁹ enim hostijs promeret deus. Obedite prepositis vestris/ et subiacete eis: ipsi eñ peruigilant quasi rationẽ p animabus vestris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciant/ & non gemẽtes: hoc enim nõ expedit vobis. Orate p nobis. confidimus enim q2 bonã cõsciẽtiam habem⁹: in oib⁹ bene volẽtes cõuersari. Amplius autẽ deprecor vos hoc facere/ quo celerius restituar vo-
bis. Deus autem pacis qui eduxit de D
mortuis pastorẽ magnũ ouiũ in sanguine testamenti eterni/ dñm nostrũ Jesum Christũ/ aptet vos in omni bono vt faciatis ei⁹ voluntatẽ faciẽs in vobis qđ placeat corã se per Jesum Christũ/ cui est gloria in secula seculoꝝ. Amẽ. Rogo autẽ vos fratres vt sufferatis verbũ solatij. Etenim per paucis scripsi vobis. Cognoscite fratrẽ nostrũ Timotheũ dimissum: cum quo (si celerius venerit) videbo vos. Salutate omnes prepositos vestros et omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

¶ Epistola Pauli ad Hebreos explicit.

¶ Prefatio beati hieronymi presbyteri in librũ Actuũ aploꝝ incipit.

Canit psalmista: ambulabunt de Fo.83.
virtutib⁹ in virtutes. Post apostoli Pauli epistolas dudũ vno vobis volumine trãslatas domnion & rogatione charissimi: actus aploꝝ cõpellitis vt transferam in latinũ: quẽ librum nulli dubium est a Luca antiocheno arte medico: qui postea inseruiẽs Paulo apostolo Christi fact⁹ est

discipulus fuisse editũ. Ceruices pre
mit imposita sepe⁹ oneris magnitu-
doq; studia liuidorꝫ reprehensione
digna putãt ea que scribimus. Illorũ
nunq̃ odiorꝫ detractione/iniuãte christo
meũ silebit eloquiũ. Act⁹ aposto-
lorꝫ nudã quidẽ vident sonare histo-
riã/ꝛ nascẽtis ecclesie infantiã texe-
re: sed si nouerim⁹ scriptorẽ eorꝫ Lu-
cam esse medicũ cui⁹ laus est in euã-
gelio animaduertim⁹ pariter omnia
verba illius anime languentis esse
medicinam.

¶ Prologus incipit.

Lucas Antiochensis natione
Syrus: cuius laus in euange-
lio canit: apud antiochiã me-
dicine artis egregius/ꝛ aplorꝫ. Christi
discipulus fuit: postea vsq; ad cõ-
fessionẽ Paulũ secut⁹ apostolũ: sine
crimine i virginitate permanẽs: deo
maluit seruire. Qui septuaginta et
quatuor annos etatis agens in bithi
nia obiit plen⁹ spiritusancto: quo in-
stigãte in Achaie partib⁹ euangeliũ
scribẽs grecis fidelib⁹ incarnationẽ
dñi fideli narratione ostendit: eum-
dẽq; ex stirpe Dauid descẽdisse mon
strauit. Cui nõ immerito scribẽdorũ
actuũ apostolorꝫ potestas in ministe
rio datur: vt deo in deũ pleno/ꝛ filio
pditionis extincto oratione ab aplis
facta/sorte dñice electionis numer⁹
cõpleret. Sicq; Paul⁹ consummationẽ
aplicis actib⁹ daret: q̃diu contra stimu
lum calcitrantẽ dñs elegisset. Qđ le-
gẽtib⁹ ꝛ reqrẽtib⁹ deũ breui poti⁹ vo-
lui ostẽdere sermone q̃ plixi⁹ aliqd
fastidiẽtib⁹ pdidisse: sciẽs q operan
tem agricolã oporteat pmũ de suis
fructib⁹ edere. Quẽ ita diuina subse-
cuta est grã: vt nõ solũ corporib⁹ sed
etiã aiab⁹ ei⁹ pficeret medicina.

¶ Liber Actuum apostolorꝫ beati
Luce euangeliste.

¶ C. S. Precepit Christus discipulis
ne discedãt ab Hierusalẽ: ac ponitur
ascẽsio Christi in celum ꝛ electio ma-
thie in locũ Jude. Cap. i.

A
Lu. 24. b Primũ quidẽ sermonẽ
feci de oib⁹ o theophile: quae cepit Jesus face
re ꝛ docere vsq; in diẽ
qua precipiẽs aposto-
lis per spiritũ sanctũ/
quos elegit assumptus
est: quibus et prebuit seipsum viuum
post passionem suam in multis argu
mentis per dies quadraginta appa
rens eis/et loquens de regno dei. Et
cõuescens precepit eis ab Hierosoly
mis ne discederent/sed expectarent
promissionẽ patris. Quam audistis Lu. 24. b
(inquit) per os meũ: qr Johãnes qdẽ
baptizauit aqua: vos autem baptiza-
bimini spiritu sancto non post mul-
tos hos dies. Igitur qui conuenerant/
interrogabãt eum dicẽtes. Dñe si in 11. q. 3. ca.
tẽpore hoc restitues regnum Israel? estimant.
Dixit autẽ eis. Non est vestrum nos-
se tempora vel momenta que pater de cõse. di.
posuit in sua potestate: sed accipie- 5. ca. ieiu
tis virtutem superuenientis spiritus niũ. in fi.
sancti in vos: et eritis mihi testes in
hierlm ꝛ in omni iudea ꝛ samaria: et
vsq; ad vltimũ terre. Et cũ hec dixis-
set/videntib⁹ illis eleuatus est: ꝛ nu- Lu. 24. b
bes suscepit eũ ab oculis eorꝫ. Cumq; B
intuerent in celum euntẽ illum/ecce
duo viri astiterunt iuxta illos in ve-
stibus albis: qui ꝛ dixerũt. Viri gali-
lei/quid statis aspicientes in celum?
hic Jesus qui assumptus est a vobis
in celũ/sic veniet quẽadmodum vidi-
stis eum euntẽ in celum. Tunc reuer
si sunt Hierosolymã a monte qui vo-
cat oliueti/q̃ est iuxta Hierusalem/
sabbati habẽs iter. Et cũ introissent
in cenaculum/ascenderũt vbi mane-
bat Petr⁹ ꝛ Johannes ꝛ Jacobus et
Andreas/Philipp⁹ ꝛ Thomas/Bar
tholomeus ꝛ Matthe⁹/Jacobus al-
phei ꝛ Simon zelotes ꝛ Judas iaco-
bi. Hi oẽs erant perseuerãtes vnani-
miter in oratione et obsecratione cũ
mulierib⁹/ꝛ Maria matre Jesu ꝛ fra
tribus eius. In diebus illis exurgẽs
Petrus in medio fratrũ dixit. (Erat C
autẽ turba hominũ simul fere centum
viginti.) Viri fratres/oportet imple
ri scripturã quã predixit spirit⁹ san-
ct⁹ per os Dauid de Juda q̃ fuit dux Ps. 40. c.
eorꝫ qui cõprehenderunt Jesum: qui Joh. 18. a.
connumeratus erat in nobis/ꝛ sorti
tus erat sortẽ ministerij hui⁹. Et hic
quidẽ possedit agrũ de mercede ini-
quitatis: et suspẽsus crepuit medi⁹/ mat. 27. a
et diffusa sunt oia viscera eius. Et no-
tum factũ est omnibus habitantib⁹
Hierlm: ita vt appellaretur ager ille
lingua eorũ acheldema/hoc est ager
sanguinis. Scriptũ est enim in libro D
psalmorꝫ. Fiat cõmoratio eorꝫ deser- Ps. 68. c.
ta: ꝛ non sit qui inhabitet in ea/ꝛ epi Ps. 108. b.
scopatum ei⁹ accipiat alter. Oportet

ergo ex his viris qui nobiscum sunt
cōgregati in omni tēpore: quo intrauit
et exiuit inter nos dñs Jesus/incipiēs
a baptismate Johānis vsq; in diem
qua assumptus est a nobis/testē resur-
rectiōis eius nobiscū fieri vnū ex istis.
Et statuerūt duos/Joseph qui vocabat
Barsabas qui cognominatus est iustus/et
Mathiā. Et orātes/dixerut. Tu dñe
qui corda nosti oim. ostēde quē elegeris
21.dis.c.1. ex his duob' vnū accipere locū mini-
in princi. sterij huius et apostolatus de quo preuari-
26.q.2.§. catus est Judas vt abiret in locū suū.
1.et ca. nō Et dederūt sortes eis: et cecidit sors
stat.et co. super Mathiam/et annumeratus est
nō exēplo cum vndecim apostolis.

¶ C.S. Mittitur spiritus sanctus in apo-
stolos qui loquuntur varijs linguis:
mirantur Judei: ac Petrus decla-
rat veritatem inuitando Judeos ad
fidem/atq; baptizantur tria milia il-
lorum. Cap.ii.

A Et cum complerentur dies pen-
tecostes erāt omnes pariter in
eodem loco: et factus est repēte de ce-
lo sonus/tanq; aduenientis spiritus
vehementis: et repleuit totam domū
vbi erant sedentes. Et apparuerunt
illis dispertite lingue tanq; ignis/se-
ditq; super singulos eorū: et repleti
sunt omnes spiritu sancto/et ceperūt
loqui varijs linguis prout spiritus
sanctus dabat eloqui illis. Erant au-
tem in hierusalē habitātes Judei vi-
ri religiosi ex omni natione que sub ce-
lo est. Facta autē hac voce/conuenit
multitudo et mente confusa est quo-
niā audiebat vnusquisq; lingua sua
illos loquētes. Stupebāt autē oēs: et
mirabantur adinuicē dicētes. Nonne
ecce omnes isti qui loquuntur galilei
sunt: et quomodo nos audiuimus vnus-
quisq; linguā nostrā in qua nati sumus?
Parthi et medi et elamite/et qui ha-
B bitāt mesopotamiā: Judeā et cappa-
dociam: pontū et asiam: phrygiam et
pamphyliam: Egyptum et partes li-
bye que est circa cyrenem et aduene
Romani: Judei quoq; et proseliti/cre-
tes et arabes: audiuimus eos loquētes
nostris linguis magnalia dei. Stupe-
bant autē omnes et mirabantur adin-
uicē dicentes. Quidnā vult hoc esse?
Alij autē irridētes dicebant: quia mu-
sto pleni sunt isti. Stans autē Petrus
cum vndecim leuauit vocem suam/et
locutus est eis. Viri Judei et qui ha-
bitatis Hierusalē vniuersi hoc vobis
notum sit: et auribus percipite vba mea.
Non enī sicut vos estimatis hi ebrij C
sunt cum sit hora diei tertia: sed hoc
est quod dictū est per prophetā Joel. Et
erit in nouissimis diebus: dicit dñs: ef- Joel.2.g.
fundā de spiritu meo super omnē car-
nem: et prophetabunt filij vestri et fi-
lie vestre: et iuuenes vestri visiones
videbūt/et seniores vestri somnia som-
niabūt. Et quidē super seruos meos/
et super ancillas meas in diebus illis
effundam de spiritu meo et prophe-
tabunt: et dabo prodigia in celo sur-
sum et signa in terra deorsum/sangui-
nem et ignē et vaporē fumi. Sol con-
uertetur in tenebras/et luna in san-
guinē anteq; veniat dies dñi magnus
et manifestus. Et erit: omnis quicunq; Ro.10.c.
inuocauerit nomē domini: saluus erit.
Viri israelite audite vba hec. Jesum
nazarenū virum approbatū a deo in
vobis virtutibus et prodigijs et si-
gnis que fecit deus per illū in medio D
vestri sicut vos scitis: hūc definito cō-
silio et prescientia dei traditū per ma-
nus iniquorum affigētes: interemistis
quem deus suscitauit solutis doloribus
inferni: iuxta quod impossibile erat
teneri illū ab eo. Dauid enim dicit in
eum. Prouidebam dominū in cōspe- Ps.15.c.
ctu meo semper: quoniā a dextris est
mihi ne cōmouear. propter hoc leta-
tum est cor meū/et exultauit lingua
mea: insuper et caro mea requiescet E
in spe. Quoniam nō derelinques ani-
mam meā in inferno: nec dabis san-
ctū tuum videre corruptionē. Notas
mihi fecisti vias vite: replebis me io-
cūditate cū facie tua. Viri fratres: li-
ceat audēter dicere ad vos de patriar- 3.Re.2.b
cha Dauid/quoniam defunctus est
et sepultus est: et sepulchrum eius est
apud nos vsq; in hodiernū diē. Pro-
pheta igitur cū esset et sciret quia iu- Ps.131.c.
reiurando iurasset illi deus de fru-
ctu lumbi eius sedere super sedē eius:
prouidens locutus est de resurrectio-
ne Christi: quia neq; derelictus est in
inferno/neq; caro eius vidit corru-
ptionem. Hunc Jesum resuscitauit
deus/cuius nos omnes testes sumus.
Dextera igitur dei exaltatus/et pro-
missione spiritus sancti accepta a pa-
tre effudit hoc donū quod vos videtis
et auditis. Nō enim Dauid ascēdit in F
celū: dicit autē ipse: Dixit dñs domi- Ps.109.a.
no meo: sede a dextris meis. Donec
ponam inimicos tuos: scabellum pe-

dum tuorum. Certissime sciat ergo
ois domus israel qz et dñm eum / et
christū fecit deus hunc iesum quem
vos crucifixistis. His autem auditis
cōpuncti sunt corde: et dixerūt ad pe
trū τ ad reliquos apostolos. Quid
faciemus viri fratres? Petrus autē
ad illos. Penitentiā (inquit) agite τ
baptizetur vnusquisqꝫ vestrū in no
mine iesu christi i remissionē pecca
torū vestrorum: τ accipietis donū spi
ritus sancti. Uobis enim est repro
missio τ filijs vestris / et oibus q̄ lon
ge sunt: quoscunqꝫ aduocauerit dñs
deus noster. Alijs etiā verbis pluri
mis testificatus est τ exhortabat eos
B dicens. Saluamini a gñatione ista
praua. Qui ergo receperūt sermonē
eius baptizati sunt: τ apposite sunt
in die illa / anime circiter tria milia.
Erant aūt perseuerantes in doctri
na apostolorum τ communicatione fra
ctionis panis τ orationibus. Fiebat
aūt omni anime timor: multa quoqꝫ
prodigia et signa per apostolos fie
bant in hierusalem / τ metus erat ma
gnus in vniuersis. Oēs etiā q̄ crede
bant erāt pariter / et habebāt omnia
cōmunia. Possessiōes τ substantias
vendebāt / et diuidebāt illa oibus: prout
cuiqꝫ opus erat. Quotidie quoqꝫ
perdurantes vnanimiter in tēplo / τ
frangētes circa domos panē / sume
bant cibū cū exultatione τ simplici
tate cordis / collaudantes deū: τ ha
bentes gratiam ad omnem plebem.
Dominus autem augebat qui salui
fiebant quotidie in idipsum.

C.C.S. Sanat petrus claudum: do
cet israelitas de glorificatione chri
sti ac eius resurrectione. Capm. iii.

A .s.4.c. et 14.b. Petrus autem τ iohānes ascē
debant in templū: ad horam
orationis nonā. Et quidā vir
qui erat claudus ex vtero matris sue
baiulabatur: quē ponebant quotidie
ad portā tēpli que dicit Speciosa vt
peteret elemosynā ab introeūtibus
in tēplum. Is cū vidisset petrū et io
hānē incipientes introire in templuz
rogabat vt elemosynam acciperet.
Intuens aūt in eū petrus cū iohā ne
dixit. Respice in nos. At ille intēde
bat in eos: sperans se aliquid acce
pturū ab eis. Petrus autē dixit. Ar
gentū τ aurū non est mihi: qd̄ autez
habeo hoc tibi do. In noīe iesu chri
B sti nazareni surge: τ ambula. Et ap

prehēsa manu eius dextera alleuauit .s.9.f.
eū: τ protinus consolidate sūt bases eius
τ plāte. Et exiliens stetit et ambula
bat: τ intrauit cū illis in tēplū ambu
lās τ exiliēs τ laudans deū. Et vidit
ois pplūs eū ambulantē: τ laudantez
deū. Cognoscebāt aūt illū qm̄ ipse erat
q̄ ad elemosynā sedebat ad speciō
sam portā tēpli: τ impleti sunt stupo
re τ extasi in eo qd̄ contigerat illi. Cuz
viderēt autē petruz τ iohannē cucur
rit ois populus ad eos ad porticum
q̄ appellat salomonis stupentes. Ui
dens autē petrus: respōdit ad pplm.
Uiri israelite quid miramini in hoc
aut nos q̄d intuemini q̄si nra virtu
te aut potestate fecerimus hūc ābula
re? Deus abraā / τ deus isaac, τ deus ia
cob / deus patrū nostrorum glorificauit C
filium suū iesum quem vos quidem
tradidistis τ negastis ante faciē pi mat.27.c.
lati iudicāte illo dimitti. Uos aūt sā mar.15.b.
ctū et iustū negastis / τ petistis viruz Luc.23.c.
homicidā donari vobis: authorē ve Jo.18.g.
ro vite interfecistis quē deus suscita
uit a mortuis cuius nos testes sumus.
Et in fide nominis eius hūc quē vos
videtis τ nostis confirmauit nomē eius
τ fides q̄ per eū est / dedit integrā sa
nitatē istā in cōspectu oim vestrum. D
Et nūc fratres scio qz per ignorātiā
fecistis: sicut τ pncipes vestri. Deus
aūt q̄ pnūciauit per os omniū suorū
prophetarū pati christū suuz ipleuit
sic. Penitemini igitur τ conuertimini
vt deleantur peccata vestra: vt cum
venerint tēpora refrigerij a conspe
ctu dñi: τ miserit eū qui predicatus est
vobis iesum christū quē oportet qui
dem celū suscipere vsqꝫ in tēpora re
stitutionis oim que locutus est deus
per os sanctorum suorum a seculo prophetā
rum. Moyses quidem dixit. Qm̄ pro deu.18.c.
phetā suscitabit vobis dñs deus ve
ster de fratribus vestris tanqꝫ me ip
sum audietis iuxta omnia quecūqꝫ
locutus fuerit vobis. Erit autez: ois
anima que nō audierit prophetā il
lum / exterminabit de plebe. Et omnes
prophete a samuel τ deinceps q̄ lo
cuti sunt: etiā annunciauerunt dies
istos. Uos estis filij prophetarum τ
testamenti qd̄ disposuit deus ad pa
tres nostros dicens ad abraā. Et in
semine tuo benedicentur omnes fa
milie terre. Uobis primum deus su Ge.22.d.
scitans filium suum: misit eum be
nedicentem vobis: vt conuertat se

vnusquisq; a nequitia sua.
¶ C.S. Ponit inuidia sacerdotū cō-
tra apostolos ac petri responsio cuȝ
deuota oratione credentium ac san-
cta conuersatione. Capitulū.iiij.
A Loquentibus autē illis ad popu
lum superuenerunt sacerdotes
⁊ magistratus tēpli et sadducei dolē
tes q̄ docerēt populum et annūcia-
rent in iesū resurrectionem ex mor-
tuis: ⁊ iniecerunt in eos man⁹ ⁊ po-
suerunt eos in custodiam in crasti-
.J.5.c. num: erat autē iam vespera. Multi
autē eoꝝ qui audierant verbū/credi
derūt: ⁊ factus est numerus viroꝝ
quinq; milia. Factū est autē in cra-
stinum vt ꝯgregarent principes eo-
rū ⁊ seniores ⁊ scribe in hierusalē et
ānas princeps sacerdotū ⁊ caiphas
⁊ iohānes/⁊ alexander: et quotquot
erāt de genere sacerdotali. Et statuē
B tes eos in medio interrogabāt: In q̄
virtute: aut in quo nomine fecistis
hoc vos? Tunc petr⁹ replet⁹ spiritu
sctō dixit ad eos. Pricipes ppli ⁊ se-
niores isrl' audite si nos hodie diiu-
dicamur in bñfacto hois infirmi/in
quo iste saluus fact⁹ est: notū sit oī-
bus vobis ⁊ oī plebi israel/ q2 in no-
mine dñi nostri iesu christi nazare-
ni quem vos crucifixistis /quē deus
suscitauit a mortuis: ī hoc iste astat
Ps.117.d. corā vobis sanus. Hic est lapis qui
mat.21.d. reprobat⁹ est a vobis edificantibus/
mar.12.a. qui factus est in caput anguli: ⁊ nō
luc.20.c. est in alio aliq̄ salus. Nec eñi aliud
esa.28.d. nomen est sub celo datū hominibus
1.pe.2.a. in quo oporteat nos saluos fieri. Ui-
Ro.9.g. dentes aūt petri constantiā ⁊ iohan
C nis/cōperto q̄ hoies essent sine litte-
ris ⁊ idiote admirabant ⁊ cognosce-
bant eos quoniā cū iesu fuerant: ho-
minē quoq; vidētes stanteȝ cum eis
qui curatus fuerat nihil poterant
ꝯtradicere. Iusserunt aūt eos foras
extra cōsiliū secedere: ⁊ cōferebant
adinuicē dicentes. Quid faciem⁹ ho
minibus istis? quoniā quidem notū
signū factum est per eos oib⁹ habi-
D tātibus hierusalem: manifestū est: ⁊
non possumus negare. Sed ne am-
plius diuulgetur in populum com-
minemur eis /ne vltra loquantur in
nomine hoc vlli hominuȝ. Et vocan
tes eos denūciauerūt ne oīno loque
rent neq; docerent in noīe iesu. Pe-
trus vero ⁊ iohānes respōdentes: di
xerūt ad eos. Si iustū est in ꝯspectu
dei vos poti⁹ audire q̄ȝ deū iudicate:
nō eñi possum⁹ q̄ vidim⁹ et audiui-
mus nō loq̄. At illi ꝯminātes dimise
rūt eos: nō inuenientes quō punirent
eos propter pplȝ / quia oēs glorifica
bant deū in eo qđ acciderat. Annoꝝ
eñi erat ampli⁹ quadraginta homo ī
quo factū fuerat signū istō sanitatis. E
Dimissi aūt venerunt ad suos: ⁊ an-
nunciauerūt eis quanta ad eos prin
cipes sacerdotū ⁊ seniores dixissent.
Qui cū audissent vnanimiter leua-
uerūt vocem ad deū ⁊ dixerūt. Dñe:
tu de⁹ qui fecisti celū ⁊ terrā: mare ⁊
oīa que in eis sunt: q̄ spiritu sancto
per os patris nostri dauid pueri tui
dixisti. Quare fremuerunt gentes: ⁊ Ps.2.a.
populi meditati sunt inania? Astite
runt reges terre ⁊ principes cōuene
runt in vnū aduersus dñm: ⁊ aduer
sus christū eius. Conuenerunt enim F
vere ī ciuitate ista aduersus sanctū
puerum tuū iesum quē vnxisti/hero
des ⁊ pontius pilatus cū gentib⁹ et
populis israel facere q̄ manus tua ⁊
cōsiliū tuū decreuerūt fieri. Et nunc
dñe respice ī minas eoꝝ: ⁊ da seruis
tuis cū omi fiducia loqui verbū tuuȝ
in eo q̄ manū tuā extendas ad sani-
tates ⁊ signa ⁊ prodigia fieri per no
men sancti filij tui iesu. Et cum oras
sent mot⁹ est locus in quo erāt cōgre
gati: ⁊ repleti sunt oēs spiritu sctō: ⁊
loquebantur verbū dei cum fiducia.
Multitudinis aūt credentium erat
cor vnū ⁊ aīa vna: nec quisq̄ȝ eorum G
q̄ possidebat aliq̄d suū esse dicebat: 8.di.§.1.⁊
sed erant illis oīa ꝯmunia. Et vtute 1.q.2.§.1.
magna reddebant apostoli testimo De sum.
niū resurrectionis iesu christi domi- tri.c.dam
ni nostri: ⁊ gratia magna erat in oī- namus.
bus illis. Neq; eñi quisq̄ȝ egens erat 1.q.1.ca.
inter illos. Quotquot enim possesso pastor ec-
res agroꝝ aut domoꝝ erant vēden clesie.
tes afferebāt precia eoꝝ q̄ vēdebāt ⁊
ponebāt añ pedes apostoloꝝ. Diui-
debat aūt singulis prout cuiq; opus
erat. Ioseph aūt qui cognominatus
est barnabas ab apostolis (quod est
interpretatū filius ꝯsolationis) leui
tes: cyprius gñe cū haberet agrū vē
didit eum ⁊ attulit precium: ⁊ posuit
ante pedes apostolorum.
¶ Ca.S. Moritur ananias propter
fraudem de precio agri cuȝ saphira
vxore sua: sanātur egri p̄ apostolos:
per iudeos increpant apostoli quos
gamaliel excusat. Capitulum.v.

A Vir autẽ quidã nomine ananias
cum saphira vxore sua vendi-
dit agrũ et fraudauit de precio agri
cõscia vxore sua: et afferens partem
quandam ad pedes apostolorũ po-
suit. Dixit autẽ petrus ad ananiam.
Anania cur tẽtauit sathanas cor tuũ
mentiri te spiritu sancto et fraudare
de precio agri? Nõne manẽs tibi ma
nebat: et venundatũ in tua erat pote
state? Quare posuisti in corde tuo
hãc rẽ? Non es mentitus hoib[us]: sed
B deo. Audiẽs autẽ ananias hec verba
cecidit et expirauit. Et factus est ti-
mor magnus sup oẽs qui audierũt.
Surgentes autẽ iuuenes amouerũt
eũ: et efferentes sepelierũt. Factũ est
autẽ quasi horarũ triũ spaciũ et vxor
ipsi[us] nesciẽs qd factũ fuerat introiuit.
Dixit autẽ ei petr[us]. Dic mihi mulier
si tãti agrũ vẽdidistis? At illa dixit.
Etiã: tãti. Petr[us] autẽ ait ad eã. Quid
vtiq; conuenit vobis tentare spiritũ
dñi? Ecce pedes eorũ qui sepelierũt
virũ tuũ ad ostiũ: et efferẽt te. Confe-
27.dis.c. stim cecidit ante pedes eius et expi-
qd inter- rauit. Intrantes autẽ iuuenes inue-
rogasti. nerũt illã mortuã: et extulerunt et se-
de 9se. di. pelierunt ad virũ suũ. Et fact[us] est ti-
5.c. de spi mor magn[us] in vniuersa ecclesia: et i
ritu. oẽs q audierũt hec. Per manus autẽ
C apostolorũ fiebant signa et prodigia
multa in plebe. Et erant vnanimiter
oẽs in porticu Salomonis. Ceterorũ
autẽ nemo audebat se coniũgere illis
sed magnificabat eos populus. Ma
gis autẽ augebatur credẽtiũ in dño
multitudo virorũ ac mulierũ: ita vt
in plateas eiicerent infirmos: et po-
nerent in lectulis ac grabatis: vt ve
niente petro saltẽ vmbra illi[us] obum-
braret quẽq; illorũ et liberarent oẽs
ab infirmitatibus suis. Concurrebat
autẽ et multitudo vicinarũ ciuitatũ
hierusalem afferentes egros et vexa
tos a spiritibus immũdis: qui cura-
D bãtur oẽs. Exurgens autẽ princeps
sacerdotũ et oẽs qui cũ illo erãt que
est heresis sadduceorũ repleti sũt ze
lo: et iniecerũt man[us] in apostolos et
posuerunt eos in custodia publica.
Angelus autẽ dñi per noctẽ aperiẽs
ianuas carceris et educẽs eos dixit.
S.4.a. Ite: et stãtes loquimini in tẽplo ple-
.s.12.a. bi omnia verba vite huius. Qui cum
audissent intrauerũt diluculo in tẽ-
plum et docebant. Adueniens autem
princeps sacerdotum: et qui cum eo
erant cõuocauerũt cõciliũ et oẽs se-
niores filiorũ israel: et miserũt ad car
cerẽ vt adducerent. Cũ autẽ venissẽt
ministri et aperto carcere nõ inuenis-
sent illos: reuersi nunciauerũt dicen
tes. Carcerẽ qdem inuenim[us] clausum E
cũ oi diligẽtia et custodes stãtes an- .s.12.a.et
te ianuas: aperientes autẽ neminem 16.c.
intus inuenimus. Vt autẽ audierũt
hos sermones magistratus templi et
principes sacerdotũ ambigebant de
illis qdnã fieret. Aduenies autẽ qui-
dam nũciauit eis. Quia ecce viri quos
posuistis in carcerẽ sunt in tẽplo stãtes
et docẽtes populũ. Tũc abiit magi-
stratus cũ ministris et adduxit illos
sine vi. timebant enĩ populũ ne lapi-
darẽtur. Et cũ adduxissent illos: sta-
tuerũt in cõcilio. Et interrogauit eos
princeps sacerdotum dicens. Pre-
ceptõ precepim[us] vobis ne doceretis
in nomie isto: et ecce replestis hieru-
salẽ doctrina vr̃a: et vultis introdu-
cere super nos sanguinẽ hois isti[us]. 11.q.3.c.
Respõdẽs autẽ petrus et apostoli: di- si dñs. et
xerũt. Obedire oportet deo magis qm̃ 17.q.6.c.
hoib[us]. De[us] patrũ nostrorũ suscitauit liberatos.
iesum: quẽ vos interemistis suspen- F
dentes in ligno. Hũc principẽ et sal-
uatorẽ de[us] exaltauit dextera sua ad
dãdam penitẽtiã israel: et remissionẽ
pctõrũ: et nos sum[us] testes horũ verbo-
rũ: et spũs sanct[us] quẽ dedit de[us] oibus
obedientib[us] sibi. Hec autẽ cum audis- .s.12.a.
sent dissecabant: et cogitabãt interfi- s.4.c.
cere illos. Surgẽs autẽ qdã in cõcilio s.2.c.
phariseus nomie gamaliel: legisdo-
ctor honorabilis vniuerse plebi: ius-
sit foras ad breue homines fieri: di-
xitq; ad illos. Viri israelite: attendi-
te vobis super hoibus istis qd actu-
ri sitis. Ante hos ei dies extitit theu-
das dicẽs se esse aliquẽ cui consensit
numer[us] virorũ circiter quadringen
torũ q occisus est: et oẽs q credebant
ei dissipati sunt et redacti ad nihilũ.
Post hunc extitit iudas galileus in G
dieb[us] professionis: et auertit populũ
post se et ipse periit: et oẽs quotquot
9senserũt ei dispsi sunt. Et nũc itaq;
dico vobis: discedite ab hoibus istis
et sinite illos: quoniã si est ex homi-
nibus cõsilium hoc aut opus: dissol-
uetur: si vero ex deo est nõ poteritis
dissoluere: ne forte et deo repugnare
videamini. Consenserunt autẽ illi. Et
conuocantes apostolos cesis denun
ciauerunt ne omnino loquerẽtur in

noïe iesu ⁊ dimiserũt eos. Et illi quidē
ibant gaudētes a cōspectu cōcilii. qꝛ
digni habiti sunt pro noïe iesu contu
meliā pati. Omni autē die non cessa
bant in teplo ⁊ circa domos docētes
et euangelizantes iesum christum.

¶ Ca. vi. Eliguntur septem diaconi
ab apostolis ex quib⁹ stephanus ac
cusatur iudeis. Capitulum. vi.

A In diebus autē illis crescēte
numero discipulorũ: factũ est
murmur grecorum aduersus
hebreos: eo ꝙ despicerentur in mi
nisterio quotidiano vidue eorum. Con
uocantes autē duodecim multitudi
nem discipulorum: dixerũt. Non est
equum nos derelinquere verbũ dei: ⁊
ministrare mēsis. Considerate ergo
fratres viros ex vobis boni testimo
nii septem: plenos spũ sancto et sa
pientia: quos constituamus sup hoc
B op⁹. Nos vero orationi et ministerio
verbi instantes erimus. Et placuit
sermo coram omni multitudine. Et
elegerũt stephanũ virũ plenũ fide ⁊
spũ sancto. ⁊ philippũ, ⁊ prochorũ: et
nicanorem: ⁊ timonem: ⁊ parmenam
⁊ nicolaum aduenam antiochenum.
Hos statuerunt ante conspectũ apo
stolorum: ⁊ orantes imposuerũt eis
manus. Et verbum dñi crescebat: et
multiplicabat numerus discipulorũ
in hierl'm valde: multa etiā turba sa
C cerdotũ obediebat fidei. Stephan⁹
autē plenus gratia ⁊ fortitudine fa
ciebat pdigia ⁊ signa magna i pplo.
Surrexerũt aũt quidā de synagoga
que apellabat libertinorum ⁊ cyrenen
sium ⁊ alexandrinorũ: ⁊ eorum q erant
a cilicia ⁊ asia: disputantes cum ste
phano: ⁊ nō poterant resistere sapiē
tie ⁊ spiritui qui loquebat. Tũc sub
miserunt viros qui dicerēt se audi
uisse eum dicentē verba blasphemie
in moysen ⁊ deũ. Cōmouerunt itaqꝫ
plebem ⁊ seniores ⁊ scribas: ⁊ cōcur
rentes rapuerũt eum: ⁊ adduxerunt
in cōsilium: ⁊ statuerũt falsos testes
D qui dicerent. Homo iste nō cessat lo
qui verba aduersus locum sanctũ et
legem: audiuimus enim eũ dicētem
quoniam Jesus nazarenus hic de
struet locum istum: ⁊ mutabit tradi
tiones quas tradidit nobis moyses.
Et intuentes eum omnes: qui sede
bant in cōcilio: viderũt faciem eius
tanꝗ faciem angeli.

¶ C. vii. Respondet stephan⁹ iudeis
de quibus accusatus fuit ostendens
rebellionem iudeorũ cōtra deũ: ⁊ po
nitur lapidatio stephani iniusta: ac
eius patientia perfecta. Capm. vii.

Dixit autē princeps sacerdotũ A
si hec ita se haberent? Qui ait.
Viri fratres ⁊ patres audite. Deus
glorie apparuit patri nostro abrae
cum esset i mesopotamia: prius ꝗ᷑ mo
raretur in charran: ⁊ dixit ad illum.
Exi de terra tua: et de cognatione gen. 12. a.
tua: ⁊ veni in terram quā monstrauero
tibi. Tunc exiit de terra chaldeo
rum, ⁊ habitauit in charran. Et in
de postꝗ᷑ mortuus est pater ei⁹: trās
tulit illum in terram istam: in qua
nunc vos habitatis. Et nō dedit illi
hereditatem in ea, nec passum pedis
sed repromisit dare illi eam in posses
sionem ⁊ semini eius post ipsum: cũ gen. 15. c.
nō haberet filiũ. Locutus est autē ei
deus. Quia erit semen ei⁹ accola in
terra aliena: ⁊ seruituti eos subiicient:
et male tractabũt eos annis quadri
gentis triginta: ⁊ gētē cui seruierint
iudicabo ego: dicit dñs. et post hec
exibunt et seruient mihi in loco isto. gen. 17. b.
Et dedit illi testamentũ circumcisio gen. 21. a.
nis: ⁊ sic genuit isaac, et circuncidit gen. 25. c.
eum die octauo: ⁊ Isaac, Jacob, ⁊ Ja B
cob, duodecim patriarchas. Et pa ge. 29 f. g.
triarche emulantes Joseph vendi 30. a. 35. c
derunt in egyptũ: ⁊ erat deus cũ eo, gen. 37. f.
et eripuit eũ ex omnibus tribulationi gen. 41. e
bus eius: ⁊ dedit ei gratiam ⁊ sapiē
tiam in conspectu Pharaonis regis
egyptiorũ: ⁊ constituit eũ prepositũ
super egyptũ ⁊ sup omnē domũ suā.
Venit aũt fames in vniuersam egy
ptum et chanaan, et tribulatio ma
gna: ⁊ nō inueniebant cibos patres
nostri. Cum audisset autē iacob esse
frumentum in egypto, misit patres gen. 42. a
nostros primũ: ⁊ in secũdo cognitus
est Joseph a fratrib⁹ suis: ⁊ manife
statum est pharaoni genus ei⁹. Mit
tens autē ioseph: accersiuit iacob pa
trem suũ ⁊ omnē cognationem suam
in aiabus septuagintaquinque. Et de
scendit iacob in egyptũ: ⁊ defunct⁹ ge. 46. a.
est ipse ⁊ patres nostri. Et translati ge. 49. d.
sunt in sychem: ⁊ positi sunt in sepul
chro quod emit abraam precio argē gen. 55. b.
ti a filiis emor filii sychem. Cũ autē
appropinquaret tēpus pmissionis: C
quam cōfessus erat deus abrae: cre
uit pplus et multiplicatus est in egy Exo. 1. c.
pto: quoadusqꝫ surrexit alius rex in

egypto:qui non sciebat Joseph. Hic
circumueniens genus nostrū/afflixit
patres nr̃os:vt exponerent infantes
Exo.2.a. suos:ne viuificarentur. Eodē tēpore
natus est moyses/et fuit gratus deo/
qui nutritus est trib⁹ mēsibus in do-
mo patris sui. Exposito autē illo/su-
stulit eū filia pharaonis:et nutriuit
eū sibi in filiū. Et eruditus est moy-
ses omni sapientia egyptiorū:et erat
potens in verbis et in operibus suis.
Cū aūt impleret ei quadraginta an-
norū tēpus:ascēdit in cor ei⁹ vt visi-
taret fratres suos filios israel. Et cū
vidisset quendā iniuriā patientē vin
dicauit illū:et fecit vltionē ei q̄ iniu-
riam sustinebat:pcusso egyptio. Exi-
stimabat autē intelligere fratres qm̄
deus per manū ipsius daret salutem
Exo.2.c. illis. At illi non intellexerūt. Sequē-
ti vero die apparuit illis litigātibus
et reconciliabat eos in pace dicens.
D Uiri/fratres estis: vt qd nocetis al-
terutrū? Qui autē iniuriam faciebat
pximo/repulit eū dicēs. Quis te cō-
stituit principē et iudicem sup nos?
Nunqd interficere me tu vis/quem-
admodū interfecisti heri egyptium?
Fugit autē moyses in verbo isto/et
Exo.3.a. factus est aduena in terra madian/
vbi generauit filios duos. Et exple-
tis annis quadraginta/apparuit il-
li in deserto montis sina angelus in
igne flāme rubi. Moyses aūt videns
admirat⁹ est visum. Et accedēte illo
vt cōsideraret: facta est ad eum vox
32.q.4.c. dñi dicēs. Ego sum de⁹ patrū tuorum
recurrat. deus abraam/de⁹ isaac/et de⁹ iacob.
in princi. Tremefactus autē moyses/nō aude
bat considerare. Dixit autē illi dñs.
Solue calciamentū pedū tuorū. Lo-
cus eñ in quo stas/terra sancta est.
E Uidēs vidi afflictionē ppli mei qui
est in egypto:et gemitū eorū audiui/
et descendi liberare eos. Et nūc veni
et mittam te in egyptum. Hunc moy
sen quē negauerūt dicentes/quis te
constituit principē et iudicē: hūc de⁹
principē et redēptorē misit cū manu
exo.7.8. angeli qui apparuit illi in rubo. Hic
9.10.11. eduxit illos faciēs prodigia et signa
14.16.a. in terra egypti/et in rubro mari: et in
deserto annis quadraginta. Hic est
deu.18.c. moyses qui dixit filiis isrl̃. Prophe-
tā suscitabit vobis deus de fratribus
exo.19.a. vr̃is tanq̄ me:ipm audietis. Hic est
q̄ fuit in ecclia in solitudine cū ange-
lo q̄ loq̄bat ei in mōte syna:et cū pr̄i-

bus nr̃is/qui accepit verba vite dare
nobis. Cui noluerunt obedire pr̃es
vr̃i:sed repulerūt et auersi sunt cordi
bus suis in egyptū dicētes ad aarō.
Fac nobis deos q̄ pcedāt nos/moy- exo.32.a.
si eñ huic q̄ eduxit nos de terra egy-
pti/nescimus qd factū sit ei. Et vitu-
lū fecerūt in dieb⁹ illis:et obtulerunt
hostiā simulacro:et letabātur in ope-
rib⁹ manuū suarū. Cōuertit autē de⁹/
et tradidit eos seruire militie celi/si-
cut scriptū est i libro pphetarū. Nū- Am.5.g.
quid victimas et hostias obtulistis
mihi annis quadragita i deserto do-
mus israel? Et suscepistis tabernacu
lū moloch/et sydus dei vr̃i remphā/
figuras/qs fecistis adorare eas. Et
transferā vos trās babylonē. Taber- F
naculū testionij fuit cū pr̄ib⁹ nr̄is in exo.25.d.
desto/sicut disposuit illis de⁹ loqns heb.8.b.
ad moysen vt faceret illud scd̄m for-
mā quā viderat. Quod et induxerunt iosu.3.c.
suscipientes pr̄es nr̄i cū iesu in pos-
sessionē gentiū:quas expulit de⁹ a fa
cie patrū nr̄orū vsq in dieb⁹ dauid q̄ 1.re.16.c.
inuenit gratiam ante deū:et petiit vt ps.131.a.
inueniret tabernaculum deo iacob. 1.pa.16.c
Salomon autē edificauit illi domū. 3.re.6.a.
Sed excelsus non in manufactis ha .j.17.f.
bitat/sicut per pphetam dicit. Celū esa.66.a.
mihi sedes est:terra autē scabellū pe
dum meorū. Quā domū edificabitis
mihi dicit dñs/aut qs locus requietio-
nis mee est? Nōne manus mea fecit
hec oia? Dura ceruice et incircūcisis
cordib⁹ et aurib⁹/vos semp spū sācto
restitistis:sicut pr̃es vr̃i/ita et vos.
Quē pphetarū nō sunt psecuti pr̃es
vr̃i? Et occiderūt eos q̄ prenūciabāt G
de aduētu iusti:cui⁹ vos nūc prodito
res et homicide fuistis/q̄ accepistis
legē in dispositione angelorū/et non
custodistis. Audiētes aūt hec/disse-
cabant cordib⁹ suis:et stridebāt den-
tibus in eū. Cū autē esset plenus spū
scō/intendēs in celū vidit gloriam
dei:et iesum stantē a dextris virtutis
dei. Et ait. Ecce video celos apertos:et
filiū hoīs stātē a dextris vtutis dei.
Exclamātes aūt voce magna/conti-
nuerūt aures suas:et impetū fecerūt
vnanimiter in eū. Et eiciētes eū ex- 50.dis.c.
tra ciuitatē lapidabāt/et testes depo- si post.
suerūt vestimēta sua sec⁹ pedes ado 7.dist.ca.
lescentis/q̄ vocabat saulus. Et lapi- psbyter.
dabant stephanū inuocātem et dicē-
tē. Dñe iesu/suscipe spm̄ meū. Posi-
tis autē genibus/clamauit voce ma-

gna dicēs. Dñe: ne statuas illis hoc
pctm̄. Et cū hoc dixisset: obdormiuit
i dño. Saul⁹ aūt erat ꝯsētiēs neci ei⁹.
¶ C. S. Post sepulturā stephani po-
nit pdicatio philippi tā i samaria ꝗ̄
in ethiopia: ꝛ i terra maritima: ꝛ inter-
ponit missio spūs sctī in gentiles: cū
A increpatione simonis magi. Cp̄. viij.
Facta est aūt in illa die persecu-
tio magna in ecclesia q̄ erat hie
rosolymis: et oēs dispersi sunt per re
giones Judee et samarie/ preter apo
stolos. Curauerunt autē stephanū vi
ri timorati/ et fecerunt planctum ma
gnum sup eū. Saulus autē deuasta-
bat eccl'iam per domos intrās: ꝛ tra
hens viros ac mulieres/ tradebat in
custodiaꝫ. Igit̄ qui dispersi erāt/ per-
trāsibant: euangelizantes verbū dei.
Philippus autē descendēs in ciuita
tem samarie: predicabat illis xp̄m.
Intendebāt aūt turbe his q̄ a philip-
B po dicebant/ vnanimiter audiētes ꝛ
videntes signa q̄ faciebat. Multi eñ
eoꝝ q̄ habebāt spūs imūdos: claman
tes voce magna exibant. Multi aūt
paralytici et claudi curati sunt. Fa-
ctum est ergo gaudium magnū i illa
ciuitate. Uir autē quidā noīe simon/
qui ante fuerat in ciuitate magus: se
ducēs gētē samarie/ dicēs se esse ali-
queꝫ magnū/ cui auscultabant oēs a
minimo vsq; ad maximum dicētes.
Hic est virtus dei/ q̄ vocat̄ magna.
Attēdebāt aūt eū ꝑpterea ꝙ multo
tp̄e magicis suis dementasset eos.
Cū vo credidissent philippo euange
C lizāti de regno dei: in noīe iesu christi
baptizabant viri ac mulieres. Tunc
simon ꝛ ipse credidit: et cum baptiza
tus esset: adherebat philippo. Uidēs
etiam signa et virtutes maximas fie-
ri/ stupens admirabatur. Cū autē au
dissent ap'li qui erāt hierosolymis: ꝙ
recepisset samaria verbum dei: mise-
rūt ad eos petrū ꝛ iohānem. Qui cū
venissent/ orauerūt pro ipsis/ vt acci
perēt spiritū sanctū. Nondū eniꝫ in
de ꝯse. di. quenq̄ illoꝝ venerat: sed baptizati
5. ca. ma- tm̄ erant in noīe dñi iesu. Tūc impo-
nus. nebant manus super illos: ꝛ accipie-
bant spm̄ sanctū. Cū vidisset autez si
mon q2 per impositionē manus apo-
stoloꝝ daretur spiritus sctūs: obtulit
D eis pecuniā dicens. Date ꝛ mihi hāc
27. dist. potestatē: vt cuicunq; imposuero ma
c. ꝙ si int nus/ accipiat spiritū sanctū. Petrus
rogasti. aūt dixit ad eum. Pecunia tua tecuꝫ
sit in perditionem: quoniā donuꝫ dei
existimasti pecunia possideri. Non
est tibi pars/ neq; sors i sermone isto:
cor eñ tuū nō est rectum coram deo.
Penitentiaꝫ itaq; age ab hac neq̄tia
tua: ꝛ roga deū/ si forte remittatur ti-
bi hec cogitatio cordis tui. In felle
eñ amaritudinis/ et obligatione ini-
quitatis video te esse. Rñdens autez
simon dixit. Precamini vos pro me
ad dñm/ vt nihil veniat sup me horū
que dixistis. Et illi quideꝫ testificati B
et locuti verbū dñi/ redibāt hierosoly
mam/ et multis regionib⁹ samarita-
noꝝ euāgelizabāt. Angelus autē dñi
locutus est ad philippū: dicēs. Sur-
ge et vade cōtra meridiē ad viā que
descendit ab hierl'm i gazam: hec est
deserta. Et surgens abijt. Et ecce vir
ethiops/ eunuchus/ potens cādacis
regine ethiopum/ qui erat super oēs
gazas eius/ venerat adorare in hie-
rusalē: ꝛ reuertebat̄ sedens super cur
rum suū/ legēsq; esaiam ꝓphetā. Di-
xit aūt spūs philippo. Accede et ad-
iunge te ad currū istū. Accurrēs au-
tem philippus/ audiuit eū legentem
esaiam ꝓphetā: ꝛ dixit. Putas ne in
telligis q̄ legis? Qui ait. Et quomo-
do possum/ si nō aliq̄s ostenderit mi-
hi? Rogauitq; philippum vt ascende F
ret/ et sederet secum. Locus autē scri
pture quam legebat/ erat hic. Tanq̄ esa. 53. c.
ouis ad occisionē ductus est/ et sicut
agnus corā tondente se sine voce/ sic
nō aperuit os suū. In humilitate iu-
dicium ei⁹ sublatū est. Generationē
eius q̄s enarrabit? quoniaꝫ tollet̄ de
terra vita eius. Rñdens autē eunu-
chus philippo/ dixit. Obsecro te/ de
quo propheta dicit hoc? de se/ an de
alio aliquo? Aperiēs autē philippus
os suum: et incipiens a scriptura ista
euāgelizauit illi iesum. Et dum irent
per viā/ venerūt ad quādam aquam G
et ait eunuchus. Ecce aqua/ quis pro
hibet me baptizari? Dixit autez phi-
lippus. Si credis ex toto corde: licet.
Et rñdens ait. Credo filiū dei esse ie-
sum christum. Et iussit stare currū/ ꝛ
descenderunt vterq; in aquā: philip-
pus et eunuchus/ et baptizauit eum.
Cū aūt ascendisset de aqua/ spiritus
dñi rapuit philippum: ꝛ amplius nō
vidit eū eunuchus. Ibat eñ per viaꝫ
suā gaudens. Philippus autē inuen
tus est in azoto/ ꝛ pertransiens euan
gelizabat ciuitatibus cunctis: donec

venires cesaream.
¶ C. S. Ponitur sauli conuersio mi-
raculosa: cum eius baptismali rege-
neratione: qui predicans christum
persecutionem patitur: et ponuntur
duo miracula petri. Capitulum .ix.
A Gal.i.c. Saulus autẽ adhuc spirans mi-
narũ et cedis in discipulos do
mini/accessit ad principem sa
cerdotuz et petijt ab eo epistolas in
damascuz ad synagogas: vt si quos
inuenisset huius vie viros ac mulie-
res/vinctos perduceret i hierusalez.
Et cũ iter faceret: contigit vt appro-
pinquaret damasco: et subito circum-
fulsit eũ lux de celo. Et cadens in ter-
1.cor.15.b rã/audiuit vocẽ dicentez sibi. Saule
2.co.12.a. saule/quid me persequeris? Qui dixit.
Quis es dñe? Et ille. Ego sum iesus/
quẽ tu persequeris: durũ est tibi contra
stimulũ calcitrare. Et tremẽs ac stu-
pens dixit. Dñe/quid me vis facere.
Et dñs ad eũ. Surge et ingredere ci-
B uitatẽ: ⁊ ibi dicet tibi qd te oporteat
facere. Viri aũt illi qui comitabãtur
cũ illo/stabãt stupefacti: audientes
quidẽ vocẽ/neminẽ autem videntes.
Surrexit autẽ saulus de terra/aper-
tisq; oculis nihil videbat. Ad man⁹
autẽ illũ trahẽtes/introduxerũt da-
mascũ. Et erat ibi trib⁹ dieb⁹ non vi-
dens: et non manducauit neq; bibit.
Erat autẽ quidaz discipul⁹ damasci/
noie ananias: ⁊ dixit ad illũ in visu
dñs. Anania. Et ille ait. Ecce ego do-
mine. Et dñs ad eũ. Surge ⁊ vade in
vicũ qui vocat rectus: et quere in do-
muz iude saulũ noie tarsensem: ecce
C eñi orat. Et vidit virũ ananiam
noie/introeuntẽ ⁊ inponentẽ sibi man⁹
vt visum recipiat. Rñdit aũt anani-
as. Dñe/audiui a multis de viro hoc
quãta mala fecerit sciis tuis in hie-
rusalẽ: et hic habet potestatẽ a princi
pibus sacerdotũ/alligandi oẽs q in-
uocãt nomẽ tuũ. Dixit autez ad eum
21.dis.ca. dñs. Vade/qm vas electionis est mi
quis. hi iste: vt portet nomen meũ coram
gentib⁹: et regib⁹: et filiis israel. Ego
eñi ostendã illi qnta oporteat eũ pro
noie meo pati. Et abiit ananias/⁊ in
troiuit in domũ: et imponẽs ei man⁹
dixit. Saule frater: dñs misit me ie-
sus: qui apparuit tibi in via qua ve-
niebas: vt videas et implearis spũ
sctõ. Et ɔfestim ceciderũt ab oculis
eius tanq̃ squame: et visum recepit:
et surgẽs baptizatus est. Et cũ acce-
pisset cibũ/confortatus est. Fuit aũt
cũ discipulis qui erãt damasci per di-
es aliquot. Et continuo ingressus in
synagogas/predicabat iesum/quo-
niã hic est fili⁹ dei. Stupebant autez
oẽs qui eũ audiebãt: et dicebant. Nõ D
ne hic est qui expugnabat in hierl'm
eos q inuocabãt nomen istud: et huc
ad hoc venit vt vinctos illos duce-
ret ad principes sacerdotũ? Saulus
aũt multo magis cõualescebat/et cõ-
fundebat iudeos qui habitabant da-
masci: affirmãs qm hic est christus.
Cũ aũt implerent dies multi/consi-
liũ fecerũt in vnũ iudei/vt eum inter
ficerẽt. Note aũt facte sunt saulo in
sidie eoꝝ. Custodiebãt autẽ et portas
die ac nocte: vt eũ interficerẽt. Acci- 2.co.11.g
piẽtes autẽ eũ discipuli eius nocte/
per murũ dimiserũt eũ: submittẽtes
in sporta. Cũ autẽ venisset in hierl'm
tentabat se iungere discipulis: et om
nes timebãt eũ: non credẽtes q esset E
discipulus. Barnabas aũt apprehen
sum illũ duxit ad aplos: et narrauit
illis quomodo in via vidisset dñm/et
quia locutus est ei: et quomodo i da-
masco fiducialiter egerit in noie ie-
su. Et erat cũ illis intrãs et exiens in
hierl'm fiducialiter agẽs in noie dñi.
Loquebat quoq; gẽtibus: et disputa-
bat cũ grecis: illi autẽ querebãt occi-
dere eũ. Qd cum cognouissent fres
deduxerũt eũ cesareã: et dimiserunt
tarsũ. Eccl'ia quidẽ per totã iudeam:
et galileã: et samariã habebat pacez:
et edificabat ambulãs in timore do-
mini: et ɔsolatione sancti spiritus re
plebat. Factũ est autez vt petr⁹ dum F
trãsiret vniuersos: deueniret ad san-
ctos qui habitabant lydde. Inuenit
autẽ ibi hoiez quẽdã noie eneam: ab
annis octo iacentem in grabato: qui
erat paralyticus. Et ait illi petrus.
Enea: sanet te dñs iesus christ⁹: sur-
ge ⁊ sterne tibi. Et cõtinuo surrexit.
Et viderunt euz oẽs qui habitabant
lydde: et sarone: qui cõuersi sunt ad
dominum. In ioppe autem fuit que-
dam discipula nomine tabitha: que
interpretata dicitur dorcas. Hec e-
rat plena operibus bonis et elemo-
synis quas faciebat. Factum est au- G
tem in diebus illis: vt infirmata mo-
reretur. Quã cũ lauissent: posuerunt
eã in cenaculo. Cum autẽ prope esset
lydda ab ioppe: discipuli audientes
qa petr⁹ esset in ea: miserũt duos vi-

ros ad eũ rogãtes. Ne pigriteris ve=
nire vsq ad nos. Exurges autẽ petr⁹
venit cũ illis. Et cũ aduenisset / duxe
nostris mortuus est/iustus pro iniu- Ro.5.b.

stis/vt nos offerret deo mortificatos
quidem carne/viuificatos autē spiri
D tu. In quo τ his qui in carcere erant
spiritib⁹ veniens predicauit: q̄ incre-
duli fuerāt aliquādo/quādo expecta-
Gen.6.b. bant dei patiētiā in dieb⁹ Noe: cū fa-
mat.24.d bricaret arca/i qua pauci/id est octo
Luc.17.f. anime salue facte sunt per aquā. Q̄d
τ vos nūc similis forme saluos facit
baptisma/non carnis depositio sor-
diū/sʒ cōsciētie bone interrogatio in
deū per resurrectionē Jesu Christi a
mortuis q̄ est in dextera dei/deglu-
tiēs mortē/vt vite eterne heredes ef-
ficeremur/pfect⁹ in celū: subiectis sibi
angelis τ potestatib⁹ τ virtutib⁹.

¶ C.S. Instruit apostol⁹ ad vitādam luxuriam atq; gulam: ac docet hospitalitatem et charitatem proximi / ac exhortatur ad patientiam ab aduersariis fidei. Cap.iiii.

A CHristo igitur passo in carne: τ
vos eadem cogitatione arma
mini: q2 q̄ passus est in carne/
desijt a peccatis: vt iam nō desiderijs
hoim/sed voluntati dei quod reliquū
Eph.4.c est in carne viuat tēporis. Sufficit eīn
preteritū tēpus ad voluntatē gētium
cōsummandā. his q̄ ambulauerūt in
luxuriis/desideriis / vinolentiis / co-
messationib⁹/potationib⁹ / ebrietati-
bus/τ illicitis idolorū cultib⁹: in quo
de cōse.di. admirātur nō cōcurrentib⁹ vobis in
2.c.oia.in eandē luxurie cōfusionē blasphemā-
fine. tes: qui reddēt rationē ei q̄ paratus
B est iudicare viuos et mortuos. Pro-
pter hoc eīn τ mortuis euangelizatū
est: vt iudicent q̄dē s̄m hoies in car-
ne/viuāt autē s̄m deū i spiritu. Om
niū autē finis appropinq̄bit. Estote itaq;
prudētes: τ vigilate in orationibus.
Pu.10.b. Ante oia autē mutuā i vobismetipsis
C charitatē cōtinuā habētes: q2 chari-
Ro.12.c. tas operit multitudinē peccatorū. Ho
Heb.13.a spitales inuicem sine murmuratiōe,
Phil.2.b. Unusquisq; sicut accepit gratiam in
alterutrū illam administrātes: sicut
boni dispensatores multiformis gr̄e
dei. Si q̄s loquit̄/tanq̄ sermones dei:
si q̄s ministrat/tanq̄ ex virtute quā
administrat de⁹: vt in oib⁹ honorifi
cet de⁹ per Jesum Christū/cui est glo
ria τ imperiū in secula seclorū. Amē.
Charissimi/nolite peregrinari in fer
de pe.dis. uore q̄ ad tentationē vobis fit/quasi
3.c. itārū. noui aliq̄d vobis cōtingat: sed cōmu
1.q.3.co. nicātes Christi passionib⁹/gaudete/
non solū. vt τ in reuelatione gl'ie eius gaudea-
tis exultātes. Si exprobramini in no
mine Christi/beati eritis: qm̄ q̄d est ho
noris glorie et virtutis dei: et qui est D
ei⁹ spirit⁹, super vos requiescet. Nemo
autē vestrū patiat: vt homicida/aut
fur/aut maledicus/aut alienorū ap-
petitor. Si autē vt christian⁹ nō eru-
bescat: glorificet autē deū i isto noie:
qm̄ tēpus est vt incipiat iudicium a
domo dei. Si autē primū a nobis: q̄s
finis eorū qui nō credunt dei euāge-
lio? Et si iustus quidem vix saluabit: Puer.11.d
impi⁹ τ peccator vbi parebūt? Itaq;
τ hi qui patiuntur s̄m voluntatē dei
fideli creatori commendent animas
suas in benefactis.

¶ C.S. Apl's informat existentes in statu pastorali ac statu iuuenili: q̄ ad humilitatē τ sobrietatē. Cap.v.

SEniores ergo q̄ in vobis sunt
obsecro/cōsenior τ testis Chri-
sti passionū: qui et eius que in A
futuro reuelanda est glorie communi-
cator: pascite qui in vobis est gre-
gem dei: prouidentes non coacte/sed
spontanee s̄m deum: neq; turpis lu
cri gratia/sed voluntarie: neq; vt do
minantes in cleris/sed forma facti
gregis ex aio. Et cū apparuerit prin- B
ceps pastorū: percipietis immarcessi 3.q.1.ca.
bilem glorie coronam. Similiter ado nulli.
lescentes subditi estote senioribus:
omnes enim inuicem humilitatem
insinuate: quia de⁹ superbis resistit/ Jac.4.c.
humilibus autem dat gratiam. Hu-
miliamini igitur sub potenti manu
dei: vt vos exaltet in tempore visita-
tionis: omnem solicitudinē vestram Mat.6.c
proiicientes in eum/quoniā ipsi cu- Luc.12.c.
ra est de vobis. Sobrii estote et vigi- Ro.12.c.
late: quia aduersarius vester diabo- Ps.54.d.
lus tanq̄ leo rugiens circuit/querēs
quem deuoret. Cui resistite fortes in C
fide: scientes eandem passionem ei
que in mundo est/vestre fraternitati
fieri. Deus autē oīs gratie q̄ vocauit
nos in eternā suam gloriā in Christo
Jesu: modicum passos ipse perficiet τ
cōfirmabit solidabitq;. Ipsi gloria et
imperium in secula seculorū. Amen.
Per siluanū fidelē fratrem vobis (vt D
arbitror) breuiter scripsi: obsecrans
et cōtestās hanc esse verā gratiā dei/
in qua et statis. Salutat vos ecclesia
que est in babylone collecta/τ marc⁹
filius me⁹. Salutate inuicem in oscu
lo sancto. Gratia vobis oib⁹ qui estis
in Christo Jesu. Amen.

¶ Incipit argumentū in epistolā
secundā beati Petri apl'i.

Simon Petrus per fidem huic
mundo sapiētes mortuos esse
declarat: eisdēq; pietatis quā-
ta sit magnitudo luce ipsa clari⁹ ma-
nifestat.

¶ Incipit epistola Petri aposto-
li secunda.

¶ C.S. Inducit apl's credētes ad fir
miter tenendum fidei veritatē ex do
ctoris certitudine. Cap.i.

A Simon Petrus seru⁹ et
apostolus Jesu christi:
his qui coequalē nobis-
cū sortiti sunt fidem in
iustitia dei nostri et sal
uatoris Jesu christi gra
tia vobis et pax adim-
pleatur in cognitione dei ꝛ Christi Je
su dñi nostri quomodo oīa nobis di-
uine virtutis sue que ad vitā ꝛ pietatē
donata sunt per cognitionē ei⁹ qui
vocauit nos propria gloria et virtute
per que maxima ꝛ preciosa nobis ꝓ-
missa donauit: vt per hoc efficiamini
diuine consortes nature fugiētes ei⁹
que in mūdo est concupiscētie corru-
B ptionē. Uos autē curam omnē subin
ferētes ministrate in fide vestra vir-
tutē: in virtute autē sciētiam: in scien
tia autē abstinētiā: in abstinentia au
tem patientiā: in patiētia autē pieta
tem: in pietate autē amorē fraterni-
tatis: in amore autem fraternitatis
charitatē. Hec eñ si vobiscum assint
ꝛ superent: non vacuos / nec sine fru-
ctu vos constituēt in dñi nostri Jesu
Christi cognitione. Cui eñ nō presto
sunt hec: cec⁹ est: ꝛ manu tētans obli
uionē accipiēs purgationis veterum
suorū delictorū. Quapropter fratres
magis satagite vt ꝑ bona opera cer-
C tam vestrā vocationē ꝛ electionē fa-
ciatis: hec eñ facientes non peccabi-
tis aliquando. Sic enim abundāter
ministrabitur vobis introitus in eter
num regnum dñi ꝛ saluatoris nostri
Jesu Christi. Propter qđ incipiā vos
semper cōmonere de his: ꝛ quidē sciē
tes ꝛ confirmatos vos in presenti ve-
ritate. Justum autem arbitror: quā-
diu sum in hoc tabernaculo suscitare
vos in commonitione: certus q̄ ve-
lox est depositio tabernaculi mei ꝑm
Joh.21.f. qđ ꝛ dñs noster Jesus Christ⁹ signifi
cauit mihi. Dabo autē operam ꝛ fre-
quenter habere vos post obitum meū
vt horū oīm memoriā faciatis. Non 1.Cor.2.
eñ indoctas fabulas secuti notā feci
mus vobis dñi nostri Jesu Christi vir
tutē ꝛ presentiā: sed speculatores fa-
cti illius magnitudinis. Accipiens D
enim a deo patre honorē et gloriam
voce delapsa ad eum huiuscemodi a
magnifica gloria. Hic est filius me⁹ mat.17.a.
dilect⁹ in quo mihi complacui ipsum
audite: ꝛ hanc vocē nos audiuimus
de celo allatam cum essem⁹ cum ipso
in monte sancto. Et habem⁹ firmiorē
ꝓpheticum sermonē cui bene facitis
attendentes quasi lucerne lucenti in
loco caliginoso donec dies illucescat
et lucifer oriatur in cordib⁹ vestris:
hoc primum intelligētes q̄ oīs pro- 2.tim.3.d
phetia scripture propria interpreta-
tione nō fit. Non enim voluntate hu
mana allata est aliquando ꝓphetia:
sꝫ spiritu sancto inspirati locuti sunt
sancti dei homines.

¶ C.S. Excludit hereticorū falsitas:
atq; describit apostol⁹ hereticorū ma-
litiam ꝛ eorū penam. Cap.ii.

Fuerunt vero ꝛ pseudoprophe- A
te in populo: sicut et in vobis
erūt magistri mēdaces qui in-
troducēt sectas perditionis: ꝛ eū qui
emit eos deum negāt / superducētes
sibi celerem perditionē. Et multi se-
quētur eorū luxurias per quos via ve-
ritatis blasphemabitur: ꝛ in auaritia fi
ctis verbis de vobis negociabuntur:
quibus iudicium iam olim non ces- Job.4.b.
sat / ꝛ perditio eorū non dormitat. Si
enim deus angelis peccantibus non
pepercit: sed rudētib⁹ inferni detra-
ctos in tartarū tradidit cruciādos Gen.7.a.
in iudiciū reseruari / ꝛ originali mū- B
do non pepercit: sed octauū Noe iu-
stitie preconem custodiuit diluuium Gen.19.b
mundo impiorū inducēs: ꝛ ciuitates
sodomorum ꝛ gomorreorum in cine-
rem redigēs euersione dānauit exem
plum eorū qui impie acturi sunt po-
nens: ꝛ iustū Loth oppressum a ne-
phandorū iniuria ac luxuriosa cōuer-
satione eripuit. Aspectu enim ꝛ au-
ditu iustus erat: habitans apud eos
qui de die in diē animā iustā iniquis
operibus cruciabāt. Nouit dñs pios de pe.di.
de tētatione eripere: iniquos vero in 2.c.si eñ.
diē iudicii reseruare cruciādos: ma- v.rursus.
gis autē eos qui post carnem in con-
cupiscētia immunditie ambulant do
minationēq; cōtemnunt: audaces si-
bi placentes: sectas non metuunt in-

troducere blasphemātes: vbi angeli
fortitudine et virtute cū sint maiores
nō portāt aduersum se execrabile iu
C dicium. Hi vo velut irrationabilia pe
cora naturalit' in captionē et in pni-
ciem in his que ignorāt blasphemā-
tes i corruptiōe sua peribūt pcipien
tes mercedē iniustitie: voluptatē exi-
2.q.7.c. stimantes diei delitias coinquinatio
secuti. nis et macule: delicijs affluentes in
ɔuiuijs suis luxuriātes vobiscū ocu-
los habētes plenos adulterij et inces-
sabilis delicti pellicientes aīas instas-
biles cor exercitatū i auaritia haben
tes maledictiōis filij: derelinquētes
Nu.22.d. rectā viā errauerūt secuti viā balaā
ex bosor q̄ mercedē iniq̄tatꝰ amauit
correptionem vero habuit sue vesa-
nie: subiugale mutū aīal in hoīs vo-
D ce loquens/ phibuit pphete insipiē-
Jude.1.d. tiā. Hi sunt fontes sine aq̄: et nebule
turbinibꝰ exagitate: quibꝰ caligo te
nebrarū reseruat. Supbia eñ vani-
tatis loquētes pelliciunt in deside-
rijs carnis luxurie eos qui paululū
effugiūt q̄ in errore ɔuersant: liberta
tem illis pmittētes cū ipsi serui sint
Iohā.8.d. corruptiōis. A quo eñ qs superatꝰ
Ro.6.c. est: huiꝰ et seruꝰ est. Si eñ refugien-
Heb.6.a. tes coinquinatiões mūdi in cognitio-
mat.12.d. ne dñi nr̄i et saluatoris iesu xp̄i / his
rursus iplicati superant: facta sunt
de pe. dis. eis posteriora deteriora prioribus.
2.c. si re- Melius eñ erat illis non cognosce-
fugiētes. re viam iustitie q̄ post agnitionem
retrorsum cōuerti ab eo qd illis tra-
ditū est scō mādato. Cōtigit eñ eis
illud veri prouerbii. Canis reuersus
est ad suum vomitum: et sus lota in
volutabro luti.

¶ C. S. Docet apl's pcauere malitiā
que pueniet in scdo aduentu xp̄i: ac
describitur aduētus eiusdē. Cap. iii.

A Hanc ecce vobis charissimi secū
dam scribo epistolam/ in quibꝰ
vestram excito i commonitione sin-
ceram mentem: vt memores sitis eo
rum que predixi verborum a sanctis
prophetis et apostolorum vestrorū
1.ti.4.a. preceptorū domini et saluatoris. hoc
1.tim.3.a. primum scientes q venient in nouis
iude.1.f. simis diebus in deceptiōe illusores
Ezec.12.f iuxta proprias ɔcupiscētias ambu-
B lātes dicētes. Ubi est promissio aut
aduentus eiꝰ? ex quo enim pres dor
mierūt oīa sic perseuerant ab initio
creature. Latet enim eos hoc volen
tes q celi erant priꝰ et terra de aqua
et per aquā consistēs dei vbo: p q̄ il-
le tunc mūdꝰ aqua inundatus periit.
Celi autē q̄ nunc sunt et terra eodē
verbo repositi sunt/ igni reseruati in
die iudicij et perditionis impiorū ho-
minū. Unū vero hoc non lateat vos
charissimi/ qz vnus dies apud dñm
sicut mille anni/ et mille āni sicut di-
es vnꝰ. Nō tardat dñs promissionē C
sicut quidā existimāt: sed patienter 1.thes.5.a
agit pper vos nolēs aliquos peri- apo.3.a.
re/ sed omnes ad penitētiā reuerti. et.16.c.
Adueniet aūt dies dñi vt fur: in quo
celi magno īpetu trāsient/ elementa
vero calore soluentur/ terra autem et
oīa que in ipsa sunt opera exurētur.
Cū igit hec oīa dissoluēda sint: qua-
les oportet vos esse in sanctis ɔuer-
sationibꝰ et pietatibꝰ/ expectantes et
properātes in aduentū diei dñi per
quē celi ardentes soluent: et elemen-
ta ignis ardore tabescēt? Nouos ve- apo.21.a.
ro celos et nouā terrā et promissa ip- esa.65.c.
sius expectamus/ in quibus iustitia et.66.g.
habitat. Propter qd charissimi hec D
expectātes satagite/ imaculati et in
uiolati ei inueniri i pace: et dñi nr̄i ie-
su xp̄i lōganimitatē/ salutē arbitra- Ro.2.a.
mini sicut et charissimꝰ frater noster
paulus secundū datam sibi sapiētiā
scripsit vobis: sicut et in oībus epi-
stolis loquens in eis de his: in qbus
sunt quedā difficilia intellectu/ que
indocti et instabiles deprauāt: sicut
et ceteras scripturas ad suā ipsorū
perditionē. Uos igitur fratres pre-
scientes/ custodite ne insipientiū er
rore traducti excidatꝰ a propria fir-
mitate: crescite vero i gratia et in co
gnitione domini nostri et saluatoris
iesu christi. Ipsi gloria et nunc et in
diem eternitatis. Amen.

¶ Explicit epistola secunda bea-
ti Petri apostoli.

¶ Incipit argumentum in epistolā
primam beati Johannis apostoli.

Rationem verbi et q deus ipse
sit charitas/ manifestat: et su-
surrōes fratrū nec deū scire/
nec pios fieri posse eousq dissertat
vt esse comprobet homicidas: eo qd
odium sit interfectionis occasio.

¶ Incipit epistola prima beati
Johannis apostoli.

¶ C. S. Excludit apostolus iohānes
a societate dei peccatores: ac affir-
mat homines immunes non esse a
petō: nisi per confessionem. Cap. i.



A Uod fuit ab initio qđ
audiuimus/qđ vidim⁹
oculis nostris/qđ per-
speximus ⁊ manus no
stre contrectauerūt de
verbo vite ⁊ vita mani
festata est: ⁊ vidimus ⁊ testamur et
annunciamus vobis vitā eternaȝ q̄
erat apud patreȝ ⁊ apparuit nobis.
B Qđ vidim⁹ ⁊ audiuimus annuncia
mus vobis/vt ⁊ vos societatem ha-
beatꝭ nobiscum/⁊ societas nostra sit
cū patre ⁊ cū filio eius iesu christo.
Et hec scribimus vobis vt gaudea-
Johā.8.b tis: ⁊ gaudium vestruȝ sit plenū. Et
hec est annunciatio quā audiuimus
C ab eo: ⁊ annunciamus vobis. Quo-
niā deus lux est: et tenebre in eo non
sunt ulle. Si dixerimus quoniam so
cietatē habem⁹ cuȝ eo et in tenebris
ambulamus: mētimur ⁊ veritatem
nō facimus. Si autē in luce ambula
Heb.9.d. mus sicut ⁊ ipse est in luce: societateȝ
1.pe.1.d. habemus adinuicē: et sanguis iesu
D christi filii eius emundat nos ab om
Apoc.1.b. ni pctō. Si dixerimus quoniā pecca
3.reg.8.e. tū nō habem⁹: ipsi nos seducimus ⁊
2.pa.6.g. veritas in nobis nō est. Si confitea-
Pu.20.b. mur peccata nostra: fidelis est ⁊ iu-
Eccl.7.c. stus vt remittat nobis peccata nr̄a/
et emūdet nos ab omi iniquitate. Si
dixerimus quoniā nō peccauimus:
mendacem facimus eum ⁊ verbum
eius non est in nobis.

¶C.S. Inducit apostolus homines
ad opus meritorum ac dissuadet cu-
piditatem ⁊ heresim. Capitulum.ii.

A Filioli mei hec scribo vobis vt
nō peccetis. Sed ⁊ si q̄s pecca
uerit aduocatū habemus apđ
patrē iesum christū iustuȝ: ⁊ ipse est
propiciatio ꝓ pctis nostris: nō pro
nr̄is aūt tantū/sed etiā pro toti⁹ mū
di. Et in hoc scimus q̄m cognouim⁹
de pe.dis. eū: si mandata eius obseruam⁹. Qui
2.c.si enī. dicit se nosse deū ⁊ mādata ei⁹ nō cu
stodit: mēdax est ⁊ in eo veritas nō
est. Qui aūt seruat verbū eius: vere
in hoc charitas dei pfecta est: in hoc
scim⁹ q̄m in ipo sum⁹. Qui dicit se in
xp̄o manere: debet sicut ille ambula
uit ⁊ ipse ambulare. Charissimi/non
mādatū nouū scribo vobis/sed man
datuȝ vetus qđ habuistis ab initio.
Mandatū vetus/est verbū quod au
B distis. Iterū mandatū nouū scribo
Johā.13.d. vobis qđ verū est ⁊ in ipso ⁊ in vobꝭ
et.15.b. q2 tenebre transierūt ⁊ verū lumen
iā lucet. Qui dicit se in luce esse/et fra- Johā.12.d.
trem suum odit: in tenebris est vsq
adhuc. Qui diligit fratrē suū in lu-
mine manet: ⁊ scādalū in eo nō est.
Qui aūt odit fratrē suū: in tenebris .j.3.c.
est/et in tenebris ābulat et nescit quo
eat: q2 tenebre obcecauerunt oculos
ei⁹. Scribo vobis filioli q̄m remittū- C
tur vobis pctā propter nomen eius.
Scribo vobis pr̄es q̄m cognouistis
eū q̄ ab initio est. Scribo vobis ado-
lescētes quoniā vicistis malignum.
Scribo vobis infantes q̄m cognoui
stis patrem. Scribo vobis pr̄es q̄m
cognouistis eū q̄ est ab initio. Scri-
bo vobis iuuenes q̄m fortes estis/et
vbuȝ dei manet in vobis: ⁊ vicistis
malignū. Nolite diligere mūdū ne-
q3 ea q̄ in mundo sunt. Si q̄s diligit
mūdū: nō est charitas pr̄is in eo: q̄m 1.q.4.ca.
oē qđ est in mūdo/ꝯcupiscentia car- ecclia.su
nis est: ⁊ ꝯcupiscētia oculoꝝ ⁊ super bis ica.
bia vite q̄ nō est ex pr̄e sed ex mūdo
est. Et mūd⁹ transit/et ꝯcupiscētia
eius. Qui aūt facit volūtatē dei: ma-
net in eternū. Filioli mei: nouissima
hora est: ⁊ sicut audistis q2 antixp̄s
venit: nūc antichristi multi facti sunt.
vn̄ scimus q2 nouissima hora est. Ex
nobis ꝓdierūt: sed nō erant ex nobꝭ 23.q.4.c.
nam si fuissent ex nobis: pmāsissent nabuchod
vtiq3 nobiscum: sed vt manifesti sint donosor.
q̄m non sunt oēs ex nobis. Sed vos de pe.dis.
vnctionē habetis a scō: ⁊ nostis oia. 4.c.si ex
Nō scripsi vobis q̄si ignorātibus ve bono.
ritatē/sed q̄si scientib⁹ eā: ⁊ q̄m oē mē
dacium ex veritate nō est. Quis est
mendax: nisi is q̄ negat q̄m iesus est
christus? Hic est antichrist⁹: qui ne-
gat patrem ⁊ filiū. Ois qui negat fi-
liū: nec patrem habet: qui cōfitet fi-
liū: ⁊ patrē habet. Vos qđ audistis D
ab initio/in vobis permaneat: quia
si in vobis permanserit qđ audistis
ab initio: ⁊ vos in filio ⁊ patre mane
bitis. Et hec est repromissio quā ipse
pollicitus est nobis vitam eternam.
Hec scripsi vobis de his qui seducūt
vos. Et vos vnctionē quam accepi-
stis ab eo: maneat in vobis. Et non
necesse habetis vt aliq̄s doceat vos:
sed sicut vnctio ei⁹ docet vos de om
nibus ⁊ verum est: et non est menda
cium. Et sicut docuit vos: manete in
eo. Et nūc filioli manete in eo: vt cū
apparuerit habeamus fiduciā ⁊ nō
cōfundamur ab eo in aduentu eius.
Si scitis quoniam iustus est scitote

quoniam ⁊ omnis qui facit iustitiaꝫ
ex ipso natus est.

¶ C.S. Ostēdit ppl's de societate ho
minū in patria/describēdo ei⁹ perfe
ctionem:⁊ hortat ad puritatem mē
tis:ac fraternā charitatē. Capm.iii.

A Videte qualem charitatē dedit
nobis pater:vt filii dei nomine
mur ⁊ simus. Propter hoc mundus
nō nouit nos/quia nō nouit eū. Cha
rissimi nunc filii dei sumus:⁊ nōduꝫ
apparuit qd erimus. Scimus qm̄ cū
apparuerit:similes ei erimus:qm̄ vi
de pe. dis. 3.ca. ille restant⁹ esa.53.c. 1.pe.2.d. debimus eū sicuti est. Et ois qui ha
bet hāc spem i eo:sanctificat se sicut
et ille sanct⁹ est. Ois q̄ facit peccatū
et iniqtatē facit:⁊ peccatū est iniqui
tas. Et scitis q2 ille apparuit: vt pec
B cata tolleret:⁊ peccatū in eo non est.
Omnis q̄ in eo manet: non peccat:⁊
ois q̄ peccat nō vidit eū/ nec cogno
uit eum. Filioli/ nemo vos seducat.
Qui facit iustitiam iustus est:sicut ⁊
iohā.8.f. ille iustus est. Qui facit peccatū ex
diabolo est:quoniā ab initio diabol⁹
peccat. In hoc apparuit fili⁹ dei / vt
dissoluat opera diaboli. Omnis qui
natus est ex deo peccatuꝫ non facit
qm̄ semē ipsius in eo manet:⁊ nō po
test peccare qm̄ ex deo natus est. In
hoc manifesti sunt filii dei:⁊ filii dia
boli. Omnis q̄ non est iustus non est
ex deo:⁊ qui non diligit fratrē suum
qm̄ hec est annūciatio quā audistis
ioh.12.d. ab initio. Ut diligatis alterutrum.
et.15.b. Nō sicut cain qui ex maligno erat ⁊
gen.4.b. occidit fratrē suū. Et propter qd oc
C cidit eū? Quoniam opera eius mali
gna erant:fratris autē ei⁹ iusta. No
lite mirari fratres/ si odit vos mun
dus. Nos scimus qm̄ translati sum⁹
3.2.b. de morte ad vitā/quoniam diligim⁹
leui.19.d. fratres. Qui nō diligit:manet i mor
te: omīs qui odit fratrem suū: homi
cida est. Et scitis quoniā omīs homi
ioh.15.b. cida non hꝫ vitā eternā in se manen
tē. In hoc cognouim⁹ charitatē dei/
iaco.2.c. quoniā ille animā suā pro nobis po
suit:⁊ nos debemus ꝓ fratribus ani
mas ponere. Qui habuerit substan
tiam hui⁹ mūdi/⁊ viderit fratrē suū
necessitatē habere/ et clauserit visce
ra sua ab eo:quō charitas dei manet
D in eo? Filioli mei non diligam⁹ ver
bo neq₃ lingua:sed opere ⁊ veritate:
in hoc cognoscim⁹ quoniā ex verita
te sum⁹/⁊ in cōspectu ei⁹ suadebim⁹
corda nostra. Qm̄ si reprehenderit
nos cor nostrū:maior est deus corde
nrō ⁊ nouit oia. Charissimi si cor no ioh.15.d.
strū nō reprehēderit nos:fiduciā ha
bem⁹ ad deū:⁊ q̄cq̄d petierim⁹ acci
piem⁹ ab eo:qm̄ mādata ei⁹ custodi
mus/⁊ ea q̄ sunt placita corā eo faci iohā.5.d.
mus. Et hoc est mandatū ei⁹:vt cre et.17.a.
dam⁹ in noīe filii eius iesu christi/et
diligamus alterutrū: sicut dedit mā
datum nobis. Et qui seruat manda ioh.13.d.
ta eius: in illo manet /et ipse in eo: et.15.b.
et in hoc scim⁹ quoniā manet in no
bis/de spiritu quem dedit nobis.

¶ C.S. Apostol⁹ de vbi incarnatio
ne adiungens de falsis prophetis ⁊
āntichristo:⁊ describit pfectionē cha
ritatis:⁊ hortat ad candē. Cpm.iiii.

A Charissimi/nolite omī spiritui
credere/sed probate spūs si ex
deo sint:qm̄ multi pseudo pro
phete exierūt in mundū. In hoc co
gnoscit spūs dei: ois spiritus q̄ cōfi
tetur Jesum christū in carne venisse
ex deo est:⁊ omīs spiritus qui soluit
iesum ex deo nō est:⁊ hic est antichri
stus de quo audistis quoniam venit
et nūc iam in mūdo est. Uos ex deo
estis filioli/et vicistis eū / qm̄ maior
est qui in vobis est q̄ q̄ in mūdo. Ip Joh.8.f.
si de mūdo sūt/ideo de mūdo loquū B
tur et mūdus eos audit. Nos ex deo
sum⁹. Qui nouit deuꝫ/audit nos.quī
nō est ex deo:nō audit nos.in hoc co
gnoscim⁹ spm̄ veritatis et spm̄ erroris.
Charissimi/diligam⁹ nos inuicē/ q2
charitas ex deo est. Et omnis qui dili
git fratrē suū ex deo natus est/ et co
gnoscit deū. Qui non diligit non no
uit deū:qm̄ deus charitas est. In hoc
apparuit charitas dei in nobis / qm̄
filium suum vnigenitum misit de⁹ in Joh.3.b.
mundum vt viuamus per eū. In hoc
est charitas:nō quasi nos dilexerim⁹ C
deū:sed quoniā ipe prior dilexit nos/ 11.q.3.c.
⁊ misit filiū suū propitiationē ꝓ pec absit.
catis nostris. Charissimi si sic deus
dilexit nos / et nos debem⁹ alterutrū
diligere. Deū nemo vidit vnq̄. Si di
ligim⁹ inuicē: deus in nobis manet. iohā.1.b.
et charitas eius in nob' perfecta est. 1.timo.6.d.
In hoc cognoscim⁹ / qm̄ in eo mane
mus ⁊ ipse in nobis/quoniam de spū
sctō suo dedit nobis. Et nos vidimus
et testificamur quoniam pater misit
filiū suū saluatorē mundi. Quisq̄s
cōfessus fuerit quoniaꝫ iesus est fili⁹
dei / deus in eo manet et ipse in deo.
Et nos cognouimus / et credidimus D

charitati quã habet de⁹ ĩ nobis. De⁹
charitas est: ⁊ qui manet ĩ charitate
in deo manet et de⁹ in eo. In hoc pfe
cta est charitas dei nobiscũ/ vt fidu=
ciã habeam⁹ in die iudicii: qꝛ sicut il=
le est/ ⁊ nos sumus in hoc mũdo. Ti=
moꝛ nõ est in charitate/ sed perfecta
charitas foꝛas mittit timoꝛẽ/ qm̃ ti=
moꝛ penã habet: qui aũt timet/ nõ est
pfect⁹ in charitate. Nos ergo diliga=
mus deũ/ qm̃ deus pꝛioꝛ dilexit nos.
Si qs dixerit. Qm̃ diligo deũ/ et fra=
trẽ suũ oderit/ mendax est. Qui enim
nõ diligit fratrẽ suum quẽ videt: deũ
Jo.13.d.⁊ quem non videt quõ põt diligere? Et
15.b. hoc mandatũ habemus a deo: vt q̃ di
ephe.5.a. ligit deum/ diligat ⁊ fratrem suum.

¶ Ca.S. Continuando de dilectione
proximi agit de emanatione verbi et
de eius manifestatione / ac de fidu=
cia habenda in deum. Cap.v.

A Omnis q̃ credit qm̃ iesus est
christus: ex deo natus est. Et
oĩs q̃ diligit eũ q̃ genuit/ dili
git et eũ qui nat⁹ est ex eo. In hoc co=
gnoscim⁹: qm̃ diligim⁹ natos dei/ cũ
deũ diligam⁹: ⁊ mãdata ei⁹ faciam⁹.
Hec est enĩ charitas dei/ vt mãdata
ei⁹ custodiam⁹: ⁊ mãdata ei⁹ grauia
mat.11.d. nõ sunt. Qm̃ omne qđ natũ est ex deo
B vincit mũdũ: ⁊ hec est victoꝛia q̃ vin
1.co.15.g. cit mũdũ: fides nr̃a. Quis est autẽ q̃
de sũ.tri. vincit mũdũ: nisi q̃ credit qm̃ ies⁹ est
c.damna= fili⁹ dei: hic est q̃ venit p aquã et san=
mus. guinẽ iesus christ⁹/ non in aqua solũ
de celebr. sed in aqua ⁊ sanguine. Et spũs est q̃
miss. ca.in testificat qm̃ christ⁹ est veritas. Qm̃
quadam. tres sunt qui testimoniũ dãt in celo:
pater/ verbũ/ ⁊ spũssanctus/ ⁊ hi tres
vnũ sunt. Et tres sunt q̃ testimoniũ
dãt in terra/ spirit⁹/ aqua/ ⁊ sanguis/
⁊ hi tres vnũ sunt. Si testimonium
hoĩm accipim⁹/ testimoniũ dei mai⁹
est: qm̃ hoc est testimoniũ dei qđ ma=
ius est: qm̃ testificat⁹ est de filio suo.
Jo.3.d. Qui credit in filiũ dei: hꝫ testimoniũ
dei in se/ q̃ nõ credit filio: mẽdacẽ
facit eũ/ qꝛ nõ credit in testimonium
qđ testificatus est de⁹ de filio suo. Et
hoc est testimoniũ: qm̃ vitã eternam
dedit nobis de⁹: ⁊ hec vita in filio ei⁹
C est. Qui hꝫ filiũ dei/ hꝫ vitã: q̃ non hꝫ
filiũ dei/ vitã nõ hꝫ. Hec scribo vobis
vt sciatis qm̃ vitã habetis eternã: q̃
creditis in noĩe filii dei. Et hec est fi=
ducia quã habem⁹ ad deũ: qꝛ qđcũqꝫ
petierimus scđm volũtatẽ ei⁹: audit
nos. Et scimus qꝛ audit nos q̃cq̃d pe

tierimus: scim⁹ qꝛ habem⁹ petitiones de pe.dis.
quas postulamus ab eo. Qui scit frã 1.c.impoꝛ
trem suũ peccare peccatũ nõ ad moꝛ tuna.ĩ fi.
tem/ petat: ⁊ dabit ei vita/ peccãti nõ D
ad moꝛtẽ. Est pctm̃ ad moꝛtẽ: nõ pro
illo dico vt roget qs. Omĩs iniquitas
peccatum est: ⁊ est pctm̃ ad moꝛtem.
Scim⁹ qꝛ oĩs q̃ natus est ex deo: non
peccat: sed gñatio dei cõseruat eũ: et
malignus non tãgit eũ. Scim⁹ qm̃ ex
deo sum⁹: et mũdus totus ĩ maligno
positus est. Et scim⁹ qm̃ filius dei ve=
nit: ⁊ dedit nobis sensuꝫ/ vt cognosca
mus verũ deũ/ ⁊ simus in vero filio
ei⁹. Hic ẽ ver⁹ de⁹ ⁊ vita eterna. Filio=
li custodite vos a simulacris. amen.

¶ Argumentum in epl'am secun=
dam beati Johannis apostoli.

V Sq; adeo ad sanctam feminã
scribit: vt eandem dominã nõ
dubitet literis appellare eius=
demqꝫ filius testimonium qꝫ ambulẽt
in veritate perhibeat.

¶ Epl'a btĩ Johãnis aplĩ scđa ĩcipit.

¶ C.S. Hoꝛtatur iohannes electã ad
bonũ persequendum ⁊ malum pꝛeca
uendũ: ac ponit cauendi modũ cum
excusatione de breuitate. Cap̃m pmũ.

S Enioꝛ/ electe dñe ⁊ na= A
tis ei⁹ q̃s ego diligo ĩ ve 93.dist.c.
ritate/ ⁊ nõ ego sol⁹: sed legimus.
⁊ oẽs q̃ cognouerũt vita
tem: pꝛopter veritatẽ q̃
permanet ĩ vobis ⁊ vo=
biscũ erit in eternũ. Sit vobiscũ gra=
tia/ mĩa/ pax a deo patre: ⁊ christo ie=
su filio pr̃is in veritate et charitate.
Gauisus sũ valde qm̃ inueni de filiis B
tuis ambulãtes in veritate sicut mãda
tũ accepim⁹ a patre. Et nunc rogo te
dñã nõ tanq̃ mãdatũ nouũ scribens
tibi: sed qđ habuim⁹ ab initio vt dili=
gam⁹ alterutruꝫ. Et hec est charitas
vt ambulem⁹ scꝫ mãdata ei⁹. Hoc est
enĩ mandatũ: vt quẽadmodum audi=
stis ab initio/ ĩ eo ambuletis: qm̃ mul=
ti seductores exierũt in mũdũ: q̃ non
cõfitentur iesum christum venisse in
carne/ hic est seductoꝛ ⁊ antichrist⁹. C
Uidete vosmetipsos: ne pdatis que 24.q.1.c.
operati estis: sed vt mercedem plenã omnis.
accipiatis. Oĩs q̃ recedit ⁊ non pma
net in doctrina christi: deũ nõ habet.
Qui pmanet in doctrina: hic ⁊ patrẽ
⁊ filiũ hꝫ. Si qs venit ad vos ⁊ hanc
doctrinã nõ affert: nolite recipere eũ
in domũ: nec aue ei dixeritis. Qui enĩ D
dicit illi aue: cõmunicat operib⁹ eius

ioh.16.f. malignis. ► Ecce predixi vobis: vt
1.ioh.1.b. in die dñi nō cōfundamini. . Plura
habens vobis scribere: nolui per char
tam et atramentum: spero enim me
futurū apud vos/et os ad os loq̄ / vt
gaudiū vestrū plenū sit. Salutant te
filij sororis tue electe. Grā tecū amē.

¶ Argumētū in epl'am tertiā iohis.
GAium pietatis causa extollit:
atq; vt in ipsa pietate maneat
exhortatur. Diotrepē impie-
tatis et superbie causa obiurgat. De-
metrio autē bonū testimoniū perhi-
bet/cum fratribus vniuersis.

¶ Incipit epl'a btī iohis apl'i tertia.

¶ Ca.S. Monet Gaium apl'us vt in
pietate permaneat/ vt a malo decli-
net cum adiuncta salutatione

A
93.dis.c.
legimus.
SEnior / Gaio charissi-
mo/quem ego diligo in
veritate. Charissime de
omnibus orōnem facio
pspere te ingredi et va-
lere/sicut prospere agit
aia tua. Gauisus sum
valde venientib⁹ fratrib⁹/ ꝛ testimoniū
perhibentib⁹ veritati tue: sicut tu in
B veritate ambulas. Maiorē horū non
habeo grām q̄ vt audiā filios meos
in veritate ambulare. Charissime fi-
deliter facis q̄cq̄d oparis in fratres
et hoc in peregrinos qui testimoniū
reddiderūt charitati tue in conspe-
ctu eccl'ie: quos benefacies: deducēs
C digne deo. Pro nomie eñ eius pfecti
42.dis.c. sunt: nihil accipiētes a gentib⁹. Nos
si quis. ḡ debem⁹ suscipere huiuscemodi: vt
cooperatores sim⁹ veritatis. Scripsis-
sem forsitā ecclesie: sed is q̄ amat pri-
matum gerere in eis Diotrepes non
recipit nos. Propt' hoc si venero: cō-
monebo ei⁹ opa que facit: vbis mali-
gnis garriens in nos: et quasi non ei
ista sufficiāt: neq; ipse suscipit fratres
et eos q̄ suscipiūt phibet: et de eccl'ia
D eiicit. Charissime/ noli imitari malū
sed qd' bonū est. Qui bñ facit/ex deo
est/qui aūt male facit/non videt deū.
Demetrio testimoniū redditū ab oi-
bus/et ab ipsa veritate. Sed et nos te
stimoniū perhibemus: et nosti qm̄ te
stimoniū nr̄m verum est. Multa ha-
bui tibi scribere: sed nolui p atramē-
tū et calamū scribere tibi. Spero au-
tem ꝓtinus te videre: et os ad os lo-
quemur. Pax tibi. Salutant te ami-
ci. Saluta tu amicos nominatim.

¶ Expliciūt epl'e btī Johannis apl'i.

¶ Prolog⁹ in epl'am canonicā iude.
IUdas frater Jacobi paruam
quidē que de septē catholicis
est: epistolā reliq̄t. Et q2 de li-
bro Enoch qui apocryphus est/in ea
assumit testimoniū a plerisq; reiicit:
tñ auctoritatē vetustate iā et vsu me-
ruit: ꝛ inter sctās scpturas cōputat.
¶ Argumentū i epl'am btī iude apl'i.
IUdas apl's frēs de corrupto-
rib⁹ vie veritatis ita informat
vt illicitū esse differet de sub
iugo semel erutos seruituris / denuo
operā suā officiis nauare seruilibus.

¶ Epl'a canonica beati Jude apl'i.


¶ C.S. Cōfirmat apl'us iudas fide-
les cōtra hereticoꝝ deceptiones: per
scpturas figurales/et similitudines na
turales atq; fideles i vitate ꝯfirmat.

Udas iesu christi seru⁹ A
frater aūt iacobi: his q̄
sunt in deo prē dilectis
et xp̄o iesu cōseruatis: ꝛ
vocatis. Mia vobis et
pax et charitas adim-
pleat. Charissimi/ oēm
sollicitudinē faciēs scribēdi vobis de cō
muni vr̄a salute / necesse habui scri-
bere vobis: deprecans supercertari se-
mel tradite sctis fidei. Subintroie- B
rūt eñ quidā hoies (q̄ olim p̄scripti
sunt i hoc iudiciū) impii/dñi nr̄i gra-
tiā trāsferētes in luxuriā/et solū dña-
torē et dñm nr̄m iesum christū negā-
tes. Cōmonere autē vos volo / sciens-
tes semel oia qm̄ iesus ppl'm de ter- nu.14.f.
ra egypti saluans/scd'o eos q̄ non cre
diderūt pdidit. Angelos vero q̄ non
seruauerūt suū principatū/ sed dere-
liquerūt suū domiciliū / in iudicium C
magni dei vinculis eternis sub cali- gen.19.c.
gine reseruauit. Sicut sodoma et go-
morra et finitime ciuitates simili mo
do exfornicate/et abeuntes post car-
nem alterā/facti sunt exemplū ignis
eterni penā sustinentes. Similiter ꝛ hi
q̄ carnē quidē maculāt: dñationē au-
tem spernūt/ maiestatē aūt blasphe-
māt. Cū michael archāgelus: cū dia-
bolo disputans altercaret de Moysi Zach.3.a
corpore: non est ausus iudiciū infer- eccl'i.21.d

re blasphemie/sed dixit. Imperet ti=
D bi deus. Hi autē queciiq; quidē igno=
rant/blasphemant. Quecūq; autē na
turaliter tanq; muta animalia nouunt
gen. 4.b. in his corrumpūtur. Ue illis q in via
Nu.22.d. cain abierūt/et in errore balaā mer=
Nu.16.a. cede effusi sunt/et in contradictione
core perierūt. Hi sunt in epulis suis
macule cōuiuātes/sine timore semet
ipsos pascentes/nubes sine aqua q a
1.pe.2.d. vētis circūferūt/ arbores autumna=
les/infructuose/ bis mortue/eradi=
cate/fluctus feri maris/despumātes
suas cōfusiones/sydera errātia: qui=
E bus pcella tenebrarū pseruata est in
Apo.1.b. eternū. Prophetauit autem et de his
septimus ab adam/enoch: dicens. Ecce
venit dns in sctis millibus suis/face=
re iudiciū contra oēs/et arguere oēs
impios de oibus operibus impietatis
eorū quibus impie egerūt/et de oibus du
ris q locuti sunt pra deū pctōres im
pii. Hi sunt murmuratores/ querulo=
si/scdm desyderia sua ambulantes: et
os eorū loquit supbiā/ mirantes per=
sonas qstus causa. Uos autē charis=
F simi: memores estote verborū q pre=
dicta sunt ab aplis dni nri Jesu xpi/
qui dicebant vobis. Qm in nouissi=
1.Ti.4.a mis tēporibus venient illusores scdm
2.Ti.3.a. desideria sua ambulantes in impieta
2.pe.3.a. tibus. Hi sunt q segregant semetipsos
aīales: spiritū nō habentes. Uos aūt
24.q.3.c. charissimi: superedificātes vosmetip
de illis. sos sctissime nre fidei: in spū sancto
orātes: vosmetipsos in dilectione dei
seruate: expectātes miam dni nri Je=
G su christi in vitam eternā. Et hos qui
dē arguite iudicatos: illos vero sal=
uate de igne rapientes. Aliis aūt mi=
seremini in timore: odiētes eam que
carnalis est maculatā tunicā. Ei au=
tem qui potēs est vos cōseruare sine
pctō/et pstituere ante conspectū glie
sue imaculatos in exultatione in
aduētu dni nri iesu christi. Soli deo
saluatori nro p iesū christū dnm no=
strū gloria et magnificentia/imperiū
et potestas ante oia secula: et nunc et
in omnia secula seculorum. Amen.

¶ Explicit epla beati Jude apostoli.

¶ Prologus in Apocalypsim beati iohannis apostoli incipit.


Omnes qui pie volunt viuere
in xpo (sicut ait apls) psecu=
2.tim.3.c. tionē patientur: iuxta illud. Fi=
li accedēs ad seruitutē dei / sta in iu= Eccl.2.a.
stitia/et timore/et prepara aiam tuā
ad tētationē. Tētatio namq; est vita
hois sup terrā. Ne autē fideles defi=
ciant in his: cōsolat eos dns atq; con
firmat dicēs. Uobiscū sum vsq; ad cō= mat.28.c.
summationē scli/et nolite timere pu=
sillus grex. Propterea vidēs deus pater
tribulationes qs passura erat eccia
ab aplis fundata supra petram xpm
vt minus timeant dispo suit vna cū fi=
lio et spū sctō eas reuelare. Reuela=
uit autē tota trinitas xpo sm huma=
nitatē/xps vero iohāni p angelū: io=
hannes eccie/de qua reuelatiōe hūc
librū cōposuit. Un et liber iste apoca=
lypsis dr.i.reuelatio/qz hic cōtinent
que deus reuelauit iohāni: et iohānes ec
clesie quāta scz eccia passa sit in tpe
primitiuo/et nūc patiat/et in nouissi
mis tēporibus antixpi passura sit / qñ
tāta erit tribulatio vt si fieri pōt etiā
moueātur electi. Et q p his et nunc et
in futuro premia sit susceptura: vt q's
denūciata supplicia terreant/ pmissa
premia letificēt. Ideo iste liber inter
reliqs scripturas noui testamēti pro
phetie noie cēset/q alius est excellen=
tior pphetiis. Sicut eñ nouū testa=
mentū pstat veteri/euāgeliū legi/ ita
hec pphetia prophetiis veteris testa
mēti: qz de christo et eccia magna ex
pte tā adipleta sacramēta denūciat.
Uel etiam ideo qz cū alius vnifaria=
iste trifaria data est pphetia simul /
scz de pterito et pñti et futuro. Ad cu
ius cōfirmādā authoritatē/ occurrit
etiā authoritas mittētis / deferentis et
accipientis. Mittentis scz trinitatis
deferētis scz angeli: et accipiētis scz
iohānis. Cū aūt iohanni hec i visione
fuerint reuelata/et sint tria gñā visio
nū/sub quo gñe cōtineatur videndū
est. Uisio eñ/alia corporalis/qñ vide
licet corporalibus oculis aliquid vi=
demus. Alia spūalis seu imaginaria /
cū videlz dormiētes vel etiā vigilan=
tes imagines rerū cernimus: quibus
aliquid aliud significatur/ sicut vidit
Pharao spicas et Moyses rubū ar=
dere: ille dormiēs: iste vigilans. Alia
intellectualis: qñ videlz spū sctō re=
uelante intellectui mētis veritatem
mysteriorū sicut est capimus: quō vi=
dit iohānes q in hoc libro referūtur.
Nō enim figuras tm spū vidit: sed et
earū significata mēte intellexit. Ui=
dit aūt iohānes et scripsit i Patmos

insulā relegat⁹ a Domitiano in exi-
liū pricipe impiissimo. Hac eū ad scri-
bendū cōpellēte causa: qr dū exul te-
neret a Domitiano in Patmos in-
sula: in eccl'iis quibus preerat multa
pullulauerūt / atq3 inoleuerūt vitia:
atq3 diuerse hereses. Erāt eñ quidā
heretici ibi dicētes christū nō fuisse
ante mariā: qr tēporaliter de ea na-
tus erat: q̄s iohānes in principio euā
Johā.1.a. gelii sui redarguit dicens. In princi-
pio erat verbum. Et in hoc libro cum
dicit alpha et o: id est principiū et fi-
nis. Dicebāt etiā quidā ecclesiā pon-
dere tribulationū ante finē seculi defi-
turā: et p labore nō premiū eternum
suscepturā. Horū ergo errores volēs
Esa.43.a destruere iohānes: ostēdit christū prin
cipiū esse et finē. Unde Esaias. Ante
me non est formar⁹ de⁹: et post me nō
erit. Et ecclesiā per exercitium tribu-
lationum non desinere: sed pficere z
pro his brauiū eternū recipe. Scri-
bit aūt iohānes septē ecclīis Asie: et
earū septē ep̄is de predictis instru-
ens: et in eis per eā totā generalē ec-
clesiā docēs. Est itaq3 materia iohan
nis in hoc opere stat⁹ specialit' Asia-
ne eccl'ie: nec nō et toti⁹ videl3 que in
presenti patiat' / et in futuro receptu-
ra sit. Intentio vero eius est monere
ad patientiam que seruanda est: tum
quia breuis labor / tum quia premiū
magnū. Modus tractandi talis: pri-
mo pmittit prologū et salutationem
vbi reddit auditores benignos et at
tētos: quo pmisso accedit ad narra-
tionē. Ante narrationē vero ostendit
christū esse ab eterno sine principio
et fine. Inducens ipsum loquentem.
Apo.22.a Ego sum alpha et o: id est principiū
et finis. Postea accedens ad narra-
tionē distinguit septē visiones: qui-
bus terminatis iste liber cōsumma-
tur. Premittit aūt prologum dicens
Apocalypsis iesu christi: subaudis:
Apo.1.a. hec est sicut in aliis. Uisio esaie hec
est: et parabole salomonis he sunt.

¶ Itē alius plog⁹ in Apocalypsim.

Joh.13.f. Iohannes apostolus et euangeli
Ibid.19.e sta a christo electus atq3 dilect⁹:
Joh.1.a. in tanto amore dilectionis vberior
habitus est vt in cena supra pectus
eius recumberet: et ad crucem astan
ti soli matrem propriam commēdas-
set: vt quem nubere volentem ad am
plexum virginitatis asciuerat ipsi
etiam custodiendam virginē tradi-
disset. Hic itaq3 cum propter verbum
dei et testimoniū iesu christi in Pat-
mos insulā sortiretur exilium: illic
ab eodē Apocalypsis preostensa de-
scribitur: vt sicut in principio cano-
nis: id est libri Geneseos incorrupti-
bile principiū prenotatur: ita etiam
incorruptibilis finis per virginē in
Apocalypsi redderet' dicentis. Ego Apo.22.e
sum alpha et o: initium et finis. Hic
est iohannes qui sciens superuenis-
se sibi diē egressionis de corpore: con
uocatis in Epheso discipulis: descen
dit in defossum sepulture sue locum:
orationeq3 cōpleta reddidit spiritū:
tam a dolore mortis factus extrane-
us q̄3 a corruptione carnis noscitur
alienus. Cuius tamen scripture dis-
positio vel libri ordinatio: ideo a no-
bis per singula non exponitur: vt ne
scientibus inquirendi desyderiū col-
locetur: et querentibus laboris fruct⁹
et deo magisterii doctrina seruetur.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit argumentum in Apocaly
psim beati Johannis apostoli.

Apocalypsis Johannis tot ha
bet sacramenta: quot verba.
Parum dixi: z pro merito vo-
luminis laus omnis inferior est. In
verbis singulis / multiplices latent
intelligentie.

¶ Incipit liber Apocalypsis beati
Johannis apostoli et euangeliste.

¶ C.S. Johānes scripsit septē eccle-
siis in Asia: de testimonio. de his que
oportet fieri cito: qui vidit septem cā
delabra aurea: ac in medio candela-
brorum similem filio hominis: ac po-
nitur Johannis trepidatio. Capl'm.i.



A A Pocalypsis iesu christi
quā dedit illi deus pa-
lā facere seruis suis que
oportet fieri cito: z signi
ficauit mittēs p ange-
lū suū seruo suo iohānis
q̄ testimonium perhi-
buit verbo dei z testimoniū iesu xp̄i
quecūq3 vidit. Beatus q̄ legit et au-
dit verba pphetie huius: et seruat ea 19.dis.c.
que in ea scripta sunt: tēpus eñ ppe necesse.
est. Johānes septē ecclesiis q̄ sunt in B
asia: grā vobis et pax ab eo q̄ est: et q̄

erat/et q̄ vētur⁹ est: et a septē spiriti=
bus q̄ in cōspectu throni eius sunt: et
Colos.1.c. a iesu christo q̄ est testis fidelis/ pri=
1.Co.15.c mogenit⁹ mortuorū/ et princeps re=
gū terre: q̄ dilexit nos/ et lauit nos a
Heb.9.d. petis nr̄is in sanguie suo: ⁊ fecit nos
1.Pe.1.d. regnum et sacerdotes deo ⁊ pr̄i suo:
1.Jo.1.d. ipsi glīa ⁊ iperiū in secl'a seclo℞. Amē.
Esaie.3.c. Ecce venit cū nubib⁹/et videbit eum
mat.24.c ois ocul⁹/et q̄ eū pupugerūt. Et tunc
Jude.1.c. plāgent se sup eū oēs trib⁹ terre: etiā
amen. Ego sum alpha et o: principiū
et finis/dicit dn̄s de⁹: q̄ est/ et q̄ erat/
C et q̄ ventur⁹ est oipotēs. Ego iohānes
frater vester et particeps in tribula=
tione/et regno/⁊ patientia in christo
iesu/fui in isula q̄ appellat̄ patmos:
ppt̄ vbū dei et testimoniū iesu xp̄i.
Fui in spū i dn̄ica die: ⁊ audiui post
me vocē magnā tanq̄ tube dicentis.
Qd̄ vides scribe in libro: et mitte se=
ptē eccl'iis que sunt in asia/epheso/et
smyrne/et pgamo/et thiatire/et sar=
dis/et philadelphie/⁊ laodicie. Et cō
uersus sum vt viderē vocē q̄ loq̄bat̄
93.dist.c. mecū. Et cōuersus vidi septē cande=
diaconi labra aurea: et in medio septē cande=
sunt.in labro℞ aureorū similē filio hois/ ve=
princi. stitū podere/et precinctū ad māmil=
D las zona aurea. Caput autē ei⁹ et ca=
pilli erāt candidi: tanq̄ lana alba/et
tanq̄ nix. Et oculi ei⁹ tanq̄ flamma
ignis/et pedes eius siles aurichalco
velut in camino ardēti: et vox illi⁹ tā=
q̄ vox aqua℞ multa℞: et habebat in
dextera sua stellas septem. Et de ore
ei⁹ gladi⁹ vtraq̄ parte acut⁹ exibat:
et facies ei⁹ sicut sol lucet in virtute
de penite. sua. Et cum vidissem eū: cecidi ad pe
c.et ore. des ei⁹ tanq̄ mortuus. Et posuit de
in princi. xterā suā sup me/dicēs. Noli timere
ego sum prim⁹/⁊ nouissim⁹/⁊ viuus:
Esa.41.b et fui mortuus: ⁊ ecce sū viuēs i secl'a
⁊.44.a. seclo℞: et habeo claues mortis et in=
ferni. Scribe ergo q̄ vidisti/et q̄ sunt
et q̄ oportet fieri post hec. Sacramen
tū septē stella℞ q̄s vidisti in dextera
mea. et septē candelabra aurea septē
stelle: angeli sūt septē eccl'ia℞: ⁊ can
delabra septē: septē ecclesie sunt.

¶ C.S. Informat apostolus ecclesi=
am ephesinā/ac ecclesiā smyrnensē
et deinde ecclesiā pergamēsem/ atq̄
ecclesiā thiatirensem: ac ponit discre
tio bonorum a malis. Capitulum.ij.

A Et angelo ephesi eccl'ie scribe.
Hec dicit q̄ tenet septē stellas
in dextera sua q̄ ambulat i me
dio septē cādelabro℞ aureo℞. Scio
opera tua/et laborē/et patientiā tuā
et q2 nō potes sustinere malos: et tē=
tasti eos q̄ se dicūt apl'os esse/ et non
sunt: et inuenisti eos mēdaces: et pa=
tientiā habes/et sustinuisti propter
nomen meū: et nō defecisti. Sed ha=
beo aduersum te pauca/q̄ charitatē B
tuā primā reliq̄sti. Memor esto itaq̄ fo.di.ca.
vnde excideris: et age penitentiam q2 scitas
et prima opa fac. Sin aūt venio tibi ⁊ co.dn̄o.
cito: et mouebo cādelabrū tuū de lo= de pe.di.i
co suo/nisi penitentiam egeris. Sed c.sunt qui
hoc habes/q2 odisti facta nicolaita= arbitrat̄.
rū: que et ego odi. Qui habet aurem:
audiat q̄d spūs dicat ecclesiis. Uincē=
ti dabo edere de ligno vite/qd̄ est in
paradiso dei mei. Et angelo smyrne C
ecclesie scribe. Hec dicit primus ⁊ no
uissim⁹: q̄ fuit mortuus/⁊ viuit. Scio
tribulationē tuā et paupertatē tuam:
sz diues es: et blasphemaris ab his
qui se dicūt iudeos esse ⁊ nō sunt: sed
sunt synagoge satane. Nihil horū ti=
meas q̄ passur⁹ es. Ecce missurus est
diabol⁹ aliq̄s ex vobis in carcerē vt
tentemini: et habebitis tribulationē
dieb⁹ decē. Esto fidelis vsq̄ ad mor=
tē: et dabo tibi coronam vite. Qui ha=
bet aurē/audiat q̄d spūs dicat eccle= D
siis. Qui vicerit/nō ledet̄ a morte se=
cūda. Et angelo pergami eccl'ie scri= de pe.dis.
be. Hec dicit q̄ hz rhōpheam ex vtra= 2.c.si eni.
q̄ parte acutam. Scio vbi habitas: §.iohan=
vbi sedes est satane: et tenes nomen nes.
meū: ⁊ nō negasti fidē meā. Et in die
bus illis antiphas testis meus fidelis
qui occisus est apud vos/vbi sata=
nas habitat. Sed habeo aduersus te
pauca: q2 habes illic tenentes doctri
nā balaā/ qui docebat balac mittere
scandalū corā filiis isrl' edere et for= Nu.24.c
nicari: ita habes et tu tenētes doctri
nā nicolaita℞. Similiter penitentiam
age: si quomin⁹: veniā tibi cito/et pu= E
gnabo cum illis in gladio oris mei.
Qui habet aurē: audiat quid spirit⁹
dicat ecclesiis. Uincenti dabo māna
absconditū/⁊ dabo illi calculū candi=
dū: et in calculo nomē nouū scriptū/
qd̄ nemo scit nisi q̄ accipit. Et ange=
lo thyatire ecclesie scribe. Hec dicit fi
lius dei/q̄ habet oculos tanq̄ flāmā
ignis: et pedes ei⁹ siles aurichalco.
Noui opa tua/et fidē/ et charitatem
tuā/et ministeriū: et patientiam tuā
et opera tua nouissima plura priori= F
bus. Sed habeo aduersus te pauca:

qꝛ permittis mulierem Jezabel / q̄ se
dicit ꝓphetam docere ⁊ seducere ser
uos meos fornicari ⁊ manducare de
idolothytis. Et dedi illi tēpus vt pe=
nitētiam ageret / et nonvult penitere
a fornicatione sua. Ecce ego mitto eā
in lectū. et qui mechātur cū ea: in tri=
bulatiōe maxima erunt / nisi peniten
tiā ab opib⁹ suis egerint / et filios ei⁹
hie.17.b. interficiam i morte: ⁊ sciet oēs eccl'ie
qꝛ ego sum scrutans renes ⁊ corda / ⁊
dabo vnicuiqꝫ vestrū scđm opera sua.
G Uobis aūt dico / et ceteris q̄ thyatire
estis. Quicūqꝫ non habent doctrinā
hanc / ⁊ q̄ nō cognouerunt altitudinē
sathane / quēadmodū dicunt: nō mittā
sup vos aliud pondus. tm̄ id qđ habe
tis / tenete donec veniam. Et q̄ vicerit
et custodierit vsqꝫ in finē opera mea
Po.2.c. dabo illi potestatē super gentes / ⁊ re
get eas in vga ferrea: et tanq̄ vas fi=
guli confringent. sicut ⁊ ego accepi a
pr̄e meo / et dabo illi stellā matutinā.
Qui habet aurem audiat / quid spiri=
tus dicat ecclesiis.

¶ C. S. Instruit aplus angelū eccle=
sie sardine / ac angelū philadelphie
et angelum laodicie. Capitulum. iii.

A ET angelo ecclesie sardis scribe.
Hec dicit qui habet septē spūs
dei / et septem stellas. Scio opera tua
quia nomen habes q̄ viuas et mor=
tuus es. Esto vigilans: et cōfirma ce
tera q̄ moritura erāt. Nō eni inueni
opa tua plena corā deo meo. In men
te ergo habe qualiter acceperis ⁊ au=
J.16.c. dieris: ⁊ serua / et penitētiam age. Si
1.thes.5.a ergo nō vigilaueris / veniā ad te tanq̄
2.pe.3.c. fur / et nescies qua hora veniam ad
te. Sed habes pauca noīa in sardis
qui nō inquinauerūt vestimenta sua /
et ambulabūt mecum in albis: qꝛ di=
gni sunt. Qui vicerit / sic vestietur ve
stimētis albis: et non delebo nomen
eius de libro vite: et cōfitebor nomen
eius corā patre meo / et corā angelis
B ei⁹. Qui habet aurē audiat quid spi=
rit⁹ dicat eccl'iis. Et angelo philadel
phie eccl'ie scribe. Hec dicit scūs et
Esa.22.f. ver⁹: qui habet clauē dauid: q̄ aperit /
ioh.12.b. et nemo claudit / claudit ⁊ nemo ape
rit. Scio opa tua. Ecce dedi coram te
ostiū apertū quod nemo potest clau=
dere: qꝛ modicā habes virtutē / et ser=
uasti verbū meum / ⁊ non negasti no
men meum. Ecce dabo de synagoga
sathane / q̄ dicunt se iudeos esse et non
sunt: sed mentiūtur. Ecce faciam illos
vt veniant / ⁊ adorent ante pedes tu=
os: et sciēt qꝛ ego dilexi te. Qm̄ serua C
sti verbū patientie mee: ⁊ ego serua=
bo te ab hora tētatiōis / que ventura
est in orbē vniuersum tentare habi=
tantes in terra. Ecce venio cito: tene
qđ habes / vt nemo accipiat coronā
tuā. Qui vicerit: faciā illū colūnā in
templo dei mei / et foras nō egredietur
amplius. Et scribā sup eū nomen dei
mei: et nomē ciuitatis dei mei noue
hierl'm: q̄ descēdit de celo a deo meo
et nomē meum nouū. Qui habet au=
rē / audiat quid spūs dicat ecclesiis.
Et angelo laodicie eccl'ie scribe. Hec
dicit / amē testis fidelis et verus / qui
est principiū creature dei. Scio ope=
ra tua / qꝛ neqꝫ frigid⁹ es neqꝫ calid⁹
vtinā frigidus esses aut calidus. sed
qꝛ tepid⁹ es / et nec frigidus nec cali=
dus / incipiā te euomere ex ore meo:
qꝛ dicis q̄ diues sum / ⁊ locupletatus
et nulli⁹ egeo: ⁊ nescis qꝛ tu es miser
et miserabilis / et paup / ⁊ cec⁹ / et nu=
dus. Suadeo tibi emere a me aurum D
ignitū ꝓbatū / vt locuples fias: et ve=
stimētis albis induaris / vt nō appa=
reat confusio nuditatis tue / et colly=
rio inunge oculos tuos vt videas.
Ego q̄s amo / arguo et castigo. Emu= Pro.3.b.
lare ergo: et penitentiā age. Ecce sto heb.12.b.
ad ostiū et pulso. Si q̄s audierit vo=
cem meā / ⁊ aperuerit mihi ianuā: in
trabo ad illū / ⁊ cenabo cū illo / et ipse
mecum. Qui vicerit: dabo ei sedere
mecū i throno meo: sicut et ego vici /
et sedi cum patre meo i throno eius.
Qui habet aurem / audiat quid spiri=
tus dicat ecclesiis.

¶ C. S. Uidit iohannes ostiū apertū
in celo / ac sedem positā: in cuius cir=
cuitu fuerant sedilia vigintiquatuor
cum quatuor aīalibus dantibus glo=
riam deo die ac nocte. Capitulū. iiii.

POst hec vidi: et ecce ostiū ap= A
ertum in celo: et vox prima quā
audiui tanq̄ tube loquentis
mecū dicēs. Ascēde huc / et ostēdam
tibi q̄ oportet fieri cito. Post hec sta=
tim fui i spiritu. Et ecce sedes posita
erat in celo: et supra sedem sedēs. Et
qui sedebat / similis erat aspectui la=
pidis iaspidis / et sardis: et iris erat
in circuitu sedis similis visioni sma=
ragdine. Et in circuitu sedis / sedilia B
vigintiquatuor: et supra thronos vi=
gintiquatuor seniores sedentes / cir=
cumamicti stolis albis: et in capiti=

De elect. bus suis coronas aureas. Et de thro-
c. scriptū no procedebant fulgura/ et voces/ et
in punct. tonitrua: et septem lampades arden
tes ante thronum / que sunt septem
spiritus dei. Et in cōspectu sedis tā-
q̄ mare vitreum simile crystallo: et
in medio sedis et in circuitu sedis q̄-
tuor animalia plena oculis ante et re-
tro. Et animal primum / simile leoni
C et secūdum animal/ simile vitulo: et
tertium animal / habens faciem ve-
lut hominis: et quartum animal/ si-
mile aquile volanti. Et quatuor ani-
malia singula eorum habebant alas
senas: et in circuitu et intus plena sunt
oculis. Et requiem non habebant die
Esa.6.a. ac nocte dicentia. Sanctus: sanctus
sanctus dominus deus omnipotens
qui erat: et qui est: et qui venturus est.
D Et cum darent illa animalia gloriam
et honorem et benedictionem sedēti
super thronum / viuenti in secula se-
culorum: procidebant vigintiquatu-
or seniores ante sedentem in throno:
et adorabant viuentem in secula se-
culorum: et mittebant coronas suas
ante thronum dicentes. Dignus es
domine deus noster accipere gloriam
et honorem et virtutem: quia tu crea-
sti omnia: et propter voluntatem tu-
am erant et creata sunt.

¶ C.S. Post fletum beati Johannis
agnus occisus aperit librum: cuius
dignitatem approbant vigintiqua-
tuor seniores: ac angelorum milia
milium. Capitulum. v.

A Et vidi in dextera sedentis su-
pra thronum: librum scriptum
intus et foris: signatum sigillis se-
ptem. Et vidi angelum fortem et pre-
dicantem voce magna. Quis est di-
gnus aperire librum: et soluere si-
gnacula eius? Et nemo poterat neq̄
in celo: neq̄ in terra: neq̄ subtus ter
ram aperire librum: neq̄ respicere
illum. Et ego flebam multū: quoniam
nemo dignus inuentus est aperire li
Ezec.2.d. brum: nec videre eum. Et vnus de se
B niorbus dixit mihi. Ne fleueris. ec-
ce vicit leo de tribu iuda: radix da-
uid aperire librum: et soluere septem
signacula eius. Et vidi: et ecce in me-
Semer. custos: vel adamas / seu vepres: aut spina: vel fex.
Semeria. custodia dñi: vel adamas dñi: seu vepres / vel spina domini.
Semeron. custodia: vel adamas / seu vepres / aut spina / vel fex eius.
Semeron. 2. Paralipo. 15. lane: aut medulle. s. arborū. Heb. semerim.
Semida. nomen scientie / vel cognitionis / aut ponens scientiā: vel desolationis / aut stupefactionis cognitio / vel celorum scientia.
Semidaite. idem. plu. nu.
Semiramoth. celorum altitudines / aut nominis sublimitas.
Semla. linteū / siue sinistra eius / aut nomen illi / vel stupor illi / siue appositus illi.
Semran. custodia / aut adamas: seu vepres / vel spina / aut fex eius.
Semiramite. idē. p. n. he. semranite.
Semri. idem. sin. nu.
Semron. idem.
Semua. audiens / vel obediens.
Sen. Dens / aut ebur / vel mutatio / aut dormiens.
Sēna. scutū: vł arma: aut frigiditas.
Senaa. rubus: vel syriace inimicie.
Senaar. dormiētis vigilia / vel suscitatio / aut dētis euacuatio: vel denudatio. aut excussio / vel dens excussi. siue mutatio ciuitatis.
Sēnaar. Gen. 14. a. vbi dr̄ / et contra sennaar regē adame / interpretaē dens patris: aut mutatiōis patris: vel dormitio patris. heb. sennaab.
Sennacherib. rubus destructionis / aut rubus gladii. siue rubus solitudinis / vel siccitatis / aut ex syro et heb. inimici gladii: vel destructio.
Sene. rubus / aut syriace inimicus.
Senneser. dentis / vel eboris thesaurus / aut dormientis thesaurus / vel mutationis angustia / vel thesaurus / aut inimicus angustie: vel tribulationis.
Senia. Audiens / vel obediens. Hebraice Sema.
Sennum. motiones / vel motus dormientis. Heb. senanum.
Senon: sonus / siue strepitus / aut munus fortitudis vł doloris. he. seon.
Sensenna. ramus / vel propagines / siue rubus rubi / aut ex hebreo et syro rubus inimici.
Senua. rubus / vel syriace inimica.
Seon. eradicatio. siue conculcatio.
Seor. candidus: vel lucidus.
Seor. 1. Regū. 9. angustians / siue vinculum: aut colligatio: vel lapillus Hebraice seor.
Seorim. porte: siue estimationes: vel appreciationes: aut capilli / siue hordeū / vel tempestates / aut demones / vel pilosi / siue hirci.
Ser. angustia: siue tribulatio: aut vinculum / vel colligatio: seu plasmatio / vel fortitudo / aut petra.
Serabia. siccitas domini / vel preualens cum domino / aut psallens in domino / vel cum domino.
Seraphim. ardentes / vel igniti.
Serebia. siccitas dñi / vel preualens cum domino: aut psallens in domino / vel cum domino.
Sereser. princeps thesauri vel cellarii / aut psallētis thesaurus / vel cellarium / vel quiuidet angustiā aut ex Syro et Hebreo castrametatio angustiantis.
Sereth. angustia: siue tribulatio: aut viculū / vł colligatio / seu plasmatio
Sergius. rete vel retiaculum. S.

Serim. destructio: siue anathema: vł rete: aut retiaculum: vel dedicatuz: aut cõsecratū. s. deo. heb. herim.
Seron. princeps meroris: vel cantãs tristitiam: aut planicies. D.
Serua. leprosa: aut scabro.
Seruch. palmes / vel sarmentuz: siue ramꝰ: aut conuolutio. Heb. serug.
Sesa. sextus / vel senarius: aut marmoreus: vel iocundus: seu muneris eleuatio.
Sesac. munus sacci: aut munꝰ osculi vel poculi: siue donū femoris.
Sesac. 3. Regū. 14. et. 2. Paral. 12. a. vbi dr Ascẽdit sesac rex egypti: interpretat vanū / vel vacuum sacculum: aut vanitatis osculum / vel poculum: siue vanitatis femur.
Sesac. 1. Paral. 8. lini vł byssi saccus vel senariꝰ / aut sextꝰ saccꝰ: siue leticie osculū vel poculum aut femur.
Sesac. Hiere. 25. et. 51. linum vel byssus tua: aut gaudium tuum: siue senarius tuus.
Sesai. senarius / vel sextus: siue gaudẽs / vel letꝰ: aut bissinꝰ: vel lineus.
Sesan. lilium / siue rosa: vel leticia: aut linum / vel byssus.
Sesban. manans / vel fluens: aut syriace liberatio. Heb. sesbam.
Sesenna. humiliatio ieiunij: aut fouea / siue meditatio ieiunij / vel superbia maris. Heb. sesema.
Seth. positus / vel posuit.
Sethai. sabbatum: vel requies: siue cessatio. Heb. sebthai.
Sethia. precio / vel ramus dñi: siue sepiens / aut vallans dño: vel cessatio domini. Heb. sechia.
Sethim. expãsiones: aut diuertẽtes siue flagella / vel spine.
Sethrai. exactor: vel prepositus: aut syriace obligatio / vel contractus.
S. añ J. Sia. Splẽdor: vel cãdor: aut siccitas.
Siaa. motus: aut syriace adiutoriuz.
Siaha. splẽdor vł cãdor aut siccitas.
Siba. exercitꝰ: vel militia: aut fortitudo: vel ceruus: siue nauis veniens.
Siba. 2. Reg. 20. iterp̃tat sacietas siue iuramẽtū: aut septẽ vel septimꝰ.
Siba. 2. Reg. 20. in fine / interpretat vanitas: aut eleuatio: vel tumultus. Heb. siua.
Siban. rubꝰ vel spinosus. heb. siuan.
Sichar. conclusio / vel clausura: aut inebriatio: vel merces. Dicit autez beatus Hieronymus / ꝙ corrupte ponit pro sichem: quod interpretat humerus: siue portio: aut manicatio / vel matutinatio: sed in greco sichar inuenitur. D.
Sicelech. effusio sextarij vel mensure: aut coangustans sextariuz / vel mensuram. Heb. siceleg.
Sichem. humerꝰ: siue pars: aut manicatio / vel matutinatio.
Sicera. ebrietas. Unde notanduz ꝙ sicera descẽdit ab Hebreo / et significat oẽ quod inebriare põt: vt ait beatus Hieronymus.
Sichima. humerus: siue pars: aut manicatio: vel matutinatio.
Sichimi. idem.
Sicyone. cucumerarium. G.
Siden. venatio: aut insidiatio: siue viaticū: vel cibariū: aut nauis iudicij. D.
Sidon. idem.
Sidonia. idem.
Sidonie. venatrices: aut insidiatrices: vel cibaria.
Sidonij. venatores: aut insidiatores siue nauis iudicantium.
Sidonius. idem. sin. nu.
Sidrach. mãmilla tenera vel delicata: aut dep̃datio tenera: siue ager delicatꝰ: aut syriace missus tuus.
Siene. rubꝰ: vel Syriace inimicitia.
Silas. cõsiderãs: vel aiaduertẽs. D.
Silo. dissoluens: vel discalcians: seu pax: aut abundantia: vel Syriace illusus: vel decipiens.
Siloe. Missus: vel mittens: aut ramus: siue telum: aut arma scilicet missilia: vel Syriace spolians vel spoliatus.
Siloe. Esaie. 8. et Johãnis. 9. interpretatur missus.
Siloni. manens / vel qui manet: aut pacificus: vel abundans: aut Syriace illudens / vel decipiens.
Silonites. idem.
Siluanus. latinum est a silua.
Simmaa. audiens: vel obediens.
Simmaha. idem.
Symeon. audiens: vel exauditio.
Symeonite. idem. plu. nu.
Symon. audiens: vel obediens. D.
Symon. 1. Paralipomenon. 4. ponẽs / vel positus: aut munus preparationis / vel numeri: seu pinguedo: vel oleum.
Sin. rubus.
Sin. Num. 13. et. 20. et. 27. et. 33. d. et. 34. ⁊ Deutero. 32. et Jos. 15. In omnibus his locis interpretatur scutum: vel arma: aut frigiditas.

Sin. nomen litere: interpretatur dens aut ebur. D.
Sina. scutū: vel arma: aut frigiditas.
Sina. Deut. 33. et Eccli. 48. interpretatur rubus: vel Syriace inimicitia. Heb. sinai.
Sinai. idem.
Syntycen. colloquens: vel confabulans. G.
Sion. aceruus/aut tumulus: vel specula: aut siccitas.
Syor. paruulus/ aut nauis vigilantis/vel suscitati/aut emuli/ vel denudati.
Syor. Jos. 19. et. 1. Paral. 13. niger: vel turbidus: aut matutinus.
Syra. spina: aut olla: vel lebes: siue rebellio: aut recessio.
Sirach. sibilus: aut canticum fratris vel munus vacuum. D.
Syracusa. attrahens violenter. G.
Syria. Hebraice dicit aram: et interpretatur excelsa vel sublimis: aut decipiens: siue maledictio eorum.
Syri. idem. plu. nu.
Syrii. idem.
Syrophenissa. attracta rubedo: vel attractio purpurea. G.
Syrtim. attrahēs vel attractio. G.
Syrus. Hebraice di. arami: et interpretat excelsus: vel sublimis: aut decipiens: siue maledictio eorum.
Sisai. senarius: vel sextus: siue gaudens: vel letus: aut byssinus: vel lineus.
Sisara: hirundinē videns: aut tineā vel equum videns.
Sithim. expansiones: vel diuertentes: seu flagella: vel spine.
S. añ M. Smyrna. myrrha. G.
S. añ O. Soa. candor: aut siccitas.
Soba. exercitus: siue militans: aut preceptum in ea: vel inflatio: aut tumor.
Soba. Gen. 14. dilectio: vel absconsio: aut Syriace obligatio: vel peccatum. Heb. hoba.
Sobab. reuersus: aut auersus: vel cōuersus: aut Syriace scintilla.
Sobach. rete: vel retiaculum: aut cāscellus: vel captiuitas: siue cōuersio tua: aut Syriace colūbarium.
Sobai. cōuersio: vel captiuitas: aut sessio: vel sedens.
Sobal. semita: vel spica: aut crura: vel femur: seu vana vetustas.
Sobal. Pa. 59. et Jud. 13. exercitus: siue militans: aut preceptum in ea siue inflatio: aut tumor. Hebraice soba.
Sobech. equiparatus vanitati: vel appositus vacuitati/vel dissipationi: aut vana euacuatio: vel Syriace derelictus.
Sobi. conuersio: vel captiuitas: aut sessio/vel sedens.
Sobna. sede nunc: aut cōuertere nūc: siue captiua nunc: vel edificās: aut qui intelligit.
Sobnas. idem.
Soboba. exercitus: vel militia in ea siue inflatio/vel tumor in ea.
Sobochai. ramus: vel propagines: aut tugurium.
Socco. protectio: vel vallatio: aut ramus: siue cessatio.
Socho. idem.
Sochot. tabernacula/vel tentoria.
Sochot. Jos. 15. et. 1. Reg. 17. et. 19. interpretatur protectio: vel vallatio: aut ramus: vel cessatio. Hebraice socho.
Sochothenoth. tabernacula filiarū: vel edificationū: siue auscultationes/vel vnctiones filiarum / vel edificiorum.
Sodi. secretum meum.
Sodoma. secretum eorum: siue calx aut cementum eorum.
Sodomi. idem.
Sodomite idem.
Soem. onix/ lapis preciosus: aut Syriace detentio/vel mora eorum.
Sophai. speculator: aut fauus: siue naratio: vel coopertimentum: aut expectatio.
Sophan. cuniculus: vel cyrogrillus: siue abscōditus/vel reconditus: aut conterens: siue confractio.
Sophar. matutinus: aut corona: seu circulus: vel passer: aut Syriace hedus.
Sophat. effundens: vel effusus: aut ramus lechytus. Heb. sophach.
Sopher scriba: vel liber: aut narrās vel numerans.
Sophereth. numerās: vel narrans: siue narratio: aut librarius vel scriba.
Sophim. specule: vel speculantes: siue cooperti: aut natantes: vel expectantes: aut fauus.
Sophonias. absconsio domini: siue secretū domini: aut speculator noster dn̄e: vel aquilo domini.
Somer. custos: vel adamas: seu vepres: aut spina: vel fex.

Sõmoria.custodia domini:siue adamas dñi:aut vepres:vel spia dñi.
Sooria. mane dñi: aut matutinatio vel manicatio dñi:seu iuger dñi.
Soptim.iudices: & inde dr liber iud.
Soreth.vinea/vel vitis:aut sibilus: vel sibilans.Heb.sorech.
Sori.angustiator:siue vinculũ: aut colligatio: vel plasmatio: aut resina:vel syriaca:siue petra: vl' fortis.
Sosipater.saluans patrem:vl' salus patris.G.
Sosthenes.saluator: potens vel robustus. G.
Sostratus.saluãs exercitum/vel salus exercitus.G.
Sothai.puaricatio:siue declinatio.
Sothei.idem.
S.añ P. Spartiani.semlati vl' seminãtes.G.
Spartiate.idem.G.
S.añ T. Staburzanai. cõputrescens contemnẽtes me:vel qui explorat contemptores meos.Heb.starbuzanai.
Stachium.spica.G.
Stephana.corona vel coronata.G.
Stephanus.corona:vel coronatus.G.
Stoici.a stoa.i.porticu/i quo disputabãt illi philosophi dicti sunt.G.
Sthur.occultus:vl' absconditus:seu destruens vel demoliens.
S.añ U. Sua.clamans:vel saluans: aut potẽs:vel magnificus: seu respiciẽs.
Sua. 4. Reg.17.modius/vel mẽsura: aut velamen.
Sua.1. Paralipo.4.fossa: aut natatio: siue humiliatio: aut meditatio:vel loquela:aut germinans.
Suaa. clamans:vel saluans: aut potens:vel magnificus:seu respiciẽs.
Sual. Uulpes: aut semita: siue pugnus: aut pugillus.
Suar.paruulus:aut preceptum vigilie vel ciuitatis/aut emuli/vel denudationis/aut euacuationis. vel syriace angustiator.
Suba.exercitus: siue militans: aut pceptũ i ea:vel iflatio aut tumor.
Subahel.conuersio dei: siue captiuitas dei:aut sedes dei.
Subal.semita: vel spica: aut crura: vel femur:seu vana vetustas.
Subuel.cõuersio dei: vel captiuitas dei:aut sedes dei.
Subuhel.idem.
Sue.clamans:vel saluãs: seu potẽs vel magnificus:aut respiciens.
Sue. Geñ.25.et.1. Paralipo.1.loquens; siue orans: aut fossa: vel humiliatio:aut natatio.
Sue.1. Parali.2.f.vanitas aut eleuatio vel tumultus.
Sue.1. Paral.7.g.eradicatio vel cõculcatio.
Suph.fauus siue specula: vel coopertimẽtũ aut natans vel expectãs.
Supha.lecythus: aut preceptũ illa: quecũs vel preceptum flatus:siue preceptum inflationis.
Supham.conterens eos:siue barba vel labiũ eorũ:aut rippa vel littus eorum.heb.sephupham.
Suphamite.idem.
Suham.locutio siue meditatio eorũ: aut fouea vel humiliatio eorum: siue natatio vel germinatio eorum.
Suhamite.idem.
Suites. meditatio aut fouea vel incuruatio aut humiliatio: siue natatio aut natans.
Sunan. mutatio siue dormitatio eorum:aut vana dormitatio vel iteratio aut secundatio eorum.
Sunamitis. dormiens vel mutata: aut vana dormitio: vl' iteratio:aut secundatio dormitionis.
Sunamitis. Cant.6.et.7.pacifica: siue perfecta aut retribuens. Hebraice sulamitis.idem.
Sunem. mutatio siue dormitatio eorum aut vana dormitatio aut iteratio vel secundatio eorum.
Suni.mutatus vel dormiens aut iteratus vel secundarius.
Sunite. idem.
Sur.murus aut bos vel aspiciens.
Sur.Nu.25.et.31.et Jos.13.&.1. Paral.8.et.9.interpretatur petra vel fortis aut obsidens vel angustiãs siue plasmator vel figurator: aut ligatus vel ligans.
Suri.lux vel lumen meum:aut ignis meus.Heb.vri.
Suriel. petra dei siue fortitudo dei: aut plasmatio vel figuratio dei: siue vinculum aut colligatio dei vel obsidio dei.
Surisaddai. petra vel fortitudo oipotentis vel deuastantis:aut plasmatio vel figura omnipotẽtis: vel deuastantis:vel vinculũ siue obsidio oipotentis vel deuastantis.
Susa.lilium siue rosa aut letitia.
Susa.1. Parali.18.vanitatis eleuatio aut exultans.
Susan.liliũ aut rosa vel letitia.
Susanna.idem.D.

Susannachei.lilia:vel rose:aut gaudium claudor vel percutientium.
Susi.equus:vel hyrundo: aut tinea.
Susis.lilium:siue rosa:aut leticia.
Suthala. plantatio viriditatis / vel humiditatis: aut potus humidus siue ponēs humiditatem vel viriditatem.
Suthalaie.idem.

¶ De incipiētibus a litera T.

T.añ A. Taath.subter / vel subtus: aut pauor/siue formido: vel syriace descensio.
Tabeel.bonus deus.
Tabelias.intinctus a dño:vł baptismus dñi:siue bonitas ipsi dño.
Taberne.latinum est.
Tabita. dorcas.i.damula vel caprea syrum est.
Tabitacumi. Marci.5.d. In greco scribit talithacumi: qđ ex Syro et Hebreo interpretat puella surge.
Tabremmon. bonum malum granatum:siue bonitas excelsa/vel sublimis: aut vmbilicus preparat° vel numeratus/aut muneratus.
Tachasin. hora vel tempus principis: siue nunc princeps. Hebraice trachasin.
Taddeus.laudans vel cōfitens.D.
Taphnes. occulta tētatio/vel fuga: aut coopertū vexillū: vel ex Heb. et Syro occultum miraculum.
Taphnis.Heb.dr soan: z interpretatur mouens vel motio aut motus.
Taphnis. Hiere. 43.et.44.et 46. et Ezechiel. 30.vbi dr/et in taphnis ingrescet dies.interptat operimentū confidētie vel ꝓtectionis: aut occulta cōfidētia vel ꝓtectio.
Taphua.pomū: vel inflatio: aut insufflatio: vel illaqueatio.
Tapsa.trāsitus:vel claudicatio: aut pascha.id est loc° vbi pascha fit.
Tapsar.princeps vel exercitus: siue paruulos auferēs: aut distillationem vel guttam auferens.
Taracha.explorator/ vel contemplator obtusus: seu legis hebetudo/vł impedimentum: aut turturis obtusio/vel hebetudo.
Tau.signum.
T.añ E. Tebbath.bona vel bonitas.
Tebeth.idem.
Tebon.extinguēs vel extinctus: aut quasi intelligens: vel quasi edificans.Heb.chebon.
Tehinna.deprecatio/aut misericors: siue gratiosus/vel gratia.
Telmon.ros preparatus vel roris ꝑparatio: aut roris munus: vel ros numeratus: aut ex Syro et hebreo vmbre preparatio vel munus.
Tenach.cōfringēs te vel humilians te:aut respondens tibi.
Teraphim.simulacra:vel statue:aut figure vel imagines.
Tertius.latinum est.
Tertullus: falsa annūciās vel mendax aut monstrosus.S.
Teth. verrere: siue scopis mundare.D.
Tethron. aromatizās vel fumigans aut colligatio vel vinculum: siue attendiari cāticum: aut syriace nodus.heb.cethron.
Tiberiadis.bona visio vel vmbilic°: aut confractio.D. T.añ I.
Tiberius.idem.D.
Tibianci. palee vel paleati: aut bene respondentes: vel bene gratificantes.D.
Tichicus.casualis vel ꝯtingens.S.
Tygris. hebraice dicitur hidecel: et interpretatur acumē velocitatis: aut acutus sonit° vel vxor: seu letus sonitus vel leta velocitas: aut ex syro et hebreo vna vox: vel vnisonus aut vnica velocitas.
Timotheus.honor dei vel honorans deum:aut preciosus deo.S.
Tyrānus imperās vel princeps.S.
Tyrū.hebraice dicitur sorim: z interpretatur tribulantes siue obsidentes aut angustiantes: vel ligantes siue vinculati: vel figurantes aut plasmantes siue fortes vel petre.
Tyrius.idem.fin.nu.
Tyrus.hebraice dicitur sor: et interpretatur tribulatio vel obsidio siue angustia aut vinculum vel colligatio seu plasmatio aut figuratio vel fortitudo aut petra.
Tirichus.in greco tychicus: et interpretatur casualis vel ꝯtingēs.S.
Titus.honorabilis.S.
Tob.bonus siue bonitas.
Tobadonias. bonus dominator dominus: aut bona basis domini. T.añ O.
Tobia.bonus dñs vel bonitas dñi.
Tobias.idem.
Tophet.tympanum vel seductio aut dilatatio.
Tolmai.sulcus.s.q̄ fit cū aratro aut suspendens aquas vel coadunatio aquarum.
Toparchia.territorium.S.

Traconitidis. saxosa vel aspera. G.

Triphena. deliciosa vel delicata. G.

Triphon. deliciosus vel delicatꝰ. G.

Triphosa. deliciosa vel delicata. G.

Tripolis. trium ciuitatum scilicet regio. G.

Troadem. perforata. G.

Trophimus. nutritus siue educatus. G.

Troglodyte. Hebraice dicitur suchum: et interpretatur vncti vel vngentes: aut cooperti vel obumbrati id est in tabernaculis vel tuguriis habitantes.

Tubal. orbis vel mundanus aut confusio vel ignominia seu portatꝰ vel adductus.

Tubal. Geñ. 4. defluens siue apportans vel inueterascens: aut germinans siue iubileus vel buccina hebraice iubal.

Tubin. bene mẽsurata vel bona mensura: aut bonum vinum. D.

¶ Hucusq; per simplicem t literam: id est sine aspiratione lecta sunt principia nominum. exinde que sequuntur aspiratione addita. i. per th. legenda sunt.

Thaan. deprecans aut misericors: siue gratiosus vel gratia.

Thaas. hyacinthinus: vel festinans aut silens.

Thaath. subter vel subtus aut pauor siue formido: vel Syriace descensio.

Thabee. iubilatio vel occisio aut coquus.

Thabeel. bonus deus.

Thabita. dorcas, id est damula vel caprea. syrum est.

Thabitacumi. in greco scribitur talithacumi: ⁊ ex Syro et hebreo interpretatur puella surge.

Thabor. electio siue puritas. aut syriace contritio vel confractio.

Thacan. concatenatus siue retrusus vel cõclusus. heb. thartach.

Thadal. conterens iugum seu scientia eleuationis vel ascensionis.

Thaddeus. laudãs siue ꝯfitens. D.

Taphet. distillatio: aut gutta: vel paruula.

Thaphnes. operimẽtũ confidentie vel protectionis aut occulta confidentia vel protectio.

Thaphnis. heb. dr̃ soan: et interp̃tatr̃ moueus vel motus aut motio.

Thaphnis. Hiere. 43. ⁊. 44. et 46 et ezech. 30. c. interpretatur operimẽtum confidentie vel ꝓtectiõis: aut occulta ꝯfidentia vel ꝓtectio.

Thaphua. pomũ vel inflatio aut insufflatio vel illaqueatio.

Thalassa. in greco assea: et interpretatur spissa vel prudens. G.

Thalassar. suspensio ꝓncipis: vel tumulus principis: aut suspendens canticum vel tumulus canentis.

Thale. humefactio aut viriditas siue humectans aut virescens.

Thamar. palma vl' dactilꝰ siue cõmutatio vl' ꝑmutatio aut amaritudo.

Thamna. vetita siue ꝓhibita aut ꝑfecta vel cõsummata cõmotio.

Thãma. Jos. 15. imago vl' figura: vel nũeratio vl' nũerãs: vl' sy. ꝯstituẽs.

Thamnas. idem.

Thamnata. idem.

Thamnatheus. idem.

Thamnatsara. figura vel imago extensa vel remanens aut ferẽs: siue numeratio residua: aut numeratio extensionis vel fetoris. aut ex syro et hebreo constituta extensio vel fetor aut statuta residuitas.

Thamnatsare. idem.

Thamnatsare. Judi. 2. imago vel figura solis: aut imago vel figura testea vel fictilis: aut numerus solis vel teste: aut ex sy. et he. ꝯstitutus sol vl' testa. he. thamnataress.

Thana. ꝯfringẽs te vel hũiliãs te: siue respondens tibi. heb. thanach.

Thamna. imago vel figura aut numeratio siue numerans: vel syriace constituens. heb. thamna.

Thanach. confringens te vel humilians te: siue respondens tibi.

Thamnam. idem. heb. thanach.

Thanameth. consolatio vel pnĩa aut doni lagũcula vel murus: siue donum indignatiõis vel caloris: aut requies mortis.

Thamnam. imago vl' figura aut numeratio vel numerans: aut syriace constituens. heb. thamna.

Thanani. preparatio vel basis mea heb. chanani.

Thanatselo. ficũ vel ficulneã dissoluẽs vel discalciãs aut decorticans seu ficulnea errãs: vel mẽtiẽs: aut ficulnea abundantie vel pacis: seu occasio erroris vl' mẽdacii: aut occasio. f. est abundantia vel pax.

Thane. ꝯfringẽs te vel hũilians te ꝗ aut rñdens tibi. heb. thanach.

Thanes.gratie vexillum siue gratie tentatio vel fuga: aut ex hebreo et syro gratie miraculũ.heb.hanes.
Thanis.hebraice dicitur Soan: ꝛ interpretatur mouẽs/vel motio: aut motus.
Thantanai.donans vel donator.hebraice thathanai.
Thapsa.transitus vel claudicatio: aut pascha:id est locus vbi pascha fit.
Thapsam.idem.heb.thapsa.
Thara.vlulans: aut malefaciẽs:vel cubiculum malicie: aut cubiculum pastoris vel socij:aut Syriace euẽtus siue terrestris:vel inferior.
Thara.1.Paral.9.ira vel contentio praua: aut ira vel contentio socij vel pastoris.
Thara.Hester.12.idẽ quod thares: quod interpretatur heres: aut miser vel exul.D.
Tharaca.explorator vel contemplator obtusus: siue legis hebetudo aut impedimentum: vel turturis obtusio vel hebetudo.
Tharanu.explorator vel contemplator gratie vl' misericordie:aut turtur gratie vel misericordie.
Thare.odorans vel spirãs: aut abigens.
Tharela.exploratio vel turtur maledictionis: aut turtur fortitudinis vel ilicis:aut explorans ilicem vel fortitudinem.
Thares.heres aut miser vel exul.
Tharsences.alati vel pennati.G.
Tharsensis.idem.sin.nu.G.
Tharsis contemplatio gaudij vel exploratio marmoꝝ:aut turtur gaudij:siue chrysolitus lapis scilꝫ preciosus:aut mare.
Tharsum.alata vel pennata.G.
Thartã.explorans vel contemplans bonum aut turturis bonũ vel lex ipsarum.
Thasi.oblitus vel obliuiscens: aut debitor.D.
Thau.signum.
Thau.1.Reg.1.viuens aut nesciens.
Thebaoth.anuli vel circuli: aut submersi: seu bonum tempus vel bona hora.
Thebath.iugulatio vel occisio: aut coquus:seu bene formidãs:vel bene confractus.
Thebes.cenosus aut sericeus: vel ouium aut syriace lineus.

Tebni.palea:aut fenum: vel intelligens:aut filiatio.
Thebboath.anuli vl' circuli:aut submersi: vel bonum tempus aut bona hora.
Thecua.tuba aut clangor vel fixa.
Thecua.4.Reg.22.et Esd.10.spes: vel funiculus: aut linea: vel congregatio.
Thecuar.signum vel figurationem assumens.
Thecue.tuba vel clangor aut fixa.
Thecueni.tube vel clãgẽtes aut fixi.
Thecuites.idem.sin.nu.
Thecuitis.idem.f.g.
Theglathphalasar.captiuitatẽ miraculosam vel ruinosam abstulit vel legauit: aut ex hebreo et Syro captiuitatẽ miraculosam vel ruinosam prohibuit.
Theglatphalasar.1.Para.5.et.2.paral.28.niuem cadẽtem prohibens vel ligans ex syro et hebreo.Heb. thelgatphalnasar.
Thehen.deprecãs aut misericors siue gratiosus:vel castrametans.
Thehenite.idem.p.n.
Thehinna.idem.s.n.
Thelarsa.coaceruatio vel suspensio aratri vel surditatis aut silẽtij siue artificij vel teste: aut ex hebreo et syro aceruata vel suspensa silua.
Thelasar.coaceruationẽ vel suspensionem auferens: aut coaceruationis vel suspensionis recessus.
Thelem.agnus siue ros eorũ: aut syriace vmbra eorum.
Thelmela.aceruus salis vel naute aut suspensio vel appẽsio salis vel naute.
Thelmon.ros preparatus vel roris preparatio: aut roris munus vel ros numeratus: aut ex syro et hebreo vmbre preparatio.
Thema.admiratio vel cõsummatio aut austrum.
Thema.Esd.2.et Nee.7.interpretatur delens vel radens aut abstergens:vel syriace percutiens.
Theman.australis vl' aphricus aut consummat⁹ vel perfectus: aut syriace ibi.
Theman.Job.6.et Hiere.25.admiratio vel cõsummatio: aut austrũ. Hebraice thema.
Themani.perfectissim⁹ vel australis:aut syriace constitutus.
Themanites.idem.

Themna. imago vel figura: aut numeratio vel numerans: aut ſyriace cõſtituta.
Thenach. cõfringẽs te vel humiliãs te: aut reſpondens tibi.
Thenath. idem. heb. tenach.
Thenoemeth. conſolatio vel penitentia aut domi laguncula vel murus: ſiue donum indignationis vel caloris: aut requies mortis.
Theodas. fluens aqua. G.
Theodocius. deo datus. G.
Theophilus amicus dei vel deo dilectus. G.
Theraphim. ſimulacra vel ſtatue: aut figure vel imagines.
Therphalei. raptores fatigati vel laborioſi: aut ſeries miraculoſa vel ruinoſa: aut ex ſyro ꝛ hebreo mons vel cuſtos miraculi vel ruine: aut foſſum laboris.
Therſa. complacens vel volens: aut ſuauis vel currens.
Theſſalonica. dei altera victoria: aut ſitus ſiue poſitio alterius victorie. G.
Theſſalonicenſes. idem. p. n. G.
Theſſalonicẽſis. idem. ſin. n. G.
Theſbites. captiuãs vel ↄuertẽs: aut ſedens vel habitans.
Thet. verrere / vel ſcopis mũdare. D.
Thethel. appenſio. heb. thechel.
Thyatira. odor ſiue ſacrificium laboris vel contritionis. G.
Thyatireni. idem. p. n. G.
Thicon. medium vel intermedi⁹: aut preparatio.
Thyphonicus. turbulentus vel tempeſtuoſus. G.
Thimon. honorabilis vel ꝑfect⁹. G.
Thimeus. cecus vel cecitas. D.
Thiras. demolitor ſiue deſtructor: aut irrorans vel irroratus.
Thiria. exploratio vel cõtẽplatio.
Thobia. bonus dominus vel bonitas domini.
Thobias. idem.
Thocen. medium vel intermedius: aut preparatus.
Thophel. ruina vel ſtultitia: ſiue inſulſitas aut inſipiditas.
Thopher. tympanum vel ſeductio / aut dilatatio.
Thogorma. oſſeus vel robuſtus: ſiue incolatus nimius / aut peregrinus valde / vel timẽs valde / ſeu anxioſa celſitudo.
Thola. vermis aut vermiculus: vel cocus aut coccineus.
Tholad. natiuitas vel generatio.
Tholaite. vermes aut vermiculi: vel coccus aut coccinei.
Tholmai. ſulcus. ſ. qui fit cũ aratro: aut ſuſpẽdẽs aquas vł coadunatio aquarum.
Tholmai. idem.
Thomas. abyſſus vel gemin⁹: ꝛ grece didimus appellatur: quod interpretatur gemellus / id eſt ille qui cum alio vno ꝛ eodem partu naſcitur. D.
Thopo. locus. G.
Thoſaites. diſſipatio vel diſſipatus: aut exiens.
Thoſan. in greco ſcribitur choſam: ꝛ heb. interpretaƚ diuinans. D.
Thou. errans.
Thou. 1. Paralƚ. 6. interpretaƚ telum vel iaculum.
Thraces. aſperi vel ſaxoſi. G.
Thraſea. audax vel temerari⁹. G.
Thubal. orbis vel mũdanus: aut confuſio vel ignominia: ſeu portatus vel adductus.
Thubal. Geñ. 4. defluens ſiue apportans: vel inueteraſcens aut germinans: ſiue iubileus vel buccina. hebraice tubal.
Thubalcain. mundana poſſeſſio vel emulatio: aut mundi nidus ſeu cõfuſionẽ poſſidẽs / vel ignominiam emulans.

De incipiẽtibus a litera V.

Vagao. interior vel intim⁹: aut elat⁹ vel eleuatus / ſiue corporeus. D. V ante A
Vaiecra. liber leuitici / ſic vocaƚ ab hebreis: q2 ſic incipit. i. ꝛ vocauit.
Vaiedaber. liber numeri: q2 ſic incipit. i. locutuſq3 eſt.
Vaiſatha. aſpergens thalamum vel cubiculum: aut ex ſyro et hebreo vel oliue. heb. vaizatha.
Vapſi. fragmentũ vel particula: aut diminutio vel diminutus.
Vaſſeni. ſecũdus vel dualis: ſiue mutatus aut coccineus: vel dens aut annus meus.
Vaſthi. bibẽs vel potans: aut duplicans vel ponẽs / aut ſtamen.
Vau. et. qđ eſt coniunctio. D.
Vbil. adduct⁹ vel portat⁹: aut luctuoſus vel veteraſcens. V ante B
Veuca. ſculptura aut preceptum / vel legiſlatio. V ante E
Vpham. thalamus eorum: aut ope-

rimentum eorum: siue ritus vel ripa eorum.
Uphamite. idem. p. n.
U ante L Ulai. fortitudo vel stultitia: aut forsitan.
Ulā. vestibulum vel portic⁹: aut fortitudo vel stultitia eorum.
U añ R. Ur. ignis vel lumē/aut lux.
Ur. Nu. 31. & Jos. 13. & 1. Paralip. 2. & 4. & 2. Para. 2. In oībus his locis interpretatur libertas siue albedo/aut foramen.
Urai. vigil aut ciuitas: vel denudās vel euacuans/aut pullus. s. asini. heb. irai.
Uram. libertas eorū: siue albedo vel foramen eorum.
Urbanus. latinum est.
Uri. ignis siue lumen: aut lux.
Uri. Nu. 13. & 1. Paralip. 5. interpretatur irascens vel libertas: siue albedo aut foramen.
Uria. ignis dñi/siue lumen dñi/aut lux domini.
Urias. idem.
Uriel. ignis dei siue lumē dei/aut lux dei.
U. añ S. Usan. festinātes vel tacētes/aut sensuales. heb. vsim.
Usathi. idem. fin. nu.
Usathites. idem.
Usim. idem. p. n.
U añ T. Uthai. peruersitas: aut hora vel temporalis.
U ant Z. Uzai. ambulans seu vilificans aut distillans.

¶ De incipientib⁹ a litera X.

X ante A Xandicus. mensis Aprilis. G.

¶ De incipientib⁹ a litera Z.

Z ante A Zabad. dos siue dotatus.
Zabadei. idem. p. n. D.
Zabadia. dos domini/siue dotauit dominus.
Zabadias. idem.
Zabbai. fluxus siue fluens.
Zabbam. tremor aut vexatio. hebraice zauan.
Zabath. dos siue dotat⁹. heb. zabad.
Zabdi. dos vel dotat⁹/siue flux⁹ abundantia.
Zabdias. idem. heb. zabdi.
Zabdiel. dos dei siue dotatus dei.
Zabdihel. idem.
Zabed. dos siue dotatus.
Zabedias. dos domini/siue dotatio domini.
Zabeth. dos siue dotat⁹ heb. zabed.
Zabina. fluxus vel fluens nunc: aut syriace venditio vel emptio.
Zabulon. habitaculum vel habitās.
Zabulonite. idem. p. n.
Zabulonites. idem. fin. nu.
Zachai. purus aut nitidus vel syriace iustus.
Zachai. Ree. 3. flux⁹ siue fluens. heb. zabai.
Zacharias. memoria dñi aut masculus domini.
Zacher. memoria siue masculus.
Zache⁹. pur⁹ aut nitid⁹ vel syriace iustus aut iustificatus. D.
Zachur. memor siue memorans/aut masculinus.
Zadab. dos siue dotat⁹. heb. zabad.
Zaph. peluis vel hydria/aut limē vel superliminare: seu finis vel cōsummatio: aut uncus vel pelagus.
Zain. fornicatio aut syriace arma. D.
Zama. cogitatio aut scelus/vel turpitudo.
Zamma. idem.
Zambri. cantans vel psallens: seu vitis vel palmes: aut putatio vel prescissio.
Zamira. idem.
Zamram. idem.
Zamri. idem.
Zamri. 1. Paral. 11. interpretatur custos vel adamas: seu vepres vel spina/aut fer. heb. samri.
Zamri. Ree. 3. loquens vel amarus aut exaltās/vel syriace agn⁹. heb. amri.
Zanos. obliuio siue abiectio: vel ista requies aut ista consolatio.
Zanoa. idem.
Zara. oriens vel orientalis/aut claritas.
Zarai. idem.
Zaraias. oriens dominus/aut claritas domini.
Zaraias. 1. Paralipo. 6. vbi dicitur azaraias genuit zaraiā/& zaraias. &c. interpretatur ῥnceps dñi/siue cāticum dñi. heb. saraias.
Zarath. Iste explorans vel contemplās: aut oliua explorationis vel cō tēplationis: siue iste turtur vel oliua turturis. heb. zethar.
Zare. oriens vel orientalis/aut claritas.
Zared. aliena descēsio: aut extranea vel sparsa potestas.
Zaree. oriens dominus/aut claritas domini. heb. zaria.
Zaree. 4. Re. 25. interpretatur calu⁹

vel caluitium: aut glacies vel gelu. heb. caree.
Zareite. orientales aut clari.
Zares. Extranea miseria / vel extranea hereditas: aut sparsa miseria vel hereditas: seu circulus vel corona miserie vel hereditatis.
Zareth. aliena descensio: aut extranea / vel sparsa potestas. hebraice zared.
Zarias. oriens domin⁹ / aut claritas domini.
Zarias. 1. Paralipo. 6. interpretatur princeps dñi / seu canticum domini. heb. sarias.
Zathan. oliua eorum / siue iste perfectus / aut iste cõsummatus vel iste simplex. heb. zatham.
Z ante E. Zeb. lupus.
Zebedeus. dos siue dotatus aut fluxus vehemens.
Zebedia. dos domini / siue dotauit dominus.
Zebee. victima aut sacrificiũ: vel declaratio aut iugulatio.
Zebida. dotata siue dotatio.
Zebul. habitaculũ vel syriace sterquilinium.
Zechri. memor vel memorans / siue masculinus.
Zechur. idem.
Zelpha. distillatio oris aut vilitas / vel contemptus oris.
Zelotes. emulator. G.
Zena. viuens. G.
Zethan. oliua eorum / siue iste perfectus / aut iste consummat⁹ / siue iste simplex. heb. zetham.
Zethar. explorans / aut putrefactus / vel putrefaciens. heb. sethar.
Zethu. oliuetum.
Zetua. idem.
Zeuan. tremens / aut tremor / vel vexatio.
Z ante I. Zie. sudor aut tremor.
Ziph. istud os vel ista bucca: aut syriace falsitas vel falsus.
Zipha. idem.
Ziphei. idem. p. n.
Zio. iste / vel syriace splẽdor / aut claritas.
Ziza. vniuersalis vel omnimodus: seu bestia vel fera: aut resplendens vel syriace recedens.
Ziza. 1. Paralipo. 23. vbi dicit leeth ꝛ ziza: interpretatur fornicatio / aut syriace nutrimentũ / vel arma. heb. zina.
Zizamoi. equus vel hirundo aquarũ: aut tinea aquarum / vel syriace cecitas.
Zizara. hirundinẽ videns: aut tineã vel equum videns.
Z ante O. Zoc. O. protectio vel vallatio ei⁹: aut ramus vel cessatio eius. Hebraice socho.
Zoeleth. reputans vel trahens.
Zoeth. separatio aut iste stupens: vel pauidus seu iste cõfract⁹: vel ex hebreo ꝛ syro iste descendens.
Zomim. scelus vel turpitudinem cogitantes / seu scelus sceleratorum. heb. zomzomim.
Zonoa. repellẽs vel abiiciẽs: aut obliuiscẽs seu iste requiescens.
Zoom. abominãs vel immundus.
Zorobabel. alienus a confusione: aut aliena vel extranea confusio: siue extranea cõmixtio aut dispersio cõfusionis vel cõmixtionis: seu circul⁹ cõmixtionis vel cõfusionis.
Z ante U. Zuzim. postes vł superliminaria: aut splendentes vel syriace recedentes aut pecunie.

¶ Ista litera D in fine interpretationis posita / significat interpretationẽ esse dubiam / ex eo ꝙ characteres cũ quibus ille dictiones originaliter fuerunt conscripte ignorantur. Itẽ ista litera G in fine interpretationis posita significat interpretationem esse grecam.

¶ Finis.



E mireris candide lector, si in plures dictiones eisdē latinis literis scriptas in hac interpretatione nominū hebraicorū incidas: nec ob id continuo putes eas frustra repeti. quādoquidē diuerse sunt, nō eedē: si modo quibus literis apud hebreos scribant, pspicias. Unde factum est, vt necessario diuersas sortiantur interpretationes. nimirū q (vt iam quoqȝ diximus) diuerse sint: non eedem apud hebreos dictiones. id quod ideo euenisse censendum est, q latini, aut plures hebraicos characteres vnica litera latina reddere soleant, aut aliquam ex hebreis detrahāt, vel certe omittāt. quod tamen malim oscitantie amanuensium adscribi. Que omnia, q̄q̄ vel hebraice literature candidatis longe notissima sunt: subiectis tamen exemplis illa in gratiam eorum qui nihil hebraice callēt, declarabim⁹. Esto itaqȝ exemplum primi. Dictio Abel, que statim prima tibi occurret: hic bis scribitur, ꝛ toties exponitur. Primo sic. Abel, vanitas, siue anhelitus, aut syriace vapor. Secundo hunc in modum. Abel. Judi. 11. ꝛ. 1. Regum. 6. ꝛ. 3. Regum. 15. ꝛ. 4. Regum. 15. interpretatur luctus. Et varie quidem (vt vides) sed non preter rationem tamen. Priore etenim loco prima syllaba per he cum Ramez scribitur, que simul nostri per A solum, ꝛ prolatione, ꝛ scriptura exprimunt. Posteriore per aleph cum Ramez: que pariter sumpta per A, perinde ac illa, a latinis exprimuntur. Consimiliter quoqȝ ꝛ de alijs dicendum putes. Exemplum secundi. Dictio Abia: primo sic exponitur. Abia Pater domini, aut volūtas domini. secundo, aliter: nempe sic. Abia. 2. Regum. 14. in fine, ꝛ in toto cap. sequenti interpretatur pater maris. heb. abiam. Nec sane immerito. Nam eius que priorem locū nacta est vltima syllaba per iod cum Ramez scribitur, que hic sonant ia tantum, adeo vt he finalis nullatenus audiatur, q nunq̄ aspiratio dictionem terminet latinam. q̄q̄ alibi he, cum finē occupat, fere vertitur in s, vt in abdias, hieremias, ꝛ alijs. Que autem posteriore loco sita est, vltimā syllabam per iod cum Ramez ꝛ mem scriptam habet. que simul collecta, sonāt latine iā. A quo nostri detraxerunt a fine literam mem, aut eam certe scriptores omiserunt. que tamen detracta aut omissa, significationē prorsus immutat. nam ia hebraice, latine dominū interpretant, iam, mare. In hunc modum de plerisqȝ item alijs sentiendū est. Hec sunt amice lector, que te latere noluimus: ne forte putares repetitionem eiusdem dictionis, cum hic occurrerit, a varietate interpretum, non a natura dictionum pendere. Uale.



otãdũ ꝙ trãslatores ⁊ interp̃tes biblie multi fuer̃t: sicut dicit magister i historijs: qr ante incarnationem domini annis.cccxlj. tẽporibus Ptolemei philadelphi regis egypti.lxx. interpretes floruerũt: q leges et prophetas hoc modo trãstulerũt. Ptolemeꝰ studiosus ⁊ librorũ cupidus: pcipiens apud iudeos legem esse ore dei editã: et digito illiꝰ scriptã ⁊ missis epistolis ⁊ muneribus: rogauit eleazarum pontificẽ iudeorũ: vt sibi viros seniores hebraice ⁊ grece lingue peritos: qui interpretari ⁊ transferre valerent: deligeret. Et enim sua desideria essent eã in greco trãslatam habere et arciuis regalibus interesse. Eleazarus autem annuẽs eius petitioni: de vnaquaqꝫ tribu sex legiferos vel legiferẽtes destinauit. Hi sunt lxxij iterpretes: qui licet.lxxij. fuerũt more sacre scripture: tamẽ cõmuniter dicitur.lxx. quia si duo supersunt hoc est modicum respectu.lxx. Qui venientes ad regem pentatheucũ et prophetas trãsferentes corã rege: disputauerũt de vno deo colẽdo: ⁊ ꝙ nulla creatura esset deus. Inde est: ꝙ vbicũqꝫ occurrebat eis in trãsferendo de trinitate vel sub silentio preteribant: vel enigmatice transtulerunt: ne tres deos colẽdos tradidisse viderentur: similiter de incarnatiõe verbi faciẽtes. Unde translatio.lxxij. quãdoqꝫ est supflua, quãdoqꝫ diminuta. Post incarnationẽ aũt dñi et passionẽ: annis.cxxiiij. aquila quidã iudeus ad fidem conuersus sed postea in heresim lapsus: primus interpres fecit aliã translationẽ de hebraico in grecũ tẽpore adriani imperatoris. Deinde post annos.liij. Theodotiõ fecit trãslationẽ sub cõmodo. Deinde post annos.xxx. symachus interpres claruit sub seuero. Deinde post annos.viij. inuẽta est quedã translatio hierosolymis: cuiꝰ auctor ignoratur: que dicta est vulgata trãslatio: vel quinta editio. Deinde post ãnos.xviij. tẽpore alexãdri suruenit origenes q̃ videns istas trãslationes imperfectas: cepit corrigere trãslationẽ.lxxij. interpretũ per posteriores iam dictas trãslationes. Uel scd̃m aliquos solũ trãslationẽ theodotionis correxit et miscuit: scilicet supplens diminuta: ⁊ resecans supflua. Ubicunqꝫ igitur ad translationẽ.lxxij. interpretũ aliquid addidit ex translationibꝰ sequẽtibꝰ vel vbi addidit que deerant ibi ponebat astericũ vel asteriscũ: id est stellã vel formã astri: p quod innuit ꝙ p additionẽ illam eluce scebãt que prius deerant. Et dicit᷑ astericus ab aster: ⁊ icon quod est imago vel signũ: ⁊ producit penultimã: qr apud grecos: icon scribit᷑ p ei diphthongon: et dicit᷑ astericus secundum modernos vel asteriscus scd̃z antiquos: ⁊ tunc dicit᷑ ab astris.i. stella: ⁊ icon. Ubi vero erat superfluũ: ponebat obelũ. Obelus eñ grece: dicit᷑ sagitta latine: vl' veru: signãs per hoc ꝙ litera ibi superflua erat. Deinde ipse origenes fecit aliã translationẽ per se plenã sine his signis. Hi oẽs transtulerunt de hebraico in grecũ. Deinde quidã volentes habere oẽs istas translationes, simul scribebant libros ⁊

sic eos ordinantes q in medio cuiuslibet folij ponebant sex colum
nas: a summo deorsum descēdētes: ponētes in prima: verba trās
lationis prime: in secūda secūde 7 sic de alijs. Et isti libri dicti sunt
hexapla: ab exa grece qd est sex latine: quasi sexcupla: vel dicitur
hexapla: quasi liber habēs sex trāslatiōes rectas vel rectificatas.
Quidā tñ hexapla exponūt simpliciter p exēplaria. Et his tempo
rib9 multi vtriusq3 lingue scioli fecerūt alias trāslationes de pre=
dictis grecis translationibus in latinum. Nouissime superueniēs
beatus hieronymus peritus in tribus linguis, hebraica, greca, 7
latina, primo correxit translationem. lxxij. interpretum in latino
cū astericis 7 obelis, postea vero trāstulit immediate bibliam de
hebreo in latinū sine astericis 7 obelis. Et hac translatione nunc
vbiq3 vtitur tota romana ecclesia: licet non in oībus libris. Et ip=
sius translatio merito ceteris antefertur: q2 est verborū tenacior:
et perspicuitate sententie clarior. Et trāslatio prima scilicet. lxxij.
interpretū facta est in alexādria ciuitate: que metropolis est egy=
pti. Alie autē translationes in diuersis partibus mundi: vbi tunc
magistri polluerunt. Nota q vbicunq3 in libris veteris testamē=
ti mendositas reperitur: recurrendum est ad volumina hebreorum:
quia vetus testemētū primo in lingua hebrea scriptū est. Si vero
in libris noui testamenti: recurrendum est ad volumina grecorū:
quia nouum testamentum primo in lingua greca scriptū est: pre=
ter euangelium matthei: 7 epistolam pauli ad hebreos.

Sacra scrīptura q̄driformi itellectu exponit: sc3
- historico,
- Allegorico,
- Anagogico,
- Tropologico.

NOtādum q oīs sacra scriptura quadriformi ratiōe distin
guitur siue exponitur. Aut enim in historico vel literali in=
tellectu: aut allegorico, aut anagogico: aut tropologico vel
morali solet accipi. historia nāq3 est: quando res aliqua quomo=
do scdm literā dicta vel facta sit: plano sermone refert: vt cū dici=
tur populus israel, ex egypto saluat9: tabernaculū dño fecit. Et
dicitur ab histeron. i. videre vel cognoscere: quia antiquitus ne=
mo scribebat historiam: nisi qui vidisset. Et sic quando dictiones
intelliguntur simpliciter vt sonant: est sensus literalis vel histori=
cus. Allegoria autem est: cū verbis siue rebus mysticis presentia
christi, et ecclesie sacramenta signantur. Uerbis videlicet: vt ait
esaias. Egredietur virga de radice iesse: quod aperte est dicere.
Nascetur virgo Maria de stirpe dauid: et de ea christ9 nascetur.
Rebus mysticis est popul9 israel ab egyptiaca seruitute per san=
guinem agni liberatus. Allegorice ecclesiam signat: que per pas=
sionē christi a demoniaca seruitute liberata est. Et nota q allego=
ria multis modis exponit. Quādoq3 a psona: vt isaac signat chri=
stum: quādoq3 a re et non persona vt aries occisus significat chri
sti carnē passam: quādoq3 a loco: vt christus predicaturus ascen=
dit in montem: vbi eminentia loci signat eius sapientiam et excel=

lentiam: quandoq3 a numero: vt apprehenderũt septẽ mulieres virum vnum. i. septem dona gratiarum christi: quandoq3 a negocio vel facto: vt interfectio golie a dauid interfectionem diaboli a christo signat. Anagogia aũt ad superiora est ducẽs locutio: que de premio futuro ⁊ de ea que in celis est vita futura, apertis siue mysticis sermonibus disputat. Apertis vt cũ dicitur Beati mundo corde. Mysticis: vt cum dicitur. Beati qui lauant stolas suas: vt sit illis potestas in ligno vite: et per portas intrent ciuitatem. Quod si exponitur anagogice. Beati qui mundant cogitationes suas ⁊ actus: vt sit illis potestas vidẽdi dominum nostrum iesu3 christum qui dicit. Ego sum via: vita ⁊ veritas, et per doctrinam et exempla precedentium patrum intrãt in regna celorum. Et sic est differentia inter allegoriam et anagogiam, quia allegoria est mysticus sensus pertinens ad militantem ecclesiam in qua sum⁹. sed anagogia est apertus sensus pertinẽs ad ecclesiã triumphantem: que est communitas sanctorum iam triumphans ⁊ regnãs. Tropologia vero est moralis locutio: que ad instructionem ⁊ correctionem animoru3 mystice, siue aperte respicit. Mystice: vt ait salomon. Omni tempore sint vestimenta tua candida ⁊ oleum de capite tuo nõ deficiat: quod est dicere. Omni tempore sint opera tua munda: ⁊ charitas de corde tuo non deficiat. Aperte vt iohãdes dicit. Filioli: non diligamus verbo neq3 lingua: sed opere et veritate. Et vt breuiter habeas historia docet factum: tropologia faciendum: allegoria credendum: anagogia appetendum.

Unde versus.

Littera gesta docet: quid credas allegoria.
Moralis quid agas: quo tendas anagogia.

Hec patent in hac dictione hierusalem. Historice enim est nomen ciuitatis. Tropologice: est typ⁹ anime fidelis. Allegorice figura ecclesie militãtis. Anagogice typum gerit ecclesie triumphantis.

Unde versus.

Sicut hierusalem: polis est terrena fidelis.
Constans ecclesia: mons fortis: patria summa.



